


1850-5-10

part of the
by the
m...



2 400 40

17-12-903

D. FRANCISCI
TOLETI
SOCIETATIS IESV
COMMENTARIA

Vnà cum Quæstionibus,
IN OCTO LIBROS ARISTOTELIS DE
PHYSICA AVSCVLTAZIONE.

ITEM,
IN LIB. ARIST. DE GENERATIONE
ET CORRUPTIONE.

Nunc denuò diligentius atque emendatiùs excusa.
Cum duplici indice copiosissimo.

*Del Collegio della Comp.
di S. Maria della Pace?*



COLONIÆ AGRIPPINÆ
Apud hæredes Arnoldi Birckmanni,
ANNO M. D. LXXVII.
Cum gratia & Privilegio Casarea Maiestatis.

AD LECTOREM.



Ntequã ad *Physica* hæc in *Aristotelis* cõmentaria aggrediamur, *Pie Lector*, quæ nostrorũ studiorum moderatores, ingenuæ iuuentutis, fidei nostræ commissæ, commodis consulentes, in lucem proferre con-
stituunt, pauca quædam de eorundem in ipsis eden-
dis instituto, deq; vniuersa docendi & philosophandi ratione, præfari visũ est. Postulat à nobis suscepta,
diuino munere, vitæ ratio, vt in eam curam omni studio incũbamus, qua li-
berales adolescentes & pietatem coniungant cum literis, & in his breui
tempore fructus ferant quàm maximos. Ad eam rem plurimum conferre
posse videbatur, si in quaq; disciplina certus author exhiberetur, qui &
doctrinæ genere, & facilitate dicendi, & illustri quadam breuitate, stu-
diosius eius scientiæ tyronibus maximè esset accommodatus in quo, & quæ
explicanda à doctore essent, domi præuidere, & in gymnasijs exploratius
præceptore docete, percipere, & iam explicata, cum domi repetere ac re-
colere, tum verò, quoties opus esset, diligenti studio excutere atq; explo-
rare possent. Quod sanè consilium, ratione primò inuentum, prudentiæ de-
inde, atq; utilitatis plenum esse, & doctissimorum hominum autoritas, &
longo temporis vsu experientia comprobauit. Vidimus enim non rarò, qui
hanc in suis studijs secuti sunt rationem, adolescentes, vel quam ipsa ætas
ferat, sapientiores euasisse. Etenim quod maximè rem causamq; continet,
sine certo libro docendi genus & præceptoribus perdifficile est & disci-
pulis valdè laboriosum, molestum atque inutile. Præceptoribus quidem,
quòd ita se dederent ad docendum comparare, ac si integrã & absolutam
vniuersi *Aristotelis* explanationem commentarentur. in quo sanè & fir-
ma multorum vires frangebantur, & si quis esset paulò imbecilliori vale-
tudine, quantumuis ingenio & eruditione valeret, minus erat aptus ad
docendum. Facile præterea fiebat, vt qui tunc primum ad docendum ac-
cederent, vt potè quos vsus nondum docuisset, nimis in minus vtilibus dis-
putationibus morarentur, quo post desiceret ipsos tempus in grauioribus
facile, vt quos nihil contineret firmum ac constitutum, in aliquid minus
tutum vel periculosum etiam liberentur. facile demique vt in ipsorum scri-
ptis desideraretur illud, quod tantoperè doctorum animos tenere solet, vt
suo quidque loco tractaretur.

Iam verò (quod ipsos auditores attinet) non minora incõmoda conse-
quuntur. primum enim in prælectionibus audiendis, vel nihil memoria re-

vinere poterat, vel ad recordationem singula erant, doctoris perpetua quadam oratione utentis, verba excipiendi. Deinde multi ad scribendum tardi, præceptorem non assequerentur docentem: qui verò assequerentur, cum mentes excolere debuissent, tum scripta castigare, menda & errata corrigere, ipsam viri investigationem intermittere cogebantur. Ac cum sæpè falsa cum veris illis ipsis dubiæ fidei morimentis consignassent, hæc erere sæpè, nec illis satis fidere, nec certum aliquid sibi persuadere. Turpis prætere a plerumque, notarum forma, deprauata signa, lituræ innumera, & sordida illa non tam literarum, quam liturarum sæpè congeries, plurimum egregia adolescentium ingenia retardabat. Nam & vaga multorum iuuenum mens, cum nullum authorum sequeretur, in multos & ipsis inutiles libros distrahebatur, & ad futuras scholas, disputationesque nulla se ratione parare poterat, cum nec quid docturus esset præceptor, nec quo ordine, per spectum haberent mens quoque, tota ad scribendum intentata, rei difficultate obruta, in nullam rem incumbere minus, quam ut quæ tradebantur, perciperet, atque cognosceret. Satis multis videbatur esse, si omnia fideliter conscripserint, plus tandem temporis in scriptis corrigendis, quam in colendis ingenijs ponebatur. Vitiosa planè res, & præstantibus ingenijs valde perniciofa. Huc accedebat valetudo, quæ non mediocriter tam assidua atque molesta, tot tantarumque rerum conscriptione labefactari solebat. Ergo ut tantus hic leuaretur labor, edendus fuit liber aliquis, quo incredibile illa præceptorum, & discipulorum molestia minueretur. Is cum non facile reperiretur, dum maiora moluntur patres nostri, in has meas lucubrations incidere, opus, & à nobis olim inter docendum philosophiam, adumbratum potius, quam omni ex parte perfectum, & cui nec modò, quòd grauibus publicisque negotijs essemus impediti, extrema manus accessit, id ut in lucem proferatur, decernunt. Prodit. Putent ergo præceptores hic iacta esse fundamenta, in quibus, quæ ipsis vtilia videbuntur, tutè, & securè poterunt exædificare. Intelligant etiam discipuli, se nostris vigilijs quasi certum hominem conduxisse, cuius opera, quæ aliàs ipsis summo labore conscribenda erant, distinctius, accuratius, & pulchrius conscripta consequantur.

Sed de causis, quibus adducti sumus, ut hunc in Aristotelem commentarium proferemus in lucem, hæc tenemus: de via rationeque docendi, ac philosophandi, quam sequimur, nunc dicamus. Id sanè in primis curabimus, Lector, ut quæ à nobis omnia proficiantur, ad illam pietatem conferant, qua adolescentium potissimum animos peroptamus imbueri. In explicandis ergo physicis difficultatibus id maxime complectemur, quod ex usu nostro, &

verius

verius fuerit, & communius. Dum de Aristotelis mente certabitur, optimis quibusque utemur authoribus, Græcis, Latinis, Arabibus: ex Græcis Theophrasto, Alexandro, Ammonio, Philopono, Porphyrio, Simplicio, Themistio, Eustratio, cæterisque, quorum nobis commentarios temporum iniuria non ademerit. Ex Latinis autem, D. Thoma, Boethio, Alberto Magno, Egidius, Scotus, Marsilio, ita tamen, ut et qui recentioribus præstant, suum quoque locum habeant. Scotus, Caietanus, Sonzinas, Iauellus, Londunus, Buridanus, Zimaræ, Nyphus, & cæteri, si qui alij in hoc genere excellere videbuntur. Vnus sanè D. Thom. instar erit omnium, in quo & diligentia interpretandi, & doctrinæ gravitas cum pietate coniuncta, multa, varia ac solida eruditio, incredibilis prætere a Methodus, in integris etiam disciplinis pertractandis, nec commentarijs solum, quos scripsit in Aristotelem, sed multò etiam magis Summa Theologia, Summa contra gentes. Quæstionibus disputatis, & cæteris eius scriptis, tantam (ut de Theologia taceamus) Philosophiæ lucem attulit vnus, quantum cæteri omnes (aliorum pace dixerim) possint exploratores afferre: in quo, ex nulli arbitror laude quippiam detrahi, si id dicitur de D. Thoma, quod ipsorum quisque, si & viueret, & adesset, de eodem videretur esse dicturus.

Ex Arabibus autem (quamuis numero, doctrina & eruditione, si vel cum Græcis vel cum Latinis conferantur, longè reperiantur inferiores) utemur Auempace, Alpharabio, Auenzoar, Auerroë, & alijs: Auicenna potissimum, quòd eius scripta omni memoria grauisimè hominibus probata sint, & quòd vnus inter omnes Arabes proximè ad verum Philosophiæ Christianæ decus & laudem videatur accessisse.

Hoc autem loco admonendus es, Lector pie, ne cum in hos aut alios impios Aristotelis interpretes, siue Græcos, siue Arabes incideres, in ijs præferim, quæ ad pietatem attinent, facile illis credas, atque committas. Nam, cum impij ferè omnes fuerint, Ethnicis, Idololatris, nonnulli etiam Sarraceni, vel Mahumetani, de Deo, de diuinis rebus, de ultimo fine, de diuina providentia, de vita beata, de ipsis animis hominum non raro malè scripserunt. Vna, quam profiteamur, Diuina fides, Philosophiæ regula ac norma est, vel potius veritatis: ad quam Philosophorum, scriptorumque omnium opiniones referendæ sunt: ne, quòd monet D. Paulus, ab his decipiamur per inanem Philosophiam, secundum elementa huius mundi, & non secundum Deum. Quamobrem pios potius religiososque viros, doctrina, & sanctitate præstites, quales plerique eorum Latinorum sunt, quos commemorauimus, præ cæteris sequendos tibi esse constituas.

Nec verò satis mirari possum, sic quosdam in nonnullis Academijs esse aut horibus impijs addictos, ut tantum non apud illos, eorundem authorum causa, fides periclitetur. quo cum sermo deuenit, de vno Auerroae pauca dicam. Sunt enim aliqui, qui nescio quid in eo tam egregium aut insigne viderint, quid tam eximium & illustre, ut eum ceteris anteponendum putet, & quod deterius est, viri alioqui Catholici, Auerroistas se esse, & dici velint. Nam ut illum cum ceteris interpretibus conferrent, a quorum tamen non paucis, proculdubio superatur, fortasse ferendum esset: ita verò esse ei addictos, ut in eius verba iurarent, & ea tanquam oracula sibi edita putent, indignum sane est gravitate & dignitate sapientis. Primum enim, is, quem dico, pluribus erroribus fidei, pietatisque, perniciosus plenus est, ut non immerito, apud aliquas celeberrimas provincias, impij cognomen inuenerit. Deo naturæ infinitatem aufert, providentiam, rerumque, quæ infra lunam sunt, scientiam, nobis animorum rationalium immortalitatem & multiplicationem eripit: illudque unius in omnibus hominibus intellectus monstrum, atque portentum inducit, denique & Deo Opt. Max. ut certum est, & nobis, ut multi asserunt, & ex eius principijs consequitur, improbitate tollit libertatem. Quibus sane rebus efficitur, nullam esse debere religionem, & pietatem aduersus Deum: nullos ipsius numini cultus, honores, præces adhibendas, cum nec curet nostra, nec sciat: Nulla item aut supplicia flagitij a Deo, aut præmia recte factis esse proposita. Quid multa? omnem peccandi impunitatem & sibi persuasit, & quid in ea opinio quæreret, factis testatus est.

Iam verò, qui eiusmodi sectetur dogmata ac decreta, quæ obsecro, quæ licet putabimus ad ea comprobanda comminisci? Quæ ex his colligere consequentia? Quæ tot erroribus credimus esse posse consentanea, ne secum ipse identidem pugnare cogatur: ut profecto vix vlla Philosophiæ ipsius pars sit, in qua non alicuius veneni subsit suspicio. Adde fuisse Mahumetanum, & (quod ipsa scripta facile declarant) conceptum animo aduersus Christianam religionem odium semper habuisse: ut necesse sit, sua eum sordidissima secta, scripta quoque philosophica infecisse non parum. Vfus præterea est corrupto Aristotelis libro, & pluribus in locis deprauato: id quod eius scripta præ se ferunt. Græcis ferè omnibus explanatoribus caruit: Latinis etiam, qui nec dum extabant, destitutus fuit: ut necesse sit, in eo nec grauem, nec securam inesse doctrinam: nam etsi acutum quiddam rarò, exile tamen dicendi, & philosophandi genus, in eo reperitur: est tamen illud obscurum, inusitatum, & sæpè ab Aristotelis sensu in-

telligentiaque alienum, quod recta interpretatione, ac versione Aristotelis, aliorumque interpretum luce caruerit. Nos igitur, ubi quidpiam recte dixerit, non aspernabimur: ubi secus, alios ei longè doctiores anteponemus, & ipsum impietatis, ubi tale quid dixerit, condemnabimus.

Illud quoque absurdum & perniciosum est, vel disputandi, vel loquendi genus, quo illud ex philosophia, hoc ex veritate, asseritur: aut, Idem secundum philosophiam verum, secundum fidem falsum esse affirmatur. Neque enim philosophia, sed philo. iudicium erit, quæ a veritate abhorret: neque, quæ cum diuina doctrina, id est, Fide pugnet, veritas esse poterit: Sic enim verum congruit, ut veritas veritati non possit esse contraria. Quocirca non immerito in Concilio Lateranensi tertio hoc disputandi ac loquendi genus, verbis exterminatur grauissimis. Neque illud dissimile est, Hoc in Arist. hoc verò in veritate, aut in fide esse dicendum: ut. n. id interdum necessarium sit, tamè ea fieri moderatiõe debet, ut ne in rebus, quæ ad fidem & religionem attinent, fidem ipsam, hoc est, a Deo acceptam disciplinam, obiecta Arist. auctoritate premere videamur: quod sanè isti faciunt, qui summo conatu viribusque nituntur ostendere, compluribus in rebus, Arist. contra fidem sensisse, cum tamè constet paucissimis in rebus a fide dissentire: et (quod peius est) idè conantur efficere multis locis, in quibus quidem Arist. posset non sine magna otia, probabilitate pro fide interpretari: cum præsertim viri grauissimi Arist. sententiam eam esse aptè testentur. In quo sanè de ipso Arist. cui fauere se putat, male meretur: cum sic eum a vera ad falsam sententiam abstrahunt, & cogunt falsum dicere vel inuitum, in rebus etiã grauissimis errare turpissimè. Quid, quod ex hac grauiori, frequentique pro Arist. contra fidem & veritatem cõcretionem, grauiam quendam incõmoda accidit, et Christiano viro indigna, et omnino non ferenda? primum enim, nihil p. deest, obest aut plurimum, temerè excitare tantum contra fidem aduersarium, eumque summo studio contra illam armare, & ad eam oppugnandam omnibus rebus inuare. Deinde plerique, cum audiunt verum quid esse, secundum Arist. id omnino intelligunt, quid est, secundum philosophiam: imò secundum omnium optimam (quæ esse putant Arist.) philosophiam: & quod Arist. sensit, id credunt esse naturali rationi ac lumini consentaneum: atque ideo sic disputantes, quantum in ipsis est, idem illud Concilij decretum per imprudenciam euertunt, quod credunt rationi & lumini naturali, fidem aduersari. Illud autem incommodum, vel grauissimum est, cum enim contra fidem docent aliquid sensisse Arist. id sic cõfirmare nituntur argumētis, ut ipsi quoque, contra fidem cum Arist. sentire videantur: præsertim cum quæ pro fide & veritate adduci possunt, ea summo studio conentur dissoluerè, ut

Arist.

Arist. sententiam tueantur: quod sanè plurimū fidei, & veritati obesse cōstat, cum eius argumenta & rationes infirmari, frangiq; videantur. Illi, illi, in quā, immortalī laude digni sūt, & de fide orthodoxa, deq; Arist. ipso benè meriti, qui ex magna probabilitū opinionū, atq; explicationum Arist. varietate, eam potissimum deligunt, ac tuentur, quæ cum fide congruit, camq; pro sua virili parte probabiliore reddere conantur. atq; vbi Arist. à fidei disciplina abhorruit, curāt, non solum rationibus naturalibus, sed alijs eiusdem dictis. atq; decretis ipsammet veritatem ostendere: vt quamuis in vno, aut altero loco ea senserit, quæ reijciantur, tamen appareat reliquam eius doctrinam fidei, & veritati esse maximè consentaneam.

Nec longè dissimile disputandi genus est, Hoc Theologos asserere, illud philosophos: Hoc Latinos philosophos, illud Græcos, vel Arabes. Nam, vt omittam falsum hoc sæpè esse commentum, hos vt prouincijs, nationibus, linguis, ita opinionib. disidere: In hoc disputandi genere latet venenū, cum per Theologos ipsam Theologiam, fidem, & religionē, per philosophos ipsam philosophiam facile quiuis intelligat: & videlicet per Latinos philosophos D. Tho. ceterosq; Theologos intelligi volunt: quibus cū alij opponuntur, & ijsdem anteferuntur, in contemptū non solum ipsos Theologos Authores, quod graue malum est, sed etiam Theologiam ipsam abducunt, & nudam ei, diuinoq; lumine destitutam philosophiam anteponunt.

Philosophos igitur à Theologis disungere, Græcos à Latinis, hominū sanè est vel suo quamq; rem momento non ponderantium, vel certè ipsam veritatem consultò prodere, & sibi, atq; alijs pestem asferre studentium. Vna est pura, vera, sinceraq; veritas, quæ à Deo genita, impressa in hominum mentibus, adhibita caelesti illa fidei norma, ex Græcis, Latinis Philosophis & Theologis, & colligitur integra, & petenda est.

Hæc habui, amice lector, quæ de optimo Philosophandi genere vniuersè præciperem: ne falsis, ac prauis opinionibus deceptus, in perniciosos errores rapiaris, sed veritatis, pietatis, ac diuinæ religionis patrocinium, vt de philosophia, de Christi & Dei Ecclesia benè merearis, sponte ac lubens semper suscipias. Præcor à Deo Optim. Maxi. quo patres nostri authore hoc velle cœperunt, vt eodem adiutore, labor hic, propositum sibi diuinæ gloriæ, & publicæ vtilitatis fructum consequatur. Vale in Christo Iesu.

IESVS, MARIA.

D. FRANCISCI
TOLETI,
SOCIETATIS IESV
COMMENTARIA:

Vnà cum Quæstionibus,
IN OCTO LIBROS ARISTOTELIS.

De Physica auscultatione.

P R A E F A T I O.

De Philosophia Nomine, ac Definitione.

PHILOSOPHIA TOT hominum præconijs, tot sapientum laudibus iam olim celebrata est, vt nostris non magnoperè indigeat. Nullus enim est, quantumuis indoctus, cui nō aliquid sublime, ac penè diuinum philosophiæ nomen videatur. Hanc ergo modò nobis (Diuino auxilio) factis explicare aggredientibus, vtile sanè erit aliqua præmittere, quæ faciliorem ingressum efficiant: erunt autem ista quinque: primum, quid Philosophia sit: alterum, quot eius partes: tertium, quis earum partium ordo: quartum, quis Philosophiæ ortus: tandem, quanta eius sit dignitas, & vtilitas.

De quibus agendū est.

De nomine Philosophiæ.

Circa primum: vt à nomine ipso incipiamus, Philosophia olim σοφία, id est, sapientia dicta est, & φιλοσοφία, id est, sapientes nuncupati, vt auctor est Diogenes lib. i. de virtutibus Philosophorum. Pythagoras verò huius nominis fuit primus institutor, qui se non σοφός, id est, sapientem, sed φιλοσοφός, id est, sapientiae amatorem, ac studiosum Leonti tyranno, quauā arte polleret, petenti respondit, ac inde Philosophia, quasi sapientiae amor, deriuata

est, vt idem Diogenes refert: idem igitur iam per Philosophiam, quod per σοφίαν, vt intelligamus, vñus obtinuit. Nec oportet existimare, Philosophiā aliquam esse peculiarem scientiam, quæ aliquod ens particulare contempletur: non enim sic modò consideramus, sed vt vniuersale genus est, varias sub se scientias cōplectens: vt enim apud morales Philosophos iustitia aliquando pro speciali quadam virtute inclinante voluntatem erga ea, quæ aliorum sunt, vsurpatur: aliquando pro omnium virtutum aggregatione, secundū quam perfectè homo iustus dicitur: ita & Philosophia, quandoq; pro scientia peculiari, quæ Metaphysica dicitur, sumitur: quandoq; pro omnium scientiarum cumulo, vt Philosophus nō aliud sit, quàm sciens omnia, vt sciri possunt, vt dicitur r. Metaphy. cap. 2. hoc autem non vnicō habitu sit, sed multis: sicut enim non vnus sensus inest animalibus, quo cuncta sentiant, sed varij, omnibus autem simul perfecta sit sentatio, ita non vnica scientia & habitu cuncta cognoscuntur, sed multis, omnes autē simul perfectissimam, ac generalem cognitionem omnium faciunt, quæ quidem dicitur Philosophia: ac ista

A signi-

Definitio Philosophie duplex, ex fine & obiecto.

significatione modo à nobis primò tractatur, & petimus, quid ipsa sit. Quid autem Philosophia hæc sit, non omnes eodem modo explicarunt, habitus enim & scientiæ tripliciter definiiri possunt, aut ex obiecto, aut ex fine, aut ex utroq; Ex obiecto quidem, vt Medicina est ars quæ in humanis corporibus versatur, & sanitatis est effectiua: hoc etiam pacto multi alij habitus definiiri possunt. Philosophiæ autem ex fine, & ex obiecto definitiones inueniuntur: Plato in Theage: & in amatoribus, vel de Philosophia, ex fine duas assignauit definitiones, quarum prior Ammon. est moralis, Philosophia est mortis meditatio, quam in explicatione Porphyrij sic explicat: Duplex enim vinculum anima cum corpore habet: alteru naturale, quo ei secundum esse vnum compositi coniungitur: alterum voluntarium, quo anima se corpori subijcit, & ei seruit: cum igitur mors non sit aliud, quàm animæ & corporis solutio, erit duplex mors, iuxta duplicis vinculi solutionem: altera naturalis, qua anima secundum esse à corpore separatur: altera voluntaria, qua homo ab istis sensibilib. semotus, totus contemplationi traditur, quod per Philosophiam contingit, ac ob id dicitur meditatio mortis, vt Philosophum mortem meditari, non sit aliud, quàm animum à corporis sensibus auocare. Sic igitur primò definebat Plato, quæ quidem definitio, præterquam, quod metaphorica est; quod Aristoteles damnat, est etiam diminuta, cum solam contemplatiuam partem exprimat.

2. Definitio ex fine.

Posterior definitio à fine est. Philosophia est Dei similitudo, quoad fieri à nobis potest, id est, Philosophia est per quam Deo similes sumus: in Deo enim duplex operationum genus constituitur circa res has: altera operatio est rerum cognitio, qua omnia speculatur: altera actio, qua omnia gubernat, disponit, et prouidet: ita per Philosophiam hæc duo contingunt homini; nam speculatur, & contemplatur res, & secundum eandem Philosophiam

am gubernat & regit. cū sit Philosophia actiua, & speculatiua: dicitur autem, quoad fieri potest, quia ista similitudo nõ est æqualitatis, cū in infinitū excedat Dei perfectio cuncta creata, sed est similitudo proportionis cuiusdam, secundum quam infima supremis comparari queunt. Hæc duæ definitiones à fine sunt, prior à proximo, posterior ab ultimo. Aliam definitionem ab ipso obiecto sumptam, idem Plato tradidit in Phædone, & Theæreto, quam Cicero recepit, nempe: Philosophia est diuinarum, humanarumq; rerum cognitio: per res humanas, quæcunque sensibilia intelliguntur, per diuinas verò intelligibilia, & à materia separata: vnde definitio hæc perfecta est, omnem Philosophiæ partem comprehendens, cum quælibet aut de humanis, aut de diuinis tractet. Ab Arist. verò vnam Philosophiæ definitionem habemus, 2. Meta. ca. 1. Philosophia, est scientia veritatis, quæ à fine proximo est, quamuis ista potius solius speculatiuæ partis videatur. Atque hoc de definitione sufficiat.

3. Definitio ex obiecto.

4. Definitio Aristor.

De partibus Philosophiæ, eiusq; diuisione. Cap. II.

DE Philosophiæ partibus varia fuerunt Philosophorum placita. Zeno enim, Chryssippus, Apollodorus, & reliqui Stoici tres Philosophiæ partes fecerunt. Physicam nempe, Ethicam & Logicam: Physicam quidem, quæ rerum naturalium causas speculatur: Ethicã, quæ mores hominū docet: Logicam, quæ modos cognoscendi & disputandi aperit: quas partes varijs comparationibus explicabant, vt li. 7. refert Diogenes: primò enim ipsam Philosophiam animali comparabant; ossibus & neruis Logicam: carnibus Ethicam: animæ Physicam conferentes. Rursus ouo assimilabant, cuius corticem Logicam: sequentia Ethicã: intima Physicam dicebant. Rursus agro frugifero, cuius circumiecta seps Logica: siuctus Ethica: humus, & arbores Physica essent. In qua quidem diuisione Logicam Philosophiæ partem faciebant.

prima diu. Philosophiæ.

Epicurus Philosophus tres Philosophiæ partes fecit, Ethicam, Physicam, Canon-

2. Diu. Philosophiæ.

3. Diu. Philosophiæ.

4. Diu. Philosophiæ.

5. Diu. Philosophiæ autem, ex triplici ignorantia desumpta.

eam: per Canonicam verò (quantum mihi videtur) intelligebat Medicinam prædicam: hanc enim Canonicã cum naturali coniungebat: Logicam verò partem Philosophiæ non censebat.

Cleanthes sex Philosophiæ partes fecit, Dialecticam, Oratoriam, Moralem, Ciuilem, Naturalem, Theologicam. Alij verò alijs modis diuidebant. At, vt ad Peripateticos deueniamus, Simplicius Aristotelem imitatus, Philosophiam in duas diuise partes, in actiuam & contemplatiuam: per actiuam, Moralem intelligit: contemplatiuæ verò tres statuit partes, Mathematicam, Physicam, & Metaphysicam, vt patet 6. Metaph. cap. 1. Dialecticam verò non partem Philosophiæ: sed instrumentum, & organū hic & aliqui alij Peripatetici faciunt, vt docet Alexander 1. Priorū: & ibi idem Philoponus: & Themistius 1. Posterior. cap. 24. At si licet inter tot tantorum placita virorum iudicium nostrum adhibere: aliter Philosophiæ diuisione constituenda est, in cuius gratiam finem ipsius Philosophiæ oportebit considerare, per hunc enim maximè ipsius diuisio fiet exacta, & manifesta. Philosophia verò in hunc fuit finem inuestigata, vt ignorantia, quam miser homo propter peccatum incurrit, quoad fieri posset, expelleretur: homo autem per peccatū hæc tria præter alia sibi comparauit: rerum veritatis ignorantiam: eorum, quæ secundum rationem agere oportebat, similiter ignorantiam: & rursus eorum, quibus ad vitæ sustentationem & conseruationem propter peccatum indigebat, ignorantia: vnde omni ex parte ignarus factus est in speculabilibus, agilibus, & factibilibus: indiguit igitur scientia, qua ens verum cognosceret, qua agenda, & facienda consideraret: & ista est Philosophia in tres præcipuas partes diuisa, secundum ignorantiarum numerum: in Speculatiuam nempe, qua veritates rerum tantum contemplaretur: in Actiuam, qua ea, quæ secundum rationem agere oportet, doceret: & in Factiuam, qua ea, quibus exterius indigeret, Facere sciret: quam partem Philosophi respiciunt, absum arbitranter facere, & exterius operari, eum tamen

re vera, scientiæ sit pars, nec indignum homine laborare, qui suo peccato & superbia id meruit. & Arist. 6. Metaph. cap. 1. inquit, omnis intellectus est speculatiuus actiuus, aut factiuus: & est locus notandus. Secundum autem hanc diuisionem multò meliù Philosophia dici potest Dei similitudo: Deus enim non solum cognoscit cuncta, gubernat & disponit cuncta; sed etiam operatur cuncta: ipse enim est, qui cum naturalib. causis simul effectus cunctos producit. Sit igitur prima Philosophiæ diuisio à fine sumpta, in partem speculatiuam, actiuam, & factiuam: Speculatiua subdividatur in Metaphysicã, quæ omnium communissima principia, & passionem generales speculatur: in Mathematicam puram, quæ ea, quæ secundum se à motu nõ dependent, secundum rationem abstrahendo à motu tractat, vt figuras, numeros, & his accidentia: & in Mathematicam mediam, quæ ea, quæ secundum naturam suam abstracta sunt, in motu tamen considerat, vt Perspectiua, et Musica, & similes: & in Physicã, quæ res sensibiles speculatur.

Subdiuisio Speculatiue.

Rursus Actiua diuiditur in Ethicam, qua homo ea, secundum quæ se rationaliter ordinare debet, cognoscit: & in Oeconomicam, qua familiã & domum regat: & Politicam, qua vsus Reipublicæ & ciuitatis, cuius pars est, rectos cognoscat, & exequatur.

Subdiuisio Actiue.

Factiua rursus, quæ Mechanica dicitur, bifariam subdividi potest: primò in artes necessarias, quæ nempe vsum vitæ necessarium ministrant, vt Lanificium, Agricultura, Aratura: & in vitales, quæ vsum vitæ faciliorem faciunt, vt navigatione, Militari, Equestri: & in delectabiles, quæ vsum vitæ iucundiorē reddūt, vt saltandi ars, Venandi, Cantandi, & similes.

Subdiuisio Factiue.

Rursus diuidi potest in eas, quæ materiam præparant, vt Ars fodiendi metallicam, Contingendi ferum, Coquendi lateres: & in eas, quæ materiam disponunt & componunt, vt Domificatoria, Fabrilis, Sutoria: & in eas, quæ materia composita vtuntur, vt Militaris, Equestris, Navigatoria.

Aliarū arti- Præter has Philosophiæ partes sunt
um & scien- quædam artes, quæ in ministerium Phi-
tiarum sub- losophiæ inuentæ sunt: ac propterea Phi-
diuisio. losophiæ partes non censentur ab aliqui-
bus Peripateticis, quamuis nihil vetet ex
eis aliquas esse scientias: hæ autē quinque
sunt: quædam enim modum cognoscen-
di, & verum à falso distinguendi tradit,
quæ Logica dicitur: & hæc necessaria est
simpliciter ad Philosophiam, ac ob id An-
tiqui huius solius meminerunt: quædam
alia est ad sermonis peritiam obtinendā,
quo Philosophia communicatur, & hæc
Grammatica est. Tertia ad huius sermo-
nis ornatum & elegantiam, & hæc Rhe-
torica. Quarta ad delectationē in sermo-
ne, & ista est Poetica. Quinta ad experien-
tiam in rebus omnibus sumendā: & hæc
est Historica. Sexta est ad absentium com-
munitatem rerum: & hæc est Epistolaris.
Hæ omnes ancillæ Philosophiæ sunt, &
ipsi deseruiunt.

De ordine partium Philosophiæ inter
se. Cap. III.

Prima opin. Circa harum partium ordinem fue-
runt variæ sententiæ ante Aristote-
lem, & post ipsum Zeno, & Chry-
sippus, Logicam primo loco discendam:
secundo Physicam, tertio Ethicam cense-
bant. Apollodorus sic ordinē statuebat,
vt post Logicam Ethicam, vltimò Physi-
cam iuuenes discerent, vt refert Diogen.
lib. 7. atque hi Logicam à reliquis scien-
tijs separabant, ac eius præcepta, & regu-
las sciuntas ab ipsis scientijs tradebant.
Alij verò simul confundebant Logicam,
& alias scientias, nec eam separatā doce-
bant, vt refert Origenes Ho. 1. super Can-
tica, versus mediū: & hos rei rehendit Ari-
stot. 2. Meta. ca. 3. Stultū, inquit, est, simul
scientiā & modū sciendi quærere. Ex his
fuit sententia quorundam, qui ab Ethica
esse incipiendū censebant, qualis fuit Dio-
genes. Alij verò Physicā priū, quales fue-
runt Panætius & Possidonius: ita ille An-
tiqui sentiebant de ordine Philosophiæ.
4. opinio. At verò post Arist. tempus Ammon.
in præfatione Porphyrij censet inter spe-
culatiuas partes hunc ordinem obseruan-
dum, vt primò discatur Physica, secundò

Mathematica, tertio Metaphysica. Ratio
verò eius hæc est, quia Physica est de his,
quæ maximè sunt contracta ad materiā.
Metaphysica verò est de summè abstra-
ctis, sed non fit transitus ab extremo ad
extremum, nisi per mediū, ergò prius est
Physica, quæ extremum est: posterior Ma-
thematica, quæ medias habet abstractio-
nes: tractat enim de his, quæ in materia
quidem sunt sensibili secundum rem, sed
non secundum considerationē: nam Phy-
sica de his est, quæ secundum rem, & secun-
dum considerationem in materia sensibi-
li sunt: Metaphysica verò in opposito de
his, quæ nec secundum rem, nec secundū
rationem in materia sunt. Albertus Ma-
gnus hoc prologo eandem habet senten-
tiam: constituit enim duos ordines: alte-
rum naturæ: alterum doctrinæ: naturæ
est inter ipsas res, quarum est scientia: do-
ctrinæ est inter ipsas scientias, secundum
quod vna prius altera dicitur. Dicit ergò
primò, quòd secundum naturæ ordinem
Metaphysica est omnium prima, quia tra-
ctat de communissimis omnium princi-
pijs: post hanc verò est Mathematica, quæ
tractat de his, quæ non dependent secun-
dum se à sensibilibus, ob id priora sunt; vl-
timum locū obtinet Physica, quæ de sen-
sibilibus, & posterioribus est. Dicit secun-
do, quòd ordine doctrinæ, primo loco est
discenda Physica: secundo Mathematica:
tertio Metaphysica: ratio est, quia à no-
tioribus est incipiendum: notior autem
est Physica quàm Mathematica, nā Phy-
sica probat per sensum, à quo Mathemati-
cus abstrahit: Metaphysica verò ob eius
magnam abstractionem est difficillima.
S. Tho. verò Opusc. 70. super Boetium, de
Trinitate. q. 3. art. 1. post Dialecticam Ma-
thematicam, & post hanc Physicam disci
voluit. & Simplicius in præfatione primū
locum Mathematicæ, secundum Physicæ,
tertium Metaphysicæ concedit. Alij verò
Metaphysicam omnium primū discen-
dam voluerunt, è quorum numero vide-
tur S. Tho. in præfatione, cuius ratio
est, quia sermo de viuificaibus est præfe-
rendus sermonibus particularibus, vt di-
citur 1. de partibus animalium cap. 1. At
Metaphysica agit de communissimis om-
niū sci.

6. opinio.

6. opinio.

7. sententia
Authoris.
Prima con-
clusio.

Secunda cō-
clusio.

Tertia con-
clusio.

ium scientiarum. Ergo illa est præferen-
da in doctrina omnibus. Hæc sunt quæ à
viris illustribus recepimus erga ordinem
partium Philosophiæ.
In qua quidem controuersia mihi vi-
dentur probabiliores conclusiones, quæ
sequuntur, quarum prima est. Dialectica
præponi debet Philosophiæ partibus: hæc
autem notissima est, tradit enim sciendi
modum, nec hic de practicis est sermo: ra-
tio enim cum reliquis Philosophiæ parti-
bus coniunctæ in aliquo reperiuntur, nec
multa indigent Dialectica, præter eam,
quæ naturalis est. Secunda conclusio. Ma-
thematica est prior doctrina, quàm Phy-
sica & Metaphysica: hæc est contra Alber-
tum, & Ammonium. sed probatur expressè ex
Aristot. 6. Ethicorum, cap. 8. docet, pueros
posse esse Mathematicos, sed non Philoso-
phos, quia Physica postulant longam re-
rum experientiam, quæ non est necessa-
ria in Mathematicis, quæ quidem experi-
entia non contingit pueris. Præterea pro-
batur: Quia Mathematicæ tractat de sen-
sibilibus per se: Physica de sensibilibus
per accidens: hæc enim de substantia sensibi-
li, illa de figura & quantitate est. Constat
autē quantitatem esse sensibilem comune
per se, substantiā verò nullus sensus per-
cipit per se. Nec ratio Ammonio, quicquā va-
let: nam quòd Mathematica sit magis ab-
tracta, non facit eam posteriorem doctri-
na: si enim ea, quæ Mathematicus confi-
derat, essent in eodem predicamento cum
his, quæ Physicus tractat, tunc valeret per
Mathematicam mediam esse ascendendum
ad Metaphysicam, medium enim
debet esse eiusdem rationis cum extremis,
non sic autem Mathematica, quæ de acci-
denti est, Physica verò & Metaphysica de
substantia. Tertia conclusio: Physica est
prior natura, quàm Mathematica, licet sit
posterior doctrina: probatur. Physica est
de substantia: Mathematica de accidenti:
sed substantia est prior natura, quàm acci-
dens. 7. Metaph. cap. 1. ergo & Physica pri-
or est. Nec valet quicquam ratio, quòd
abstractum magis sit prius minus abstra-
cto: hoc enim est in eodem genere, vt in-
ter substantias, quæ abstractiores, simpli-
ciores sunt, & in accidentibus: at in diuer-

so genere id non est: substantia enim pri-
or est accidenti, siue abstracto, siue nō ab-
tracto. Quarta conclusio. Post Physicam
est Ethica, vltimum verò locum tenet Me-
taphysica doctrina: probatur: quia diffici-
lior est experientia in moralibus, quàm
in naturalibus, sunt enim incertiora, &
difficillima est Metaphysica, quæ de supre-
mis est, quæ nullam cum sensu affinita-
tem habet. Nec ratio Sancti Thomæ con-
trarium probat: si enim Metaphysica tan-
tū de vniuersalissimis in prædicando a-
geret, esset forsitan anteponenda: at agit et-
iam de vniuersalissimis causis separatis
prorsus à materia: hæc autem difficillimè
cognoscuntur, vt testatur Arist. 1. Metap.
cap. 2. Est igitur vltima doctrina, quam-
uis natura prima. Atque hæc circa ordi-
nem sufficient.

De ortu, seu inuentione Philosophiæ, ac
primò de eius inuentionis modo.

Cap. IIII.

Circa ortum Philosophiæ duo oportet
considerare: primum de modo
ipsius inuentionis, alterū de ipsis
inuentionibus. Est autē notandum, quinque
vix quibus scien-
tiam inuenire: similitudinis nempe vi-
entia inue-
am, separationis, resolutionis, composi-
tionis, proportionis: Primò enim homo
singula concreta intelligebat, non distin-
guendo substantiam ab accidenti, sed om-
nia sub vno conceptu cognoscebat, sic-
ut sensu confusè percipiebat: ante omnia
verò similitudines percipiens maiores,
congregabat in vnam naturam ea, quæ si-
milia erant. Nam gloriosus Deus, quam-
uis intellectum hominis sensibus alliga-
uerit, & sensus substantiam per se cogno-
scere non possint, tamen singulis naturis
accidentia sensibilia dedit eis propria sen-
sibilia, quædam communia, quædam mi-
nus communia secundum naturas ipsas,
per quæ accidentia homo substantias dis-
tingueret: & ita dedit animalibus motū
à se: speciebus animalium varias figuras,
per quas varietas ipsarum intelligeretur:
homo igitur has similitudines attendens,
copulabat natura: magis ac magis, ac vni-
uersalia concipiebat, vt videns figuram
A 3 exte.

Quinq; vix
quibus scien-
tia inue-
niuntur.

exteriorem similem in speciebus rerum, singula illarum indiuidua ad speciem vnam adunabat: postea in varijs speciebus alias percipiens similitudines ad genus congregabat: & sic consequenter. Hæc fuit prima via.

Secūda via. Secūda via fuit separationis, per quam incepit accidens à substantia, & accidens ab accidente fecernere: fuit autem hoc cōsiderando primò separationem accidentis à substantia: expertus enim est hominem modò calidum, modò frigidum: modò malè habere, modò benè: & quod idē homo perseuerabat, coniecit, aliquid esse in homine, & in rebus, quod non est ipsæ res, sed in eis sustentatur: quandoquidem nihil ex eiusmodi rebus per se fuerit, & vocauit vnum substantiam, alterum ens accidens. Adhuc viderat multa simul accidentia, nec eorum distinctionem perceperat: postea experitur vnū accidens in alio subiecto, vbi alterum non est, colligit esse distincta, vt sentit albedinem in niue, & frigiditatem: postea experitur albedinem in calce sine frigiditate, comperit esse distincta. Præterea videt effigiem hominis simul cum quantitate, postea experitur effigiem sculpram sub minoris quantitatis imagine, percipit effigiem, & quantitatem rei non esse eandem rem: & hæc est via ampla, qua vsus est Aristoteles in Post prædicamentis, vt illic declarauimus.

Tertia via. Tertia via est resolutionis, qua nempè causas, & principia rerum indagamus, retextentes ipsam rem. Vt enim alicuius instrumenti causam & partē cognoscimus, puta horologii, ipsum destruentes, & in partes redigentes: ita resoluentes rem in suas partes, & principia passionum, & effectuum comperimus.

Quarta via. Quarta via est compositionis, quando res rebus componentes & coniungentes, effectus, & passionis inuenimus, quæ aliàs occulta erant.

Quinta via. Tandem est proportionis, quando per proportionem ex rebus claris, & quas experti sumus, ea cognoscimus, quæ non sumus experti, quo modo Aristoteles naturam melancholicarū per naturam ebriorum proportionem quadā comperit, & res intelligibiles sæpè per sensibiliū propor-

tionem cognoscuntur. Hæc igitur breuiter de modis inuentionis, quos frequenter in Philosophia experiemur.

De Philosophia inuentoribus.

Cap. V.

Circa inuentiones autē breuiter dicamus aliquid. Græci sibi inuentionem Philosophiæ arrogarunt: nam Dialecticam à Zenone ortum duxisse, à Platone verò perfectionem testantur: morale verò à Socrate: naturalem à Thalete primo sapientum septem, vt dicit Aristoteles 1. Metaph. ca. 3. auctam verò à Pythagora, vt dicitur ibidē cap. 5. Fuit enim duplex genus Philosophorum: alterum Ionicum: alterum Italicum, vt refert Diogenes libro 1. Et Sanctus Augustinus 8. de Ciuitat. cap. 2. Ionicum habuit originem à Thalete Milefio: Italicum verò à Pythagora, qui Samum patriam, à qua Samius dictus est, à Tyranno Polycrate videns occupatam, Crotonem in Italiam petijt in ea ipsius parte, quæ Calabria modò, olim magna Græcia dicebatur, à Thalete deriuati sunt Philosophi Anaximander, Anaxagoras, & Socrates: & hucusq; perseuerauit nomen Ionicum: habuit autem Socrates discipulos Platonem, & Anthistene: hic fuit caput Philosophorum, qui dicti sunt Stoici. Zeno enim, Chryssippus, & alij, ab hoc sumunt doctrinæ originem: dicti autē Stoici, quia Zeno docebat in porticu, nam *στῆλα* porticum significat.

Plato verò fuit caput Academicorum: dicti Academici sunt ab Academia loco, quo Plato docebat. Fuerunt autem discipuli Platonis Xenocrates, & Aristoteles, ille retinuit nomen Academicum: Aristoteles verò docuit in Lyceo, ac quia deambulans docebat, dicti sunt discipuli Peripatetici: vnde tres sectæ Philosophorum fluxerunt à Thalete. A Pythagora verò Xenophanes, Parmenides, Xenocrates, Leucippus, & Epicurus originem sumpserunt: atque ab hoc dicti sunt Epicurei: vnde sunt quatuor Philosophorum sectæ, non solum nominibus, sed etiam multis placitis, & opinionibus. differentes: omnes tamen à Græcis originem ducunt. Sed non est ob id existimandum verum, ipsos

primos

primos esse inuentores: cum omnes sapientes septem Græci floruerint ab Olympiade trigesima octaua vsq; ad quinquagesimam sexcentis annis ante Christi natiuitatem. at multò antiquior fuit scientia, peruenit enim ab Adamo vsque ad Noe, qui docuit ipsos Armenos, & postea Patriarchæ illi antiqui peregrinantes in Aegypto ipsos docuerunt, ad quos perueniunt ipsi Græci discendi causa, vt refert Diogenes libro septimo, vnde scientia originem traxit ab Hebræis, & Chaldæis, vt refert Iosephus 1. lib. contra Appion. & Euseb. lib. 10. de præparatione Euangelica. & Berossus lib. 3. sed hæc factis: nō enim est nostrum præfens institutum, hæc vltterius profequi.

De vtilitate & dignitate Philosophia.

Cap. VI.

Circa vtilitatem & dignitatē omnibus compertum est, quantæ sit vtilitatis, & dignitatis: conducit enim multum ad conseruationem, & gubernationem hominum; non enim Respublicæ consistenter absque sapientia: conducit etiam ad eleuandā mentem in ipsum Deum authorem omnium, & vitam instruendam, & mores: non quod Philosophia sola hoc præstet, cum non sufficit virtutem & bonum cognoscere ad exequendum, nisi ad sit speciale auxilium, Dei voluntatem iuuans, sed quod sit magnum motium, & occasio bonorum morum: & si ad sit Dei gratia, per Philosophiam multa bona fieri possunt, qua deficiente Philosophia, vanus & inutilis profectio labor est. Hæc de Philosophia in cōmuni.

De Physica, hoc est, naturali Philosophia, ac primò, de quibus agendum.

De quibus agendum.

Nos verò vnam partē Philosophiæ, Physicam nempè, id est, naturalem profectui aggredimur. Circa quam quatuor potissimum ante omnia trademus: primum, an sit scientia: secundum, quod sit eius subiectū, seu quæ sit intentio, & ipsius scopus: tertium, quæ diuisio: quarrum, quis modus procedendi. primum tamē, quid sibi nomen naturalis velit, exponemus. Simplicius dicit, Philosophiā naturalem

dicere, quæ tractat de rebus naturalibus: sunt autem res naturales, quæ motus sui principium habent in se, quales sunt omnes hæc res generabiles, & sensibiles, vt elementa, animalia, mixta, plantæ, & similia: & de his est Physica ista scientia. Sed iam ad primam quæstionem accedamus.

Quæstio I. An rerum naturalium sit scientia?



Irca hanc quæstionē fuit opinio Heracliti, vt refert Arist. 4. Metaph. & Ptolemei, vt refert Alber. tra. 1. cap. 2. asserentium non esse scientiam de rebus naturalibus, quorū rationes hæc sunt.

Prima, Infinitorum non est scientia: at res naturales sunt infinitæ, & indeterminatæ, vt patet ex assidua earum mutatione: ergo earum non est scientia. Secunda, Generabilium, & corruptibilium non est scientia. 1. Postea. ca. 7. at res naturales, vt notum est, sunt generabiles, & corruptibiles: ergo earum non est scientia. Tertia, Singularium non est scientia: at res naturales sunt singulares: ergo earum non est scientia: maior est nota: minor probatur: quia res naturales sunt sensibiles, id est, quæ sensu percipi possunt: at sensus non est, nisi singulariū. At opposita sententia est cōmunis. Physicam esse partem Philosophiæ, & rerū naturalium esse scientiā: & probatur, quia Physica est de necessarijs per propriam causam, ergo est scientia: patet antecedens, cū fiant multæ demonstrationes in Physica: demonstratur enim mixtum corruptibile, quia ex cōtrarijs componitur, & animalia moueri à se, quia habent animam, & multa alia. Est tamē notandum ex Linconensi, vt à Ianduno & cōmuniter alijs asseritur, hoc loco in Physica esse duplices propositiones, quasdam necessarias, vt semper, vt ignis est calidus, mixta sunt corruptibilia: anima est actiuum principium motus; & harū est propriissima scientia: quasdam necessarias vt plerumq; vt homo nascitur cū duplici oculo: dextra manus est fortior: in hyeme sūt pluuia: et harū est scientia propria, quæ uis nō ita certa, sicut prior: nō enim omnes scientiæ æqualem habent certitudinis gradum.

Re.

Ad primū. Respondetur igitur ad argumentū primum. Admittimus, res naturales esse indefinitas, tamen non eo modo, quo indefinitæ sunt, earum est scientia. sunt enim infinitæ in singulari: earum tamen scientia est, vt ad vniuersales naturas reducuntur, quæ finita sunt: non enim huius vel illius equi est scientia, sed equi.

Ad secundū. Ad secundum respondetur: aliud esse generabile, aliud generari: generari enim dicit actū, qui primò inest singularibus, quæ mutantur, & non perseverant: at generabile primò inest naturæ, in qua est principiū & potentia generationis: vnde homo generabilis dicitur, seu corpus: & ista generabilia sunt vniuersalia, quæ semper sunt, & eorū est scientia: non enim destruntur nisi per accidens in hoc vel illo singulari, secundum se tamen perseverant.

Ad tertiu. Ad tertium dico, sensibile dici dupliciter: vno modo per se, nempe, quod primò terminat actū potentia sensitivæ, vt coloratum, calidum, ratione qualitatum, & ipsa singularia, & talium non est scientia: altero modo per accidens, quia, videlicet, est in his, quæ sentiuntur per se, sicut naturæ, & vniuersalia eorum, quæ per se sentiuntur, & horum est scientia.

Quæstio secunda, de subiecto Philosophia naturalis.

Equitur igitur, cum constet Physicam esse scientiam, vt videamus, quæ sit intentio, & huius scopus. Auerroes respondet in hoc prologo: Physicam intendere manifestare causas, & passiones harum rerum sensibilibum, prout tales sunt, nempe mutationes, motus, aliasque similes passiones, & harum causas: dicit, prout tales sunt, quia non omnia, quæ vni rei insunt, vnius est scientiæ considerare, sed propria illius rei, tã causas quàm passiones. Circa hoc est quæstio satis celebris, de subiecto Philosophiæ naturalis: oportet autē ex Logica supponere, quid sit subiectum scientiæ, illud nempe, quod primò intenditur in scientia, cuius cause, passiones, & species in scientia considerantur, à quo scientia vnitatem, & ab alijs distinctionem sumit. Circa hanc difficul-

Nota.

tatem inuenio tres præcipuas sententias: prima est Sancti Thomæ, in hoc prologo afferentis, ens mobile esse subiectum Physicæ: per mobile autem non tantum intelligimus, quod secundum locum mouetur, sed quod mutabile est quacunque mutatione. Hanc sententiam recipit Landunus, q. 2. & est Auerrois expressa. 4. Metaphy. com. r. & in præsenri videtur idem dicere, nam cõstituit res sensibiles, vt motus habent principium. Constat autem quod idē est ens, & res: & hoc idem, quod Auerroes, dicit Simplicius. Altera sententia est: corpus mobile esse subiectum Philosophiæ naturalis, quam sententiam recipit Albertus tract. 1. cap. 3. & Aegidius Romanus. Tertia est: corpus naturale, seu sensibile esse subiectum: hoc asserit Auicenna cap. 1. suæ sufficien. Rationes autē cuiusq; sententiæ hæ sunt præcipuæ. Sanctus Thomas vtitur hac ratione destruedi, corpus naturale non esse subiectum: subiectum scientiæ non probatur in illa scientia esse, sed supponitur: at Physicus probat corpus mobile esse, ergo non est subiectum. Minor probatur, nam maior certa est 6. Physic. probatur omne mobile esse corpus, ergo Physicus probat, corpus mobile esse. Aduersus quam rationem in surgit Aegidius, quia aliud, inquit, est probare, quod corpus mobile sit: aliud, quod mobile sit corpus: hoc facit Physicus, non illud: vnde ratio videtur non probare intentum. Addunt aliam secundam rationem discipuli S. Thomæ, inter quos est Caietanus in q. de subiecto Philosophiæ naturalis. corpus mobile, vt Albertus, & Aegidius existimant, nempe pro substantia naturali, non comprehendit omnia mobilia Physica: at ens mobile comprehendit: ergo hoc potius, non illud est subiectum: antecedens probatur: est enim corpus mobile triplex, aut secundum substantiam, aut secundum qualitatem, aut secundum quantitatem, hæc autem sunt singula in singulis prædicamentis: nam primum est in substantia, secundum in qualitate, tertium in quantitate: non ergo corpus mobile pro substantia est commune istis, sicut ens mobile: ergo hoc est subiectum.

Alij

3. Ratio.

Rationes p da: ipse enim constituit triplex corpus, secundæ opinionone. Nota.

1. Ratio.

2. Ratio.

3. Ratio.

Rationes p 3-opinione 1. Ratio.

Alij discipuli Sancti Thomæ addunt tertiam rationem, nam corpus mobile non complectitur materiam, quæ est ens mobile, cum sit partim generabilis, partim corruptibilis: at subiectum debet cõplecti omnia, quibus passio scientiæ inest: ergo ens mobile est subiectum. Hęc pro prima sententia.

Secunda sententia Alberti est declaranda: ipse enim constituit triplex corpus, Metaphysicum, Mathematicum, & Physicum: corpus Metaphysicum vocat substantiam compositam ex materia & forma tantum consideratam cum aptitudine ad quantitatem, quæ est prædicamenti substantiæ: & hæc considerare est Mathematicum: at corpus cum ipsa materia sensibili est Physicum, & hoc corpus mobile est subiectum Physicæ. Probat primò: Illud est subiectum scientiæ, cuius partes & cause in scientia cõsiderantur: sed partes corporis mobilis considerantur in Physica, nẽpẽ materia, & forma: ergo illud est subiectum. Secundò argumentatur Aegidius Romanus contra Sanctum Thomam. Mobile, cum additur enti, vel limitat per se, vel per accidens ipsum: si per se, ergo Physica erit species Mathematicæ: sicut scientia de animali rationali est species scientiæ de animali: si per accidens, ergo erit subalternata Mathematicæ: sicut scientia de linea visuali subalteratur natur scientiæ de linea secundum se, quorum vtrumq; est falsum, cum Physica sit genus scientiæ à Mathematica distinctū.

Tertiò argumentantur Scotistæ: Ens mobile competit Angelis, qui tamen ad Physicam non pertinent: ergo ens mobile non est subiectum, sed corpus mobile. Hęc pro secunda sententia. Tertiam verò sententiam ego probō. Illud est subiectum scientiæ, quod continet omnes passiones scientiæ: at corpus naturale cõtinet passiones, non autem ens mobile, quod probatur: nam quiescibile est passio Physica, non tamen videtur inesse mobili, cum sint opposita motus & quies: at inest corpori naturali, ergo hoc potius est subiectum, non autem corpus, aut ens mobi-

le. Secundò, Passio non est sumenda pro subiecto, sed mobile & motus passiones sunt Physicæ, sicut risus, & risibilitas: non ergo ens mobile, vel corpus mobile est subiectum, sicut nec homo est risibilis dicitur subiectum scientiæ, sed solus homo, de quo demonstratur risibile. Hæc sunt rationes pro qualibet parte probabiliores. In hac difficultate id, quod certum est, & quod ambiguum, aperiam: & sententiam S. Thomæ explicabo: postea omnium rationes soluam, in quo exactè declarabitur sententia S. Thomæ: Tandem, quod mihi visum probabilius fuerit, aperiam. Aduerte igitur, duplex subiectum esse in aliqua scientia: alterum materiale; & hoc est res illæ, quæ tali scientia considerantur: alterum formale, nempe ratio, secundum quam res illæ in tali scientia cõsiderantur. Omnibus cõperum est, materiale subiectum Physicæ esse res omnes sensibiles: formale verò, quatenus habet aliquod intrinsecum sui motus, & mutationis principium: & hoc docet Aristoteles 6. Metaphy. ca. 1. Physicam, inquit, versari circa genus entis, quod in se motus principium habet. idem in lib. 11. c. 3. Nec in hoc vlla est apud Doctores difficultas. Sed controuersia tota ferè est in nomine posita: an tale subiectum sit dicendum ens mobile, vel corpus mobile, vel corpus naturale. Omnia ista quantum ad suppositionem æqualia sunt, nec pluribus supponit vnum, quàm aliud, imò inter se conuertuntur, sed modus significandi varius est.

Sanctus Thomas vult ens mobile dici subiectum, quia clarius iunguntur istæ partes, ens mobile, quàm corpus mobile: nam quod mobile sit ens, nullus dubitat: quod verò mobile sit corpus, est demonstrabile, & non per se notum: cum igitur clarius res sensibiles explicetur per ens mobile, quàm per corpus mobile, illud est subiectum: & hoc intendit S. Thomas. Nec contra hoc modò quicquam valet replica Aegidij Romani, probantis corpus mobile non probari. Vt autem clarior fiat sententia ista, soluamus omnia argumenta, etiam discipulorum S. Thomæ, quia volentes defendere ipsius sen-

2. Ratio. Quo agēdū ordinem hac quæstione. 1. Fundamētū Duplex subiectum: materiale, & formale. In quo sita sit tota controuersia. Explicatur opinio Dicit Thomæ. Solutio argumentorū discipulorū. B ten.

Thomae, qui non re- de eum de- fendunt. tentiam, non satis id praestiterunt. Ad illud Caietani, negatur illud triplex corpus mobile, imò vnicum est corpus substantia, nempe compositam ex materia & forma, quod est mobile secundum qualitatem, & quod est mobile secundum quantitatem: & eadem sunt principia illorum motuum, nempe materia & forma: non ergo multiplicare oportet mobilia corpora; & hoc nota.

Ad aliud argumentum. Ad aliud argumentum aliorum respondetur: sicut materia non dicitur corpus mobile, ita nec dicitur ens mobile, ut ipsi existimant, nam ens mobile dicitur totum compositum: nec quantum ad rem est differentia inter corpus mobile, & ens mobile, ut diximus: quod si dicas, materiam generari, dico esse falsum, materia enim non generatur per se, sed ratione compositi, cuius est pars: unde non dicitur ens naturale, sed natura. 2. Phy. c. 1. nec ens mobile, sed pars entis mobilis.

Solutio rationum secundum opinionis. Nota. Circa opinionem Alberti, in primis mihi non placet distinctio illa triplicis corporis: non nego, posse substantiam compositam concipi intellectu absque actuali quantitate vel qualitate: tamen illa substantia sic considerata ex intrinseca sua ratione habet aptitudinem ad ille eo ipso, quo materialis est: erit ergo eiusdem scientiae considerare substantiam quantificabilem & quantam, & substantiam qualificabilem, & qualem: non enim alterius scientiae est considerare hominem risibilem; alterius, hominem ridendum: ob id dico, non esse nisi corpus Physicum, aut Mathematicum, ut vult Averroes 3. Meta. com. 17. & 1. Celi com. 1. quamuis alia ratione procedat Averroes, quam postea discutiemus: Ad primam ergo ipsius rationem respondetur facile, cum ens mobile, & corpus mobile idem re sint; principia corporis mobilis sunt etiam entis mobilis. Ad secundam Aegidij respondet Iandus q. 2. quod licet sit ens mobile inferius ente, sicut subiectum subalternata, tamen non est subalternata Physica, quia ipsius principia sunt immediata, nec in Metaphysica probantur. Aliter respondet Niphus dicens, quod etiam si sit inferius ens mobile en-

te ipso, tamen non est species; quia ens non est genus: in quo videtur Iandus concedere, mobile esse additum extrinsecum; Niphus verò intrinsecum. Ego verò vtrunque nego. Et est summopere aduertendum; aliter se habere genus ad sua inferiora; aliter ipsum ens ad sua: genus enim dicit quandam naturam, & rationem obiectiuam; quae per varias differentias contrahitur ad species, aliter non esset vniuersum, nisi praeter vocem vnã esset etiam ratio communis, unde addita differentia generi facit compositionem, & additum accidens facit compositionem, sed accidentalem, ut animal album: at ipsum ens non sic: non enim dicit naturam communem, sed omnes res immediate, sicut nomen Petrus omnes Petros significat, non significando communem naturam: confusè tamen & indistinctè significat omnia: unde quando additur quicquam enti, non est compositio realis, sed explicatio quaedam, & determinatio confusa: qui enim dicit ens substantia, ens album, nihil reale compositum dicit, quam substantiam & album. Ex quo fit, quod ens mobile non est compositum in re, nam mobile est additum, significatio nem entis confusam determinans: & sic cessat argumentum Aegidij: & hoc est valdè notandum, quod multi non aduertunt non enim est compositum ens mobile, sed rem vnã dicit, sicut si vno vocabulo exprimeretur. Dices, saltè est inferius ipso ente, & eiusdem erit scientiae considerare ens, & ens mobile.

Dico, & nota, quod inferiora, & superiora eiusdem scientiae est considerare, quando sunt sub eadem abstractione à materia: at quando non sunt eiusdem abstractionis, non pertinent ad eandem scientiam: ens autem abstrahit à materia omni: mobile verò est cum materia sensibili, ob id non eiusdem scientiae genere est vtrunque considerare. Ad tertium argumentum Scotistarum respondetur, Angelos non esse entia mobilia, cum ens mobile, & corpus mobile idem re sint. Angeli autem non sunt corpora: & quamuis ens mobile esset superius corpore, Angeli non dicerentur mobilia entia

Nota: Differentia entis ad sua inferiora, & generis ad sua.

Lubium.

Solutio.

Ad tertium.

entia: non enim habent motum Physicum, cum in loco, & tempore subiecti non sint.

Solutio rationum tertiarum opinio- nis. Ad primum argumentum pro tertia sententia respondet primò Albertus c. 3. quod quies est passio corporis sicut motus, sed est priuatiua: quies enim est priuatio motus: cum igitur priuatiuum per positium cognoscatur, non oportet dicere corpus quiescibile, sed positium, nec corpus, seu ens mobile. Respondet secundò, quod non est passio vniuersalis, nam quies non inest cuiusque corpori, cui inest motus: caeli enim mouentur, non tamen quiescunt. Quod si dicas, etiam non omne corpus mouetur, nam terra non mouetur. Respondet, terram non moueri quidem secundum locum, tamè mouetur secundum alios motus, nam alteratur, frigescit, calescit. Respondet tertio Iandus, quod etiam mobile est quiescibile, cum priuatiuorum idem sit subiectum. Ad secundum aduerte, quod mobile dicitur tripliciter, aut quod mouetur actu, aut quod aptitudine mouetur, sicut dicitur risibile, quod aptum est ridere, & vtroque modo mobile est passio, nec sic in praesenti sumitur. Tertio mobile dicitur, quod intrinsecum habet principium motus, & sic sumitur in praesenti, nec est passio, sed passionum principium. Ex his omnibus opinio Sancti Thomae, imò etiam aliorum, sunt satis manifestatae. Superest, ut dicam, quid mihi videatur. Ego quidem reputo opinionem Sancti Thomae valdè probabilem, & amplectendam, tamen mihi videtur probabilius, non ens mobile, sed ens naturale esse subiectum Physicæ, & praeterquam quod Simplicius & Averroes videntur hoc dicere: ponunt enim, Philosophum considerare res naturales: rationes nostrae haec sunt. Illud est subiectum, quod cum passionibus non facit predicationes ridiculas, & ferè identicas, sed tale est ens naturale, non autem ens mobile. Nam dices bene, ens naturale est mobile, & mouetur, sed quis dicet, ens mobile mouetur, seu ens mobile est mobile? Secundò, quia subiectum clarius debet exprimere radicem passionum: at ens naturale clarius radicem passionum exprimit, nam na-

Dubium.

Solutio.

Ad secundum. Nota.

Sententia propria Auerrois.

Confirmatio.

Ratio.

tura est principium motus; ens autem naturale, quod habet principium motus.

Tertio, quia est multiplex illud mobile, ut dictum est: modò enim pro passione, modò pro principio passionis sumitur: equiuocatio autem obscuritatem importat. Quarto, quia non exprimit principium quietis, quod explicatur per ens naturale: non enim sufficit dicere, quod satis sit exprimere passionem positiuam, nam eodem modo possit dici, quod in definitione naturae non oportebat dicere, natura est principium motus, & quietis, ut dixit Aristot. Propter haec mihi talis sententia probabilior videtur, quamuis in re non sit discordia, cum omnia significant idem, ob id apud Aristotelem modò ens mobile, modò corpus inuenitur esse id, circa quod Physica versatur. Atque satis de quaestione hac.

Tertio. De diuisione Philosophiae naturalis.

IRCA tertium de diuisione Philosophiae naturalis, videtur mihi satis comoda illa, quam assignant Simplicius, & Themistius, nempe haec: quae in Philosophia naturali continentur, aut sunt de principijs, aut de his, quae ex principijs componuntur: de principijs omnium rerum naturalium, & de communibus est liber Physicorum, de compositis sunt reliqui. Quae autem componuntur ex primis, aut sunt simplicia corpora ex alijs corporibus non constituta: aut sunt composita, & mixta. Si simplicia sunt, aut incorruptibilia, & sic sunt caeli, de quibus traditur in libris duobus prioribus de caelo: aut corruptibilia, ut elementa, & de his agitur in duobus posterioribus libris de caelo: de his enim omnibus primò traditur, tanquam de simplicibus corporibus. De compositis verò, quia hoc omnibus est commune, nempe generatio, & corruptio; & non solum his, sed etiam ipsis simplicibus elementis: ob id primò de generatione & corruptione differitur, postea de ipsis seorsum. Haec autem composita quaedam inanimata, quaedam animata sunt: Primò de inanimatis agitur. Deinde de animatis: atque inter illa quaedam sublimia sunt.

Ratio.

Ratio.

sunt, quæ Metheora dicuntur, quæ supra nos sunt, vt venti, pluuia, irides, halones, & similia, de quibus in libris Meteororum: quædam subter in intrinsicis terræ partibus, vt metalla, lapides, de quibus in libro de mineralibus. Animata autem, quia animam habent communiter, prius de anima agitur in libris tribus de anima, & de quibusdã ex anima procedentibus, videlicet de somno, vigilia, iuuentute, senectute, vita, morte, & simili. In libro, qui parua naturalia dicitur, tractantur. Post hæc de ipsis animatis: atque horum quædam animalia, quædam plantæ. De animalibus in libro de Historia, & in libris de partibus animalium, & generatione ipsorum latè differtur. Tandem de plantis, atque hæc est breuis summa librorum Arist. Nec intendimus modò determinare ordinem omnium horum, sat sit, quantum ad præsens institutum attinet, hos libros omnium esse libros.

Quarto. De procedendi modo.

CIRCA modum procedendi naturalem Auerroes dicit, esse materiam disciplinæ, intelligit facilem, ac familiarem procedendi modum, qualis est inductio, exemplum, definitio, diuisione, syllogismus hypotheticus: per demonstrationem. verò intelligit triplex demonstrationis genus, est enim demonstratio signi, demonstratio causæ, demonstratio simpliciter: Demonstratio signi est, quoties per signa & effectus à posteriori rem demonstramus: demonstratio causæ est, cum procedit demonstratio per causam, sed effectus iam notus fuerat ante ipsam causam: vt si quis Eclipsim prius cognoscens, causam inquireret, & per hanc causam probaret effectum: talis demonstratio solum ostenderet causam, sed non probaret effectum esse, ob id dicitur demonstratio causæ: at verò cum effectus nõ fuit ante causam cognitus, tunc primum per ipsam causam cognoscitur, dicitur talis demonstratio simpliciter, quia effectum probat & cau-

sam ostendit, dicit ergo Auerroes, Philosophum hic omnibus demonstrationibus vt, tamen frequentius demonstrationibus signi, & causæ, quia effectus physici sunt notiores nobis suis causis. De ista demonstratione causæ diximus latè r. Postea existimo enim etiam cum effectus præcognoscitur ante causam, demonstrationem probare effectum esse, quia effectus ante causam cognoscitur particulariter, & non ita necessariò. at cum per causam probatur, vniuersaliter cognoscitur, & necessariò: & ad hoc fit ille regressus, vt effectum imperfectè cognitum, perfectissimè cognoscamus: quamuis adhuc sit distinguenda duplex demonstratio: & quæ probat per causam effectum aliquo modo ante cognitum: & quæ probat effectum nullo modo ante cognitum, licet omnis demonstratio sit effectum esse probans, si per causam procedit. Hæc de modo procedendi.

De Libris Physicorum Aristotelis, ac primò de eorum instituto, & subiecto eorum.

Quæstio I.

Vigetur ad libros hosce, quos primos omnium interpretandos suscepimus, accedamus, tria ante ipsum textum breuiter perstringamus: primum institutum horum, alterum inscriptionem, tertium diuisionem. In instituto, & scopo horum librorum omnes interpretes conueniunt, nempe hic tradi communia principia, & passionem entium naturalium: oportet enim communia prius cognosci particularibus, hæc autem communia, secundum Simpliciũ, sunt materia, forma, reliquæ causæ, motus, locus, tempus.

Sed dices, quod erit obiectum horum librorum? dico, quod vnusquisque constituit pro obiecto horum librorum illud idem, quod ponit obiectum totius Physicæ: vnde secundum Albertum horum librorum obiectum est corpus mobile simpliciter: secundum S. Thomam ens mobile: & nos consequenter dicemus ens naturale simpliciter. Dubitabitur, quomodo

Solutio.

modo idem obiectum potest esse horum librorum, qui sunt pars Physicæ, & totius Physicæ. Hoc dubium mouit Albertus r. Priorum, in principio: illic enim dixit, syllogismus simpliciter esse obiectum illorum librorum: qui tamen syllogismus simpliciter pertinet ad totam Logicam: & respondet syllogismũ simpliciter duobus dici modis: vno modo simpliciter, id est, vniuersaliter, vt comprehendit omnes suas species: & sic ad totam Logicam spectat: altero modo simpliciter, id est, solum vt syllogismus est, & sub ratione communi consideratus, & sic est obiectum illorum librorum. Consequenter non possumus idem dicere, ens mobile, seu corpus mobile, aut ens naturale potest considerari vniuersaliter cum suis omnibus partibus: & sic totius est Physicæ obiectum: altero modo præcisè sub illa ratione communi tantum: & sic ad hos pertinet libros. Quamuis posset dici obiectum esse commune principium rei naturalis, non enim in omni parte Physicæ oportet dare aliquod obiectum compositum, nam in libris de anima obiectum est anima: in libro de somno & vigilia, somnus & vigilia: sic etiam in alijs: ita in his communia omnibus entibus naturalibus.

De inscriptione & diuisione horum librorum.

Quæstio II.

CIRCA inscriptionem, isti libri inscribuntur Græcè *ἡ φυσικὴ ἀκουστικὴ*, id est, de naturali auscultatione: notandum est enim ex Themistio, & Cic. 5. de Finibus, & Aulo Gell. lib. 20. cap. 4. libros conscriptos ab Arist. esse in duplici differentia: quidam erant conscripti stylo & modo procedendi vulgari, & communi, & facili, vt vel mediocriter eruditi possent percipere, ac ob id, exoterici dicti, quasi pro omnibus etiam extrinsecis conscripti. Alij erant libri profundiori stylo, & modo exactiori procedendi compositi, nempe demonstratiuo: & hi dicebantur auscultatorij, quasi attentioribus & studio indigentes, vt intelligeren-

tur: & dicebantur Acroamatici, huiusmodi sunt libri Physicæ, & præsertim hi: ob id de naturali auscultatione dicuntur. Notat Simplicius, quamuis iste titulus possit vniuersaliter Physicæ competere, tamen, quia communia omnium tractat, quæ reliqua virtute continent, peculiariter his attribuitur, hoc etiam dicit Albertus. Solent etiam ab Aristotele hi libri de motu dici, vt patet 2. Posterior. cap. 12. & 1. Cæli. text. 38. quia, vt in hoc textu notat Auerroes, maxima parte horum tractatur de motu, nempe à tertio inclusiuè vsque ad vltimum librum.

De diuisione horum librorum.

Physicæ.

CIRCA horum librorum diuisionem, Adrastus, quem citant Simplicius, & Themistius in præsentibus: & ipse Simpli. & Andro. vt refert idem Simpli. in principio 5. Physicorum et Eudem. vt meminit idem Simpli. in principio 6. Physico. Omnes hi in duas partes diuidunt hos libros: altera dicitur de principijs, & hæc continet quinque libros priores: altera de motu, & hæc continet libros tres posteriores. In particulari autem, in primo libro de principijs intrinsicis agitur, puta materia, & forma: in secundo de extrinsecis, puta de agente & fine: in tertio de motu, quia naturæ definitio fuit data per motum in libro secundo: & quia motus est de genere continuorum, tractatur etiam ibi de infinito: cum autem quæ mouentur, sint in loco, & motus sit in tempore, agitur in quarto libro de loco, & tempore, & de vacuo, quod rationem loci videbatur habere. De speciebus verò motus, & de contrarietate ipsius traditur in quinto, & de quibusdam communibus rerum naturalium, vt esse simul, esse contiguum, consequenter & alia. In sexto verò de partibus motus quantitatis differitur: in septimo verò, & in octauo de principio extrinseci motus. Hæc ex dictis authoribus colligi possunt. Posses dubitare, quare tertius, quartus, & quintus liber dicuntur de principijs, cum potius sint de passione corporum, quæ est motus. Existimo esse dicendum, quia in

his agitur de motu, vt est pars definitio- nis principiorum, nempe ipsius naturae: ob id totum inter libros de principijs cõ- putatur: in reliquis tribus agitur de mo- tu secundum se. Dubitabis, nonne etiam in secundo libro tractatur de materia, & forma, cum natura non sit aliud, quam materia & forma? quomodo ergo tra- ctatur de efficiente, & fine? Dico præci- pue agi de efficiente & fine: nam natura, quæ forma dicitur, habet rationem cau- sæ efficientis, vt dicitur postea. Porphy- rius verò, vt refert Simplicius, in principio 5. Physi. tantum quatuor priores libros dixit esse de principijs, reliquos verò qua- tuor de motu, quam sententiam recipit Philoponus in præfenti.

Dubium se- cundum.

Asteza diui- so.

Authoris sententia.

At si licet in hoc aliquid dicere, exi- stimarem posse conuenientius dici, duos priores libros esse de principijs rerù naturalium: reliquos verò de motu, & de his, quæ motum sequuntur: & hoc vide- tur sentire Auerroes i. Cæli. com. 38. vt diximus. Accedamus igitur tandem ad textum: interpretabimur autem versio- nem antiquam, diuisionem textuum se- quentes.

Quoniam cognoscere, ac scire.

Text. I.

Qua sit intentio, & scopus Ari- stotelis.

Primi text- expositio, id est, Philo- poni.

QUONIAM in textibus primis continetur proœmium horù librorum, quamuis Simplici- us existimet esse vniuersale pro tota Physica: in primo textu manifesta- tur intentio, quæ consistit in hac cõclu- sione. Ante omnia oportet determinare principia scientiæ naturalis: hanc probat hoc syllogismo, vt bene dicit Philop. in omni Methodo, cuius sunt principia, causa, & elemēta, intelligere & scire cõ- tingit ex perceptione ipsorum principio- rum, causarum, & elementorum: sed natu- ralis scientiæ sunt principia, causa, & elementa: ergo ex eorum perceptione cõ- tingit scire: aggrediendum ergo est ipsa tractare. Nec mihi placet syllogismus Simplicii, non enim literæ consonat, sic

Secunda Sim- plicij expo- sitio.

enim ipse cõponit: omnia habentia cau- sas, principia, vel elementa, ex ipsorù per- ceptione sciuntur, sed res naturales ha- bent principia, causas, & elementa: ergo res naturales ex horù perceptione sciun- tur: prior videtur magis ad mentē Arist.

Simplicii expositio.

Huius syllogismi maiorem ponit cū sua probatione, quæ est per inductionē communem: omnes enim se arbitran- tur scire, cum principia prima, causas pri- mas, & vsque ad elementa cognoscunt: minorem subicit, quia vt dicit Simpli- cius, tanquam per se notum accepit, res naturales habere principia. Hanc verò suppleuit Theophras. & probauit, quia o- mnia composita habent principia, res autem naturales compositæ sunt, sunt e- nim corpora.

Singulorū verborum expositio.

Sed cõsideremus verba Arist. inquit, Cognoscere, ac scire, Alex. dicit, esse sy- nonyma, ac pro eodem accipi. Auerroes verò, & Simplicius dicunt diuersa signi- ficare: cognoscere enim est genus cõm- prehensens quacūq; cognitionem, siue per causam, siue sine causa: siue necessa- rium, siue non necessarium. At scire co- gnitionem demonstratiuam dicit, ponū- tur autem ista duo verba, vt vnum sit ve- lut appositio alterius, vt sit sensus, cõtin- git se cognoscere, vt sit scire. S. Thomas per cognitionem intelligit eam, quæ per definitionem fit; per scire verò eam, quæ per demonstrationem: tam autem in de- finitione, quam in demonstratione cau- sæ sumuntur. Sed cõmodior videtur ex- positio Simplicii. Alterum verbum est, Methodos, quamuis autē Methodus pro quocūq; habitu speculatiuo, aut actiuo sumatur, tamen hic secundum Auerroē, pro arte quadam, & ratione sumitur, se- cundum quam ea, quæ in scientia sunt, traduntur: & in hac methodo oportet à causis incipere, vt dicit, quando est de re habente causas.

Sequuntur modò illa verba: principia, Quid intel- ligat Arist. per princi- pia causas & elementa. Prima sen- tentia. cause, elementa, in quibus innumera sunt expositiones: primas adducamus. Alphara omnia hæc ad principia cogni- tionis refert, vt per principia dignitates communes, per causas præmissæ peculia- res, cõclusionis, per elemēta maior & mi- nor

nor extremitas intelligantur: ex horum enim cognitione scientia fit rei.

2. sententia.

Reliquæ autem expositiones sunt de principijs rei, quæ in hoc conueniunt, vt sensus sit Aristotelis: oportet scientiam rei procedere ex eius causis materialibus, for malibus, finalibus, aut efficientibus: licet autem iste sit sensus omnium, tamē quid per singula verba intelligere oportet, non omnes eodem modo expli- cant.

3. sententia.

Fuit igitur sententia secunda Alexan- dri, vt refert Simplicius, per principia, ef- ficientem causam intelligi, per causam formalem & finalem: per elementa ma- terialem, & hæc sententiã recipit S. Tho- mas. Tertia sententia fuit Auerrois, & Al- berti Magni, per principia, causam effi- cientem: per causas finalem: per elemen- ta materiam & formam, quæ rem cõpo- nunt, esse intelligenda.

4. sententia.

Quarta sententia fuit Porphyrij, & Phi- loponi, per principia, & causas idem in- telligi, nempe finalem, & efficientē cau- sam. Per elementa verò, materiã & for- mam. Vltima sententia est Simplicii; quæ mihi magis placet, vt per principia quid commune intelligatur ad causas & ele- menta: omnis enim causa, & omne ele- mentum principium est, non contrã: per causas vero extrinsecæ intelliguntur, nē- pe finis, & efficiens: per elementa verò, intrinsecæ, materia & forma, vt sit sen- sus, oportet in scientia, principia cogno- scere: hæc autem, aut sunt extrinsecæ cau- sæ efficiens, & finis vel elementa, id est, intrinsecæ, materia, & forma, & profec- to, quòd principium cõmuniter sumat- ur, patet ex conclusione, quam infert: oportet principia Physicæ determinare: vbi clarum est, quòd saltem materiã & formam intelligit, nã ab his incipit. Ad- huc etiam ca litera aduerte, quòd loquitur disiuunctiue, vt vniuersalior esset propo- sitio, vt notat Philoponus, nam non oēs scientiæ omnes habent causas, quædam enim formam, quædam finem simul: quæ- dam omnes habent, in singulis autem cognitio fit ex perceptione earum causarum seu principiorum, quæ ha- bent.

Nota.

Circa probationem maioris occur- runt verba explicanda, principia prima, causas primas, vsque ad elementa. Auerroes enim non in eadem significatione accipit hæc verba, in qua accipiebantur in ipsa maiori, nam per principia prima intelligit causas extrinsecas, efficientem, & finalem, remotas, & supremas: per cau- sas primas intrinsecas materiam, & for- mam remotas etiam. Per elementa verò omnes quatuor causas proximas: vt sit sensus, scire arbitramur, cum à causis pri- mis, & remotis vsque ad ipsas proximas peruenimus. Dices tu, quæ sunt istæ cau- sæ prima, & proxima? Respondet, remo- tas esse, primam materiam, primam for- mam, primum efficiens, primum seu vlti- mum finem: per materiã primam in- telligit ipsam materiam secundum se, ex qua sunt factæ omnes res naturales: ma- teria verò proxima est cum his disposi- tionibus induta, quæ sunt peculiare sin- gulis speciebus: alia enim est materia la- pidis, alia equi, proxima: nam remota e- iusdem rationis est. Per formã primam intelligit solam formam, quæ cum mate- ria facit compositam substantiam in cõ- muni: per proximam formam verò eã, quæ facit hanc vel illam substantiam, pu- ta animal, plantam, mixtum: per agen- tem primum remotum, & vniuersalem intelligit, qualis est primus motor: per propinquum verò intelligitur agens par- ticulare: idem de fine: oportet ergo ab ip- sis supremis vsque ad particularia prin- cipia descendere.

Quid intel- ligat Arist. per principia prima, causas primas, &c.

Hæc est expositio Auerrois, quæ mihi non placet, vt meritò refellitur sic à D. Thoma; quia in tam breui contextu & connexione verborum admittit tantam equiuocationē. Quòd si ipse noluit ad- mittere illa duo verba, cognoscere & sci- re, esse synonyma, quia in scientia nõ de- bent admitti vocabula talia: multò mi- nus profecò admittenda erant equiuoca. Alexander aliter intelligit: sumit enim ista pro principio cognitionis, vt prima- rias causas dicantur dignitates cõmunes: pri- ma principia, intermediæ propositiones: elementa verò proxime præmissæ cõclusio- ni: scientiæ enim per hæc procedunt.

Cõfutatõ expositio- nis Auerrois.

Alexandri expositio.

Hanc

Cōfutatō.

Hanc expositionem non recipit Simplicius propter æquiocationem verborum, & merito: cum enim in maiori accepta sint principia rei, non oportuit in minori principia cognitionis mutare. Propterea dico cum Simplicio, quod manet eadem significatio vocabulorū, sed restricta, per illud, prima: prima enim principia dicuntur, quæcūq; causę cuiusq; generis, sed supremę: & declarantur per primas causas, quę significant extrinsecas supremas & elemēta primas & supremas intrinsecas, vt sit sensus: tunc scire existimamus, cum causas supremas, & immediatas nō solūm intrinsecas, sed etiam extrinsecas cognoscimus. Hęc circa literam textus.

An quilibet artifex demonstrat per quodlibet genus causę.

Quæstio III.

Rationes in contrarium.

QVIA inter exponendum diximus, non omnem scientiam quodlibet genus causę considerare, merito dubitatur, an ita sit, & primò videtur, quod Metaphysicus non consideret efficientem causam: Metaphysicus abstrahit à motu, at efficiens causa importat motum, non ergo pertinet ad Metaphysicum: maior est certa: minor probatur ex definitione: efficiens enim est, vnde primò incipit motus.

Secundò videtur, quod cōsideret materiam, materia est pars quædam entis, vt notum est, ergo pertinet ad Metaphysicum: præsertim cum in 8. & 11. lib. multa dicantur de materia.

Tertiò, res Mathematicę habent omnes quatuor causas, ergo Mathematicus vtitur quolibet genere causę: antecedens est notum, nam res Mathematicę sunt formę saltem habentes materiam intelligibilem, & cum nō sint à se, necessariò habebunt causam extrinsecam.

Quartò, sunt multę cōclusiones Physicę, quę non probantur, nisi per vnum aut alterum genus causę, vt notum est: ergo Physicus non semper cōsiderat quatuor genera causarum. Hęc sunt argumenta, quę in hac parte difficiliora videntur. Circa hoc primum dicamus, quid

senferint Philosophi antiquiores circa Metaphysicam: Auerroes censet, ipsam solam vti sine, forma & efficienti, sed nō materiam: id ipsū Albertus. Alexander verò formam tantūm, & finem considerare asserit. Burleus dicit, duplicē esse Metaphysicę partem: alteram quę de intelligentijs tractat, & hęc materia nō vtitur, benè tamen alijs tribus: alterā, quę de communibus alijs omnibus entibus, & hęc materiam considerat.

Hoc autem non recipit Paulus Venerabilis, sed quod nullo modo materia vtatur.

Circa Mathematicam verò Auerroes sola vti forma dicit, idem etiam Alexander. Hoc tamen reprehendit Simplicius: dicit enim etiam considerare materiam, nam in Musica numeri habent rationem materię, proportionem verò formę.

Alij dicunt Mathematicam non vti causa vlla, sed procedere per quędā principia certissima, quę nec causę, nec effectus verè dici possunt: vnde ipsius demonstrationes nec sunt, quia, nec ppter quid, certissime tamen, & notissime sunt. Hoc dicit Hippus: & videtur id cōcedere Paulus, licet non omnino: id etiam dicit Buridanus in proemio Methaphysicę & Procul. i. clem. vbi dicit, demonstrationes Mathematicas procedere per signa quędam. Hęc sunt de opinionibus aliorum.

Pro huius autem determinatione sit primum fundamentum, tunc probamus per causam formalem, cum medium demonstrationis est alicuius extremi forma, licet accidat aliquādo, quod illa forma sit efficiens vnius extremi, verbi gratia probatur, viuentia à se moueri, quia animam habent, est quidem demonstratio per formam, quamuis anima sit effectiuum principium illius motus, est tamen viuentium forma: & hoc sæpè euenit, quoties per subiecti formam & naturam demonstramus, quę frequenter est causa effectiua proprietatum.

Aduerte autem, quod aliquando pro forma vtimur aliquibus rationibus intellectu distinctis, quę dicuntur habere locum causarum formalium, licet verè non sint causę, cum sint idē realiter cum effectibus: dicuntur tamen causę, quia

Nota.

dum intellectu separantur, sunt velut antecessores alias rationes, sicut esse actum independentem in esse, est causa, quod anima rationalis sit immortalis, quamuis secundum rem hæc duo idem sint cum ipsa anima: & hoc demonstrationum genere demonstramus de Deo, & de simplicibus rebus aliqua, quo frequenter vtitur Metaphysicus, & ad genus causę formalis reduci debet.

Secundum fundamentum.

Sit secundum fundamentum, in quo oportet explicare duplicem materiam, nempe sensibilem, & intelligibilem, quid sit harum vtraq; S. Tho. enim, quę multi sequuntur, per materiam sensibilem intelligit substantiam inductam qualitatibus elementaribus calorem, frigiditatem, humiditatem, siccitatem, & ex his compositis: per materiam verò intelligibilem, intelligit substantiam sola quantitate conceptam, quā Mathematicus speculatur: hoc communiter dici solet. At verò quātūm ad materiam intelligibilem, aliter mihi videtur dicendum, quod quantitas sola sit materia intelligibilis. Attende autem, quod Mathematicus non habet pro obiecto quantitatem, sed figuras, & formas, quę in quantitate sunt: vt enim faber ferrarius, non de ferro, sed de forma, quę in ferro sit, agit: ita & Geometra, non de quantitate, sed de figura in ea facta.

Ex quo fit, quod multò aliter Physicus de quantitate tractet, & Mathematicus: Physicus enim de illa agit, vt est accidens quoddam corporis sensibilis: at Geometra de ea agit, vt materia, in qua figurę ab ipso consideratę insistant: ob id quantitas dicitur materia Mathematici.

At quia non accipit Geometra vel Mathematicus hęc materiam, sicut est in rebus: non enim sic lineę, & puncti, & superficies sunt, sicut Mathematicus sumit, sed prius per imaginationem vel intellectu illas separat, & sic abstrahit, ac in sic abstractis figuras considerat: dicitur materia intelligibilis, quamuis (vt mihi videtur probabile) crediderim, has quantitates, materiam dici intelligibilem. Hanc sententiam de materia intelligibili docuit Albertus in ca. i. Physicę, & est valde notanda. Materia igitur Mathematica est

quãtitas sic intellectu percepta, sicut materia Physicę sunt accidentia sensibilia, in quibus res Physicę sunt, vt à Physico considerantur.

Sit tertium fundamentum: quemadmodum Physicus materiam suam considerans, probat per eam aliquas proprietates, ex ipsa proueniētes rebus, quarum est materia: ita Mathematicus probat etiā per suam intelligibilem materiā aliqua, quę ab ipsa figuris insunt: & hoc profecto est certissimū: nā quę figura sit in duas partes æquales diuisibilis à Mathematico, probatur, & nō nisi per quantitatem ipsam.

Tertium fundamentum.

His suppositis sit prior conclusio. Metaphysica non probat per efficientem causam; probat tamen per agentem: est enim differentia inter efficiens, & agēs: nā efficiens dicitur id, quod motu agit; agēs verò, quod sine motu, sed actione solū immanenti. Physici est considerare causas efficientes, at Metaphysici agentes: vnde Metaphysicus considerat causam primā, vt disponentem, vt gubernātem omnia, & vt ab ea omne deriuatur esse, sed non vt mouentem & producentem cuncta motu cęlorum: hoc enim Physici est: vnde de S. Thom. in præsentia dicit Metaphysicum considerare causas finales, formales, & agentes.

Prior conclusio.

Posterior cōclusio. Mathematicus frequentius per formam procedit, id est probando passiones, per ipsarum formas vel subiectorum: præcipuè enim figuras considerat, & per ipsas probat: aliquando etiam per materiam suam aliqua demonstrat, vt diximus.

Posterior cōclusio.

Respondemus ad argumenta, in quorum solutione quę supersunt, explicabuntur. Ad primū solutio patet ex dictis: admittimus enim non considerare efficientes causas, considerat tamen agentes. Ad secundum respondet Albertus materiam considerari à Metaphysico tanquā entis partem, nempe, vt potentia est, & secundū aliquot attributa, sed non vt causa est, & per ipsam probet. At contra hoc est argumentum, nam ab Aristotele consideratur 12 Metaphysicę. cap. 4. vt omnium rerum prædicamentorum principium. Docet enim eadem esse entium principia, quorū vnum est materia.

Responsio ad argumenta.

Ad primū. Ad secundū.

est materia: ergo poterit demonstrare per ipsam, tanquam per principium, aliquid de ipso ente in decem prædicamenta diuiso: & ita mihi videtur, salua pace Alberti. Vnde dico, quod Physicus probabit per materiam, vt motui subijcitur, sed non ita Metaphysicus, nisi in quantum est principium ipsius esse.

Ad tertium.

Ad tertium negari non potest, res Mathematicas habere quatuor causas, sed non vt Mathematicæ sunt, quia mathematicus considerat suas figuras in facto esse, & non secundum quod fiunt, aut fieri possunt, ob id abstrahit ab efficiente, & fine, nam si productionem illarum non contemplantur, nec efficientem, nec finem, opus erit speculari: hæ enim causæ ad productionem & actionem rerum eduenire solent: quod si materiam considerat intelligibilem, hoc non vt alicuius mutationis principium est, sed vt in tali materia formæ illæ sustentantur.

Ad quartum.

Ad quartum respondetur, quod Physicus à toto genere videtur quatuor generibus causarum, quamuis non per quatuor has causas singulæ conclusiones Physicæ probentur: aliquando enim id fieri potest, sed non est opus, sicut est quædam per hanc, quædam per illam causam Physicus probet.

An ad rei perfectam cognitionem opus sit omnes eius causas cognoscere.

Quæstio IIII.

Rationes in contrarium.

1. **V**ILE est, hoc examinare, vt intelligamus propositionem textus: scientiam esse per principia, causas, & elementa: & quod non sit opus ad scientiam perfectam omnes cognoscere causas: probatur primo: Definitio explicat rem: at definitio conficitur sufficienter ex materia, & forma, vt dicitur. 8. Meta. cap. 3. ergo ad perfectam rei cognitionem, non erit opus, omnes causas cognoscere.

2. Secundò, demonstratio facit perfectam rei scientiam: at demonstratio per vnicum genus causæ procedere potest, vt notum est: non ergo omnes causas cognoscendæ sunt.

3. Tertio, si res non cognosceretur perfecte, nisi omnibus ipsius cognitis causis,

sequeretur, quod nulla scientia perfecte faceret cognoscere rem, quia non tradit quælibet scientia omnes sui subiecti causas, vsque ad vltimam.

Prima opinio nota.

Circa hanc quæstionem Paulus Venetus, quem communiter multi sequuntur, distinguit duplicem esse cognitionem, simplicem, & complexam. Simplicem, qua res simplici notitia vel definitiua cognoscitur: complexam, qua res per propositionem cognoscitur. vtraque dupliciter dici potest, perfecta simpliciter, & secundum genus: illa dicitur simplex cognitio simpliciter perfecta, qua res secundum eos omnes conceptus cognoscitur, qui de re formari possunt essentialiter; vt quod est homo, quod est animal, quod corpus, quod substantia, quod consistat materia, & forma, & similia: illa simplex dicitur secundum genus, qua res simplex secundum aliquem gradum cognoscitur, nempe, vt homo, aut vt animal: similiter complexa simpliciter perfecta est, cum omnia prædicamenta de re, quæ ei competunt: siue essentialia, siue accidentalia: secundum genus verò, cum cognoscitur res secundum aliquod prædicatum, puta homo, quod est risibile, aut discursiuus.

Respondetur igitur primò: ad simplicem rei notitiam simpliciter perfectam oportet cognoscere omnes causas per se rei tantum intrinsecas; quam extrinsecas rei.

Dicit secundò: ad cognitionem simplicem perfectam secundum genus, sufficit cognoscere definitionem rei essentialem.

Dicit tertio: ad cognitionem completam perfectam simpliciter, omnia ipsius prædicata essentialia, accidentalia, causas per se, per accidens, vltimas, propinquas, & partes oportet cognoscere.

Dicit quartò: ad complexam perfectam secundum genus, id est, ad aliquam vnam propositionem de re sufficit cognoscere omnes causas vnius generis, aut efficientes, aut alias quasuis à proxima vsque ad primam, & immediatam, sic enim est perfecta demonstratio.

Hæc sententia & opinio Pauli Veneti est communis, & vera: tamen non videtur mihi adeo necessaria illa distinctio notitiæ per-

1.

2.

3.

4.

Opinio.

etiam perfectæ in simpliciter, & secundum genus. nam absolute concedenda est notitia rei perfectæ, quæ in scientia quauis traditur: & res dicenda est perfecte cognosci, cum omnia ea cognoscuntur, quæ de illa rei in scientia, ad quæ spectat, traduntur: perfecte enim cognoscitur equus, cum omnia, quæ Physicus de ipso dicit, percepta sunt, quod si de illa generali rei cognitione loquamur, vt loquitur Paulus, non dubium est rem cognosci perfecte, cum omnia, quæ ad ipsam vtcunque spectant, cognoscuntur: & tunc non per vnam scientiam contingit rem vnam perfecte cognoscere, sed per varias: vt homo secundum naturæ partes, & passionem à Physico cognoscitur: secundum quoddam ens, substantia, & ea, quæ ab his procedunt, à Metaphysico: secundum virtutes, & actus humanos, à Morale: secundum quantitatum dimensiones, à Mathematico, ita, vt omnes scientiæ simul perfectam rei, & vniuersalem cognitionem faciant, non tamen quælibet per se, vt dicit Landu. q. 3.

Vnde nihil differimus à Paulo nisi in hoc, quod cognitio, quæ de aliqua re per vnam scientiam habetur, abique addito, vocetur perfecta.

Solutio argumentorum.

Ad argumenta vna est responsio, quod illa probant scientiæ perfectionem, quæ est secundum singulas scientias, & modos sciendi, sed non vniuersalem hanc, de qua loquimur.

Dices, de qua loquebatur Aristoteles in sua maiori? Dico, de perfectione cuiuslibet scientiæ totalis, non huius vel illius demonstrationis, sed totius habitus speciei: & in hoc habitu, prius ordine doctrinæ proceditur à supremis causis illius scientiæ vsque ad proximas, qui modus est compositiuus. At in singulis scientiæ demonstrationibus à causis proximis vsque ad supremas resoluendo procedimus: ob id s. Metap. ca. 4. de tali modo procedendi, dixit Aristoteles, quod prius est danda causa proxima, & particularis. At in presenti de ordine totius scientiæ à primis dicit esse incipiendum.

Innata autem est ex notioribus.

Tex. II.

Sanctus Thomas hos quatuor sequentes textus de ordine procedendi circa principia interpretatur, quod idem dicit Philop. quamuis varius, & incertus fatis in hoc. Secundum igitur hos doctores sensus Aristotelis est, postquam dixit esse à principiis incipiendum, constituit, qualiter à principiis oportet incipere, ac dicit, ab vniuersalioribus & confusis incipiendum esse principiis, vsque ad particularia.

Quod sic probat: à notioribus nobis est secundum naturalem viam incipiendum: at vniuersaliora sunt nobis notiora singularibus, id est, minus vniuersalibus, ergo ab his est incipiendum.

Minorem probat triplici exemplo: primum à toto sensibili, totum enim integrale notius est sensui, quam suæ partes, at vniuersaliora sunt, sicut totum quoddam, quia multa, vt partes, continent: ergo sunt nobis notiora.

Secundò, à toto definibili: notius enim est nobis definitum homo, quam suæ partes, animal, rationale: at vniuersaliora sunt, vt totum quoddam.

Dices, quomodo homo, & definitum dicitur notius partibus, cum partes sint vniuersaliores, nempe genera & differentia, quæ dicuntur notiora? Respondetur, posse hæc dupliciter considerari, & vt partes constituentes sunt, & sic minus notæ dicuntur, vel vt tota quædam vniuersalia sunt, & sic notiora sunt.

Tertium exemplum, vel signum à pueris, quibus vniuersalia sunt notiora: primo enim vocant omnes viros patres, & omnes foeminas matres. ita exponunt S. Tho. & Philop.

Quamuis in vno differat. S. Tho. enim Discrimen per vniuersalia, & confusi, intelligit vniuersalia in prædicando, vt sunt genera: Aristoteli, id reijcit, dicens, ista est obscura, & pueris (quorum exemplum Arist. ponit) ignota: sed per confusa & vniuersalia intelligit Philo. indiuidua vaga, vt aliquod ens, aliquod corpus, aliquod viuens: hæc enim sunt notiora: differunt autem ab ipsis vniuersalibus, nam vniuersalia naturas quasdam communes immediate significant, vt animal ipsum animal. At vaga ista ipsa singularia indiuidua significant.

Prima opinio S. Thomæ, & Philop.

2.

Dubium.

inter Diuū Thomam, & Philoponum.

confusè tamen & indistinctè, vt aliquis homo hunc vel illum confusè significat: ita S. Tho. & Philop.

Secunda expositio Simplicij, &c.

At Simplicius, Themist. Theophrast. & Auerro. volunt, vt hic Aristoteles velit Methodū, & instrumentum indagandi principia assignare: nam cum dixisset à principijs esse incipiendum, posset merito dubitari (cū principia nō habeat principia, per quæ probentur) quæ Methodus erit indagandi principia? & hanc tradit in præsentī textu, nempe à signo, & à posteriori, qui modus est à notioribus nobis. Sunt autem primū nobis dilucida.

Tex. III.

At quia posset quis dicere, quæ sūt ista nobis notiora: respondet, esse cōfusa magis. Per confusa autem omnes hi intelligunt composita sensibilia, per quæ principia ostenduntur: nam ipse Aristot. per generationem, & mutationes sensibilibus compositorum indagat statim materiam & formam, & per effectus ipsorum causæ indagari solent: atque ista expositio mihi placet.

Singulorū Verborum expositio tex. 2. & 3.

Literam considera, innata, id est, naturalis, nō arte, ac doctrina acquisita. Est enim modus cognoscendi noster, quem nullo magistro, habemus, à nobis notioribus ad nota natura procedere.

Via, id est, modus, methodus, ac demonstratio, secundum quam ignota nobis querimus.

Natura, non hic naturam sumit, sicut in præcedenti textu, cum dixit scientiam de natura: illic enim pro re naturali sumpsit habenti in se principium motus, hic autem pro ipsa rei substantia, vt id dicatur notum natura, quod secundū se cognoscibile est, & notius natura, quod secundum se cognoscibilis est, quamuis nobis non sit ita notum: & hoc notum natura vocat etiam notum simpliciter: dicit enim, non esse eadem nota nobis, et nota natura, id est, simpliciter: hoc autē postea examinabitur.

Confusa S. Tho. vt diximus, intelligit vniuersalia in prædicando. Philop. singularia vaga. A lexan. dignitates vniuersalissimas. Alij, vt refert Simplicius, quæstiones communes, vt in sequenti capite proponuntur: nō est, an principia sint plu-

ra, vel vnum, & similia. Simplicius verò & Themist. & reliqui, quos supra diximus, composita sensibilia.

Qui diuidunt hæc, id est, diuidentibus cōfusa & composita sunt nota ipsa principia: per diuisionem intellige resolutionem effectus in causam, & compositi in sua componentia: tali enim resolutione nota sunt principia.

Quapropter ex vniuersalib. ad singularia. Tex. IIII.

Quamuis in textibus duobus præcedentibus, omnes illi conueniunt, tamen in hoc quarto, & quinto variant: vult enim Simplicius vt adhuc in his fiat sermo de via demonstrandi, & inferat, quod ex vniuersalib. ad singularia sit procedendum, quia illa sunt nobis notiora, vt ostendit triplici signo superius explicato.

Per vniuersalia autem intelligit, secundum Simplicium, idem, quod per confusa, nempe ipsa composita, quippe cum in composito multa comprehendantur.

Per singularia verò ipsas causas, quia sicut singularia indiuidua à se habent esse, ita & causæ: atque videtur ista cōmoda expositio.

At verò Themist. & Theophrast. volunt, vt aliud fiat in his duobus textibus, nam cum intentio sit proposita in primo, & modus demonstrandi in secundo, & tertio; nūc in quarto & quinto, proponitur ordo doctrinæ: cum n. n. iā via indagandi principia sit posita, superest, vt tradatur, à quibus principijs sit incipiendum.

Et dicit, ab vniuersalibus ad singularia, id est, à principijs communibus vsq; ad proxima, vbi per vniuersalia principia cōmunia, per singularia proxima oportet intelligere. Quod autem ab vniuersalibus sit incipiendum, probat, quia nobis sunt notiora.

Ac sic cōtinuari debet iste textus cum præcedenti: cum enim illic viam doctrinæ, & demonstrandi à notioribus nobis esse docuisset, ac ob id à confusis. Dicit etiam in ordine doctrinæ ab vniuersalibus incipiendum, quia etiā hæc sunt notiora nobis, vbi aliud per vniuersalia, aliud per confusa intelligi vides. Atq; hæc expositio sine dubio est admodum conueniens,

Prima expositio.

2. Expositio

ueniens, quamuis & reliquæ sint probabiles, & bonæ.

Postea explicatur triplici signo, vniuersalia esse notiora nobis: primum est ex toto sensibili, quod suis partibus notius est: causæ autem vniuersales sunt, vt totum quoddam, ac multa, vt partes includunt, quæ sunt causæ inferiores, & ipsa proxima principia.

Patiuntur & hoc quidem.

Tex. V.

Alijs duobus signis explicat, vniuersalia nobis notiora, quæ superius explicauimus.

Solum est hic aduertendum pueros vocare omnes viros patres, potius phantasia, quam vsu intellectus: non enim illud est vniuersale, sed vagum singulare, quāuis Auerroes videatur dicere, hoc esse per intellectum, sed non ita est dicendum.

An vniuersalia sint nobis notiora singularibus? Quæst. V.

De quibus agendum.

Non minus difficilis, quam communis in hoc loco se nobis offert difficultas de primo cognito: explicandus erit primo questionis titulus, & punctū difficultatis ostendendum: postea quid viri doctissimi senserint, proponemus: ac tandem quid in hoc sentiendum sit, vt probabilius visum fuerit, determinabimus.

Tituli questionis explicatio. Not. primo.

Aduerte igitur, quod non hic queritur, quod sit obiectum intellectus: hoc enim, secundum omnium sententiam, est ens, quod significat actum: vt enim visus in colorem, auditus in sonum, vt in propria obiecta feruntur; ita intellectus in id, quod est, sed quæstio est, cum multi sint entium gradus, quidam communes, quidam minus communes: petitur, qui sint primò ab intellectu nostro cogniti, an communes, an minus communes.

Nota secundo.

Aduerte præterea, vniuersale sumi, aut pro vniuersali in causando, aut pro vniuersali in prædicando: vniuersale in causando est causa, quæ plures effectus differentes specie producit concurrente cum causis particularibus, vt Deus, intelligentiæ, & cæli: & talia sunt difficillima cognitū, nec de his est sermo. Vniuersale in prædicando est id, quod de multis prædicatur, vt species, genera.

Et adhuc ista dupliciter sumuntur, aut pro secunda intentione, quæ dicuntur vniuersalia Logica, nec sic de istis est sermo: aut pro prima intentione, nempe propria natura, quæ dicitur genus, aut species, vt, homo, animal, viuens, & de his est sermo, quæ vniuersalia dicuntur in re, Logica post rem; in causando verò ante rem, quomodo loquitur Philopon. hic & Albertus. Dubiū igitur est de vniuersali in re: an primò cognoscatur à nobis animal, quàm homo, & communius, quàm particularius.

Not. tertio.

Aduerte præterea, notitiam esse duplicem: alteram quidem confusam, alteram distinctam: cōfusa dicitur cognitio totius, non cognitio ipsius partibus, vt qui hominem cognosceret per aliquod accidens, non per partes naturæ ipsius, haberet cognitionem confusam. Distincta verò est cognitio totius per suas partes, vt qui hominem cognosceret per animal rationale, aut per rationalem animam & corpus, distinctè cognosceret.

Confusa autem duplex est, secundum quod duplex est totum, est enim totum actuale, & totum potentiale: totū actuale est res respectu partium essentialium, materiæ, & formæ, vel generis, & differentiarum: totum potentiale est superius respectu inferiorum, quæ dicuntur partes potentiales, illæ verò actuales: est ergo confusa actualis, cum totum aliquod nō per suas essentialis partes cognoscitur, & huic correspondet sua distincta actualis, cum totum per suas essentialis partes cognoscitur: est etiam confusa potentialis, cum vniuersale non per sua inferiora cognoscitur, cui respondet distincta potentialis, cū vniuersale per sua inferiora cognoscitur.

Attende igitur, quod non est quæstio, an ad distinctam actualem alicuius cognitionem opus sit ab vniuersalioribus procedere, nam secundum omnes, cognosci non potest quidquam per definitionem, nisi præcognoscendo vniuersaliora genera, & ita à supremo illius rei incipere oportet. Nec est quæstio, an ad cognitionem distinctam potentialem alicuius superioris incipiendum sit à particularibus; nam secundum omnes, distinctè nō cognoscitur superius potèntiali notitia, nisi per inferiora.

feriora. Nec est questio similiter, an distincta notitia sit post confusam, na com-
pertum est, primas omnium notitias in
nobis fuisse confusas actuales, quibus res
per accidentia sua & proprietates, ineci-
mus cognoscere, & de his est questio. An
confusa actualis vniuersalioris sit prior,
qua particularis & singularis, id est, pro-
posita re singulari sensui, Petro nempe,
sub qua ratio prius ab intellectu fuit co-
gnita, an quod Petrus, quod homo, quod
animal, & quod viuens, a singulari inci-
piendo, vel contra, prius quod viuens, &
quod magis vniuersale: sumimus autem
hic singulare, & pro indiuiduo, & pro mi-
nus vniuersali.

Opiniones.
3. Opinio.

Sic questione proposita, quatuor in-
ter Latinos inuenio precipuas opiniones:
prima est Burlei & Buridanæ hoc loco,
quem sequitur Gregorius 1. Sent. dist. 3. q.
3. ar. 2. & Duran. 2. Sen. dist. 3. q. 7. Hi asse-
runt primum, quod intellectus cognoscit
esse singulare ipsum indiuiduum, quod
primo obijcitur sensui, vt primum sensu-
tum sit primum cognitum.

1. Ratio.

Rationes huius opiniois hæc sunt præ-
cipuæ: prima est Durandi: id quod ab in-
tellectu primo percipitur, debet antece-
dere actum intellectus: at vniuersale non
est ante actum intellectus: ergo non est id,
quod primo percipitur, erit ergo singulare.

2. Ratio.

Secunda ratio est Gregorij: vniuersale
fit per abstractionem a singularibus, in
quantum intellectus percipit similitudi-
nem illorum, ergo intellectus primo co-
gnoscit ipsa singularia.

3. Ratio.

Tertia ratio est Burlei. Nullus potest
imponere nomina rebus, nisi cognoscatur
ipsas: at intellectus imponit nomina sin-
gularibus, vt patet, ergo cognoscit ipsa.

4. Ratio.

Quarto. Sensus non discurret, at sunt
discursus singulares, vt patet in syllogis-
mis expositorijs, erit ergo id munus in-
tellectus, ergo cognoscit singularia, &
cum sint, quæ primo occurrunt, erunt pri-
mo cognita.

5. Ratio.

Quinto. Ens est obiectum intellectus,
ergo quod magis ens, magis percipietur ab
intellectu: at singulare est magis ens, cum
includat vniuersalia, & amplius 3. condi-
tiones indiuiduantes, ergo magis est in-

tellectum. Hæc pro hac opinione.

Est secunda sententia, quæ adscribitur 2. Opinio.
Scoto. 1. Sen. dist. 3. q. 2. Supponit. intel-
lectum primo vniuersalia cognoscere, ac
dicit, minus vniuersalia esse nobis notio-
ra magis vniuersalibus: vnde primo spe-
cies est cognita, postea genus.

1. Ratio.

Huius sententiæ est primū argumen-
tum discipulorum eius. Vniuersale est
perceptum a similitudine reperta in sin-
gularibus: sed maior similitudo est inter
indiuidua eiusdem speciei; ergo illorum
vniuersale erit primo cognitum.

2. Ratio.

Secundo, Vniuersalia pertinent ad
posteriores scientias, vt ens ad Metaphy-
sicam, ergo sunt ipsa vltimo cognita.

3. Ratio.

Tertio. Cause naturales non impedi-
tae producant effectum perfectissimum,
quem possunt. Sed phantasmata singularia
oblatu intellectui, est causa naturalis ad
produendum speciem, & cognitionem.
ergo producet perfectissimam speciem,
quam poterit, nempe speciei ipsius, non
autem generis primo.

3. Opinio.

Tertia sententia est S. Thom. 1. p. q. 85.
ar. 3. & cap. 1. opufe. de ente, & aliorum:
hæc enim fundatur in duplici conclusio-
ne. Prior est. Ens est primo cognitum ab
intellectu nostro.

1. Conclusio.

Vbi aduerte: ens dupliciter posse sumi:
vno modo, vt commune decem prædica-
mentis significat immediatè ipsa decem
rerum genera, & sic non sumitur in præ-
senti. Altero modo, vt significat imme-
diatè quamcumq; rem, siue singularem,
siue nō, & adhuc dupliciter, aut transcen-
denter, vt se extendit, ad quamcumq; rem
cuiusque modi: aut vt se extendit ad res
sensibiles, & sensibus subiectas, & tale ens
est obiectum intellectus pro isto statu, quo
sensus est alligatus: & hoc vocatur a
quibusdam ens concretum quiddam sensi-
bile: & tale est, quod secundum S. Tho.
primo occurrit intellectui nostro.

Nota.

Auicennæ
opinio.

Aliquorum
Græcorum
opiniones.

2. Conclusio.

Posterior conclusio. Quo vniuersalio-
ra sunt, & propinquiora enti, sunt nobis
notiora: vnde primo genus, vltimo spe-
ciens vltima cognoscitur.

1. Ratio.

Ratio huius sententiæ prima est: id, quod
est in pura potentia nō peruenit ad vlti-
mum actum, nisi per actus intermedios,
sicut

sicut materia prima non peruenit ad for-
mā perfectā speciei, nisi per intermedias.
Embrius enim prius viuit vitam plantæ;
postea vitam animalis, tandem vitam homi-
nis, vt dicitur 2. de gene. anima. c. 3. at in-
tellectus in ratione cogitationis est in pu-
ra potentia, ergo non peruenit ad actum
speciei cognoscendæ, qui est perfectissi-
mus, nisi per actus superiorum generum:
sunt ergo prius cognita vniuersalia.

2. Ratio.

Secundo, illud vniuersale prius cogno-
scitur ab intellectu, cuius singulare prius
mouet sensum: at singulare vniuersalio-
ris prius mouet sensum, vt hoc ens, quam
hoc corpus: & hoc corpus, quam hoc ani-
mal prius videtur, vt patet in visis a lon-
gè: ergo similiter erit in intellectu.

3. Ratio.

Tertio. Queque potentia primo perci-
pit suum obiectum: at obiectum intelle-
ctus est ens, ergo primo erit ab intellectu
cognitum. Hæc pro S. Thoma.

4. Opinio.

Quarta sententia est quorundam Mo-
dernorum, qui non esse semper vnum or-
dinè dicunt, vel ab vniuersalioribus, vel à
particularioribus, sed ab his, quorum ac-
cidentia magis sentiuntur: vnde aliqua
do vniuersaliora sunt priora, vt viuens a-
nimal, quam equus: aliquando posteriora,
nam vt dicitur 7. Metaph. ca. 8. Equus &
asinus habent vnum commune genus præ-
ter animal, sed id est incognitum. Hæc sunt
præcipuæ Latinorum sententiæ.

Inter Arabes verò, Auicenna 1. Meta-
ca. 6. ens & rem dicit esse primo impressa
in anima: vnde colligitur vniuersalia
esse primo cognita.

Inter Græcos non video hanc questio-
nem agitatam: videntur tamen, omnes
dicere vniuersalia cognosci per abstractio-
nē ab inferioribus, vnde inferiora prius
sunt cognita, vt patet apud Anm. in præ-
fatione Porphyrij, & Themist. 2. Post. ca.
30. & 36. & Philop. in præfenti, & 1. Post.
cap. 83. at talis cognitio est distincta po-
tentialis, de qua nō est controuersia, quin
ab inferioribus incipat.

1. Fundam.

Sic igitur pro determinatione primo
aduertendum, duplex est vniuersale, & in-
complexum, quale est commune prædica-
tum & complexum, qualis est vniuersa-
lis propositio: & sicut illa duplex notitia

confusa, & duplex distincta fuit superius
data pro incompleto: ita etiā potest dari
pro complexo: tunc enim distinctè actua-
liter cognoscitur propositio, cum per suā
causam cognoscitur: tunc confusè, cum à
posteriori. Similiter distinctè potentiali-
ter cognoscitur, cum per inductionē suo-
rum inferiorum cognoscitur: tunc con-
fusè potentialiter, cum sine inferioribus.
At cum incompleta notitia sit in nobis
prior, quam complexa, ac de primo cog-
nito absolutè sit sermo, de incompleto v-
niuersali hic disputatur.

2. Fundam.

Aduertendum est secundo: quod in-
tellectus nostri duplex potest status consi-
derari: alter naturalis, cū priuatus est om-
ni scientia, & primo per sensum incipit
intelligere: alter est perfectus, cū iam
sibi scientiam, & cognitionem compara-
uit vniuersalium. Nos non loquimur de
statu posteriori: quia cū quis iam scien-
tias habet vniuersalium, potest pro arbi-
trio in singularibus genus vel speciem
primo aduerte: loquimur autē de primo
statu, & queritur, vtrum primo sit cog-
nitum vniuersalium, an minus vniuersale,
quod alij dicunt sub his verbis via origi-
nis, vtrum sit primo intellectum a nobis
inter vniuersalia: & sic est determinanda
præfens disputatio.

3. Fundam.

Aduertendum est tertio, cū intelle-
ctus nō intelligat, nisi sensu ministrante
phantasmata sensibilia, illud primo in-
tellectum erit, cuius phantasmata magis
sensata sunt, id est, cuius accidentia sensus
magis mouent. Sed difficultas est adhuc:
quæ accidentia magis sensum moueant,
generis, vt animalis accidentia, an speciei,
id est, hominis: in hoc enim est tota con-
trouersia: nam cū accidentia illius vni-
uersalis non substant sensibus, erit minus
notum sine dubio.

Vnde illa quarta sententia Moderno-
rum nihil dicit contra Scotum, nec con-
tra S. Thom. qui non negant, aliqua v-
niuersalia, & aliqua particulariora esse
minus nota, si a sensibus eorum acciden-
tia distant.

1. Conclusio.

Pro horum determinatione sit prima
conclusio. Singulare sensibile sub ratio-
ne singularis sensibilibus secundum Arist-
viam,

viam, nō est primò intellectum: dico singularē sensibile, seu materiale, nā singulare nō repugnat ab intellectu cognosci, si immateriale sit: at singulare materiale non est primò intelligibile. Dicitur sub ratione singularis sensibilis, quia potest quidem singulare sub aliqua vaga ratione comprehendi ab intellectu, ut quòd sit individuum, quòd sit sub specie, quòd sit aliquis homo: at quòd sub ea ratione, qua à sensu percipitur, sit primò intellectum, hoc dicitur esse cōtra Aristotelem expressè primò Physic. tex. 49. vbi singularia tantum dat sensibus primò, vniuersalia intellectui: & 5. Meta. ca. 11. dicit vniuersalia priora secundum intellectū, singularia priora secundum sensum: & 3. animæ text. 52. intellectum & sensum separat, cō, quòd vnus singulare, alter vniuersale percipiat.

Ratio autem contra Gregorium hæc est. Nullum purum materiale agit in immateriale: at singulare sensibile est purū materiale, intellectus verò immaterialis: non ergo per se primò potest agere in intellectum, nec sui speciem imprimere.

Nec opposita argumenta quicquā valent. Ad primū Durandi pro prima opinione respondetur, quòd vniuersale sit per intellectum agentem, abstrahentem species vniuersaliū à phantasmatis, quæ abstractæ præsentant intellectui possibili vniuersalia, ac ipse primò intelligit illa: non enim intellectus agens est, qui intelligit, sed possibilis, ante cuius actum præcedunt vniuersalia. Sed argumentum Durandi procedit ex hoc, quòd negat intellectum agētem contra Arist. & quamuis hoc ei concederemus, adhuc nihil concludit argumentum, nam in ipsis phantasmatis sunt inclusæ naturæ vniuersales, sicut in Petro est homo, animal, & reliqua: & istæ primò mouerent intellectum possibilem, sicut albedo primò mouet visum, & nō frigiditas, quæ est cum albedine in niue, quæ videtur.

Ad secundum Gregorij dico, quòd vniuersale colligitur quidem ex ipsis singularibus, sed non intellectu cognitis, sed sensu, ut enim in inductione singularia sensu, vniuersalis propositio intellectu

colligitur, ita in simplici cognitione vniuersalis, & hoc est expressum dictū Themist 12. Poster. cap. 35. & 36. & Philoponi in præsentis: vbi clarè dicunt, sensu occupato circa singularia, intellectum vniuersalia ex eis colligere: nec hoc est mirum, cum enim sit vna anima, & vnus subiectum, quòd cognoscit, potest quidem per vnā potentiam vnum, per aliam aliud, & per omnes aliqua simul cognoscere.

Et per hoc respondetur ad tertium & quartum argumentum; nam anima cognoscit singularia sensu, vniuersalia intellectu: & per vtramq; potentiam simul operatur, & coniungit vniuersalia singularibus ipsis.

Ad vltimum dico, ens esse obiectum intellectus, sed in vniuersali intelligi: vnde singularia sunt quidem entia, sed in singulari nō sunt intelligibilia, quia deest eis conditio, nempe abstractio. Sicut color est quidem obiectum visus, at non videtur sic color, sed in suis indiuiduis, quia sentire est singulariū: ita per oppositū in intellectu, qui respicit vniuersalia.

Secunda conclusio. Non fit vniuersale in anima, nisi ex collatione indiuiduorum inter se, percepta enim multorum conuenientia, & ipsorum differentia, colligit intellectus vniuersale.

Hæc est expressa sententia Auerrois. 12. Metaph. com. 4. vbi dicit, quòd intellectus ex consimilitudine multorum facit vnā intentionem, & id est vniuersale.

Et Aristoteles 1. Meta. ca. 1. vbi dicit, vniuersale fit, cum ex multis cōsimilibus vna communis ratio fiat: nam licet hic textus sit de vniuersali ipso complexo, eadem est ratio in vniuersali incomplexo.

Idem etiam ex Themist 2. Post. cap. 35. & est sententia aliorum ferè Græcorum. Ex quo patet, quòd nullus potest habere vniuersalis: oportiam cōfusam actualem per inuentionem, nisi habeat simul aliquam ipsius distinctā potentialem, nempe per ea indiuidua, ex quorum consimilitudine vniuersale abstractum est.

Tertia conclusio. Inter vniuersalia cōceptus specificus est primò cognitum ab intellectu nostro. Dico inter vniuersalia, quia forsan primò cognitū est via origi-

nis va.

nis vagum singulare, ut dicit Philop. sed hoc non disputatur modò, sed inter vniuersalia. Per conceptum specificū non intelligo conceptum speciei specialissimæ cum Scoto, sed conceptum quemcunque abstractū ab indiuiduis immediatè, siue sit species, siue genus, ut cōceptus viuētis abstractus ab his, & illis indiuiduis dicitur specificus. Similiter conceptus corporis, & aliorum superiorum.

Hęc cōclusio est certissima: & probatur: vniuersale nō fit nisi per abstractionē ab inferiorib; via originis: sed prima omnium inferiora sunt indiuidua, ergo prima abstractio fit ab illis, siue sint eiusdem speciei, siue diuersæ: & talis conceptus dicitur specificus.

Præterea conceptus genericus fit per abstractionem à speciebus: ergo præcedit speciem abstractio: ergo non potest illud esse primum vniuersale.

Nota.

Cave ne decipiaris: non enim est idem conceptus specificus, & conceptus speciei, nam conceptus specificus est, qui abstrahitur ab indiuiduis immediatè apprehensis, ut similibus & eiusdē rationis, nō percepta differētia illorum, quāuis illud, quod abstrahitur, sit genus, & talem dicimus esse primo cognitum. At cum hi conceptus speciei, quida m sint vniuersaliores, quidam minus vniuersales, quidam specialissimi, ut quando indiuidua formantur sub ratione entis, vel corporis, vel viuētis, vel hominis: dubium adhuc est, qui speciei sint primò cognitū, an cōmuniores, an minus communes: nam in præcedenti conclusione non est discordia.

Quarta conclusio.

In sensibilibus perfecta applicatione primus conceptus est speciei specialissimæ: duplex est enim sensibilem applicatio sensibus; perfecta, & imperfecta: perfecta dicitur, cum sic indiuidua sensibus admota sunt, ut omnem accidentia eorum sensibilia sentiri possint: imperfecta verò, cum non omnia eorum accidentia sensibilia distingui valent, ut cum latent, aut remota sunt; cōclusio autem procedit de perfecta indiuiduorum applicatione.

Et probatur: vniuersale fit ex consimilitudine indiuiduorum percepta, ergo il-

lud erit primum, cuius vehemētior similitudo sensibus occurrit, talis autē est inter indiuidua eiusdem speciei specialissimæ, cum perfectè applicata sunt, erit ergo primum vniuersale speciei specialissimæ.

Addenda autem est altera pars cōclusionis: in imperfecta aut applicatione primò occurrit conceptus specificus superior, & quò magis imperfecta, magis superior, quia indiuidua diuersarum speciei: minus tunc distinguuntur, & vnius apparent rationis, cuius signum est, cum varia indiuidua remota sunt, vnius proximæ rationis apparent.

Secunda pars conclusionis.

Vnde duo ordines sunt notandi: ab applicatione. n. perfectissima incipiendo, primum vniuersale est species: à minus perfecta primū est genus proximum, quia iam illa indiuidua minus discernuntur, postea in minus perfecta, est superior conceptus, vsque ad supremum, quia semper minus & minus indiuidua distinguuntur: omnes tamen hi conceptus speciei dicuntur, quia ab indiuiduis semper vniuersalibus apparentibus colliguntur.

Duo ordines notandi digni.

Alter ordo est, ab imperfectissima incipiendo applicatione, & primus est specificus supremus. Hæc omnia intellige in cōceptibus sensibilib; nihil. n. prohibet esse cōceptus intermedios occultos, quia ipsorum accidentia latent sensus.

Vnde infertur vnum notandum, quòd ordo horum conceptuum actualium confusorum nō sit sumendus, nec ex parte intellectus, nec ex parte rerum, sed ex parte applicationis indiuiduorum ad sensum.

Nota.

Quinta conclusio. In plurimum sunt istæ imperfectæ applicationes, quæ occurrunt, ac minus discernuntur indiuidua inter se, via originis: ob id vniuersalia dicuntur notiora nobis, & conceptus specificus vniuersalissimus primus: & hanc existimo esse mentem S Thomæ, quamuis enim in vno, aut altero sit perfecta applicatio, frequenter in reliquis non euenit, ob id simpliciter illud asseri potest.

Quinta conclusio.

Sexta. Abstrahis vniuersalibus semel ex vno singulari postea vniuersalia indifferenter abstrahimus, & abstrahis alijs nondum sensatis facile applicamus, & facilius vniuersaliora ipsi, ut experientia ipsa monstrat.

Sexta conclusio.

D. Sc.

Ad argumentum primæ opinionis. Ad primū.

Ad secundum.

Septima co-
clusio.

Septima. Quantum ad abstractionem
distinctam potentialem, nempe cum uni-
uersalia non ab indiuiduis, sed à suis
immeditatis inferioribus abstrahuntur.
Vniuersalia sunt posteriora nobis, &
hoc semper via originis.

Est enim ordo necessarius hic, ut pri-
mum species ab indiuiduis, quam genus
à speciebus, & genus superius ab inferiori-
bus abstrahatur.

Nota. Vnde resolutione, dico, actualis no-
titia distincta ab vniuersalioribus ad mi-
nus vniuersalia, est potentialis distincta
perfecta à minus vniuersalibus. ad vniuersa-
lia: Actualis verò confusa, quæ est per
abstractionem immediatè ab indiuiduis,
via originis, ordinem habet ex perfecta
applicatione, vel imperfecta, licet frequen-
tius specifici vniuersaliores occurrat. Has
conclusiones admodum obserua, quas pu-
to verissimas, & maximè ad mentem Arist.
& optimorum eius interpretum.

Ad argumē-
tum tertie
opinionis.
Ad primū.
Ad argumē-
tum tertie
opinionis.
Ad primū.
Ad argumē-
tum tertie
opinionis.
Ad primū.

Ad argumenta igitur Sancti Thomæ
& Scoti respondere oportet. Ad primum,
igitur S. Thom. dicendum, quod ordo in-
noticijs confusis, nec ex parte rerum, nec
ex parte intellectus est sumendus, sed ex
parte applicationis variæ indiuiduorum
ad sensum, eò, quod potentia intellectus
est immediata ad omnes formas secun-
dum se, non sicut materia, & omnes illi
conceptus specifici ab indiuiduis sumun-
tur immediatè, propterea in te se ordinè
non habent. Secus sit in notitiâ distincta
actuali, & perfecta potentiali, tunc enim
est ordo necessarius inter ipsa vniuersa-
lia: in hac. n. à particularibus, in illa ab v-
niuersalioribus incipiendum ordinatè.

Ad secundum.
Ad secundum facile responderetur, illas
esse notitias in applicatione imperfecta,
& nos id concedimus: Hæc verò, ut pluri-
mum occurrunt, tamen negamus, id esse
ex natura intellectus, nec est ordo talis ne-
cessarius.

Nota. Et nota, quod qui ab eo, quod remotè
videt, format ens, corpus, animal, est, quia
iam ipse præhabuit talia vniuersalia: nam
si nullum præhaberet, ex vno indiuiduo
nullum primum vniuersale via originis,
vel dictum est superius, sit.

Ad tertium.
Ad tertium, est magna æquiuocatio.

in argumēto: dupliciter enim possumus
intelligere, quod potentia feratur in suū
obiectum primò: vno modo tanquam in
id, sub cuius ratione feratur in quocun-
que: quomodo sensus visus in colorem
primò fertur, quia eatenus videt album
nigrum, & reliqua, quia colores sunt, &
sic vnaquæque potentia fertur in suum
obiectum: & intellectus nihil intelligit,
quod non sit ens: altero modo intelligi po-
test, quod feratur in suum obiectum pri-
mò abstractum, & tanquam id, quod cogno-
scitur, ut si visus videret colorem solum,
& hoc non est in vilo sensu, intellectus
est, qui sic potest ferri in ens ipsum, tamè
id non est necessarium, ut primò faciat,
& de hoc procedit argumentum, & ma-
ior est falsa.

Ad argumenta Scoti respondetur. Ad
primum, & tertium eadem est solutio, il-
la enim procedunt in applicatione perfe-
ctâ indiuiduorum, & sic conceditur, pri-
mam esse speciem vltimam, sed negatur,
quod id sit primò cognitum necessariū,
nam frequentius non sunt tales applica-
tiones: conceptus autem specificus est neces-
sariò primò cognitum, licet in plurimū
accidat superior.

Ad secundum respondent Thomistæ.
Metaphysicè dici vltimam ordine doctri-
næ, nō quod ens sit vltimò cognitum, sed
quod de intelligētis tractet, quæ sunt dif-
ficillimæ: sed hoc non euacuat difficulta-
tem, quia cum maxima pars Metaphysi-
cæ sit in ente commune istis, & minima
de intelligentijs: non est dicenda vltima
doctrina.

S. Tho. i. Metaphys. lect. respondet, quod
quamuis ista vniuersalia sint confusa co-
gitione simplici notiora, tamen quantum
ad eorum proprietates & causas, quas sciē-
tiæ considerant, sunt difficillima.

Possimus etiam dicere, quod vniuersa-
lia abstracta ista sunt difficilia, ut dixi-
mus, quia præsupponunt priorum abstra-
ctiones. Hæc de quæstione præsentis sunt
satis: ad sextam quæstionem iam acce-
damus.

An eadem sint nota nobis, & natura.

Quæstio VI.

HAEC

Argumenta
in contrari-
um.



A B C quæstio est ad examinā-
da magis verba capituli huius:
& est primū argumentū. Hic
confusa, & cōposita dicuntur
notiora, sed l. b. 2. de parti. ca. 1. cōposita
dicuntur notiora suis partibus natura: &
9. Met. c. 9. quibus locis dicitur, postero-
ra generatione sunt priora natura, ergo
eadem sunt nota nobis, & natura: vel est
contra dictio locorum.

Secundum
argumentū.

Secundò, in Mathematicis causæ sunt
notiores nobis, ut dicit Auer. at causæ sem-
per sunt notiores natura, ergo eadē sunt,
& nobis, & natura nota.

Tertium ar-
gumentum.

Tertiò. Hic dicitur, vniuersalia esse no-
tiora nobis singularibus: at. 1. Poster. ca.
2. vniuersalia dicuntur notiora natura sin-
gularibus, ergo eadem sunt illa duo: &
præterea videntur ista duo loca repugna-
re ad inuicem.

Quartum ar-
gumentum.

Quartò. Dicit Arist. se velle à notiori-
bus nobis procedere, & tamen incipit à
causis, quæ sunt notiores natura: ergo illa
duo eadem sunt, vel cōtradictio videtur
admittenda.

Primū fun-
damentum.

Sit primum fundamentum, pro huius
determinatione. Inter alias acceptiones
natura dupliciter sumitur: vno modo p-
substantia & essentia cuiusq; rei, quo pacto
dicitur definitio explicare naturā rei:
altero modo, natura pro substantia, quæ
est principium motus, & mutationis, vsur-
patur, & vtroq; modo dicitur notum, seu
prius natura, & quod secundum suum es-
se notum, & prius est, & quod secundum
generationem & motum prius est.

Nota.

Ex quo tripliciter inuenimus apud A-
rist. aliquid dici prius natura, & notius: v-
no modo, quod est prius genere, i. quod
sit primò quantum ad motum executio-
nis, quo pacto. 6. Topic. c. 3. elementa di-
stionib. & partes toto, & genera ac diffe-
rentiæ speciebus natura priora dicuntur.
Altero modo dicitur prius natura, quod
in generatione prius intēditur, sicut per
oppositum cōposita, & tota partibus,
& componentibus priora dicitur, quia il-
la præcipuè intenduntur, sunt enim ge-
nerationis & cōstitutionis finis: & sic lo-
quitur. 2. part. & 9. Meta. allegatis. Ter-
tio dicitur prius natura, & notum, quod

plus habet entitatis, & actus, qui est ratio,
per quam res sunt intelligibiles: & sic. 2.
Meta. c. 1. vocat entia immaterialia mani-
festissima natura, quæ maxima entia sunt.

Sit secundum fundamentum: Dupli-
citer possumus intellectiōem nostram
considerare: vno modo quantum ad sub-
stantiam ipsius intellectiōis: altero mo-
do, quantum ad modum. Si substantiam
ipsius spectes, est vndiq; immaterialis, nā
eius subiectum proximum, & principium
est immateriale, nēpè sola anima, in qua
recipitur intellectiō. Si etiam id, per quod
intellectiō fiat, cōsideretur, est etiam im-
materialis, sunt enim intellectiōes per
species immateriales abstractas à phanta-
smatibus: vltimus si obiectum respicias,
immateriale est, cognoscimus enim vni-
uersalia, quæ immaterialia sunt. At si mo-
dum intellectiōis inspicias, materialis
est, sit. n. per abstractionem speciei à sen-
su: vnde per se intelligere non valet intel-
lectus, nisi ea, quæ à sensibus, & per sen-
sus percipit.

Hinc est, quod duplex solet constitui
obiectum intellectus: vnū secundum sub-
stantiam intellectiōis, & hoc est ens sim-
pliciter, ut dicit omnia, quæ actum habet:
alterum est secundum modum, & hoc est
ens sensibile & materiale.

Atq; hinc fluxit, ut quædam dicuntur
cognoscibilia secundum se, nempe, quæ
plus entitatis habet, ut immaterialia quæ ni-
dam nobis, quæ magis sensibus sunt ma-
nifesta, ut materialia.

Ex his colligimus sensum Aristotelis
in hoc capite: vocat enim nota natura
modo primo, id est, quæ sunt priora gene-
ratione, sicut sunt causæ: vocat nota no-
bis sensibilia, qualia sunt cōposita, &
effectus. Hoc autem in Physica, nam in
Mathematica causæ sunt notiores nobis,
& natura: non enim illa propositio vni-
uersaliter intelligenda est, non sunt nota
nobis, & natura eadem; sed in Physica ple-
runque verum habet.

Vnde sequitur, quod non dicuntur hic
notiora natura, quæ plurimum habent
entitatis, ut vult S. Tho. sed quæ priora
sunt generatione, nam materia & forma
sic non essent priores natura cōposito.

Ad argumēta in oppositum. Ad primū. Per hæc patet solutio ad argumenta. Ad primum enim dicitur aliter in 2. de partit. dici prius natura, quàm hic: illic enim prius natura dicitur, quod in generatione intenditur, sicut compositū. Hic verò, quod prius est generatione, ut dicit Auerre, sicut principia.

Ad secundum. Ad secundū diximus: iam non esse vniuersaliter illam propositionem intelligendam, sed in Physica, ut in plurimum.

Ad tertium. Ad tertium, non omnes eodem modo illa duo loca conciliant. S. Tho. enim hic & in Poster. dicit illa verba Posteriorum esse intelligenda de vniuersali in prædicando, & de singulari, id est, in individuo, facta cōparatiōe ad cognitionem nostrā, tam sensitiuam, quàm intellectuam.

Et tunc est sensus, singularia dicuntur notiora nobis, nempe quia sensu percipiuntur: Vniuersalia verò natura, quia à sensu remota solo intellectu percipiuntur.

Aduerte in hoc loco, singulare accipitur prominus vniuersali, & fit comparatio ad solum intellectum: vnde sensus est inter vniuersalia, vniuersaliora dicuntur nobis notiora.

Auerroes cum S. Thom. conuenit, quātum ad hunc locum: at in lib. Poster. dicit, per vniuersalia intelligi causas proprias & de omni, & per se, quæ vniuersales dicuntur: hæc autem difficiles sunt nobis.

Philop. verò per vniuersalia in lib. Poster. intelligit ipsa genera, & communia, quæ sunt obscuriora, quo vniuersaliora. At hic per vniuersalia vaga singularia intelligit, ut diximus in ipsius expositione, quæ quidem sunt nobis notiora, quò vaga magis sunt.

At mihi cum Simplicio dicendum videtur, qui locum Posteriorum de vniuersalibus, quantum ad distinctam potētialem notitiam intelligit, hæc enim quo vniuersaliora, notiora natura, & minus nota nobis sunt particularioribus, quia plures præsupponunt abstractiones: at locum hunc intelligit de vniuersalioribus, quantum ad notitiam confusam, secundum quam immediatè à singularibus abstrahuntur: & uti latius diximus superiori quæst. in plurimū notiora nobis sunt, quò vniuersaliora: & est expositio valdè notanda.

Ad quartum respondetur, quòd Arist. non dixit, se incepturum à causis, quia sunt notiores nobis, sed quia ordo doctrinæ id postulabat. At in modo, & via indagandi ipsas causas, dixit, se à notioribus nobis processurum, nempe à composito: & inter ipsas causas ab vniuersalioribus incepturum, quia vniuersaliora sunt nobis notiora. Hæc circa processum istud sufficiunt.

CAPVT II.

¶ V. I. Aristoteles in his sequentibus textibus vsque ad 41. exclusiue, nihil aliud, quàm veterum opiniones extirpare contendit circa rerum naturalium principia, admodum vtile erit, in breuem quandam epilogum redactas eas omnes primum proponere, ut facilius postea procedere possimus.

Omnes igitur Philosophi in hoc conueniunt, nempe rerum naturalium esse principia, quot autem, & quæ ista essent, variè senserunt: diuisi enim sunt in tres partes: quidam vnum, quidam infinita, quidam plura, sed finita principia esse dixerunt.

Eorum, qui vnum posuerunt principium, Melissus vnum infinitum, & immobile principium esse dixit, quod autè hoc esset, non explicuit. Aduerte autem, quòd hic de principio materiali & intrinseco sermo fit.

Secunda sententia fuit Parmenidis, qui vnum & immobile principium posuit, finitum tamen: & in hoc à Melisso differerebat: at quòd hoc esset, nō etiam explicuit.

Tertia fuit Thaletis, ut habetur. Meta. hic enim aquam omnium rerum principium dixit esse, forsitan (ut dicit Aristoteles) quia humido videbat maximè viuētia consistere: & hanc sententiam secuti sunt reliqui sex sapientes Græci, ut dicit Cicero 4. lib. Acad. q.

Quarta sententia fuit Diogenis, & Anaximenis, qui aerem omnium naturalium principium fecerunt.

Quinta Heracliti, qui fecit ignem.

Sexta Hesiodi, qui fecit terram omnium principium.

Ad quartum.

Opiniones eorum, qui infinita principia posuerunt.

Opiniones antiquorū de principijs rerum naturalium ponentium vnum principium.

Prima opinio.

3. opinio.

4. opinio.

5. opinio.

6. opinio.

7. opinio.

Opiniones eorum, qui infinita principia posuerunt.

1. opinio.

2. opinio.

3. opinio.

Septima, quorundam, qui medium inter aerem, & aquam, ut vaporem, principium posuerunt. Quam sententiam Philoponus & Simplicius ascribunt Anaximandro, sed reuera, alia fuit huius sententia, ut dicemus: forsitan est error in nomine. Hæc sunt sententiæ ponentium vnum principium rerum naturalium, licet non eo ordine temporis fuerint Philosophi isti, quo sententiæ numeratæ sunt: fuit enim Thales primus, & alij posteriorum enarrati.

At eorum, qui infinita principia posuerunt; Anaxagoras dixit, rerum principia esse infinitas particulas indiuisibiles, ex quibus res naturales sunt compositæ, quas particulas vocabat athomos: particulas has diuidebat per omnes species, & singularum specierum ponebat infinitas, ut infinitas carnis, ossis, ignis, & aliarum rerum: & non solum specie has particulas differentes ponebat, sed etiam secundum accidentia contraria, ut quædam essent calidæ, quædam frigidæ.

Ex his athomis compositum quoddam confusum prius posuit, in quo omnes erant congregatæ, quod vocabat chaos: & ab hoc mens, id est, Deus, secundum ipsum, postea separauit, & distinxit rerum species congregando athomos in varias partes.

Dicebat præterea, in singulis adhuc compositis contineri athomos infinitas omnium specierum, sed non apparere, nisi athomos vnius speciei, atque hoc modo fieri generationes, nempe cum occultæ athomi apparent, & manifestæ occultantur.

Aduerte autem, quòd vocabat has particulas indiuisibiles, non quòd essent sicut puncta, sed quòd iam ultra actuali diuisione diuidi non possent. Hæc sententia fuit Anaxagoræ, Secunda fuit Anaximandri, qui in hoc solum differt ab Anaxagora: hic enim chaos ex athomis factum dicebat: at Anaximander, ex chaos factas athomos affirmabat.

Tertia sententia fuit Democriti: hic enim ex athomis etiam infinitis cuncta componebat: at in his differerebat à præcedentibus, asserere enim has athomos esse eiusdem rationis, nec essentialiter dif-

ferre, sed tantum figuris, quia quædam triangulares, quædam quadrangulares, aliarumque figurarum. Præterea habebant varium situm, & ordinem inter se: atque ex his duobus proueniebant varia accidentia, & figuræ compositorum: ob id enim caput vel corpora erant rotunda, quia athomis rotundis erant composita: obtusa verò, quia quadrangularibus: simili liter calida, frigida, & alterius cuiusque rationis propter varium situm, & ordinem athomorum.

Alij Philosophi finita, plura tamè principia ponebant. Parmenides ignem, & Sopherum, terram, principia posuit. Quòd si dicas quidam nonne iste vnum principium posuit? Respondet Philop. fecisse duos libros, & vulgares, & accuratiores: in his vnum, dixit, esse principium, in illis verò duo illa. Alij dicunt, hæc duo principia posuisse secundum apparentiam, erant tamen vnum secundum existentiam, sed parum hoc refert.

Alij secundò, tria elementa posuerunt, excepta terra.

Alij tertio, omnia quatuor atque hæc sunt sententia Empedoclis, & Hippocr.

Quarto, Plato dicebat, principia esse magnum, paruum, & Idæam, per magnum & paruum materiam intelligens.

Quintò, Pythagoras, par & impar rerum principia dixit; per par materiam, per impar formam forsitan significans: materia enim est diuisibilis sicut par, forma indiuisibilis, ut impar.

Hæc sunt Philosophorum sententiæ eir. ca rerum principia, inter quos aduerte primo, aliquos ponere causam efficientem, ut Anaxagoram, qui posuit mentem, id est, Deum separantem chaos: & Empedocle, qui licet, & amicitiam, causas efficientes posuit: dixit enim elementa fuisse chaos composita, ac mundum hunc constituisse: Et iterum per amicitiam reditura ad chaos, & per licet iterum separanda: vnde mundum infinitiens corruptum, & generatum, corrumpendum, & generandum dicebat.

Aduerte secundò, quosdam ex his Philosophis dici non naturales, quosdam naturales: non naturales dicuntur, qui disputantes de rebus naturalibus motum

Opiniones eorum Philosophorum, qui plura principia ponebant, sed finita.

3. opinio.

4. opinio.

5. opinio.

Nota primo Philosophi qui posuerunt causam efficientem.

Nota secundò.

Philosophi non naturales, qui abstrulerunt motum.

auferunt à principijs, qui est passio Physica: sicut Parmenides, & Melissus principium immobile ponentes. Naturales verò dicuntur, qui motum non auferunt, vt reliqui prædicti.

Nota tertio Aduerte tertio. Omnes hi nullã substantiã generationem ponbant de nouo, sed omnes mutationes aut esse secundum apparentiam, vt dicebat Anaxagoras: aut secundum accidentia, vt reliqui dicebant: nam ex varia densatione, aut rarefactione, aut compositione elementorum erant varia corpora, sed nõ erat substantia de nouo: non enim isti poterant intelligere, à quo talis posset substantia produci.

Nota quarto. Aduerte quarto. Aliquos ex his ob id ipsum, mundum ab æterno posuisse: aliquos verò materiam ipsam, ex qua erat ipsemet mundus, vt patet ex dictis.

Aristotel. verò multò aliter, quã hi, processit, & quantum ad numerũ principiorum, & quantum ad ipsa principia: tria enim principia posuit, materiã, formã, priuationem: materia est quedam imperfecta substantia simplex, non composita ex duplici parte essentiali: hæc cum altera simplici substantia, quæ dicitur forma, compositum naturale componit, sicut lignum & figura cathedram faciunt.

Hæc materia secundum se nullam habet formam, cum sit simplex. dico secundum se, nam semper est coniuncta cum formã, tamen de se non habet illam, nec est eius pars forma: quamuis aut non habeat de se formam, est tamen in potentia ad quamlibet formam, sicut lignum de se nullam habet rei artificialis formam, est tamen in potentia ad quamlibet tale formam: & ex hoc prouenit, vt ista materia dicatur habere priuationem formam, quia cū non habeat illas, potest habere. hoc autem est esse priuarum: unde materia, quæ est huius ligni, est in potentia ad formam quamlibet substantialẽ.

Dices, ad quid est priuata ista materia: dico, vt sint generationes rerũ: non enim ex hoc ligno fieret ignis, nisi materia eius esset priuata forma ignis: nam, vt ex aliqua materia fiat aliud, duo sunt necessaria: Alterum, quòd illa materia non sit illud, quia si esset, non fieret: quòd enim

cū, nõ sit. Nec satis est non esse, sed quòd possit esse: atq; hæc duo habet ista materia: ob id dicitur priuata, priuatio enim hæc duo importat.

Ex quo fit, quòd generatio rei nõ est aliud, quãeductio formæ ex potetia materia, vt ignis ad motus ligno, ipsum disponit, donec expellat ab illa materia formã ligni, & inducat formã ignis, atq; sic fit generatio: non enim agens facit totam rem, aut corrumpit totam rem, materia enim non generatur, nec corrumpitur, secundum Arist. sed ista sunt secundum formas: vnde, secundum ipsum tria sunt generatio nis rerum naturalium principia.

Hanc materiã finitam posuit, sed per mutua generationem, & introductionem formarum in eadem parte materiæ, dicebat duraturas, & durasse generationes æterno tempore. Atq; breuiter hæc est sententia Arist. qui locutus est probabilissimè omnium: & ob id hoc communiter modò omnes docent, licet in hoc sit deceptus, quòd mundum æternum affirmarit, quod nostra fides damnat.

Necesse est autem.

Text. VI.

Disputat Arist. contra Philosophos de rerum principijs in his textibus ^{Disputatio Arist. contra prædictos} triginta quatuor: ac primùm contra eos, qui non naturaliter loquuntur: Philosophi postea contra alios. Dicuntur autem non naturales, nõ quòd de rebus naturalibus non loquantur, imò de eis differunt, sed quòd de principijs rerum naturalium loquentes non loquebantur, vt Philosophi naturales, cum auerterent motum, cuius principium est natura.

Vtitur igitur diuisione communi circa principia, nec incipit probando principia esse, sed diuidendo: quia, vt dicit Simplicius, necessaria omnes Philosophi in hoc conuenerunt, circa principia rerum naturalium esse. Facit igitur diuisionẽ cū subdiuisione quinque partium. Necesse est principia, aut esse vnũ, aut plura: Si vnũ, aut mobile, aut immobile. Hoc enim Parmenides, & Melissus ponunt: illud verò naturaliter loquentes. Si plura, aut finita, aut infinita: si finita, aut duo, aut tria, aut in aliquo alio numero de-

ro determinato: si infinita, aut differentia, figura, & forma accidentali, & etiam contraria, vt dixit Democritus: aut non sic differentia, contraria tamen, vt dixit Anaxagoras. Omnes hæc diuisionum partes non habent medium, sed aut vnã, aut alteram necesse est consistere, propterea dixit, necesse est.

Nota 1. Aduerte, quòd illa verba: aut contraria: Themistius, & Porphyrius volunt dicta esse propter Anaxagorã, vt priora ad Democritum: hæc verò ad Anaxagorã referantur, at quia etiã Democritus posuit contrarietatem situs, & ordinis, Philoponus, & Alexander ad ipsum Democritum retulerunt: & tunc opposita diuisionis pars est subintelligenda. At Simplicius attendens, etiam Anaxagoram posuisse contraria principia, ad vtrumque retulit, vt sit sensus, aut sunt figura differentia aut nõ, vtroque tamẽ modo contraria: & ita superius exposuimus, & videtur melior expositio.

Nota 2. Aduerte præterea, quòd Arist. non assignauit omnia membra diuisionis, omisit enim aliqua, nempe, si plura, aut immobilia, aut mobilia, hoc autẽ omisit, quia vt dicunt Simplicius, Auerr. & S. Thom. nullus dixit esse principia plura immobilia: quicquid dicat Philoponus: omisit etiam vnũ immobile infinitum, vt dixit Melissus: & finitum, vt dixit Parmenides: quod fecit breuitatis causa, vt notat Simplicius non enim referebat omnia statim proponere.

Perfecta diuisione seu enumeratione. At si liber completam habere diuisionem hanc, ita erit componenda, vt componunt Simplicius, Alexand. & Philoponus. Principia, aut sunt vnũ: aut plura. si vnũ, aut mobile, aut immobile: si vnũ immobile, vel finitum. vt dixit Parmenides, vel infinitum, vt Melissus. Si vnũ mobile, aut finitum, vt Thales, aut infinitum, vt Diogenes, qui aerem infinitum posuit. Si plura, aut finita, aut infinita. Si plura finita, aut mobilia, aut immobilia. Si plura infinita, aut mobilia, aut immobilia.

Similiter autem quærun.

Text. VII.

SANCTVS Thomas, & Auerroes hunc textum exponunt, vt velit Aristoteles ostendere apud hos Philosophos eandem esse quæstionem de ente, & de principio entis, vt idem sit quæerere, an vnũ sit ens, an plura: & an vnũ sit principium, an plura: & hoc dixit, vt notat Simplicius propter Parmenidem, & Melissum, qui non dixerunt vnũ esse principium, sed omnia esse vnũ ens, & idem intelligebant, ac si dicerent, vnũ est entium principium.

Dices quomodo apud hos, idem est di-

Dubium. cere, an sit vnũ ens, & an sit vnũ principium? Respondent bene S. Thom. & Auerroes, quia isti principium hoc existimabant esse totam rei substantiam, non enim ex eorum sententia differebat composita, nisi accidentaliter. omnia enim erant aqua aut aer, aut atomi, aut elementa. Sic vel aliter se habetia, vt diximus: & cū non essent alia substantia, nisi principium, idem est vtrumque petere, cū ens, & principium sint idem.

Philop. autem ita exponit, vt dicat Arist. confirmare suã diuisionem exemplo aliorum Philosophorum, qui de entibus disputantes statim principia quærun: & sic quærun per has diuisiones prædictas. Vtraque est conueniens expositio.

Itaq; si vnũ est, atq; immobile. Text. VIII.

Parmenidis, & Melissi opinionem ad Physicum nõ pertinere docet, quia negant in Physica principium, nempe, vnũ negant motum: & sicut Geometria non disputat contra negantes ipsius principia: sed id est alterius scientiæ, cui si cūdũ aliquid subalternatur: aut scientiæ communis. Metaphysicæ, & Dialecticæ, vt dicit Simplicius. Sic etiam nec ille, qui de principijs loquitur, debet disputare contra hos, quia negant principia ipsa. Nam in hoc, quòd dicunt, vnũ esse principium, negant principium esse, quia si principium est, aliquid alterius entis, vel aliorum principium est. at isti nõ ponunt aliud ens præter principium, non ergo erit principium, cū desit principiatum. Similiter negant principium in hoc, quòd dicunt esse immobile, quia

tunc ex eo nihil fieri posset, quod repugnat principio: Ex eo enim omnia fieri debent.

Dubium 1.
An Physic.
probet sua
principia.
Solon Sim-
plicij.

Dubitatur. An Physicus probet sua principia? Simplicius mouet hoc dubium, & respondet in generali de qualibet scientia. Sunt enim duplicia principia: Quædam per se fidem habentia, qualia sunt immediata per se nota, ut dignitates: Quædam non per se nota, sed suppositiones, ut lineam esse longitudinem sine latitudine, per se fidem habet, in Geometria: at quod talis linea sit in corpore ipso, hoc non per se fidem habet, sed supponitur. Dicit ergo, quod illa principia, quæ per se fidem habent, non demonstrantur in alia scientia, nec in eadem: alia verò demonstrantur in subalternante, vel à Metaphysico, à Dialectico verò probabiliter ostenduntur: quamuis autem hoc ita sit, non deest aliquod instrumentum scientiæ circa sua principia, licet non sit demonstratio: hoc autem est inductio: hæc Simplicius.

Explicatio
authoris.

Hoc tamen indiget declaratione, & limitatione: primò, nam dignitates, si immediate sunt, licet à Metaphysico non demonstrantur, tamen à Dialectico Topicò ostenduntur probabiliter.

Dices, ad quid opus est hoc, nempe necessarium probabili ratione confirmare? Respondet Aegidius, quòd hæc dignitates non ostenduntur simpliciter, nisi isti vel illi neganti eas: & ad hunc vel illum conuincendum sufficit probabile argumentum: nam ipsæ de se sunt necessariae. Dialecticus ergo non solum suppositiones, sed etiam dignitates probare tentat.

Præterea, secundò, sunt aliquæ dignitates, quæ mediate sunt, & causam habent, licet immediate dicantur, quia sunt per se notæ, nec à causa habent cognitionis certitudinem: ut motus est, in Physica dignitas est, habet tamen causam, sed non ita claram, nempe naturam: Omne totum est maius parte, causam habet & similes: has autem causas, cum dignitates communes sint multis scientijs, Metaphysicus tradit.

Præterea, tertio, sunt principia cognitionis, & hæc non probantur ab illa scientia, & de his loquitur Aristoteles in

presenti. Sunt etiam principia rei, ut materia & forma in Physica, & hæc probantur esse in ipsa Physica, nam per mutationes à posteriori illa demonstrat Arist.

Et per hoc patet responsio ad dubium Philosophum non probare sua principia cognitionis, de quibus loquitur Aristoteles.

Simile itaque est considerare.

Text. IX.

VM, qui contra hos disputationem parat, comparat ei, qui disputare vult aduersus opinionem sermonis gratia dictam: illam autem vocat opinionem sermonis gratia dictam, ut notant Simplicius & Philoponus, quæ dicitur absque vlla probatione & ratione: tales autem sic opiniones proferentes non sunt audiendi, nec cum eis disputandum: & ponit exemplum opinionis sermonis gratia dictæ, nempe de Heraclito, hic enim maxime extraneas opiniones habuit: dicebat enim contradictoria simul vera: omnia esse in continuo motu, non esse scientiam, & alia huiusmodi. Similiter ponit exemplum opinionis sermonis gratia dictæ, nempe ac si quis diceret, omnia entia esse vnum hominem. Vt igitur hi non sunt audiendi, sic nec Parmenides, & Melissus dicentes, omnia esse vnum immobile.

Aut soluere litigiosam.

Text. X.

NON solum cum his disputare est simile, ac si cum his, qui sermonis gratia opinionem proferunt, disputaretur, sed etiam eorum rationes soluere, sunt enim contentiosæ vtriusque, & Parmenidis & Melissi rationes deficientes in forma, & in materia, ut inferius dicitur, magis tamen onerosa, id est, vana est Melissi ratio, eò quod nihil habeat subtilitatis, & difficultatis: sed vno in conuenienti dato, multa sequuntur, id est, ex vno dato & concessio absurdo, multa alia sequuntur, eò enim, quòd vnum principium ponit, infinitum esse dicit, & si infinitum, immobile.

Nota verba. Hoc autem nihil difficile est. Simplicius exponit primò: non est

difficile, ex vno absurdo & impossibili aliud sequi. Exponit secundò: non est difficile ostendere, quo modo ex vno absurdo alterum sequatur. Philoponus exponit: non est difficile eorum soluere rationes.

Nobis autem supponatur.

Text. XI.

VM hos negasse principia ex negatione motus dixisset, ostendit, non sic se processurum, sed supponendo motum esse, nempe omnia, aut aliqua entia naturaliter moueri, quod inductione ipsa colligitur.

Cur dixerit
Arist. Aut o-
mnia, aut q-
d moueri.

Dices, quare dixit, aut aliqua? D. Th. & Philoponus dicunt, id dictum esse propter formas, & animas, de quibus incertum est, an moueantur. Alexander & D. Th. etiam, propter polos, & partes caelorum proximas polis, & centrum terre. Vel denique cum Simplicio dicendum, quia solum constituitur volebat, motum esse, ad quod sufficit, quòd omnia, aut aliqua moueantur. Præterea, quia forma est ipsa natura, non constat ex natura.

Statim addit: simul autem: quæ verba sunt continuanda cum præcedentibus, quibus dixit, non esse disputandum cum his, qui negant principia: subiungit modò, quòd nec eorum rationes sunt soluendæ in illa scientia, nisi quado procedunt ex principijs illius scientiæ. Sunt enim contentiosæ rationes in duplici differentia, & quæ supponunt principia scientiæ, & quæ non supponunt principia scientiæ: priores soluendæ sunt in illa scientia, sed non posteriores.

Ponit exemplum de quadratura circuli, quam probare conati sunt Hippocrates Chius, & Antiphon. vterque male, sed prior sumebat principia Geometriæ, posterior non: propterea illius rationes soluendæ sunt à Geometria, sed non huius. Horum rationes pete à Simplicio, qui latè eas tradit: nobis modò sufficiat sensum percepisse.

Sed quoniam de natura quidem. Text. XII.

Questiones
extraneas in
aliqua sci-
entia duplices

Ostendit aliqua ex parte pertinere ad Philosophum cum his dispu-

tare, nempe quatenus de natura non naturales quæstiones faciunt. Sunt enim quæstiones extraneæ in aliqua scientia duplices, ut dicitur 1. Post. cap. 9. quædam, quæ petunt ea, quæ sunt extra materiam illius scientiæ: ut si à Geometria petatur: an equus sit animal perfectum: quædam quæ sunt in materia illius scientiæ, sed falsò: ut si petas, quo modo diameter sit commensurabilis? quem tamen constat esse incommensurabilem. Priores quæstiones nullo pacto in illa scientia sunt discutiendæ: posteriores verò aliquo modo, ita & istorum dicta, sunt aliquo modo examinanda, quia de natura, licet non naturaliter loquuntur, tamen non omnino ista sunt in Physica differenda, sed in Philosophia, id est, Metaphysica: vnde secundum Alexandrum, ista, quæ hic disputantur contra hos duos, Metaphysico habitu disputantur, ut patet, quia fit sermo de ente, de substantia, quæ Metaphysica sunt.

Principium autem maximè omnium. Text. XIII.

VM, qui alicuius opinionem euellere conatur, oportet non solum ipsam opinionem redarguere, sed etiam argumentis, quibus innitebatur, respondere, ac ipsa diluere, ut notat Simplicius. Vtrumque Aristoteles in parte hac Intentione facit, nam opinionem ipsam Parmenidis & Melissi impugnat, ac ipsorum euertit rationes: & quia ipsorum positio vocibus utebatur multiplicibus, vno, nempe, & ente: Dicunt enim, omnia esse vnum ens: incipit à diuisione, quæ est principium maximè tali disputationi proprium & accommodatum, ut Philoponus aduertit, ac primò à diuisione entis exorditur, postea à diuisione vnius.

Ens igitur multiplex est, decem prædicamenta comprehendens: qui igitur dicunt, esse omnia vnum ens, aut multa, simul intelligunt prædicamenta, nempe substantiam, quantitatem, qualitatem. Aut vnū ex his: si vnū ex his, puta substantiam, peto, quæ sit illa substantia, an homo, an equus, an anima, an aliquid huiusmodi. Idem de qualitate, & quan-

E tita.

titate, & de alijs prædicamentis, quorū non meminit Aristoteles, quia certissimum erat, hos de illis non intellexisse suam opinionem. Facta diuisione, dicit, multum interesse, vno aut altero modo dicere, quamuis sint impossibilia dictu.

Nota de vi argumenti Aristotelis. Prima expositio. Aduerte quod illa pars diuisionis, quod ens multa contineat genera, non exprimitur ab Aristotele, sed virtualiter ponitur, quam Græci sic explicant, ens vnum nomine dicentes, vt sit diuisio: Omnia sunt vnum ens: aut igitur vnum nomine, ita, vt sub ente multa sint prædicamenta: aut vnum re, p̄ta aliquod genus ipsius. Hanc expositionē nostram videtur docere Porphyrius, & recipit Simplicius.

a expositio. Sed Alexander, & Philoponus, hæc omnia sic distinctione vnius intelligunt. Dicunt enim esse hanc diuisionem: aut sunt omnia vnum ens nomine, aut vnū re: si vnum re, aut vt substantia, vel qualitas, & quantitas, id est, vnū genere: aut vt homo, equus, calidū, id est, vnū specie: & postea dicit, aut vnum numero.

Obfutatio secundæ expositionis. Obiectiones contra vim argumenti Aristotelis. Sed hæc expositio est contra textum, vt legenti parebit, & procedit ex inaduerentia argumentandi; supposita opinione illorum.

Ob cuius declarationem dubitatur, nam videtur petere principium: hi enim dicebant, omnia esse vnum: & Aristoteles supponit ens esse multiplex, quod erat probandum.

Præterea etiā, admissio, quod ens esset multiplex, videtur sophisma cōmittere. Cū ita argumentetur, omnia sunt ens, ergo aut substantia, aut quantitas, aut aliud ex his, nam ens confusè supponit, sub quo non licet descendere: est enim, perinde ac si dicas, omnis homo est risibilis, ergo aut hoc risibile, aut illud: ac propterea forsā Alexander & Philoponus non de ente, sed de vno diuisionem exponendam esse voluerunt: nec est omnino facile hoc dissoluere, licet Expositores in eo sileant.

Nota r. Explicatio Authoris de vi argumēti Aristot. quā partim tiam dicit Porph. & Simpli. Aduerte igitur, quod omnes Philosophi antiqui principium rerum naturalium dicit Porph. speculantes, aliquod ens actū, & omnino reale ponebant, puta aquam, aërem,

athomos, vel aliquid aliud: nullus fuit ita insipiens, qui genera & vniuersalia, quæ à singularibus abstrahuntur, principia poneret: vnde dicentes, vnum, aut plura esse principia, non de vnitatē generum intelligebant, sed de vnitatē alicuius entis actū existentis sermonem faciebant. Vnde merito ab istis, qui vnum dicant principium, petitur, quod illud sit ex his, quæ sunt, an aqua, an aer, an homo. Nec oportet de vnitatē vniuersali aut generica intelligere, sed de vnitatē particulari entis existentis.

Nota 2. Aduerte præterea, quod isti Philosophi imaginabantur totum mundū, sicut vnum omnino animal, ita, vt omnia essent vnum ens determinatè, & reliqua entia ipsius essent partes, non essentia, sed apparentia distincte: vnde omnia vnum corpus sunt, quamuis Melissus dicat esse infinitum, & Parmenides finitum: vterque autem immobile. Ob id Aristoteles petit: Si omnia sunt vnū ens actū, quod hoc est? & quia isti possent dicere, est vniuersus mundus; probat, quod non possit sic dici vnum ens.

Ad primū. Ad primum igitur respondetur, quod Aristoteles in diuisione non petit principium, sed solum nominis significationem petit, quam omnes tenentur dare: Significat enim quantitatem, substantiam, & cætera. Hic enim erat communis omnium consensus.

Ad secundū. Ad secundum dico, quod illud ens supponit determinatè ratione illius additi, vnum, perinde enim est dicere, omnia esse vnum ens, ac aliquod determinatum ens.

Si enim erunt, & substantia. Text. XIII.

Incipit Aristoteles singulas diuisionis partes confutare, ac primò eam, qua quis posset dicere, omnia esse vnum ens, sub hoc tamen ente substantiā, quantitatem, qualitatemq; complecteretur: Tunc, inquit Aristoteles, siue ista tria separata sint, siue coniuncta simul, iam non vnum ens, sed multa dicerentur, sunt enim genera primò diuersa, quæ in nullo (præter nomen) conuenientiam habent

bent realē, vt diximus in prædicamentis.

Nota 1.

Et nota aliud esse substantiā, & quantitatem, ac qualitatem, esse separata, aliud esse diuersa. Separata dicerentur ista tria, si vnumquodq; per se extra aliud existeret: Coniuncta verò, cū illa duo substantiæ inhærent. At verò diuersa esse est, quod natura & essentia singulorum nō communicet in aliquo essentiali, ita, vt ipsorum definitiones, vel causæ, vel quæ loco definitionum dātur, descriptiones nō sint idem, & hinc diuersitati & pluralitati non repugnat separatio, vel coniunctio: Quantumcunq; enim sint coniuncta, vel separata, non sunt idem, sed diuersa, & plura.

Impugnat aliā partem, qua quis posset dicere, omnia esse vnum ens, id est, quantum, aut quale solum. Docet, hoc fieri non posse, quia nullum accidens potest absq; substantia separatim consistere, siue substantia sit, siue non sit: Hoc enim præiulium est solius substantiæ, vt ipsa sit separabilis: reliqua enim in substantia sunt, vt in subiecto.

Nota 2.

Vbi aduerte cum Simplicio, quod hic vocat, dici de substantia, pro eo, quod est esse in substantia, seu ipsi inhære. Nota præterea, quod dicit, inconueniens esse sic dicere, nempe absque substantia accidentia consistere, & postea corrigit verbum, vocando impossibile, nam inconueniens seu absurdū, quod Græcè ἀτόπον quasi non habens locum, nec consentaneum, dicitur quodcunq; falsum. At impossibile dicitur illud falsum, quod nec est, nec esse potest verum.

Nota 3.

Dices, quid est, quod substantia dicitur separabilis, reliqua verò non sunt separabilia, cū Porphyrius accidentia aliqua separabilia docuerit: quod si dicas, hic dici separabile, quod per se potest esse, accidentia verò separantur a substantia, sed per sui corruptionem. Tunc insurgit difficultas, nam vt accidens nō est separabile ab aliqua substantia, ita nec substantia ab aliquo accidenti. Hoc dubium præcipuè est disputandum 7. Metaphy. c. 1. At verò quia hic eadem verba proferuntur, breuiter sunt declaranda.

Dubiū quomodo substantia separatur ab accidenti. Explicatur locus 7. Metaphy. 1. expositio.

Aliqui dicunt substantiam esse separabilem, non aliud esse, quàm independen-

tem ab accidenti: natura enim substantiæ absoluta est: Sed hoc nō placet mihi, nam cū non possit actu ab accidenti separari, sine dubio quantum ad hoc dependens est.

Expositio. Ob id dico, hic substantiam sumi pro prima substantia, nempe pro composito. **Authoris.**

Individuo substantiæ: & hoc dupliciter dici, separabile ab accidenti: Vno modo, quia potest consistere absq; accidentibus multis, quæ in eo sunt, sicut fuit absq; illis: vt Petrus potest esse separatus à calore, à frigiditate, ab albedine, & alijs huiusmodi, quæ in eo sunt, nullum tamen ipsius accidens potest absq; eo consistere naturaliter. Vnde non est intelligendū, quod ab omni accidenti sit separabilis, sed vniuersaliter loquendo ab accidenti separatur: nullum tamen ipsius accidens ab eo separatim consistit.

Altero modo dicitur substantia prior seu separabilis, quia in ratione substantiæ datur aliqua ab omni accidenti separata; puta Deus: tamen in accidentiū generibus, nullum accidens extra substantiam consistens naturaliter datur: Dico naturaliter, propter ineffabile sacramentum altaris, vbi datur accidens absq; substantiæ subiecto. Hæc declarationem separabilitatis nota.

Melissus autem quod est infinitum esse dicit. Text. XV.

Cum partes diuisionis aliquot confurauerit, ad opiniones horum descendit, & dicit Melissum vnū quantum omnia esse posuisse, nā dixit omnia esse vnū ens infinitum: Constat autē quod infinitū nulli per se inest, nisi quantitati: nam substantia, & qualitas nō dicuntur infinita, nisi secundū quantitatem per accidens: quod probatur ex eo, quod definitio infiniti non est per substantiā aut qualitatem, sed per quantitatem: quod si iste ponit esse vnū quantum, cū quantitas non sit absq; substantia, necessariò ponit substantiam, & quantitatem: non ergo vnum ens, sed duo omnia sunt: quod si substantiam tantum constituat, non erit infinita, cū desit quantitas.

Nota.

Hic aduerte, quod etiam hoc est intellegendum de Parmenide, qui posuit unum finitum: nam sicut infinitum, ita & finitum quantitati insunt.

Solent in hoc loco Reales disputare: An quantitas realiter distinguatur a substantia, quia locus videtur illis fauere contra Nominales: sed profecto aliena est questio, & Metaphysico disputanda. Satis sit nobis modo saltem definitione & essentia distingui, quod hic docet Arist. non enim sunt scientiae permiscendae nimium, praesertim cum sint alia multa physica dubia examinanda.

An substantia secundum se sit diuisibilis.

Questio VII.

Explicatur sensus questionis.

DIFFICULTAS haec est grauis, & satis utilis. Explicandus est a nobis primò sensus questionis, vt moris est: primò substantiam non in communi hic sumimus, sed pro substantia sensibili & corporea, quae materia & forma componitur. Nec hic de diuisibilitate in partes essentialis, aut in species, aut in accidentia loquimur, sed de diuisibilitate in partes eiusdem rationis cum toto, nempe in partes extensionis, quae dicuntur quantitativae: & petimus, an substantia composita de se habeat diuisibilitatem hanc, & non a quantitate. Nec refert, quod quantitas sit realiter distincta, vel non, nam saltem est distincta essentialiter a substantia.

Occasio disputandi questionem.

Et merito hoc dubitamus: nam dicit Aristoteles contra Melissum, quod si magnitudinem habet, quantum est. Posset ipse dicere, ens habere magnitudinem, & extensionem absque quantitate, propterea non extra rem questionem hanc examinamus.

Opinio quorundam.

In hac questione est opinio quorundam asserentium, materiam de se habere partem, & non a quantitate, ac proinde ipsam substantiam compositam, quam videtur ex parte recipere Scotus 2. sent. dist. 12. q. 2. & rationes, quae pro hac sententia esse possunt, non sunt spernendae, quarum prima est. Quod est causa antecedentis, est causa consequentis: sed quantitas est antecedens diuisibilitatis: haec e-

Ratio.

nim ex illa sequitur: ergo causa quantitatis erit causa diuisibilitatis, sed substantia est causa quantitatis, ergo est causa diuisibilitatis: non igitur a quantitate habet diuisibilitatem substantia, sed ipsa est illius causa secundum se.

2. Ratio.

Secunda. Materia est in potentia ad quamlibet formam, ergo potest plures formas secundum se recipere: non simul in eadem parte, ergo in diuersis: ergo materia secundum se partes habet, quibus possit recipere plures formas.

3. Ratio.

Tertia ratio est nostra. Sumo duo composita, nempe hominem & leonem, & peto, an quaelibet substantia ex istis sit prior natura omnibus suis accidentibus: si non, iam substantia non est prior natura accidenti: si sic, ergo iam sunt duo composita ante quantitatem, & habebunt non eandem materiam: ergo ante quantitatem est materia diuisibilis & diuisa.

4. Ratio.

Quarta est contra verba Aristotelis, dicit enim, infinitum non esse, nisi in quantitate: videtur hoc falsum, nam deus est infinitus, & Angeli finiti sunt, non tamen habent quantitatem, imò finiti, & infinitum primò insunt enti, non ipsi quantitati: ens enim finitum in decem predicamenta diuisum est.

2. opinio Alberti, Ianduni, &c.

Aliorum est opinio: Materiam, nec substantiam corpoream nullo modo esse diuisibilem, seclusa quantitate, sed tantum diuisibilitatem accipit ab ipsa quantitate, quae est passio per se competens corporeae substantiae ratione materiae. Haec sententia est Alberti, tractat. 2. capite 4. & Ianduni. quest. 9.

Prima ratio.

Et probat Albertus primò. Materia secundum se, aut est diuisibilis, aut simplex: non composita, quia tunc aut ex forma, aut ex accidenti, quorum neutrum esse potest, nullam enim secundum se formam, nec accidens habet: quod si simplex est, ergo est indiuisibilis: non igitur secundum se partes habet.

2. Ratio.

Secundò. Si secundum se diuisibilis est, diuidatur, & sumamus illas duas partes, tunc aut differunt haec accidentaliter, aut essentialiter: non accidentaliter, cum nullum secundum se accidens habeant: nec essentialiter, quia sunt eiusdem

dem rationis, non ergo possunt differre: & ita non potest diuidi materia in partes

3. Ratio.

Tertio, Logice, vbi inest passio, ibi est suum subiectum, sed diuisibile est passio quanti, vt patet 3. Meta. c. 13. ergo vbi diuisibilitas est, quantitas erit.

4. Ratio.

Quarto. Passio definita per subiectum non se extendit extra subiectum, sed diuisio definitur per continuum, ergo non erit nisi in continuo: hoc autem quantum est.

1. conclusio.

Pro huius determinatione sit prima conclusio. Impossibile est substantiam compositam, aut materiam esse extensam, ac in partem diuisibilem absque quantitate: & in hoc mihi placet sententia Alberti. Probatur: sicut ab albedine paries est albus, ita a quantitate substantia extensa, & diuisibilis: sed impossibile est, absque albedine parietem esse album, ergo absque quantitate substantiam esse extensam, est impossibile. Loquimur autem hic de continua quantitate: probatur maior, nam quantitas est formalis ratio extensionis, & diuisibilitatis consequenter, sicut albedo albi, nec enim aliam rationem & naturam possumus imaginari ipsius quantitatis, quam hanc: & praeterea probatur eiusdem rationibus Alberti Magni.

1. Ratio.

1. conclusio.

Secunda conclusio. Nullum agens naturale inducit formam in materiam, nisi prius aliqua quantitate separata, & discreta ab altera parte materiae probatur: ita est necessaria quantitas in materia, sicut qualitas, cum qualitas non insit, nisi per quantitatem: at forma educi non potest a materia, nisi certis qualitatibus disposita; ergo etiam necessaria est quantitas. Praeterea, sicut forma accidentaliter non potest extrahi, nec induci, nisi in subiecto quanto, quia ipsa est diuisibilis: ita formae substantiales, quarum plures sunt diuisibiles, inducentur in materia quantitate disposita.

3. conclusio.

Tertia conclusio. Non repugnat duas partes materiae manere diuisas absque actuali quantitate: nolo dicere, quod materia diuidi possit absque quantitate, sed quod postquam diuisa est per quantitatem, possunt manere adhuc illae partes

distinctae. Dico, non repugnare, non quod naturaliter id fiat, sed quod potest supernaturaliter fieri.

Probatur conclusio.

Explico, & proba, quia potest Deus femouere omnem quantitatem a Petro, & ab aliquo leone, tunc sine dubio posset conseruare illas duas materias absque quantitate continua illarum: & proba, quod possit id facere, vt enim conseruat quantitatem sine vlla substantia panis in sacramento, ita etiam posset, & panem absque quantitate conseruare, & multos panes, sicut multas quantitates: maior enim dependet a accidenti a substantia, quam substantia ab accidenti: potest illud: ergo hoc: verum est, quod illae substantiae non essent extensae, nec diuisibiles in partes, vt dictum est. Nec est contra nos argumentum Alberti Magni secundum: nam illae materiae differunt penes ordinem ad diuersas formas, quas habent vel penes ordinem ad quantitatem praecedentem.

Ad primam sententiam.

Ad primum igitur prioris sententiae respondetur, quod substantia est causa mediata diuisibilitatis, quia eam non habet, nisi mediante quantitate, qua deficiente, substantia non est diuisibilis: illud autem locum habet, quando aliquid est causa vtriusque, immediate, & non dependenter vnius ab altero.

Ad secundam.

Ad secundum dico, quod licet materia sit in potentia ad omnes formas secundum se, non tamen recipit illas, nisi praecedentibus dispositionibus necessariis, quarum vna est quantitas.

Ad tertiam.

Ad tertium dico, quod illae duae substantiae possunt praetelligi absque quantitate actuali, & essent distinctae, sed in ordine ad quantitatem, quam habuerunt, vel possunt habere, vel per ipsas formas: sed hoc nihil contra nos, qui tantum negamus materiam, vel substantiam posse diuidi in partes, nisi existente quantitate.

Ad quartam.

Ad quartum dico, duplicem assignari quantitatem, & virtutis, & molis. Virtutis, quae attenditur in perfectione substantiae rei, vel operationis ipsius, secundum quam dicimus, Deum infinitè perfectum, & magnū: & haec in incorporeis etiam

inuenitur, nec est de hac sermo, ut probat argumentum. Quantitas molis est, quæ attenditur secundum longitudinem, & cæteras dimensiones, & de hac est sermo in præfenti, nam isti Philosophi de his incorporeis non loquebantur. At finitum, & infinitum virtutis sequuntur quantitatem priorem: molis verò sequitur posteriorem: sunt enim ipsius passionis, & de his procedit Aristoteles in suo argumento. Et hæc satis de quæstione.

Amplius quoniam ad ipsum vnum. Text. XVI.

Aliud esse vnum continetur tripliciter.

Ex vni distinctione probat dici non posse, omnia esse vnum, nam vnum triplex est: Aut vnum continuum, quo modo vnam lineam, vnum lignum, vnum corpus, quia continua sunt, dicimus: Aut vnum, quia indiuisibile, quo modo vnum punctum, vnum instans, quia indiuisibilia, dicimus: Aut vnum ratione & definitione, quo pacto dicimus synonyma idem esse, & merum & vinum: ensis, gladius. Impugnat, quod nullo ex his modis dici possit, omnia esse vnum.

Dices, quare non enumerat alios modos vni, ut genere vnum, specie, per accidens, seu subiecto? Dico, quia isti Philosophi non loquebantur nisi de vnitatis entis alicuius determinati, ut supra diximus, & præterea quia alie vnitates manifestam habent pluralitatem entium.

Primam diuisionis partem reprobant, quia si omnia dicuntur vnum continuum, iam plura entia dicenda sunt, cum in infinitum continuum sit diuisibile, & multa comprehendat.

Si igitur continuum est. Text. XVII.

Reprobat primam diuisionis partem, ut diximus: quia si continuum est, plura potentia est. Præterea, quia dubium est, an totum, & pars vnum, an plura sit: & quamuis hoc determinare non sit præsentis loci, est enim Metaphysici, tamen secundum esse dubium est, & difficultatem habet, an vnum sit, an plura, & quo modo vnum, & quo modo plura: & probat, quod non sit vnum, nam

si pars, & totum vnum sunt, eod quod indiuisibilia, & non separata sunt, eadem ratione partes essent idem inter se, quia non separata sunt, quod tam falsum est.

Dices, qua ratione hoc mouet dubium? dico, ut hos arguat, qui absolute omnia proferebant vnum, quia continuum, cum sit difficile, & non determinatum, an pars, & totum plura sint, ut magis videtur: & aduerte, quod hic est sermo de toto, & vna eius parte, non de omnibus.

At verò si velut indiuisibile. Text. XVIII.

Impugnat, quod dici non possit, vnum esse omnia, ut indiuisibile, quia tunc non esset ens finitum, nec infinitum, nam indiuisibile potius est terminus, & finis alicuius, quam finitum, vel infinitum, hæc enim quantitatem dicunt, quæ diuisibilis est.

At verò si omnia quæ sunt. Text. XIX.

Impugnat tertiam diuisionis partem, quod omnia sint vnum definitione, nam tunc sequeretur primum, quod contraria essent idem, ut dicebat Heraclitus, nempe bonum & malum, & quia malum est non bonum: Sequitur secundum, duo contradictoria idem esse: Tertium etiam duo disparata, ut homo & equus: Quartum, si contradictoria sunt idem, erit idem disputare, an omnia sint ens, & an omnia sint nihil, seu non ens: Tandem duo diuersa erunt idem, nempe quantum, & quale, & reliqua primum diuersa. Non ergo omnia sunt vnum ens.

An totum distinguatur realiter à partibus. Quæstio VIII.

Causatione textus decimi septimi solent communiter disputare, an totum distinguatur à suis partibus, quod etiam, ut conueniamus cum cæteris, nos hoc loco disputabimus. Pro tituli ergo declaratione primum aduertendum est, totum esse multiplex: primum vniuersale, hoc autem est quodcumque superius respectu inferioris, ut genus respectu specierum, & species respectu indiuiduorum, nec de isto est quæstio,

Dubium.

Declaratur titulus. Totum multiplex. Vniuersale.

quæstio, quia certum est huiusmodi vniuersalia sola ratione & intellectu distinguui ab inferioribus.

Potentiale.

Alterum est totum potentiale, nempe subiectum respectu suarum potentiarum operatiuarum, ut anima respectu intellectus, voluntatis, & memoriae: & quamuis sit dubium, an tales potentie distinguantur à subiecto, in præfenti tamen id non discutimus.

Integrale.

Tertium totum est integrale, nempe quantum aliquod respectu partium integrantes, & quantitatiuarum, ut lignum respectu suarum particularum: & hoc est duplex, aut homogeneum, aut ætherogeneum: Homogeneum est, quod constat ex partibus, quæ sunt eiusdem rationis cum toto, sicut lignum, cuius quilibet particula est lignum, & ignis, & aqua, & similia. Aetherogeneum est, cuius partes sunt diuersæ rationis inter se, & à toto, sicut animal, cuius partes sunt manus, pedes, caput. De utroque igitur toto integrali est quæstio, an à suis partibus distinguatur.

Essentiale.

Quartum totum est essenziale, nempe compositum respectu materie, & forme, quod dicitur totum Physicum, & definitum respectu generis & differentiar, quod dicitur totum Metaphysicum: De hoc autem non est quæstio, quia genera & differentia sunt idem re cum specie, de illo verò Physico est quæstio.

Per accidens.

Quintum totum est per accidens, sicut subiectum cum accidenti, ut homo albus: & totum per aggregationem, ut cumulus: & de hoc non est quæstio, quia certum est non distinguui: tantum igitur est quæstio de toto Physico, & de toto integrali, tam homogeneo, quam ætherogeneo.

Nota, non quæritur an totum distinguatur à suis partibus, sed ab omnibus simul.

Aduertendum est præterea, quod non est disputatio, an hoc totum à singulis partibus suis distinguatur, certum enim est, realiter distinguui, ut homo & anima, lignum, & vna pars: sed disputatio est de omnibus partibus simul sumptis: nec de quacumque distinctione loquimur, sed reali, ut sit sensus, an totum sit aliqua entitas alia præter entitatem omnium partium, ut homo, an sit entitas quædam

præter entitatem materie, seu corporis, & præter entitatem anime: idem petitur de alijs totis, de quibus diximus distinctionem esse. Hæc de tituli declaratione.

Circa hanc difficultatem Scotus 3. Sentent. dist. 2. q. 2. quem multi Thomistæ sequuntur existimantes esse sententiam S. Thomæ, nempe Capreolus 3. dist. 2. & Herueus quodlib. 2. q. 14. & alij dicunt, totum distinguui realiter à suis partibus ad sensum superius expositum. Rationes potissimum huius opinionis sunt hæc.

Prima Scoti: Si totum hoc non distinguatur à suis partibus, sequeretur quod nullum esset discrimen inter hoc totum, & totum per accidens: cõsequens est falsum, quia magna est vtriusque differentia, ergo totum id, cuius est disputatio, quod vocetur totum per se, distinguuitur à suis partibus: probatur sequela, quia ita vnum esset suæ partes simul sumptæ, sicut & alterum.

Confirmatur argumentum: totum est terminus generationis, id est, id, quod generatur, non partes, ut dicitur 7. Metaph. c. 2. ergo distinguuntur.

Confirmatur secundum: nam partes sunt causa totius, ipsumque componunt, non ergo idem esse possunt.

Secunda ratio est: Stat totum corrupti nulla corrupta parte, similiter & generari: non ergo sunt idem: probatur antecedens in homine, moritur enim homo, manent tamen & anima, & corpus: generatur homo, non tamen anima, nec corpus.

Tertia ratio. Totum existit, quia ipsum est, quod operatur, non partes, ut notum est, ergo distinguuntur.

Quarta ratio est. Sequeretur, quod partes essentielles essent partes integrales sic, homo est materia, & forma: similiter pes, manus, caput, & reliqua sunt homo: ergo hæc partes sunt materia, & forma.

In oppositam partem est aliorum opinio, nempe totum non distinguui à suis partibus simul sumptis, quæ sententia est S. Thomæ, quicquid dicant alij, nam contra Gentes c. 13. dicit humanitatem esse materiam & formam simul coniunctam, & 1. p. q. 73. artic. 4. dicit, hominem esse

1. sententia Scoti.

1. Ratio.

Confirmatur 1. ratio.

2. Ratio.

3. Ratio.

4. Ratio.

2. sententia S. Thomæ.

esse corpus: & animal simul. & prima secundæ q. 13. artic. 1. & eadem est opinio Nominalium.

1. Ratio.

Et hæc sententia probatur primò. Si totum est alia entitas distincta ab omnibus partibus, vel est diuisibilis, vel indiuisibilis: non indiuisibilis, cum tale totum corporeum sit, ergo diuisibilis: Si autem diuisibilis, ergo in partes illas, nõ igitur est separata entitas, & distincta ab illis: Si enim esset entitas tertia præter partes omnes, quo modo in eas esset diuisibilis, cum sint extra ipsam?

2. Ratio.

Secundò. Illa entitas, vel esset substantia, vel esset accidens, non accidens, quia homo, qui totum quoddam dicitur, substantia est: probo autem, quod non sit substantia, nam si homo est entitas distincta ab omnibus partibus, ergo prius natura est partes simul esse, quàm totum. Demus igitur formam simul esse cum materia, erit iam materia in actu, & perfecta, & hoc est prius natura, quàm totum, ergo totum est accidens, & non substantia: nam quod aduenit enti in actu, accidens est.

3. Ratio.

Tertiò. Illa entitas per quid distinguitur ab omnibus partibus simul? non seipsa, quia est diuisibilis: non per vnã partem, nam talis pars includitur etiam in omnibus simul partibus, id est, homo per quid differat à materia, & forma simul? non seipso, nec per materiam, vel formam, quia materia, vel forma est in ipso aggregato ex materia, & forma: non igitur habet, per quid distinguitur. Hæc est opinio horum Philosophorum.

Græci conueniunt cum D. Thoma.

At inter Græcos inuenio Philoponum, Themistium, Alexandrum, Simplicium, & idemum, ynanimis in hoc loco, & conuenientes cum D. Tho. asserentes totum distingui quidem à suis partibus singulis per se, sed esse idem cum omnibus simul sumptis: verum est, hos loqui expressè de toto integrali, tã homogæneo, quàm eterogeneo, vt patet apud Philoponum: at sine dubio idem videtur sentire de toto Physico, cum oppositum apud eos non legatur. Idem etiã Auerroes com. 17. & Auzenna. 3. Meta. cap. 3. & 5.

Arabes conueniunt cum D. Thoma.

At si Aristotelem consideramus, videtur conuenire cum D. Thoma asserere, totum à partibus distingui,

nam 3. Meta. c. 14. tex. 19. dicit, sex nõ esse bistria, sed semel sex. Et 7. Meta. tex. viti. mo. dicit, syllabam ba, nõ esse B. & A, & 8. Meta. c. 6. tex. 13. totum, inquit, non est coaceruatio partium, sed aliqua præter partes. & 4. Physic. tex. 23. totum, inquit, esse in partibus, & partes in toto: quod quidem esse non posset, nisi distingueretur. & 2. Animæ in principio. & 7. Meta. cap. 3. triplicem substantiam distinguit, materiam & formam, & compositum, vbi distinctionem indicat totius, & partium. Hæc de opinionibus.

Sit igitur prior conclusio pro resolutione. 1. conclusio. Sit igitur prior conclusio pro resolutione. Totum nõ distinguitur à suis partibus simul sumptis.

Aduerte. Dupliciter dicuntur partes simul sumptæ, vno modo quo ad omnium collectionem tantum, vt nulla sit exceptio: altero modo quoad vnionem quandam inter se præter illam collectionem, vt partes simul sumptæ dicitur omnes partes, talem vnionem inter se habentes. Conclusio procedit de partibus simul sumptis modo posteriori, & est noranda distinctio, nam argumenta proposita procedunt de partibus simul sumptis modo priori.

Sensus igitur est, homo nõ est anima nec corpus, nec anima, nec corpus aggregatiuè, sed anima, & corpus sic vnita inter se, vt altera alteram informet. Idem dico de alijs totis, & eorum partium vnionibus.

Probaturs conclusio præter tria argumenta superius posita. Primò: si illa entitas est distincta ab entitatibus partium simul, vel facit compositionem cum illis vel non: Si nõ, ergo homo nõ est vnus per se, sed plura, quia habet substantias nõ componentes in se: Si verò facit, ergo præter compositionem materiæ & formæ est illa compositio, quam nullus imaginatur.

Secundò. Profectò est intelligibile, quod aliqua res tertia fiat ex duabus, nisi per mixtionem & corruptionem in larum duarum, sicut mixtum fit ex elementis corruptis, & colores medij ex extremis: at materia & forma nõ miscetur, sed manent vnite: non ergo intelligi potest, quo modo tertia substantia ab omnibus simul iunctis & vnitis distincta producaturs.

Secun-

D Thom. Quid Arist. in aliquor locis de hac quæstione constituerit.

Explicatur conclusio.

Probaturs conclusio.

2. Conclusio

Secunda conclusio. Quamuis idem prorsus, quod de toto prædicatur, de partibus sic simul sumptis prædicari possit, tamen non sunt prædicationes ita propriæ, sicut cum de toto prædicantur propter modum significandi: verè enim dicitur, homo legit, & anima vnita corpori, vel anima simul & copus legunt, sed non propriè, quia homo per modum totius, hæc verò per modum partium significant.

Ad Argumenta Scoti.

Ad argumenta igitur priora respondetur. Ad primum Scoti dicimus, esse magnum discrimen inter totum per se, & totum per accidens: totum enim per se, non solum dicit coaceruationem partium, vt ipsum totum per accidens, sed dicit partes vnitas inter se, vel sicut actum, & potentiam, vel sicut continuam.

Ad confirmationes.

Ad primam, & secundam confirmationem respondetur, quod procedunt de partibus simul sumptis modo priori, vt explicuimus in priori conclusione, non autem de partibus simul sumptis modo posteriori, hæc enim sunt ipsum totum, illæ verò non.

Ad 2. & 3.

Ad secundum, & tertium eadem est responsio, procedunt enim de partibus nõ cum vnione sumptis.

Ad 4.

Ad quartum respondetur, esse magnam fallaciam argumentari à partibus essentialibus ad integrales, quia homo respectu partium essentialium consideratur tantum secundum suam substantiam, at respectu partium integralium sumitur homo cum quantitate: idem de alijs totis: & tunc est fallacia figuræ dictionis, mutantur enim prædicamenta.

Ad loca Aristot.

Ad loca omnia Aristot. respondetur, solum loqui de partibus absq; vnione consideratis: & hoc est, quod docere intendit, totum non esse tantum ipsas partes, sed superaddere vnionem; & coniunctio nem certam ipsarum partium: propterea dicit, esse aliam substantiam à partibus, quia totum est ipsæ partes simul vnite, non quod sit noua substantia ab istis sic sumptis, nam expressè docet. 2. Animæ, tex. 10. Sicut pupilla & visus sunt vnus: ita corpus & anima, animal.

Explicatur

Sed inter omnia ista loca Aristotels

peculiariter est notandus ille quinti Metaphysicæ, Sex nõ sunt bistria, sed semel sex: est enim sensus multò alius, quàm aliqui existimant: hic enim intendit Aristoteles docere, quale non esse idem, quod quantum, vt esse album non est esse latius: & quia in numeris duo hæc considerantur, nempe ipsorum quantitas, & hæc est ipsiusmet numeri, & ipsorum qualitas, scilicet figura, quod alius sit triangularis, alius quadrangularis, vel alterius figuræ: ostendit quantitatem numerorum non consistere in ipsa figura, sed in vnitate aggregatione: & hoc est, quod dicit, sex nõ sunt bistria, id est, figura ipsa quadrangularis, sed semel sex, id est, sed ipsarum vnitate aggregatione: Vnde ex hoc loco nihil ad quæstionem præsentem deducitur, si benè intelligitur. Hæc de quæstione.

Conturbantur autem & quæstiones. Text. XX.

CVm aduersus illos Philosophos dicentes omnia esse vnũ, argumentatus esset, probando sequi, quod vnus ens esset contraria, & disparata, & quod vnus esset multa, inquit etiam posteriores Philosophos conturbatos fuisse & timere, ne admitterent vnus esse multa: nam si vnus homo dicitur esse albus, & Musicus, & calidus, iam videtur vnus esse multa entia, nam ille homo albus est, Musicus est, calidus est, sunt ergo plura entia, ob id hoc cauentes asseriebant, non esse ponendum illud verbum, Est, sed tantum dicendum, homo albus, Musicus, calidus: & sic non multiplicatur ens: & huius placiti fuit Lycophron. Alij verò dicebant, non sic, sed verbaliter esse enunciandum, homo dealbatur, calefit, & reliqua: Sic enim non videtur vnus ens, esse plura entia. Huius opinionis credit Alexander fuisse Platonem, quem defendunt Philoponus & Simplicius, docentes hoc non fuisse Platonis, sed parum hoc refert, cuius fuerit, scire, dummodò sententia intelligatur. Creditur tamen non esse Platonis.

F Tan-

Tanquam singulariter dicto vno Text. XXI.

Horum turbationem, & euasione m irridet, dicens, eos turbatos esse, ac si vnum non esset multiplex, sicut ipsum ens: ita exponit Philoponus vt, Aut, sit velut, sicut, ac si diceret, est multiplex vnum, sicut ens, ob id non oportuit turbari, vt enim esse possunt diuersa entia definitione, idem tam subiecto, vt esse album, & dulce, ratione diuersa sunt, sed subiecto idem, nempe in lacte: ita similiter possunt esse multa ratione, vnum subiecto, & hoc pacto vnum multa esse potest. Altero etiam modo, sicut in continuo, vel in toto partes sunt diuersa entia in potentia, quatenus per diuisionem possunt esse separata, sunt tamen idem totum, ita sunt multa in potentia, vnum actu: hoc ergo pacto, vnum multa esse potest.

Hi igitur dubitabant, & confitebantur, & inferebant tanquam absurdum, vnum esse multa, cum tamen verissimum sit, vnum multa esse, vt diximus: sed non eo modo, quo vnum est, multa est: Sic enim fieri non potest, vt aliquid non est vnum ratione, & multa ratione, vnum subiecto, & multa subiecto, vnum actu, & multa actu, vnum potentia, & multa potentia: fieri tamen potest, vt sit vnum subiecto, multa ratione, vnum actu, multa vero potentia.

Ex quo loco sumere poteris, aliqua distingui ratione, quae habent diuersas definitiones: alia vero non, quae habent eandem definitionem: Similiter aliqua distingui subiecto, quae varijs insunt subiectis: aliqua vero non, nempe, quae eidem insunt. Concludit ex his tribus contra hos philosophos, impossibile esse, omnia esse vnum ens.

CAPVT III.

Ex quibus ostendunt solueri. Text. XXII.

ORVM opinione redarguta, ad soluendas ipsorum rationes descendit, quas facile solui dicit, cum sint vitiosae, & in

materia & in forma, in materia quidem, quia propositiones falsas assumunt: in forma vero, quia non obseruant rectam syllogizandi rationem, Melissi tamen onerosam magis dicit esse argumentationem, id est, vanam, & minus habentem difficultatis, sed ex vno falso dato multa absque difficultate procedunt: horum verborum superior triplicem dedimus sensum, nunc iste sufficiat.

Quod igitur paralogizet Melissus. Text. XXIII.

Ratione Melissi incipit, atque forma, & materia peccare docet. In cuius gratiam aduerte, Melissi discursum hunc esse: probat primo, Ens esse infinitum sic, Quod est factum, habet principium, ergo quod non est factum, non habet principium: sed ens non est factum, ergo non habet principium: quod non habet principium, eadem ratione non habet finem, ergo ens non habet finem: tale vero, finem, & principium non habens est infinitum, ens ergo infinitum est. Quod autem ens factum non esset, probabat sic: Si esset factum, tunc vel ex aliquo, vel ex nihilo: non ex nihilo, quia ex nihilo nihil fit: nec ex aliquo, iam enim hoc esset ens, & ita non fieret, quod enim est, non fit.

Vt eatur secundo discursu Melissus probans ens esse vnum: ens est infinitum, ergo est vnum, nam si infinitum omnia continet, omnia occupat, & ex hoc tertio inferebat esse immobile, nam si infinitum est, omnem implet locum, non habet, vnde, & quo moueatur: sic ratiocinatus est Melissus.

Aristoteles vero primum discursum reprehendit in hoc textu, tanquam forma & materia vitiosum: illa enim prima pars peccat in forma, eo quod procedit ab opposito antecedentis ad oppositum consequentis, ac si quis diceret, est homo, ergo animal, ergo si non est homo, non est animal, ita ille dicebat est factum, ergo habet principium, non est factum, ergo non habet principium.

Dices hoc aliquando licere, vt homo est risibilis, ergo non homo non est risibilis: Dico in conuertibilibus id licere solis,

Nota discursum Melissi.

Nota. Duplex principium

lis, non alijs: at habere principium, & esse factum, non conuertuntur, vt postea dicitur: peccat igitur in forma.

Quod vero peccat in materia, propositiones falsas sumens ostendit: & textus quidem est obscurus, sensum tamen hunc esse credo.

Propter quod aduerte duplex esse principium (quantum ad praesentem disputationem facit) & rei seu magnitudinis, & temporis. Principium temporis dicitur illud instans, in quo primo aliquid habuit esse, siue tempus illi instanti proximum, vt dies Mercurij praecedens fuit principium ieiunij, & hoc praesens tempus est principium lectionis, nempe principium horae. Principium vero rei est id, quod cum principio temporis incipit, vt cor est primum rei, quia primo tempore fit in animali, & pars primo producta principium est rei. Similiter in alteratione pars primo alterata, dealbata, aut calefacta, est principium albi, aut calidi.

Nota secundum ad.

Nota praeterea, quod hic Philosophus in illa propositione, Quod est factum, habet principium, non solum loquebatur de principio temporis, sic enim nihil concluderet: nam quod non habet principium nec finem temporis, tantum est infinitum in duratione, sed non in magnitudine, vt iste asserbat de ente, sed de vtroque principio loquebatur: existimabat quae, si aliquid fit, non solum habere principium temporis, sed etiam magnitudinis, quae primum facta sit, & hoc siue sit in generatione substantiae, quae dicitur generatio simplex: siue sit in generatione accidentis, quae dicitur alteratio, ac in hoc sensu proferebat illam propositionem.

Quam Arist. dicit, esse falsam: non enim quod fit, omne habet principium illud magnitudinis, nam aqua coagelatur, lac coagulatur, aer illuminatur, & non prius vna pars magnitudinis, quam altera, sed tota simul, licet in tempore fiat talis mutatio. Ex quo apparet falsitas illius propositionis, atque haec mutationes dicuntur momentaneae, quia tota magnitudo simul, & non per partes mutetur, licet successu temporis id fiat.

Aduerte sic literam esse legendam, in-

conueniens, & falsum est arbitrari, omnis & generationis non solum simplicis id est substantialis, sed etiam alterationis esse principium rei, & non solum temporis, cum fiant multae mutationes simul in aliqua tota magnitudine: ac si dicitur, potest esse in mutatione principium temporis, & non magnitudinis. Nota expositionem.

Deinde & propter quid est immobile. Text. XXIII.

Secundum Melissi discursum praetermittens, tertium impugnat: inferebat enim, quia vnum est, immobile est, hoc tamen non valet: nam sicut in aqua, quae pars est vniuersi, accidit, quod licet vna, nihil minus mouetur in se etiam non mutando locum, per partium mutationem, qua vna cedit alteri, vt patet de aqua in vase inclusa, quae moueri potest intra vas & mare, in suo mouetur aluco, & aer in sua sphaera: ita & vniuersum, licet vnum sit, in se moueri poterit. Praeterea, quia licet non moueatur localiter, saltem erit mobile secundum alterationem, cum non solum esse mobile contingat secundum locum, sed etiam secundum qualitates.

Ad secundum vero discursum rediens dicit, omnia posse quidem esse vnum ex quo, id est, vnum materia & subiecto, vt Physici dicebant, vnum subiectum omnium ponentes, sed diuersitate in ratione. Atque vnum sunt omnia ratione, impossibile est, essent opposita idem ratione.

Et ad Parmenidem autem. Text. XXV.

Ratione Melissi soluta, ad Parmenidem conuertitur: erat autem ratio Parmenidis ista, vt exponit Auerroes, & S. Tho. Quicquid est praeter ens, est non ens, sed non ens est nihil, ergo quicquid est praeter ens, est nihil: ens est vnum, ergo quod est praeter vnum, est nihil. Iste erat discursus Parmenidis.

At quia partim opinio huius erat cum opinione Melissi communis, nempe in hoc quod ens esset vnum, & immobile: partim diuersa, & Parmenidi propria, nempe quod ens esset finitum, ob id dicit Arist.

F 2 eundem

Plura accidentia possunt esse vnum subiecto.

Quomodo refellat Aristot. discursum Melissi

Agit Aristot. contra Parmenidem.

eundem esse modum rationum, & disputationum contra Parmenidem, & contra Melissum, sunt enim & alij proprii, qua parte propria habet opinionem, ipsius tamen rationem dicit esse vitiosam in forma & in materia, sicut rationem Melissi.

Quod verò in materia peccat, ostendit, videtur enim Parmenides ipso ente, ac si esset vniuocum, vnam significans naturam communem, cum dicit, ens esse vnum, & tamen plura est, & multipliciter dicitur. Qui enim ens dicit, vt notat Philopon. solam vocem communem dicit: est igitur illa propositio falsa, ens est vnum, si sumatur (vt iste putat) ipsum ens in communi omnia complectens, esse vnum, hoc tamen falsum est: nam si ens pro singulis particulis sumatur, verum est, ens esse vnum, id est, singula, quæ entia sunt, vnum sunt, sed hoc non aufert pluralitatem: falsa igitur est materia, vt ipse eam sumit.

Quod verò peccat in forma, ostendit instantia quadam. Demus, quod album sit ens, ita vt non sit ens, nisi album, tunc non valet, etiam si, quod est præter album, sit non ens, quod album sit vnum, est enim multa, alia enim ratio ipsius albi, alia ipsius, quod suscipit albedinem, est, non quod sit aliquid præter album, id est, non quod albedo sit separata à subiecto, sed quod aliud sit esse vnius, & aliud alterius, licet coniuncta sint: & hoc, inquit, non vidit Parmenides.

Vbi nota valde, quod Parmenides ex istimabat ea, quæ eodè sunt subiecto coniuncta, esse idem, & quod esse diuersum, & multa erat, esse separata, & in hoc deceptus est, licet enim simul sint multa, non ob id vnum & idem secundum se sunt, quapropter quamuis non esset nisi album, adhuc non vnum, sed multa dicenda sunt esse.

Dices non esse bonam instantiam, nam album dicit formam cum subiecto. Dico esse optimam, & notandam, nam ita etiam ens significat accidens, & substantiam, quæ re vera non sunt vnum: ob id maxime albo assimilatur, vt hoc enim multa dicit, ita ipsum ens. Hoc nota.

Necesse est igitur accipere.
Text. XXVI.

CVM in textu præcedenti ostendisset, ens vt absolute, & communiter sumitur, non vnum, sed plura dicere, sicut album dicit modò: quod hi, qui vnum ens dicunt, necessariò ipsum vnum, & ens pro substantia, quæ verè est, & de qua ens proprie prædicatur, debent fume re, non autem pro vtroque, substantia nempe, & accidenti, sic enim plura sunt, nec pro solo accidenti, & hoc probat in hoc textu: si enim solum accidens diceretur ens, cum hoc per se non sit, debet in aliquo esse subiecto, hoc subiectum cum non sit accidens, non erit ens ex suppositione, ergo erit aliquid, quod non sit: non igitur ens hoc vnum poterit esse accidens alij inexistens, nam non habebit rationem entis, nisi etiam subiectum sit, & tunc erunt iam multa, entia, contra suppositionem.

Si verò quod verè est.
Text. XXVII.

Ostendit modò, quod nec possit dici vnum ens esse ita, vt per ens sola substantia, qui nullè accedit, intelligatur: & ita sunt verba ista legenda cum interrogatione sic, cur magis substantia dicatur ens, quàm non ens, si ens solè dicat substantiæ? & probat, quod sit dicenda non solum ens, sed etiam non ens, ista substantia sit alba, vt potest reuera esse, tunc album non est, cum non sit substantia ratio albi, non autè accedit cuique, esse, nisi sit verè, id est, substantia ex suppositione facta. Si igitur album non est, & substantia est alba, substantia non est, & ita erit ens, & non ens: quod si album sit ens, perfectò multa erunt entia, non vnum.

Quod si aliquis dicat, non esse absurdum, quod album sit non ens, puta non ens hoc, aut illud, sicut homo potest dici non ens hoc, puta leo, Respondet, non in hoc sensu album, & accidens dici non ens, quia substantia non sunt, sed absolute sunt non entia. Si enim sic essent non entia, particulariter essent entia, & ita non vnum, sed multa esset ens.

Neque

Neque igitur magnitudinem.
Text. XXVIII.

PROBAT secundò, quod non possit dici vnum esse ens, si pro sola substantia accipiatur ens, nam sequeretur, quod nullam haberet magnitudinem tale ens, aut esset plura. Si enim illud ens est totum aliquod, cum ratio partium sit alia à ratione totius, tunc aut non haberet partes, aut iam plura essent, quæ sunt. Sed quod illa partes sint etiam entia, probat Aristot. quamuis possemus dicere esse non vnum argumentum, pro cedens adhuc, si substantia sola esset, plura esse entia, quia partes sunt etiam substantia: & tunc priora verba de partibus magnitudinis erant, & ita exponit S. Tho.

Est igitur argumentum: Si homo est ens verè, id est substantia, ipsius partes etiam erunt verè entia, id est, substantia, puta bipes, animal, & sic erunt iam plura entia. Quod autem sint substantia, patet, si enim non sunt substantia, erunt accidentia, tunc autem erunt accidentia communia alijs ab homine, aut propria homini, vt unque; autem est impossibile, nam accidens commune, quod separabile dicitur, est, in cuius definitione non assumitur subiectum: proprium verò, in cuius definitione simi nasus est. Ex hoc supposito Logico, probat in sequenti textu, illas partes nullo modo esse accidentia.

Amplius quæcunq; in definitiua ratione. Text. XXIX.

RATIO hæc est. Ea, quæ sunt de definitione aut compositione alicuius non definiuntur: intellige essentia. In definitione per ipsum, vt genus & differentia non definiuntur per speciem: Si ergo partes hominis, animal, bipes, sunt accidentia, & homo non est in definitione ipsorum, ergo sunt accidentia communia, & non propria: tunc sic, si sunt accidentia communia, ergo possunt separari ab homine, & alijs accidere, hoc autè impossibile est, nam homo potest esse non animal, & non bipes: & præterea homo esset accidens alterius, cuius partes accidentia sunt.

Sed quod verè aliquid est.
Text. XXX.

HIC textus, quamuis ab Auerroce aliter exponatur, mihi tamen expostio S. Thomæ, & Philoponi placet, vt sit continuus cum præcedenti, & sit sensus, cum dixisset, hominem esse accidens, si ipsius partes accidentia sunt, subiungit, hominem nulli esse accidens, & quia id non probat, dicit, sit, id est, supponatur, nullius esse accidens, vt interpretatur Philoponus: quod verò sequatur esse accidens, etiam alia suppositione confirmat, nempe de quo partes definitionis si mul dicuntur, de eodem etiam definiti dici. Ex his concludit, quod cum necessariò sequatur, ens non esse vnum, si partes habet, necesse dicere, ens esse indiuisibile, si sustinendum est esse vnum: & ita exponunt S. Tho. & Philopo. licet Alexander dicat, sensum hunc esse, substantiam ex indiuisibilibus esse, id est, partes substantiæ, vt hominis, non separari ab ipso homine, vt argumento est probatum. Melior est prior expositio.

Est hic vnum dubium de his partibus definitionis, an sint partes rei, ita vt sint duæ res componentes definitum. Nec loquimur de definitione Physica, quæ datur per materiam & formam, in hac enim id certum est, sed de ea, quæ est per genus & differentiam, de hac enim loquitur in præfati Aristotel. dico secundum Auerroem, qui multiplicabat tot formas substantiales in vnica re, quot sunt prædicata substantia, genera & differentie erant partes veræ rei, quia singula singulas importabant formas. At cum secundum rei veritatem, & Aristotelem non sit in vnica re, nisi vnica substantialis forma, aliter dicendum est.

Propterea aduerte, quod genus & differentia compositæ substantiæ includit totam substantiam, vt animal in homine non solam animam, aut corpus dicit, sed totum simul. Similiter rationale: at cum discrimine, nam genera dicunt substantiam rei, vt est principium operationum communiorum, & vniuersaliorum: at differentie eandem substantiam, vt est

Dubium. An partes definitionis significant diuersas partes rei.

Quid Auerroem.

Quæ vera sententia.

Qua ratione decipiatur Parmenides

principium operationem particularium. Homo enim dicitur animal, ut habet sensum rationalem, ut dicitur. Ex quo sequitur, quod genus non dicit materiam solam, sed habet se, ut materia: ut enim hac est communis, & per formam contracta, ita & genus commune quid est, per differentiam contractum. Similiter differentia non dicit solam formam, sed habet formam similitudinem, quia est determinans & particularis.

Hinc patet, quod genus, & differentia sunt partes rei, sed non sicut materia, & forma, sed ad ipsarum similitudinem, quamuis non ista genera, & differentia realiter distincta.

Quidam autem rationibus utriusque.

VM hucusque probauerit: Si omnia essent unum ens, sumpto ente pro substantia, quod sequeretur, ens esse non ens, & quod esset totum indiuisibile: dicit quidam non habuisse hoc pro inconuenienti, sed concessisse ens esse non ens, qualis fuit Plato, & concessisse magnitudinem esse indiuisibile, quales fuerunt Zeno & Xenocrates, diuisibilitate totius in partes negantes. Hos autem non reprehendit Aristoteles usque in sextum librum: Platonem vero, ex his, quae dicit impugnat.

Manifestum autem est. Text. XXXI.

Quamuis variè isti duo textus exponantur, existimo sensum hunc esse, ut Aristoteles velit ad rationem superius positam Parmenidis respondere, sic, quod quamuis demus, quicquid est praeter ens, esse non ens: & demus, duo contradictoria simul non esse: adhuc non est verum, non ens esse nihil. Nam duplex est non ens: non ens absolute, quod dicitur per negationem omnis entis, & tale nihil est: Aliud est non ens secundum quid, nempe per alicuius negationem, ut accidens est non ens, id est, non ens perfectum, quod est substantia: & hoc non ens non est nihil, sed ens, nec ista sunt contradictoria. Et quia iste Parmenides dicens

esse unum ens, intelligebat substantiam, ob id illa sua propositio est falsa, non ens est nihil, nam accidens est non ens, sed non est nihil: quod si hoc voluit Plato concedens, ens esse non ens, bene dixit.

Impugnat etiam aliud, quod si ens sumatur pro vno, nempe substantia, omnia erunt unum: hoc dicit esse falsum: nam omnes intelligunt per ens, quod verè est, id est substantiam, cum hoc tamen plura sunt, ut dictum est. Hec sint circa opiniones horum.

Simplicius dicit, hos Philosophos asseruisse, hoc ens immobile esse. Deum, quae Plato dicebat non esse ens, non quod non esset, sed quod perfectissimo modo esset, sicut dicimus albedinem non esse albam, quia albedo essentialiter dicit albedinem, album vero per participationem, sed quicquid sit, credo hos non de Deo locutos fuisse, sed de mundo toto, ut superius diximus.

Dubitatur de veritate huius, Tantum unum est ens. Respondetur, quod si inspiciamus sensum, in quo hic sumitur, sic est proferenda, ens est tantum unum, & est de excluso extremo; & sic exponenda, ens est unum, & non plura, in quo sensu ab Aristotele reijcitur. Potest aliter sumi, ut sit exclusiua, nempe tantum unum est ens, vel tantum est ens unum, & est sensus, omne unum est ens, vel omne ens est unum; & sic est vera, nec est sic ad praesentem locum attinens. Et miror in re nihili, quam aliter multi intelligant, hanc propositionem non penetrantes sensum Aristotelis in praesenti.

An sit vera hae propositio: tantum unum est ens.

CAPVT III.

Vt autem Physici dicunt.

Text. XXXII.

OSTO QUAM contra non naturaliter loquentes disputauit, ad naturaliter loquentes conuertitur, ac ipsorum sententias in duas diuidit partes. Quidam, inquit, unum principium faciunt, nempe unum ex tribus elementis, puta ignem, aquam & aërem, aut medium corpus

pus

pus inter ignem & aërem: terram nullius solam posuit praeter Hesiodum, qui non computatur inter Philosophos, sed inter Poetas. Hi autem hoc principium rerum ponentes dicebant, raritate & densitate varias res fieri, densitate autem defectum, raritatem excessum vocant: quod idem dixit Plato, qui magnum & paruū rerum principia esse dixit, quamuis non eodem modo: illi enim rarū & densum dicebant esse formas rerum, materiam vero illud elementum: at Plato magnum & paruū materiam, unum vero, id est, ideam formam dicebat: in hoc tamen vno conuenere, quod contrarietatem in principijs ponunt.

Alij vero Philosophi multa principia ponunt, quae processerunt ex vno, in quo omnia continebantur confusa, quod dicebant chaos, ob id unum, & multa ponebant: atque hi fuerunt Anaximander, Anaxagoras, & Empedocles, quamuis hic ab illis duobus differat in duobus: Primum hic multoties haec principia ad chaos rediisse, & reditura, & iterum ex chaos processisse, & processum affirmabat: & haec est circulatio: unde multoties mundus corrumpetur, & iterum fiet; illi vero, semel mundum ex illo chaos processisse, nec amplius redituum dicebant. Praeterea illi infinitas particulas omnium rerum faciunt contrarias, & specie differentes; hic vero quatuor tantum principia facit, nempe, quatuor ista elementa. Circa harum opinionum explicationem repetere, quae diximus superius in epilogo opinionum Philosophorum de principijs.

Videtur autem Anaxagoras sic infinita. Text. XXXIII.

DVO fundamenta Anaxagoras, qui bus ipse suam opinionem affirmabat, ponit. Alterum est; quia sibi persuasit illud principium commune, ex nihilo nihil fieri, quod omnes naturales receperunt, ac ob id dicebant, nihil de nouo generari, sed generationes esse quasdam alterationes, puta densationem, aut rarefactionem vnius principij: ita Anaxagoras, & alij credebat, propter eandem causam nihil fieri de nouo, ac ob id generationes esse dicebant congregationes atho-

morum vnius speciei: & separationes ab alijs athomis: sic enim nihil fiebat de nouo, licet appareret de nouo alio modo, quam antea erat.

Amplius autem ex eo, quod fiunt. Text. XXXIII.

Alterum fundamentum Anaxagoras erat, quia videbat res transmutari inuicem, aqua enim in ignem conuertitur, caro in terram, & reliqua: tunc argumentabatur sic: Cum ex aqua fit ignis, vel in aqua erat ignis, vel non: si non, ergo ex non igne fit ignis, & ita ex nihilo: si vero sic, ergo iam in illa aqua praecesserat particula ignis, ex quibus congregatis ignis factus est: ante enim, propter paruitatem ipsarum sentiri non poterant. Ex quo assererat, omnia esse in omnibus res tamen differentes apparere propter maiorem congregationem plurium athomorum eiusdem rationis, non quod res faceret ac pure ex vnica consent natura. Textus est clarissimus.

Si igitur infinitum. Text. XXXV.

Incipit multis hanc Anaxagoras opinionem redargueret: ac primum ex ea sequeretur, compositum naturale non posse cognosci, nec ipse esse scientiam, sic nullum infinitum, ut infinitum est, potest cognosci: at principia rei naturalis infinita sunt, ergo cognosci non possunt: Sed scientia rei non est, nisi ex principiorum cognitione, ergo rerum naturalium non est scientia. Maior explicatur: dicitur ut infinitum est, quia res infinita potest cognosci, sed non secundum id, quo infinita est, ut de linea infinita, si esset, posset cognosci, quod esset quantitas continua absque latitudine, at vero eius longitudo non posset cognosci, quia infinita est. Similiter si in qualitate infinitum aliquid est, in ea ignotum est. Loquimur autem de cognitione rei, non nominis, nam infinitum cognoscitur esse id, quod fines non habet, cum igitur compositae res infinitis consent principijs, secundum Anaxagoram, compositum cognosci non poterit, nec erit scientia rei naturalis.

Am-

Prima ratio contra Anaxagoram.

Amplius autem si necesse est.
Text. XXXVI.

2. Ratio.

Secundum facit argumentum contra quoddam dictum Anaxagoræ: ponebat enim rerum particulas minimas, adeo, ut diuidi non possent: argumentatur modo Aristot. non cuiusq; rei partes posse esse sub quacunq; minori quantitate, & ita non erunt omnium rerum particule illæ indiuisibiles. Argumentum est huiusmodi: non quodcunq; totum potest indifferenter esse sub quacunq; parua quantitate, ergo nec eius partes, nam totum à partibus dependet: antecedens patet, animal enim non potest esse sub quacunq; quantitate perfectum, ergo nec partes ipsius, ossa, caro, nerui, & reliquæ, sed certam sibi determinant quantitatem, sicut & ipsum totum, & hoc maxime apparet in totis ætherogeneis, & eorū partib.

Amplius si omnia insunt.
Text. XXXVII.

3. Ratio.

Tertium argumentum est, in quo ponit quædam dicta Anaxagoræ, & vnū aliud suum, & conatur ex aliquibus illis principijs reducere ipsum ad falsitatem aliorum principiorum.

Primum dictum Anaxagoræ erat hoc, Omnia sunt in omnibus. Secundum, non sunt res, sed ex illis principijs congregatis & ad vnū separatis sunt. Tertium, vnumquodq; denominatur à pluribus illis principijs congregatis. Quartum, quodlibet sit ex quolibet, id est, ex quacunque re sit quæcunq; res, cum in omnibus omnium lateant principia. Vltimum principium est: omne finitum per ablationem finiti consumitur: intellige per ablationem continuam partium æqualium consumitur, nam per partium medietates proportionales procedendo diuisio in infinitum tendit.

Ex his probatur, quod non in vnoquoque sint omnia: sumo aliquam partem a quæ, ab hac separetur caro, & iterum separetur caro, & iterum clarum est, quod semper minor pars carnis separetur: cum igitur caro non procedat in infinitum, semper minor vt dictum est proximè, per-

uenietur ad aliquam, qua minor extrahi non possit: tunc petitur, vel ab illa aqua adhuc separabilis est caro, vel non: si non: ergo habetur contra ipsum, non in omnibus esse omnia: Si sic, illæ, quæ separandæ sunt, erunt æquales, & sic cõsummabitur tota caro, quæ erat in aqua per quintum principium, vel erunt infinitæ partes æquales, & ita in magnitudine finita erunt partes finitæ æquales numero infinitæ, quod omni rationi repugnat, atq; impossibile est.

Ad hæc autem si omne quidè corpus. Text. XXXVIII.

Quartum constituit argumentum contra idem: datur minima caro, quæ possit esse, cum quodlibet fiat minus per remotionem alicuius partis: sequitur, quod si ista sit minima, & ab eo possit separari aliquid, quod fiet minor, & ita dabitur pars minor minima, quod esse non potest.

Quintum etiam facit argumentum. Si quodlibet est in quolibet, in qualibet parte erunt etiam infinita, & in his infinita, & ita erunt infinita infinities in infinitis distincta inter se, & actu existètia, quod quidè rationis metas prorsus egreditur: non ergo in omnibus sunt omnia.

Nunquam autem non segregatum iri. Text. XXXIX.

Quoddam dictum Anaxagoræ laudat tanquam verum, sed non scienter dictum, id est, ipse in alio sensu proferebat, qui verus non erat. dictum est hoc, non posse quodlibet separari à quolibet, quod quidem verum est de accidentibus, quæ à substantia nequeunt separari, cum non possint esse, quin alterum sit, nempe subiectum. Similiter verum hoc est de partibus continui, quæ per diuisio nem nequeunt finire, cum diuisibilitas in infinitum procedat, nec minima magnitudo dari possit.

Ex quo reprehendit principium efficiens, quod posuit Anaxagoras, quæ mentem vocabat, dicebat enim istud principium omnia segregasse in thomos proprias ex illo chao, in quo omnia erant confusa,

Text. XL.

fusa, dicit Aristot. hanc mentem stultam esse: quia intentabat facere, quod non poterat: non enim accidentia, & partes omnes continui separari possunt.

Nota.

Nec mireris, quod Aristoteles superius dixit esse minimam carnem, hic verò dicit non esse minimam magnitudinè: nam hic loquitur de partibus solius quæti, quæ in infinitum procedunt, illic de toto naturali & substantiali, cuius diuisio non procedit in infinitum: sed hoc posterius est examinandum.

Non rectè autem. Text. XL.

Modum generationis Anaxagoræ reprehendit, ipse enim per similia generationem ponebat, quia nempe congregantur partes similes vni rationis, hoc reprehendit, nam aliquando non sit ex congregati one similiū, nã lutum sit quidem ex multis partibus lutis, sed aliquando ex dissimilibus, puta ex aqua & terra: Similiter domus ex lateribus, & lignis, ita & aer ex aqua: non ergo omnis generatio ex similibus fit. Hæc sunt, quæ Aristot. contra Philosophos de rerum principijs disputat.

An res naturales habeant certos limites quantitatis. Questio IX.

Duplex sensus questionis.

Præmissis quæstionis, quæ maxime notanda est: duplex est sensus, alter de re, nempe an res naturales suæ magnitudinis terminos habeant, vt non possint quoscunq; excedere, similiter & terminos paruitatis. Alter sensus est de modo, nempe an hi termini intrinseci, an extrinseci sint, & de hoc in quæstione sequenti disputabitur: prior in præsentia est discutendus.

1. Fundam. Quomodo hic intelligatur noui ac rerum naturalium.

Aduerte autem per res naturales hic intelligi composita substantialia, tam homogenea & inanimata, quam ætherogenea & animata seu viuentia. Non enim modò de accidentibus, nec de actionibus, nec de potètijs, sed de cõpositis substantialibus est sermo: esset enim limites extra modum excedere, & materias cõfundere.

Triplex alia questionis sensus.

De his autem substantijs quæstio tripliciter intelligi potest: primo de facto esse, nempe an ita modo sit, quod datur

Quest. IX.

27

maximum & minimum corpus. Secundo, de potentia supernaturali. Tertio de potentia naturali, & quia non in his omnibus est inter Philosophos dissensio, ea, quæ certa, & sine controuersia sunt, primo constituamus.

1. Conclusio.

Sit igitur prima conclusio. In facto esse datur modò maximum corpus, & minimum, non solum in genere, sed etiam in qualibet specie: & hoc est certum, nã vltimum supremumq; cælum est modò maximum omnium, quæ in natura sunt, & ita etiam est minimum aliquod, licet nobis forsitan sit ignotum, erit fortasse minimus acarus. Similiter in qualibet specie datur, & maximum, & minimum illius speciei, siue affirmatiuè, id est, maximum, vel minimum aliorum, siue negatiuè, id est, quo nullum aliud sit maius vel minus, vtroque enim modo exponi possunt cõparatiua, & superlatiua.

2. Conclusio.

Nullum corpus habet certum limitem magnitudinis, aut paruitatis respectu Dei absolutæ potètiæ, sed quocunq; dato, potest maius vel minus facere, prout ipsius omnipotentis libuerit voluntati. Hæc conclusio probatur, ex communi consensu: quicquid non implicat contradictionem, potest Deus facere, sed non implicat contradictionem, res sub maiori, vel minori esse quantitate, ergo id Deo non est denegandum.

3. Conclusio.

Viuentia habet certos limites magnitudinis, & paruitatis de potètia naturali, ita vt natura non possit sub quacunq; quantitate maiori, vel minori indifferenter viuentia producere, et conseruare. Hæc conclusio est Aristot. in præsentia text. 36. vbi quia totum ipsum animal quantitatem habet determinatam, quam excedere non possit: probat etiam partes determinatas esse. & 2. Animæ text. 41. omnium inquit natura cõstantium, id est, viuentium, certus est terminus augmenti, & decrementi. & 7. Politicorum, cap. 4. ciuitates suos certos terminos habere docet, sicut animalia & plantas. Preterea probatur causa, & modus augmenti viuèrium est limitata, ergo & ipsum augmentum: antecedens declaratur: causa instrumentalis augmenti & quantitatis

viuentis est calor naturalis, qui consumit partes viuentis, & nutrimento nouo easdem reparat: at dum magis reparat, fit remissior, & debilior, ita, vt min^o reparat, quam deperdat: Si igitur hæc finita causa, & hoc modo auget, augmentum erit sine dubio finitum. Præterea, tertio. In viuentibus sunt certa organa, & partes ætherogenæ, quæ non sub quacumq; quantitate possunt componi, ergo terminus, & limes determinatus est. Præterea, quarto: quia quod natura nunquam fecit hucusque, signum est, non posse facere, sed nunquam est compertum, homines maiores montibus, aut minores formicis, non ergo id natura potest facere, si enim posset, potentia frustra esset, nisi aliquando peruenires ad actum.

4. conclusio.

Quarta conclusio. Non viuentia ex se, & ab intrinseco non habent certum litem suæ magnitudinis, ratione tamen extrinseca habent: explicatur in igne, ignis ex se non habet certam magnitudinem, imò vt dicitur, 2. Animæ, tex. 41. si infinita combustibilia ei apponerentur, in infinitum cresceret, tamen, quia locus suus naturalis est secundum naturam determinatus, & desunt cõbustibilia, habet certam magnitudinem: idẽ de alijs elementis, & de mixtis inanimatis.

Rõ notanda quarta conclusionis.

Ratio huius conclusionis est notanda ex discrimine augmenti viuentiũ, & non viuentium. Viuentia enim augentur ab intrinseco, puta calore naturali, cõuertente cibum in substantiam viuentis, ex qua actione ipse calor deficit, & debilior fit. Similiter ipsa viuentis forma subintrat in illud nutrimentum, non enim noua anima in nutrimento producit, & postea viuẽti copulatur; hoc enim fit in igne, ob id non verò augetur, sed anima viuentis informat illam materiam nutriti: at nõ viuentia per adpositionẽ similitũ augentur ab extrinseco, puta aqua additiõẽ aque, & reliqua similiter idẽ de igne. Ignis a lignũ ignẽ prius facit, postea sibi copulat: Ex hoc sumitur argumentum. Tota ratio augmenti nõ viuentiũ est ab extrinseco, ergo intrinsecẽ nõ terminatur, sed extrinsecẽ ad sensum expositũ.

In his conclusionibus non est contro-

uerfia inter Philosophos, at de paruitate horum non viuentium est difficultas, an detur minimum in homogeneis. Et attẽde, qd non est difficultas, an in homogeneis detur minima pars: certũ enim est, dari non posse, quia cũ omne continuũ sit in infinitum diuisibile, non poterit signari pars quantitatis ita parua, quin minor signari possit, nempe eius medietas, & iterũ alia, & alia. Sed questio est de minimo per se existẽti, an dentur partes minores, & minores absque limite per se existẽtes: nec est etiã difficultas, an istæ possint resistere contrario corruptenti, sed an hoc repugnet ab intrinseco ex parte ipsius rei, semoto quouis contrario, ita, vt secundum se nõ possit esse minor, & minor absque termino particula rei per se: & in hoc sensu disputatur de minimo naturali homogeneo, an detur, an non.

Differentia potissima questionis est posita in minimo paruitatis non viuentium. Explicatur sensus istius dubij.

Scotus. 2. Sen. dist. 2. q. 9. putat, tale minimum non dari, sed quocumq; dato, potest ex se minus subsistere. Argumenta huius sententia præcipua sunt.

Prima sententia Sco. de minimo nõ viuentium.

Primum. In istis non datur terminus magnitudinis, vt dictũ est, ergo nec paruitatis, æqua enim videtur ratio.

1. Ratio.

Secundò. Ex parte materiae non datur talis terminus, quia est diuisibilis in infinitum: non enim est tam parua materia, quin minor esse possit: ergo nec in ipsis compositis erit iste terminus.

2. Ratio.

Tertio. Forma horum inanimatorũ est diuisibilis in infinitum, vt accidentia ipsa secundum quantitatem, ergo nõ datur terminus in composito.

3. Ratio.

Quartò. Illud tale minimum, si detur, est quantum, ergo est diuisibile: reducatur ergo ad actum diuisio, & tũ erit minus illo minimo.

4. Ratio.

Quintò. Agens agit successiue, ergo prius producit minus, quam maius, & nunquam dabitur minimum, quin, aliud minus primò productũ detur: non ergo est terminus in his. Hæc sunt argumenta pro opinione Scoti.

5. Ratio.

Sit igitur circa hoc quinta conclusio. Probabilis est sententia Scoti, sed multò clarius cõtra probabilior est opposita opinio communis, quod detur minimum etiam in homogeneis.

Pro.

1. Ratio.

Probatur primò ex Arist. qui text. 38. dicit, quod si à minima carne aliquid esset separabile, daretur minus minimo, quod repugnat: vide quomodo minimum admittat.

2. Ratio.

Præterea manifestè probatur. Omne ætherogeneum componitur ex homogeneis, sed per Scotum in homogeneis non datur terminus paruitatis, ergo nec in ætherogeneis dabitur, qd est contra ipsum Scotum, & contra Aristoteliẽ, vt diximus in conclusione tertia: antecedens autem notum est, nam venæ, arteriæ, ossa, caro, & quibus partes ætherogenæ componuntur, homogenea sunt.

3. Ratio.

Præterea, tertio. Aristoteles 1. Animæ, tex. 24. inquit, actus a diuorũ esse in patiente disposito, non enim recipitur forma, nisi in materia disposita, sed vna ex certis dispositionibus, & præcipua est quantitas: ergo sicut reliquæ sunt determinatae, etiam & quantitas erit.

4. Ratio.

Præterea, quarto. Et est argumentum Auerrois 8. Phys. com. 15. ad actionem agentis est necessaria certa quantitas, qua deficiente, actio non erit; potest enim securis esse tam parua, vt non scindat. Hinc sumitur argumentum: Res nõ potest esse in illa quantitate, in qua non potest operari, non enim est esse sine operatione, sed ad operationem est necessaria certa quantitas, quoad paruitatem, ergo etiam ad ipsum esse.

Ad argumẽta Scoti.

Ad argumenta igitur Scoti respondetur. Ad primum negatur consequentia: est enim dispar ratio paruitatis, & magnitudinis in homogeneis; nam magnitudo est ab extrinseco prorsus, nempe per adpositionem partiũ vel additionem: at verò paruitas est ab intrinseco, eò, quod omnis forma secundum se quantitatẽ petit in qua operari possit, hæc autẽ non est minor sine termino.

Ad 2.

Ad secundum neganda est etiam consequentia, nam licet materia secundum se sit diuisibilis in infinitum, tamen vt substat actioni agentis, & formæ introducendæ, necessario habet certam quantitatẽ, sicut & alias dispositiones.

Ad 3.

Ad tertium dicitur, quod quamuis ipsa forma sit diuisibilis ita, vt partem ex-

tra partem habeat, & nõ sit tota in quilibet parte materiae, tamen non est diuisibilis ita, vt quælibet pars, quantumcunque minor, per se possit existere.

Ad 4.

Ad quartum dicitur, quod licet illud minimum, vt quantum, sit diuisibile, tamen actu diuidi non potest, quin partes corumpantur, non propter magnitudinem, sed propter formã naturalem, quæ certam petit quantitatem: nec hoc est factum: imò Scotus tenetur hoc ipsum fateri de cælo, quod etiam si sit quantum, actu diuidi nequit, propter ipsam cæli naturam, quæ diuidi nequit.

Ad 5.

Ad quintũ respondetur, quod quamuis agens successiue agat, tamen cũ passum debeat esse intra spheram actiuitatis illius agentis, necesse est, vt secundum plures partes sit, & perfectè, & æqualiter applicatum, & in ijs simul agat, & nõ successiue per partes minores, & minores: qd si solum apponeretur particula materiae minor minima distans, ita, vt ignis non posset eam sibi vnire, nõ induceretur ignis forma, propter rationes prædictas. Atque satis sint ista de priori questione.

An terminus quantitatũ rerum naturalium sit semper intrinsecus.

Quest. X.



IN VÆSTIONE de re examinata, superest de modo ipsius termini disputare. Ante omnia autem sunt maxime modi isti intelligendi, vt facilius postea determinatio procedat.

Circa magnitudinẽ aduerte, duos esse modos limitum, & terminorum: alter est intrinsecus, alter extrinsecus. Intrinsecus est, cũ datur certa quantitas, quam possit res attingere ita, vt maiorem non possit, & talis terminus dicitur maximum quod sic, & terminari per maximum quod sic, non aliud est, quàm quod res aliquam quantitatẽ possit attingere, vt maiorem nõ possit. Extrinsecus est, cũ datur quantitas, quam propter ipsius magnitudinẽ res nõ possit attingere, tamen minorem illa potest attingere: vt si dicas, decem pondera non possum portare, quodlibet minus possum, tunc decem pondera est.

Duplex terminus limitum, & terminorum: alter est intrinsecus, alter extrinsecus.

sent minimum quod nō, quia inter multa pondera alia, quæ tu portare non potes, illud est minimum: ita dicendum de magnitudinibus, ad quas res per augmentum perueniunt.

Duplex itē terminus paruitatis, alter intrinsecus, alter extrinsecus.

Sunt etiam alij duo termini paruitatis, & intrinsecus, & extrinsecus. Intrinsecus est, cū datur aliqua parua quantitas, sub qua res esse possit, tamē sub minori esse non possit. & talis terminus dicitur minimum quod sic, id est, sub hac quantitate res esse potest, sub minori esse non potest. Extrinsecus est, cū datur parua quantitas, sub qua res esse non potest, tamen sub maiori esse potest, & talis terminus dicitur maximum quod nō, quia inter quantitates, quas res non potest attingere propter suam paruitatem, illa est maxima, ob id dicitur maximum quod nō, quia sub illa non, sub maiori verò quacunque potest. Sūt ergo illi termini magnitudinis, maximum quod sic: minimum quod non: isti verò paruitatis, minimum quod sic: maximum quod non: affirmatiui sunt intrinseci, negatiui extrinseci.

Sensus quæstionis.

Ex his est modo sensus quæstionis notus: petim⁹ enim, supposito, quod res naturales terminentur quoad magnitudinē, & paruitatem (vt dictum est in quæstione præcedenti) quomodo terminantur intrinsecè, an extrinsecè?

Prima sententia Pauli Veneri.

Paulus Venerus, quem multi docti sentiunt, existimat, terminos hos esse extrinsecos, puta per minimum quod non, & maximum quod non.

1. Ratio.

Ipsi⁹ argumentum potissimū est hoc. Si enim magnitudo intrinsecè terminaretur, sequeretur, quod res desineret per vltimum sui esse, quod est contra omnes Philosophos, & pbatur. Detur istud maximum, & sit maximus homo, qui maior esse nō possit, tunc morfu vesp̄e inflatur; tunc vel morietur, vel non, Si non, datur maior maximo, si sic, tunc cum iste per inflationem moriatur, & inflatio sit motus, qui incipit per vltimum nō esse, erit tunc verum dicere, nunc nō est inflatio, & immediatè post hoc erit inflatio, sed si est dicere, nunc est homo, & immediatè post hoc erit inflatio, ergo immediatè

post hoc non erit homo, desinit ergo esse per vltimū esse, nemp̄ nunc est, et immediatè post hoc non erit, quod quidem est impossibile, vt postea est probandum.

2. Ratio.

Secundum argumentum est eiusdem rationis de minimo. Detur enim illud minimum, tunc applicetur aliquid condensationi, tunc destinetur per condensationem, sed condensatio, cum sit motus, incipiet per vltimum non esse, non est, sed immediatè post hoc erit: vnde erit verū dicere de illo minimo, nunc est, & immediatè post hoc non erit, quod est vltimum esse.

3. Ratio.

Tertium argumentum. Si detur maximus ignis saltem ratione loci, tunc applicetur ei stupa, si non comburit eam, profectò mirabile est, quod tā magnus ignis non comburat si verò comburit, dabitur maior maximo, quia per additionem illius crescet maximus.

4. Ratio.

Quartò. Detur minimū. v. g. terrę, & cū sit corruptibile, diuidatur tūc, vel partes permanebūt sub specie terrę, et sic erit minus minimo, vel corruptentur: & tunc nō apparet, quod ex eis fieri possit, cū generatio alicuius sequatur corruptionem. Hęc igitur sunt argumenta pro hac sententia.

1. Fundam.

Circa hoc distinguendum mihi videtur. De quātitate enim viuentium dupliciter loqui possumus: Vno modo de ea quantitate, quæ à virtute naturali, & calore intrinsecò augmenti factiuo prouenit, seu de ea, quæ ad introductionē formæ necessaria est, q̄ dicitur quantitas via generatiōis: Altero modo de quātitate, quæ aliquo accidenti prouenit, qualis inflatio, tumor, cōtractio, & similia sunt, in non viuentibus locum non habet ista distinctio, quia magnitudo ab extrinsecò, paruitas ab intrinsecò prouenit.

Nota dupli- citer nos posse agere de quantitate viuentiū.

1. Conclus.

Quo supposito, sit prima conclusio: probabilis est sententia Pauli Veneri, nec oppositum demonstratur, potestq; optime sustineri.

2. Conclus.

Secunda conclusio, quæ mihi rationabilis multò apparet, sit ista. Viuentia quoad quantitatem naturalem, quam virtute caloris propriij attingunt, determinantur intrinsecè per maximum quod sic, & mini-

minimum quod sic: at verò ratione quātitatis illius accidentalis extrinsecè terminantur.

2. Ratio pro prima parte conclusio- nis.

Prior pars huius conclusionis videtur sine dubio Aristotelis. 2. Animæ. tex. 41. Omnium, inquit, natura constantium, id est, viuentium certus est terminus augmenti, & decrementi, vbi per certum terminum intrinsecam videtur intelligere. Et confirmatur: causa instrumentalis puta calor naturalis ipsius augmenti, similiter & forma sunt determinatæ intrinsecè per maximum quod sic, ergo & ipsa quantitas ab eis proueniens.

2. Ratio pro secūda parte conclusio- nis.

Secunda conclusionis pars probatur ex primo argumento Pauli Veneri, & etiam ex secundo, qua parte ad viuentia pertinet, illæ enim quantitates accidentales extrinsecè terminantur.

3. Conclus.

Tertia conclusio. In non viuentibus existimo, semper minimum esse intrinsecum, de maximo dictum est non dari ab intrinsecò, & probatur ex Aristotele tex. 38. dicit, à minima carne nihil posse separari, vbi minimum datur etiam via separationis: & probatur, quia si illud minimum paulatim corrumpitur, vt aliqui dicūt, in illo medio tempore daretur minus minimo, & etiam minus maximo quod non. Fatendum ergo est, minimum illud intrinsecum esse, & simul totū corrumpi.

Ad argu- menta.

Ad argumenta respondetur. Ad primum, non est contra nos, illa enim quantitas est extrinseca viuenti, & secundum illam non datur maximum quod sic, sed minimum quod non, vnde ille homo nō moreretur propter solam illam inflationem, cū possit etiam sub illa conseruari quantitate. Aliqui verò concedentes, quod moreretur, dicunt, quod non desineret per vltimum sui esse, nam illam inflationem præcederet aliqua qualitas illius causatiua, & huius daretur primum esse, vt sit verū dicere, nunc est talis qualitas, & tale primum esse huius esset vltimum non esse inflationis, vt dicatur, nō est inflatio, sed immediatè post hoc erit: Dicunt modò quod in illo primo esse illius qualitatis non esset homo, & ita desineret per primum, non esse, nunc non est, sed immediatè ante hoc fuit, ista re-

sponsio manifesta est nulla, nam cū homo ille non moriatur alia causa, nisi propter inflationem, quādiu ista nō fuerit, erit ille homo: at in illo primo esse illius qualitatis non est inflatio, vt patet, ergo erit homo: & hoc considera: ob id dico, quod non moreretur ille homo iuxta nostram conclusionem.

Ad 2.

Ad secundum (si de minimo in nō viuentibus intelligatur) dico, quod non est illa condensation sine præuijs qualitatis illis effectiuis, & primū esse harum ante condensationem est primum non esse minimi illius, quia sicut condensationē pati non potest, ita nec illam qualitatem condensationis causatiuam, vnde ab hac corrumpitur per primum non esse.

Ad tertium Solutiones aliorum.

Ad tertium dicūt aliqui, quod si ignis esset iam maximus, ita, vt omnem suum locum occupauerit, si ei apponeretur stupa, non cōbureret eā, ne detur maius maximo. Alij dicunt, quod combureret, sed quod nō vni-ret eam sibi. Alij verò, quod vni-ret eam sibi, sed alia parte, alia tanta particula ignis corrumpitur.

Ad tertium Solutiones aliorum.

Mihi videtur dicendum, quod si iam totus locus naturalis ignis est occupatus, quod comburet illam stupam, vniendo sibi, tamen condensabitur parua, quantum sufficit pro illa parte ignis. Quod si dicas, quid si ille ignis sit iam in tota condensatione, quam eius natura potest pati? Dico, quod etiam comburet, sed extra se, nō vniendo illam sibi, sed in aere proximo. Quod si dicas, quid si aer est in tota condensatione, vt iam maiorem nō possit pati? Dico propter vehemētē actionem ignis comburet illam stupam, & alia qua pars aeris condensabitur in aquam. Quod si adhuc sis importunus, & dicas, Quid si iam aqua sit maxima, & omnia elemēta sint in dispositione illa, quæ decre-sci non potest? Dico in isto casu imaginario, non comburet stupam illam totam defectu loci naturalis capaxis illius.

Ad quartū.

Ad quartum respondetur cum Ianduno. q. 16. quod diuidetur illud minimum, tamen partes corrumpentur in medium circumstās. Quod si dicas, quomodo medium circumstans potest sub illis particulis esse? Dico quod non erit sub illis particulis esse.

scialis per se existentibus, sed simul cum medio copulatis. Quod si petas, diuidatur in vacuo: Dico, quod si est forma in natura, quæ sub illis partibus conseruari possit, prouidente natura, in illis introduceretur: quod si non, non poterit naturaliter corrumpi tale minimum, supra naturaliter corrumpetur, sed tunc Deus illas particulas sub eadem forma minimi conseruabit, quia (vt diximus) respectu diuinæ potentæ non datur maximū, nec minimum. Ista non sunt paruipendenda, quia quamuis ex suppositiōe procedant ficta, aperiūt tamen naturam rei. Atq; satis de quæstione. De accidentium verò, motuum, & potentiarum termino postea dicendum est.

CAPUT V.

Melius autem est pauciora.

Tex. XLI.



OSTOYAM nec vnū, nec infinita esse principia ostendit, infert, melius esse finita, & pauciora facere: plura tamē id, quod Empedocles facit, qui principia quatuor statuit.

At quia ipse Aristoteles principiorum numerum venari vult, principium quoddam primò statuit, nempe principia esse contraria, nec hoc ponit tanquam corollarium commune opinionibus Philosophorum, vt volūt Simplicius & Themistius, sed tanquam fundamentum intentionum ad indagandū principiorum numerum, vt exponit D. Tho. licet illius probationem petat ex eo, quod omnes ita sentiant, & huius rei gratia, refert opiniones veterum, & hoc fortè voluerunt Simpl. & Themist.

In cuius declarationem aduerte, quod in omni motu, & mutatione (secundum omnes etiam antiquos Philosophos) necessariò sunt tria: id cuius est motus, vel mutatio, id à quo, & id in quod mutatur, vel mouetur: vt est motus à loco hoc in illud, sunt ista tria in eo, & quod mouetur, nempe animal, & locus à quo, & locus in quem mouetur. Similiter cum ex calido

fit frigidum, & in quacunq; mutatione: Inter hæc tria oportet, vt duo sint cōtraria & opposita, nempe à quo, & id in quod, quæ dicuntur termini, nam si non essent opposita, sed idem, non fieret ab vno in alterum motus aut mutatio, ex quo fit, vt in omni mutatione & motu semper sint principia, id est, termini duo cōtrarij.

Hoc igitur est, quod hic Aristoteles intendit probare, principia esse contraria, nempe generationis, mutationis & motus rei principia oppositionem habere: & hanc propositionem probat duplici via: Prior est ex communi omnium Philosophorum consensu, quo quidē pacto principia in scientijs probari solent. Omnes igitur Philosophi, & qui vnū, & qui plura posuerunt principia, non solum talibus principijs contenti fuerunt, sed etiā contrarietatem quandam in ipsis posuerunt, qua mediante fierent mutationes: vnde Parmenides calidum & frigidum posuit, nempe terram & aquam. Alij, qui vnū posuerunt, aquam, aërem, aut aliud tale, densum & rarū posuerunt contraria, vt ista esset mutatio à raro in densum, & à denso in rarum. Qui verò plura (vt Democritus, de quo superius diximus) etiam contrarietatem posuerunt.

Democritus enim, solidum & inane, quæ vocabat ens & nō ens, posuit, & sic ponebat generationem & mutationem inter contraria: vocabat solidum, cum athomi erant coniunctæ, vt nihil relinquerent medium vacuum: Inane verò spatia media inter athomos, & sic generationem ponebat, vt ex vacuo & inani fieret densum, hoc est, congregarentur athomi: contra verò in corruptiōe, propter hanc contrarietatem terminorum, & inter ipsas athomos ponebat contrarietatem. Differant enim: quædam erant angulares, quædam sine angulo. Differant præterea positione: quædam sursum, quædam deorsum: antè, & retrò: Differant etiam ordine, quædam priores, quædam erant posteriores: hæc autem contraria sunt.

Dubitat, quomodo Parmenides duo principia posuit, cum non nisi vnū superius posuerit. Respondet S. Tho. & cōmuniter omnes, quod vnū posuit secundum

Nota quomodo probat Aristot. principia esse cōtraria.

Prima Via.

Dubium.

Solutio.

duo

duo intellectum & rationem, hæc verò duo secundum apparentiam & sensum. Philopon us dicit, Parmenidem, non tanquam verum, posuisse duo, sed sequendo vulgus: at ex propria sententia vnū posuit. Melior verò prior expositio.

Quod igitur cōtraria quodāmodo, Tex. XLII.

Infert, omnes cōtraria principia quodāmodo posuisse. Dicit, quodāmodo contraria, quia, vt dixit Simplicius, ipsa non sunt verè contraria: sed ipsi existimabāt contraria: vel quia contraria hic pro priuatiuis sumit, & hanc rationem recipit Auerroes. D. Thom. verò exponit quodāmodo contraria, id est, modo quodā, quia non omnes, eundem modum ponebant contrarietatis. Subiungit autem Aristot. quod meritò ponebant principia contraria, & probat tali ratione. Principia sunt, quæ non fiunt ex alijs, nec ex alterutris, sed ex ipsis omnia fiunt: sed prima contraria sunt huiusmodi, ergo prima contraria sunt principia, & per cōuersionem principia sunt contraria. Minorem probat: quia si prima contraria sunt prima, nō fiunt ex alijs, aliàs prima non essent, si verò sunt contraria, ex alterutris, id est, ex se inuicem.

Vbi notis, quod ista dictio, Ex, dicit habitudinem principij essentialis, componentis, vt sit sensus: principia non fiunt ex alijs, nec ex se inuicem tanquā ex principio essentiali componenti, non enim vnū principium ex alio, nec vnū contrarium ex alio componitur essentialiter. At verò in tertio loco, Ex, dicit habitudinem partis componentis, & etiam habitudinem termini à quo, sicut dicimus, ex nocte fit dies, & qua parte dicit habitudinem partis, comprehendit materiam & formam, ex quibus res componitur, qua parte verò habitudinem termini dicit, priuationem & contrarium includit, ex quo, vt ex termino fit res, vt ex non igne fit ignis: sed hoc posterius examinabitur.

Nota. Aduerte, quod prima contraria vocata, quæ ex alijs non fiunt, sunt enim contraria, quæ ex alijs fiunt, vt qualitates se-

Nota quid significet præpositio Ex.

Nota.

cundæ ex primis, & contraria positiua ex priuatiuis: quædā, quæ non ex alijs fiunt, vt priuatiua: & ista sunt principia.

Sed oportet hoc & in ratione considerare. Tex. XLIII.

Ratione quædā ab inductione sumpta, vt notat Auerroes, probat tertiam partem assignatam in definitione contrariorum principiorum, nempe, quod ex ipsis omnia fiunt. Supponit autem tria: Primum, non quodlibet agit in quodlibet: Alterum, non quodlibet patitur à quolibet: Tertium, non quodlibet fit à quolibet. Hoc autem tertium explicat, reliqua enim duo in libris de generatione tractanda sunt, quod actio vel passio solum fit inter cōtraria. Quod verò nihil fiat per se ex alio, nisi ex suo contrario, manifestat exemplis: album enim non fit ex Musico, sed ex non albo per se: quod si acciderit, non album esse Musicū, fiet etiam ex Musico; sed per accidēs. Eodem modo, Musicum primò fit ex immusico: & ne quis deciperetur existimans, non album, non Musicum, & similia summi indifferenter pro qualibet re, quæ habet negationem talium formarum, subdit, quod non ex quocunq; non albo fit album, sed ex illo, quod est nigrū vel medium: Similiter de immusico, & de alijs.

Dubitatur: quomodo vnū contrariū, hic ex alio fieri dicitur, cum superius dixerit, contraria nō fieri ex se inuicem? Respondent Simplicius & Philop. quod si dixerat, contraria non fieri ex se inuicem, vt ex partibus, hic verò dicit, fieri ex termino: vt enim dicimus, ex nocte fit dies, id est, post noctem, ita ex albo fit nigrum, id est, post album fit nigrum.

Dubitabis iterum quare ex contrario vnū, vt ex termino, fit alterum? Respondet S. Thom. quia subiectum, quod debet recipere alterum contrarium, debet esse in potentia proxima ad illud: & quia quando vnū inest actu, aliud contrariū inest illi in potētia proxima, quia eadem est potentia & subiectum contrariorum, Thom. ob id vnū contrariorum fit ex altero, vt ex termino.

Tu tamen hic aduerte cum Auerro, quod

Dubium.

quod vnū

contrarium

fit ex altero

vt ex termino

Simplicius & Philop.

quod si dixerat

contraria non fieri

ex se inuicem

vt ex partibus

hic verò dicit

fieri ex termino

vt enim dicimus

ex nocte fit dies

id est, post noctem

ita ex albo fit nigrum

id est, post album

fit nigrum

Dubitabis iterum

quare ex contrario

vnū, vt ex termino

fit alterum?

Respondet S. Thom.

quia subiectum

quod debet recipere

alterum contrarium

debet esse in

potentia proxima

ad illud: & quia

quando vnū inest

actu, aliud contrariū

inest illi in potētia

proxima, quia eadem

est potentia & subiectum

contrariorum, Thom.

ob id vnū contrariorum

fit ex altero,

vt ex termino.

Tu tamen hic aduerte

cum Auerro,

quod

Notat triplicem terminum generationis. Primus terminus.

quod triplicem terminum possumus assignare in generatione, primus est per se primus, & hic est priuatio formæ producendæ, vt ignis fit ex non igne, quia id, quod ante omnia est necessarium in termino, est, vt non sit id, quo tenditur per generationem vel mutationem, aliàs ista non esset: ista autem priuatio non solum dicit negationem formæ introducendæ, sed etiam potentiam, & propinquam ad talem formam, aliàs non esset primus terminus.

2. terminus.

Alter terminus est per se, sed non primus, & iste est ipsum contrariū vel disparatum, in quo est talis priuatio, vt ex igne fit aqua, & iste terminus est per se propter rationem Sancti Thomæ: & etiam quia est necessaria actio alicuius agētis ex tali termino educentis formā, vnde debet agere in ipsum; nō autem ageret, nisi esset dissimile sibi, & aliquo modo oppositum: ac ob id dixit Aristoteles, non quodlibet agit in quolibet, nec quodlibet patitur à quolibet.

3. terminus.

Tertius terminus est per accidens, nēpe id, quod cum termino coniungitur, quod ad generationem nihil facit, vt ex Musico fit album, vt diximus superius.

Neque igitur corrumpitur in contingens. XLIII.

SCIVT superius dixit, non quodlibet generari ex quolibet, sed ex contrario, vel medio. Habet enim rationem contrarij medium, ita etiam modò dicit esse in corruptione; vnumquodque enim non in quodlibet corrumpitur, sed in suo oppositum primò, vt album in non album, vel medium, similiter Musicum in non Musicum, nempe contrarium vel mediū, si quod habet.

Nota.

Attende, quod non differt corruptio à generatione, nisi in hoc, quod generatio incipit ab esse priuato, corruptio verò ab esse positivo & affirmato, vt generatio ignis est à non igne in ignem mutatio, corruptio verò ab igne in non ignem: terminus à quo vnus, est terminus ad quem alterius.

Similiter autem & in alijs.
Tex. XLV.

HOC principium, quod quodlibet non à quolibet generetur, nec in quodlibet primò corrumpatur, in omni mutatione veritatem habere probat, siue sit mutatio simplex, siue sit mutatio composita. Simplex dicitur, cum aliquod extremum simplex fit, vt cum fit album, cum fit Musicum: Composita, cum totum aliquod habens partes fit, siue partes habeat secundum compositionem, vt domus; siue secundum proportionem, vt consonantia: in his omnibus ex contrario, & in contrarium fit mutatio, vt ex immusico Musicum fit, & musicum in immusicum corrumpitur. At hoc interest, quod in compositis nō semper habemus nomina, quibus tales contrarios terminos explicemus: non enim dicitur, domus fit ex in domo, sicut consonantia ex in consonantia: at re ipsa, talia contraria, ex quibus fiunt, & in quæ corrumpuntur, sunt.

Nota:

Vbi aduerte, cum Aristoteles inter antiquos modò loquatur, exempla solum mutationum accidentium ponit, vt etiam inter Antiquos receptum fuisse confirmet hoc principium. Illi autem mutationes substantiales non cognouerunt, propterea eas prætermittit, sed veritatem in his etiam habet.

Differt autem nihil in consonantia.
Tex. XLVI.

EXEMPLA posuerat de toto secundum quandam conjunctionem & proportionem, hoc etiam modo veritatem habere in alijs docet, siue quæ in ordine consistunt, vt exercitus; siue quæ in compositione, vt statua, domus. In his omnibus semper quod fit compositum, seu totum ex suo fit primo contrario, quamuis talia tota non sint eiusdem rationis, sed alia in partium ordine, alia in partium compositione consistant.

Si ergo hoc verum est.
Tex. XLVII.

EX his concludit tertiam illam particulā, quam probare intenderat, omnia fieri ex contrarijs: probat autem sic. Omnia, quæ fiunt ex contrarijs, aut medijs fiunt: quæ verò ex contrarijs, & medijs fiunt.

dijs fiunt, ex contrarijs fiunt, media enim contraria sunt: ergo omnia, quæ fiunt, sūt ex contrarijs. Igitur quæ natura sunt, aut sunt ipsa contraria, aut ex contrarijs fiunt, vnde constat, principia esse contraria, quo autem modo ista sit, propositio intelligenda, in quæstione examinabitur.

Hucusque igitur ferè secuti sunt.
Text. XLVIII.

HOC ipsum antiquos etiam attigisse docet, quamuis non rationibus persuasos, sed sola veritate cōpulsos: vt enim S. Thom. dicit: Lapis sine cognitione naturaliter in centrum fertur, ita & intellectus hominis aliquando in verum absque vlla ratione trahitur. Differunt tamen isti Antiqui. Quidam enim principia contraria priora ponunt. Quidam posteriora. Illi priora ponunt, qui notiora secundum intellectum faciunt, vt qui dicunt magnum, paruum, par, & impar. Illi verò posteriora, qui notiora secundum sensum, vt qui calidum & frigidum, aut siccum & humidum, principia faciunt: vnde differenter loquuntur de contrarijs.

Quare est eadem dicere.
Text. XLIX.

AT quamuis isti non idem dicant, aliquo modo idem videntur dicere. Dicunt quidem idem secundum analogiam & proportionem, quia omnes contraria principia sumunt ex eadem coordinatione, id est, inter se opposita, aut vtraque posteriora, vt calidum, frigidum: aut vtraque priora, vt par, impar: nullus enim confundit contrarium prius cum posteriori: sic autem idem dicere videntur, sed non dicunt idem: nam alius sumit contraria vniuersalia, & contenta, vt magnum, paruum: alius particularia, & contenta, vt calidum & frigidum, vnde euenit, vt alij melius, alij peius philosophentur. Illi melius philosophantur (vt notant Simplicius & Philoponus) qui vniuersalia contraria faciunt: illi peius, qui particularia & posteriora: nam principia cōmunia, & prima esse debent. Vltimò explicat Aristot. quæ dicantur notiora secundum intellectum, illa

nempe, quæ vniuersalia sunt, vt magnum, paruum: illa verò notiora secundum sensum, quæ particularia, vt rarum, densum: sensus enim singularium, intellectus vniuersalium est. Non est hic locus disputandi, an intellectus singularia cognoscat primò, non enim ex professo ab Aristot. id traditur modo, est enim id ad libros de anima pertinens.

An principia sint contraria.
Questio XI.

IRCA quæstionem hanc est primū argumētum: Principia rerum sunt substantiæ, sed substantiæ nihil est contrarium, Principia ergo non sunt contraria.

1. Argumēt.

Secundò. Inter hæc principia tantum est priuatiō contrarietas: sed priuatio nihil est, cum sit negatio: ergo non conuenit ei esse principium.

2. Argumēt.

Tertiò. Principia componunt rem: sed contraria non possunt componere rem: non enim res ex contrarijs componitur, non ergo sunt principia contraria.

3. Argumēt.

Quartò, cum dicitur, ex contrarijs fit rem, vel est tanquam ex partibus. & hoc non, vt diximus in tertio argumēto: nec tanquam ex termino à quo, quia hoc nō nisi priuationi inest, vt ex non igne fit ignis: non ergo ex contrarijs fiunt res.

4. Argumēt.

Circa hoc aduerte, quod cum Aristoteles dicit, principia esse contraria, non hoc vniuersaliter de omnibus principijs intelligere oportet, nam secundum Aristotelem materia & forma non sunt contraria, & secundum Antiquos etiam principium materiale non erat contrarium formalibus, vt aqua non erat contraria raritati & densitati. Propositio igitur illa indefinita est, principia sunt contraria, id est, aliqua principia.

1. Fundam. Quomodo intelligatur principia esse contraria.

Aduerte secundo, cum audis, principia non fieri ex alijs principijs, vt partibus non intelligas, quod non fiant ex alijs principijs Logicis, aut Metaphysicis, puta generibus, differentijs, & esse, essentia, & alijs: nec quod non fiant ex partibus quantitatis, nam materia & forma diuisibiles sunt, & partes habent secundum quantitatem: sed intellige, quod non habent

2. Fundam. Quomodo intelligatur principia non fieri ex alijs

bent alia principia Physica, ex quibus sint: non enim materia ex materia, nec forma ex forma, nec priuatio ex priuatione conficitur.

Aduerte tertio, quod circa illa definitione principiorum est duplex opinio: Communis opinio est, quod illic omnia principia comprehendatur, & tunc illa duo priora, Ex, dicunt habitudinem partis componentis, ut sit sensus: Principia sunt, quae ex alijs non componuntur, nec ex se inuicem. Ad illud aliud, Ex, dicat habitudinem partis componentis, & habitudinem termini, ut sit sensus, sed ex ipsis omnia fiunt, nempe aut ex partibus, ut materia & forma, aut ex termino, ut ex priuatione.

At verò Themist. hoc solum de contrarijs principijs intelligi vult, & tunc illud vltimum, Ex, solum termini habitudinem dicet, & ratio huius est, quia Aristoteles nihil intendit modo de materia, sed solum de principijs contrarijs.

At quamuis hoc verum sit, negari non debet, illa esse definitionem omnium principiorum communem, praesertim cum nullam aliam ab Arist. alibi habeamus. Propterea dicendum est cum opinione communi, ut explicuimus. Oportet ad argumenta deuenire, ex quibus declaratio eorum quae dicta sunt, dependet.

Ad primum. Ad primum respondetur, quod hic non loquimur de immediata contrarietate, haec enim solum est inter formas mutuo adiuuas & passiuas secundum se, quales sunt qualitates. Substantiae verò, cum non mutuo secundum se agant, non habent hanc contrarietatem. Non enim cum Alexandro, & alijs Graecis sentio, qui calorem, & reliquas qualitates formas substantiales elementorum ponunt: atque ob id contrarietatem in substantijs ponunt: nos verò propriam contrarietatem & immediatam à substantijs semouemus. Cum autem Arist. hic contrarietatem ponit, priuationem oportet intelligere, & non puram oppositionem priuatitiam, ut dicemus in argumento secundo: sed habentem partem positionis, & affirmationis.

Ad secundum aduerte, quod illa priuatio,

uatio, quam contrariam dicimus formae producendae, non solum dicit negationem illius formae, sed importat potentiam quaedam proximam in subiecto, in quo est illa priuatio: & praeter hoc ponit aliquam formam positiuam, aut contrariam, aut oppositam aliquo modo formae producendae. Vnde cum audis ex non igne fieri ignem, ex non albo album, per illas priuationes, negationes talium formarum intellige, cum potentia proxima in subiecto ad albedinem, vel ad formam ignis: & praeter haec oppositas formas, puta aqua, aut aerem, vel aliud oppositum igni, & nigrum vel medium oppositum albo, ut supra declarauimus in textu. Vide igitur ad argumentum, quod non est tantum negatio ipsa priuatio, quae principium dicitur.

Ad tertium admitto omnia principia componere, sed generationem & mutationem rei: at verò rem ipsam tantum duo componunt, puta materia & forma, priuatio verò non, vnde est intrinsecum generationis principium: & hoc sufficit, non autem ipsius rei.

Ad quartum dico, quod inter illa duo principia contraria, vnum componit rem, puta forma, alterum verò contrarium est terminus generationis rei, puta priuatio, ut bene dixit Burleus. Vnde cum audis, res fieri ex contrarijs, intellige ex vno, ut ex termino; & ex altero, ut ex parte formali.

CAPVT VI.

Quod igitur contraria oportet esse principia. Text. L.

OSTOQVAM principia esse contraria probatum est, nunc ipsorum numerum indagare contendit: atque vult constitare hanc propositionem. Principia sunt tantum tria, in cuius gratiam (ut nihil improbatum relinquat) probat has: principia sunt plura vno: principia non sunt infinita: principia sunt plura duobus. principia non sunt plura tribus: Omnes autem ex illo principio

Nota qualis sit priuatio, quae est vna ex contrarijs principijs.

Ad 3. Alia sunt principia rei in fieri, alia rei factae.

Ad 4.

Discursus, quo colligit Arist. tria esse principia rerum naturalium.

Principia sunt plura vno.

Principia non sunt infinita.

Prima ratio

2. Ratio in vno genere vna contrarietas.

Nota.

3. Ratio. Frustrum fit per plura, quod fieri potest per pauciora.

4. Ratio.

Dubium.

Principia deducit: principia sunt contraria.

Probat igitur primam propositionem, contraria sunt plura vno, principia sunt contraria: ergo sunt plura vno.

Probat secundam multipliciter. Primo, si principia essent infinita, compositi non esset scientia: quod falsum est, & probatur antecedens: nam compositum scitur ex principijs, haec autem si infinita sunt, sciri non possunt, cum infinitum non sit scibile.

Secundo, in vno genere vna est contrarietas, sed substantia vnum est genus: ergo in ipsa vna est contrarietas: vnius autem contrarietatis non sunt nisi duo extrema: non sunt ergo principia infinita.

Attende per substantiam hic compositam substantiam sensibilem intelligi: per genus verò predicamentum, in quo tales substantiae continentur. In hoc autem vnica est prima contrarietas, nempe priuatio & habitus, ut substantia non substantia reliquas sub se continens, scilicet homo non homo, ignis non ignis, & similes, nam ad hanc omnes reducuntur, atque eadem contrarietas est etiam in alijs praedicamentis, puta priuatiua.

Tertio probat, Frustrum fiunt per plura, quae possunt fieri per pauciora: Est enim natura maxime ordinata, nec abundat, nec deficit in necessarijs, sed sufficit ad omnes mutationes finita principia; non ergo opus est infinita facere. Patet minor nam omnia, quae Anaxagoras per infinita principia facit, Empedocles facit etiam per quatuor: non ergo sine necessitate sunt multiplicanda.

Quarto probat, & est sic intelligenda ratio. Si infinita sunt principia, cum illa sint contraria, sine dubio omnia contraria essent principia: at constat, multa esse contraria, quae principia non sunt: non ergo principia haec contraria sunt infinita. Quod verò sint contraria, quae principia non sunt, patet: nam album, nigrum, dulce, amarum non sunt principia, cum ex alijs contrarijs fiunt: at principia semper manere debent.

Dices, quid est, quod principia contraria semper manent? Dico cum Philopono, quod in omni mutatione inuenian-

tur, vnde illa contraria, quae ex alijs fiunt, non semper manent, id est, non in omni mutatione sunt, nam in mutatione illa contrariorum, ex qua ipsa facta sunt, non inerant: & per hoc dat intelligere priuatitiam oppositionem, quae est in omni mutatione: & ad quam aliae contrarietates reducuntur: non igitur principia vnum, nec infinita sunt.

Quod igitur neque vnum.

Text. LI.

Tertiam propositionem probare aggreditur, nempe principia esse plura duobus, & facit primam rationem sumptam etiam ex contrarietate principiorum, sic: Nullum contrarium alteri contrarium facit, non enim calor frigiditatem facit, nec vis amicitiam, nec raritas densitatem, ut ergo aliquid fiat, vnum tertium subiectum est constituendum, à quo mutuo se illa expellant contraria, & hoc adeo verum est, ut quidam Philosophi non solum praeter contraria vnicum subiectum posuerint, ex quo res fierent naturales, sed plura, imò & infinita: & haec ratio est notanda, conuincit enim, praeter contraria principia esse aliquod tertium constituendum, non enim aliter imaginari potest, quomodo ex vno contrario alterum fiat.

Ad haec autem adhuc, & hoc aliquid. Text. LII.

Secunda ratione idem probat, & sunt haec duae maxime attendendae. Sic procedit: nulla contraria sunt componentia substantiam rei: at principia sunt componentia substantiam rei: ergo principia non sunt contraria: maior est certissima, minorem probat & exprimit, maior enim tacita est: probat sic: si principia non essent substantia rei, essent de subiecto, hoc est, accidentia: sic autem posteriora essent, cum subiectum sit prius, hoc autem repugnat principijs: non ergo sunt contraria.

Tertia ratione idem probat sic: substantia non fit ex non substantijs: at contraria sunt non substantiae, cum substantiae non in sit contrarium: ergo principia, ex quibus fit substantia, non sunt contraria.

H 2 Nota

9. Fundam. De diuersis sententijs circa definitum in definitione principiorum.

Quid sentiat auctor de definitio illius definitio nis.

Ad primum.

Nota contra Alex. & alios non esse contrarietatem immediatam inter substantias.

Ad 2.

Principia sunt plura duobus.

1. Ratio vult de obseruanda.

2. Ratio.

3. Ratio.

Nota vim in discursu Arist.

Nota ingenium Aristor. nam per hec argumenta concludit, non posse fieri, vt omnia principia sint contraria, vt inde deducatur, esse ponendum aliud principium tertium, quod non sit contrarium, puta materiam, ex qua cum forma fiat, & conponatur res, & no posse similiter omnia principia esse non substantiam, sicut priuatio est no substantia, vt ponatur aliud, quod sit substantia, puta materia, sicut etiam forma est substantia, & ex vtraque fit compositum.

Nota.

Vnde illa est indefinita, principia sunt contraria, & etiam haec, principia non sunt contraria, & vtraque vera est, quod non posset esse sine tertio principio: & hoc est, quod dicit in textu sequenti: quod si vtraque est vera, debet esse tertium principium.

Quocirca si quis & priorem.

Text. LIII.

Dicitur igitur, quod si defensare volumus vtranque rationem, puta principia esse contraria, vt superius est probatum, & principia non esse contraria, vt modo probatum est: est necessarium tertium principium subiectum facere, id, quo d'antiqui faciunt, ponentes praeter contrarietatem, aquam, aerem: aut aliud simile, licet isti non ratione id persuaaserint.

Et nota diligenter horum textuum expositionem: multi enim multa dicunt, & nescio, an mentem ipsam Aristor. attigerint.

Videtur autem mediū magis.

Text. LIIII.

Laudat eos, qui potius corpus medium posuerunt principium, quam elementum aliquod, nam hoc tale medium plus distat ab ipsis contrarijs vtriusque. Elementa enim habent qualitates inseparabiles, at id, quod principium est, debet aequè se ad contraria habere: propterea melius corpus medium, quam vltimum elementum principium fecerunt, propterea: qui posuerunt aerem, melius dixerunt, & post hos, qui posuerunt aquam, quam illi, qui ignem, nam illa duo mi-

nus sensibilibiter contraria habent, & facile patiuntur, & recipiunt contraria: vide igitur quanti referat subiectum praeter contraria ponere.

Sed omnes vnum hoc.

Text. LV.

Stendit non fuisse Philosophos contentos cum hoc solo materiali principio, sed praetera etiam contrarietatem superaddunt, quidam rarum & densum: quidam abundantiam & defectum, nempe magis & minus, seu magnū & paruum, ponentes.

Addit autem, quod ista opinio de magno, & paruo, & vno est antiqua, quamuis non eodem modo à Platone proferatur: nam illi magnum & paruum pro forma: ipsum verò vnum, puta aqua, aut quid simile pro materia constituebat: at Plato magnum & paruum materia, vnum verò puta idem, formam existimabat.

Tria igitur dicere elementa esse.

Text. LVI.

Quartam propositionem probat, nempe principia non esse plura tribus, duasque rationes facit. Prior est: Si sunt plura tribus, oportet aliam saltē contrarietatem facere, cum principia debeant esse contraria, tunc illa contrarietas, vel habebit idem subiectum cum altera, vel non: alterum non habebit, quia ad patiendum, sufficit vnum subiectum: si verò habebit idem, tunc quicquid generatur ex vna, generatur ex altera, vel non: Si sic, superflua erit vna contrarietas: si non, neutra erit principium, cum ex ea non generentur omnia: haec est ratio integra Aristotelis.

Potest etiam aliter componi, & forsitan melius sic. Si sunt principia plura tribus, aut ex eo, quod multiplicatur subiectum & hoc non, quia ad patiendum respectu vnius contrarietatis sufficit vnum subiectum: imò vnius contrarietatis non est nisi vnicum subiectum: aut ex eo, quod multiplicatur contraria, ita, vt sint quatuor contraria prima, & tunc non, quia oportebit multiplicare subiecta, quod esse non potest. Nam demus aliud subiectum cum

Nota.

Principia non sunt plura tribus. Ratio Arist.

Eadem ratio Arist. aliter construitur.

eum sua contrarietate, tunc peto, an sint sufficientia generare ista tria per se, an non, clarum est, esse, cum ad actionem sufficientiant, duo contraria cum vno subiecto: ergo superflua est alia contrarietas, cum ex vna possit esse generatio: & ratio ista est sic componenda, & est admodum noranda expositio. Laborant enim multi in ratione ista exponenda.

Dubitabis primò: quare subiectum vocet naturam mediam. Dico medium triplex esse, aut permutationem extremorum, sicut rubrum, viride, dicuntur media inter album & nigrum: quia ex mixtione albi & nigri facta sunt. Est aliud medium per extremorum negationem, vt lapis est medium sani, & aegri: quia nec est sanus, nec est aeger. Aliud est medium per potentiam ad vtrumque extremum recipiendum, & sic in presenti subiectum, & materia dicitur natura media, quia est in potentia receptiua vtriusque extremi.

Primum dubium, cur subiectum vocatur ab Arist. natura media. Nota triplex mediū.

Secundum dubium.

Dubitabis vltierius, quomodo qualibet contrarietas habet suum subiectum? nonne calor, frigus, & alia contraria mixto insunt? Dico, quod hic non loquimur de contrarietate particulari, puta haec vel illa, sed in genere: nam clarum est, in vnicò subiecto posse multas priuationes multarum formarum inesse, & varia contraria, puta calorem, albedinem, amaritudinem: sed loquimur de prima contrarietate, puta priuatiua & generica, & talis contrarietas multiplicata multiplicat subiecta.

Posterior ratio Arist.

Posterior ratio Aristotelis est. Vnius generis non est nisi vnica prima contrarietas; intellige communem contrarietatem: possunt enim esse multae particulares, quaedam priores, quaedam posteriores, vt qualitates secundae, quae ex primis componuntur: At substantia vnicum genus est: ergo ipsius est vnica contrarietas prima, & sic principia substantiae, de quibus est sermo, non poterunt

multiplicari ex parte contrarietatis, vt dictum est.

CAPVT VII.

Quod igitur neque vnum sit.

Text. LVII.



ONCLVDIT, principia nec esse vnum, nec plura tribus. At quia non satis probatum est, an vnum sit, materiale principium, dicitur adhuc quae dicta sunt dubitationem habere: id autem tractare aggregatur, ac primū in cōmuni de subiecto mutationis loquitur, postea particularius de subiecto substantiali dicitur, sic enim est ordo maximè naturae, id est, physico accommodatus, vt à cōmunib. ad particularia deueniat, quae etiam in prooemio docuerat.

At vt intentum Aristotelis possis penetrare, quia haec, quae hoc in loco dicuntur, sunt fundamenta Philosophiae ipsius, aduerte, quod per mutationes accidentales indagat ea, quae sunt in mutationibus substantialibus. In mutatione autem accidentali inuenimus primo duo extrema, in quibus fit mutatio, vt cum aliquid ex calido fit frigidum, est calor, & est frigiditas. Secundo inuenitur aliquod subiectum distinctum ab vtraque forma, puta corpus aliquod, in quo est calor, & frigiditas. Tertio, istud subiectum permanet idem sub vtroque extremo, tamen vnum extremum recedit, alterum manet cum subiecto eodem, vt cum ex calido fit frigidum, est aliquid, quod ante habebat calorem, & per mutationem recedit calor, & succedit frigiditas, cum eodem tamen subiecto, & sic fit talis mutatio accidentalis: sic proportionaliter intelligas in mutatione substantiali, quae fit secundū formas substantiales; oportet dari vnicam substantiam, & subiectum, in quo fiat talis mutatio, & ista erit sub illis vtriusque formis, modo sub vna, postea sub altera: tamen recedat erit materia. V. g. cum ex aqua fit ignis, quae est mutatio substantialis, oportet dare aliquid vni, quod sit sub vtroque extremo mutationis, hoc est materia quae modo est sub hac, modo eadem sub illa forma. In hoc tamen differt haec materia

Nota r. explicatur Aristor. de principijs, quia est fundamentum totius Philosophiae naturalis.

teria à subiecto mutationis accidentalis, quòd hoc est aliqua substantia composita: at in mutatione substantiali subiectum est substantia de se non habens formam, vt possit mutari secundum formas.

Nota secundo. Attende autem diligenter, quòd modus procedendi Arist. iste est, probat enim quòd in mutatiõe qualibet id, quòd mutatur, est compositum, id est, habet aliquid, quòd amittat, aliquid, quòd permaneat sub alio termino mutationis, vt. cù album fit nigrum, oportet dare aliquid in albo, quòd recedat, puta albedinem, & aliquid, quòd permaneat sub nigredine, & id est subiectum. Hoc igitur etiam dare oportet in mutatione substantiali; est namq; aliquid, quòd recedit: aliquid, quòd permanet, & hoc est subiectum, & materia, reliqua sunt forme. Hoc est, quòd Aristoteles docet: & multò latius à nobis hæc examinanda sunt. Ad litteram interpretandam accedamus.

Dicimus enim fieri ex alio aliud. **Text. LVIII.**

Dupliciter loqui possunt in mutationibus. Duplicem loquendi modum assignat in mutationibus substantialibus, quibus dicit, aliud fieri ex alio, & in mutationibus accidentalibus, quibus ex altero fit alterum. Nam, aliud in substantia diuersitatem facit: alterum verò in accidenti. Exempla tamen in accidentali mutatione constituit, quia de substantiali nihil adhuc certum est. Accidentali ergo mutatione aliquando dicitur fieri simplex, aliquando aliquid compositum. Simplex est, cùm id, quòd fit, id est, primum extremum, seu subiectum verbi, & quòd fit, id est, alterum extremum, seu prædicatum. Simplicia sunt, vt homo fit Musicus, seu immusicum fit musicum: Compositum verò est, cum vtrunq; extremum complectum quoddam est, vt homo immusicus fit homo musicus.

Nota.

Et aduerte, quòd illud primum extremum dicitur, quòd factum est, alterum verò, quòd tam in simplici, quàm in composito.

Simplex autem distinguitur, aut cùm extremum primum, puta quòd factum est, est ipsum subiectum, vt homo fit musi-

cus: aut cùm est oppositum, vt immusicum fit musicum.

Hæc autem simplicia dupliciter differunt. Primum, quantum ad ipsam locutionem; nam per oppositum dupliciter loquimur: aut in recto dicendo, immusicum fit musicum: aut per obliquum, ex immusicum fit musicum: aut per ipsum subiectum, quamuis aliquando in obliquo loquamur, dicendõ: ex ære fit statua. Id tamen non est semper in omnibus: non dicitur, ex homine fit musicus, sed homo fit musicus. In compositis verò, quamuis non meminert Aristot. tamen vtroq; modo loquimur, nempe ex homine immusicum factus est homo musicus, & similiter homo immusicus factus est homo musicus. Rationem horum inferius intelliges.

Eorum autem, quæ vt simplicia. **Text. LIX.**

Alterum discrimen ponit inter illas mutationes, quo ad rem. Nam subiectum semper permanet cum forma, quæ aduenit, vt homo cum musico: at oppositum siue in simplici, siue in composito recedit, vnde immusicum non manet cum musico. Et nota hic attentè textum, nam propterea dixit superius esse duos modos loquendi, & per oppositum, & per ipsum subiectum, vt intelligas, in mutatione esse vtrunq; & ipsum subiectum & ipsum oppositum, quâuis in locutione per oppositum tantum oppositum exprimitur, & in altera simplici subiectum: in composita verò vtrunq;. Et etiam discrimen assignauit, vt scires subiectum ab extremis distinctum, & sub vtroq; permanere. Hæc multum meditare.

Determinatis autem his. **Text. LX.**

Ex his quæ dicta sunt, concludit, in omni mutatione semper dari vnicum subiectum, quòd mutatur, & permanet sub vtroque extremo, etiam in illa mutatione, quia oppositum dicitur fieri, nempe immusicum fit musicum, nam immusicum subiectum dicit, non distinctum secundum numerum à se, tamè distinctum secundum rationem, & definitionem,

tionem, quòd est dicere, immusicum dicit subiectum cum forma, vel priuatione aliqua: ratione vnus permanet, ratione alterius recedit. Et nota, vt significaret subiectum hoc non esse separatum à formis ipsis, cùm modò cum vna, modò cum altera fit, dicit vnum esse numero cum ipsis formis, & extremis, definitione tamen non vnum. Dicit, vnum numero accidens cum subiecto, id est, vnum subiecto. Hoc idem accidere docet, cùm id, quòd fit, est compositum, vnum enim manet, alterum non, vt immusicus homo fit homo musicus.

Sed ex aliquo fieri aliquid. **Text. LXI.**

Docet quamuis oppositum & subiectum vnum sint numero, tamen quantum ad locutionem, est discrimen. Nam in opposito magis loquimur per obliquum, dicentes, ex immusicum fit musicum, quàm per rectum dicendo, immusicum fit musicum. At in subiecto contra, magis per rectum loquimur, quàm per obliquum dicendo, homo fit musicus, licet in aliquibus per obliquum, non autem per rectum loquamur. Dicitur enim ex ære fit statua, sed non æs fit statua: tamen in opposito, quocunq; vtroq; modo loquimur. Similiter etiam in opposito, in quo apparet distinctio oppositi, & subiecti. Vbi aduerte, opposita esse duo, & ipsum subiectum, & ipsam oppositam formam, quæ est terminus à quo: ratione subiecti fit locutio in recto, immusicum fit musicum: sensus est: id, quòd est immusicum fit musicum: Ratione priuationis fit obliqua locutio, ex immusicum fit musicum: Sensus est, à priuatione Musicæ peruenit aliquid ad musicam ipsam habendam.

Multipliciter autem cùm dicatur. **Text. LXII.**

Postquam in mutatione in vniuersum subiectum aliquod permanens dari ostenderit, nunc ad particulares descendit mutationes, etiã subiecta particularia in eis inquirens. Distinguit autem duplicem mutationem, & accidentalem, quæ fit aliquid hoc, id est, secundum quid,

vt album fit, musicum, calidum: & substantialem, quæ fit aliquid simpliciter, vt fit homo, fit ignis, fit planta. Colligit, secundum diuersa, quæ fiunt, oportere, subiecta diuersa statuere: In accidentali enim ponimus primam substantiam, quia ipsa est, cuius omnia insunt accidentia, & ipsa nulli insunt, ob id ipsa est, quæ modò hanc, modò illam formam cuiuslibet prædicamenti accidentis recipit.

At in substantiali, in qua ipsæ substantiæ transmutantur, & non secundum accidentia, oportet aliud statuere subiectum permanens in mutatione, quòd esse non potest, nisi ipsas substantias, compositas dicamus ex forma & materia, & materiam esse hoc subiectum, quæ secundum formas varias substantiæ transmutatur. At quòd in his mutationibus aliquod subiectum sit, patet: nam videmus has substantias semper ex aliquo præsupposito fieri, vt plantæ, & animalia ex semine, quòd profecto argumento est materiam, & subiectum hoc sub tali præsupposito latere.

Fiunt autem, quæ fiunt. **Text. LXIII.**

Vniuersali quadam inductione per artificialia (vt vult Alexander) ostendit, omnia fieri ex aliquo præsupposito, quamuis Philoponus ista ad naturalia applicet, sed non est opus, nam iam dixit de naturalibus, cum dixit, ex semine fieri plantas, & animalia: & etiam in vltima parte inductionis ex his quinque de illis dicit: inquit igitur, quæ simpliciter, id est vniuersaliter, fiunt, aut fiunt transfiguratione, sicut quæ fiunt à singulis; aut fiunt accessione, & augmentatione, sicut quæ fiunt arte pingendi. Et hoc nota: aut fiunt subtractione, sicut quæ fiunt scriptura, cut compositione, sicut arte domesticatoria, vel similiter facta: aut alteratione secundum materiam, sicut quæ fiunt arte coquendi, fundendi, vel quæ fiunt à Pharmacopoli: & sub hoc membro mutationes naturales inanimatorum concludi possunt: in his omnibus semper aliquod præsupponitur subiectum, ex quo fiunt omnia ista.

Quare

Quare manifestum est.

Text. LXIII.

EX quibus concludit, semper quod fit, esse compositum, id est, habere aliquid, quod permanet sub forma aduenienti, & aliquid, quod recedat, puta formam oppositam, & priuationem. Describit igitur in supra positis id, q per manet, puta aes, lapis, aurum, & id, quod recedit, puta in figuratio, informatio, inordinatio, nam ex in figurato fit figuratum, & ex informato formatum, & ex incomposito compositum, similiter in alijs. unde patet, in omnibus esse terminos, & mutationis subiectum.

Manifestum igitur est, quod siquidem sunt causa.

Text. LXV.

CVm materia seu subiectum, & formam in mutatione esse probauerit, nunc, vt Simpli. dicit, & D. Tho. ea esse principia, & causas reru naturalium probat, & facit hunc syllogismu. Ea, ex quibus vnum quodq; primo, & non secundum accidens, sed secundum substantiam est, & factum est, sunt principia & cause: at materia, & forma sunt ea, ex quibus primo, & non secundum accidens est factum, & est vnum quodq; ergo materia & forma sunt principia & causa: maiorem, & conclusionem huius syllogismi ponit, minorem subicit.

Nota quales sunt causa componentes rem.

Aduerte, qd dicitur, ex quibus primis: quia sunt aliqua, quae rem componunt, sed non primo, cum ipsa principia habeant, qualia sunt elementa, ex quibus mixtum componitur: at ipsa adhuc ex materia & forma componuntur, ob id non dicuntur principia.

Nota.

Aduerte praeterea, quod dicitur, non secundum accides (vt notat Simplicius) propter priuationem: ex hac enim non componitur res, ob id non est principiu componens, nisi per accidens: at vero est principium per se, & intrinsecum generationis, quamuis possemus dicere, quod illud secundum accidens sit ex parte rei factae, vt sit sensus, vnum quodq; ex principijs sit secundum substantiam suam, &

Nota.

non secundum accidens aliquod. Quod vero ex materia & forma res intrinsecè componatur, probat ex eplo totius acciden talis, nam homo albus ex albo, & homine quodammodo componitur: q manifesta tur ex eo, quod si definitionem hominis albi velis assignare, per definitionem hominis & albi assignabis. Nota quod dicitur, componi quodammodo, quia re vera non est compositum, nisi per accidens.

Manifestu igitur est, quod quae sunt. Text. LXVI.

IVxta Simplicium, & D. Tho. haec prima verba sunt conclusio syllogismi precedentis: unde inferit, quae sunt ex his esse, id est, ista esse principia eorum, quae sunt res naturales. Materia rursum distinguit dices, materia esse vnum principium numero, sed duo ratione. Vnum quidem numero cum priuatione: quia ipsa priuatio est in materia, ratio vero est diuersa, nam aliud est esse auri, aëris, & materiae, aliud est esse priuationis. At cum materiam vnu numero potius, quam priuationem dixisset vnam, huius rationem reddit. Materia, inquit, magis est numerabilis, id est, magis accedit ad id, qd vnum est numero, puta primam substantiam, ipsius enim est pars: at priuatio & contrarietas, quod idem est, accidens est, intellige rei factae, vt diximus: forma autem non est, sicut materia, duo ratione, sed vnum est principium ratione. Per ista dat intelligere, quod materia est, quae habet priuationem formae: & quod, nisi talem priuationem haberet, generationis non esset principium: quia (vt diximus) rem producendam necessariò ipsius priuatio praecedit.

Quocirca est quidem vt duo.

Text. LXVII.

Infert ex dictis veritatem harum propositionum, principia sunt duo, & sunt tria: sunt contraria, & non sunt contraria, & non sunt plura contrarijs. Sic enim veritatem habent, sunt duo numero: sunt tria ratione: sunt contraria forma cum priuatione, non sunt contraria materia, & forma: nec sunt plura contra-

Nota.

contrarijs numero, quia priuatio vnum numero est cum materia.

Aduerte, quod dicit, esse duo numero, vt ita dicam, quia re vera vnum numero est totum compositu ex materia, & forma: at forma, & materia imperfecte duo numero dicuntur, quia dueres sunt, licet non separatae, & per se existentes, sicut prima substantia.

Quot igitur principia sunt.

Text. LXVIII.

EPilogat, dictum esse iam, quot sunt principia generationis rerum naturalium, nepe & esse tria, & esse duo, & quomodo hoc intelligi debeat. Similiter dictum est, praeter ipsa contraria, esse vnum tertium principium subiectu: & quod duo contraria sufficiant ad mutationem, vno enim adueniente, altero recedente, sic fit mutatio.

Subiecta autem natura scibilis est. Text. LXIX.

MODum, quo materia cognoscatur, indicat dicens, materiam cognosci per proportionem ad materiam artificialem, vt enim lignum, & aurum, & quodlibet se habet ad formas artificiales, ita intelligimus se habere materiam ad ipsas substantias perfectas, vt enim illud subiectum est in potentia ad recipiendas illas formas, ita & hoc ad substantias. Discrimen est, quod illud subiectum est ens perfectum, puta, composita substantia: materia vero est ens imperfectum, & substantia simplex: atque talem materiam vnum dicit esse principiu: alterum est forma, quam rationem dicit: tertium formae contrarium, puta priuationem ipsam, quae in materia est.

Hac autem quomodo duo.

Text. LXX.

EPilogum generalem ponit eorum, quae dicta sunt. Primo enim dictum est, principia esse contraria, postea dictum est, quod praeter contraria oportebat tertium subiectum facere. Vltimo dictum est, quomodo ista contraria se habeant: alterum enim forma, alterum

priuatio: & quomodo subiectum cum utroque se habet. Restabat difficultas, an forma & materia sint substantia. Hoc enim nondum patet, sed id discutere non est huius loci, vel (secundum Themistium) quia est Metaphysici, vel secundum S. Tho. & Auerroë, quia pertinet ad secundum Physicoru, vbi forma dicitur magis natura, quam materia: Quod autem principia sint tria, & quomodo, & quae sint, etiam dictum est. At antequam ulterius, textu exponentes, procedamus, vtile erit de ista materia aliqua differere: eius enim cognitio multu Physico necessaria est.

Verum materia sit. Quest. XII.



Quatuor de materia disputanda occurrunt: Primum, an sit: Alterum, quid sit: Tertium, qualis sit: Quartum, quibus nominibus apud philosophos significetur. Ante omnia tamen explicanda se offert significatio nominis.

Quatuor de materia sunt tractanda.

Est autem materia multiplex, nec de omnibus est quaestio in praesenti. Est enim materia alterationis, id est, nempè, ex quo aliquid fit, non tamen permanenti in substantia sua, sicut cibus est sanguinis materia, non enim cibus manet, sed destruitur, & fit sanguis, & elementa sunt materia mixti: quia sui corruptione mixtum componunt.

Tituli explicatio.

De multiplici materia.

1. alterationis.

Alia est materia compositionis, sicut lapides & ligna domus: & partes quantitatiue dicuntur materia respectu totius, & etiam partes quaecunq; respectu compositi materia dicuntur.

2. compositionis.

Tertia est materia inhesionis, qualis est substantia, cui omnia insunt accidentia.

3. inhesionis.

Quarta est materia scientiae, quae dicitur subiectum. De his autem non loquimur in praesenti.

4. scientiae.

Alia est materia mutationis substantialis subiectum, quae sub diuersis formis, modo sub vna, postea sub altera in mutatione inuenitur substantiali: & de hac petimus, An sit. Et respondetur ex omnium consensu talem materiam esse.

5. materia, quae est subiectum, cuius transmutationis substantialis.

Ad hoc autem inuestigandum, omnes his, quas Albertus lib. 1. Phys. tract. 3. ca. 11. ex Avicembra. refert, sex viae esse possunt.

6. viae sunt ad inuestigandam materiam esse.

Is Lib. I. Physic. Arist. Cap. VII.

1. via transmutationis inter extrema & alia.

possunt. Prima est via transmutationis: est enim hoc fundamentum maximè obseruandū in Aristot. In omni mutatione, quæ fit ab extremo, in extremū, oportet dare medium subiectū distinctū ab vtroq; extremo, quod idē perseveras modō sub vno, modō sub altero sit extremū: vt enim aliquid dicatur mutari, necessarium est, quod idem aliter se habeat, & aliter se modō habeat, aliter enim impossibile est, aliquid dici mutatū. Oportet ergo idem manere sub vtroq; extremo mutationis, & hinc est, quod debet esse distinctū ab vtroq; extremo, non enim possit modō sub vno, postea sub altero, illo recedēte esse, nisi esset ab vtroq; distinctū. Verissimū igitur est fundamentum, quod traditur latē 11. lib. Meta. c. 11. & 8. lib. c. 1. tex. 4. & aliās sepē.

Quo fit subiectū in transmutatione substantiali & accidentalī.

Cum igitur duplex sit mutatio, & accidentalī, quæ fit secundum accidentia, & substantialis, quæ fit secundum substantias, oportebit in his subiectū constitueri, in accidentalī quidem est ipsa prima substantia, quæ cum ab omni accidenti distinguatur, & omnium sit susceptiua, potest secundum varias accidentales formas transmutari: In mutatione verò substantialī hac esse non potest, nam in tali mutatione ipsa prima substantia est, quæ corrumpitur, & non accidēs: oportet ergo, si subiectum debet dari, quod ipsam substantiam ex duplici parte componamus, & ex forma, quæ recedat, & aduenias, & ex materia, quæ eadem perseveret sub hac & sub illa forma, & tūc mutatio talis erit, quod ab illa materia recedit vna forma, & altera aduenit, & hoc est quod dicebatur tex. 64. quod fit esse compositū: & hæc est via transmutationis indagandī materiā, quæ sicut substantia prima a se habet formā accidentalem, ita ista nō habet substantiā.

Ad hanc viam reducit quedam alia, qua substantiam ex materia & forma compositam esse probamus. Nam, vt ait Aristoteles 1. de generatione. 78. id, quod est omnino vnum, nulla ratione est possibile (quod fuscè profequitur ibi Philopon. Explicat etiam D. Thomas, disputat. 3. sap. Algaz, in solutione dubij 18. impos-

sibile, inquam, est, actionē & passionem Physicam ab vno provenire principio. Non enim eo, quo agimus, eo principio patimur. Cum igitur in rebus, vt elementis, viuētibus, & alijs experiamur actionem, & passionem, agunt enim in alia, & patiuntur ab alijs, oportet, in his duas partes substantiæ assignare: alterā, secundum quam agant, & hæc est forma: alterā, secundum quam patiantur, & hæc est materia: vnde dicit Aueroes 8. Meta. cō. 12. & 4. Physi. com. 38. sicut transmutatio, inquit, fecit cognoscere materiam, ita actio formam.

Alterā via indagandī materiam, est ex 2. via ex mutua rerum transmutatione: Experimentum enim vnam rem in aliam conuertit, vt ignis in aerem, aer in aquam. Hic impossibile est imaginari, qd ipse ignis fiat aer, nec vna substantia altera: non ergo modus est alius, nisi quod recedit forma vnus, & succedit forma alterius in eadē materia. Cum enim sint diuersa, nisi aliquid haberent cōmune, puta materiam, non posset talis inter ea esse transitus: vnde res simplicissimæ, & spirituales, non ob aliud inuicem mutari nequeunt, nisi quia principiū nō habent, secundū quod communicant, & mutantur.

Tertia via est, ex eo, quod in mutatione aliquid maius fieri experimur, vt ignis crescit, consumpto ligno, & animal, cōsumpto cibo, tūc vel manet cibus, & lignū, vel nō profus: ipsum nō manere, notum est: nihil autem manere impossibile apparet, cum illud aliud fiat maius: oportet ergo aliquid ponere, quod non maneat, & id est forma; & aliquid, quod maneat, & id est materia.

Quarta via est ex eo, quod experimur omnem generationem ex aliquo fieri, & omnem corruptionem etiam in aliquid terminari, quod profectō non esset, nisi aliquid cōmune esset, quod est in corrupto, & manet in ipso genito, & id est materia.

Quinta via est potius ad probandū materiæ vnitatē, corruptio, & generatio est vniuersalis effectus naturalib; cōpetens: ergo dāda est aliqua causa vna cōmunis, in quam referatur, nō est forma: quia res

2. via ex mutua transmutatione rerū substantialiū.
3. via ex augmentatione.
4. via qua omnis generatio fit ex aliquo.
5. via ex generatione, & corruptione quod debet puenire ab aliquo principio.

6. via ex eo, quod substantiæ subsistant.

per formas differunt: ergo erit materia. Sexta, quia subsistere inest substantijs istis, non a formis, quæ in alio sunt: ergo ab aliquo subiecto nullo modo alteri inexistenti, & id est materia. Hæc sunt viæ certiores & firmiores, quibus hanc esse materiam, constitutum est: Accedamus ergo ad explicandum, quid ipsa sit, quod proximè sequitur.

An materia sit substantia Quæst. XIII.

In hac quæstione ea, quæ præcipuas difficultates circa naturam materiæ tangunt, argumentata proponam, vt ipsorum solutione natura ipsius materiæ nota fiat.

1. argumentum ex eo, quod materia prima sit pura potentia.

Pro parte igitur negatiua est primū argumentum. Quod est pura potentia, non est substantia: materia est pura potentia, ergo non est substantia. Maior est certa: quia substantia est actus, potentia verò est e contra actū: Minor patet ex Arist. 1. Physi. tex. 78. & 1. Genet. tex. 11. & 12. lib. Meta. c. 2. eam esse potentiam, docet.

Secundum.

Secundū. Id, quod non est per se, non est substantia: sed materia non est per se, cum absque forma esse non possit: ergo non est substantia.

Tertium.

Tertiū. Materia nō habet esse à se, sed à forma: ergo nō est substantia. Probatur antecedens ex primo Genet. tex. 83. Materia, inquit, habet esse actū ab ipsa forma.

Quartum.

Quartū. Materia nō est quid, nec quantum, nec quale, nec aliquid ex prædicamentis: ergo nō est substantia: antecedēs est Aristotelis 7. Meta. cap. 3.

Quintum.

Quintū. Materia nō est vna, cum nullius sit speciei, nec vllā habeat formam: ergo non ens, nec substantia.

Sextum.

Sextū. Materia non est bona: ergo nec substantia: antecedens patet, quia distat à summo bono, cum sit vilissimum entium omnium. Hæc sunt argumenta, quæ partem magnam cognitionis materiæ explicant.

1. fundamentum.

Sit primū fundamentum. Materia ad Physicum, & Metaphysicū pertinet. Physicus eam considerat, vt est mutationis subiectum, & altera pars compositi naturalis: at Metaphysicus, vt est substantia quædam, vt vnum ex principijs entium, & secundum alia, quæ Metaphysico in-

sunt: vnde aliter à Physico definitur, aliter à Metaphysico.

Nam à Physico per motum definitur, vt colligitur 1. Physi. tex. 82. materia est primum subiectum ex quo fit aliquid, cum in fit, & nō secundū accidens, id est, est id, ex quo tanquā ex parte intrinseca per se componitur res naturalis. Dicitur, primum subiectum, ad excludendū subiecta accidentium, quæ absolute non sunt prima, cum adhuc ex alio fiant. Dicitur, ex quo, vt ex parte, ad differentiam elementorum, quæ non manent in mixto, sed corrumpuntur, & solum in virtute manent. Dicitur, non secundum accidens, vt remoueamus modum, quo ex priuatione est res: est enim id per accidens, nempe ad generationem rei, sed nō ad esse: Sic igitur à physico consideratur, & definitur.

Materia autem ter definitur: 1. à Physico, 2. à Metaphysico, 3. à Philosopho. Explicatur definitio Physica.

A Metaphysico verò definitur per negationem entium perfectorum, nempe nō est animal, nec viuens, nec elementū, sed his imperfectius: solemus enim res negatione definire, aut propter ipsarum excellentiam, aut propter ipsarū imperfectiōnem. Sic autem definitur materia ab Aristotele 7. Metaphysic. cap. 3. quod non est quid, nec quantum, & c. & de hac cognitione loquitur Augustinus 12. cōfess. cap. 5. dicens, humana cogitatio materiā ignorando noscit, & noscendo ignorat. Nos verò in presenti materiā consideramus, vt subiectum mutationis substantialis, & sic per similitudinem, & proportionem subiecti rerum artificialium cognosci potest, vt supra textum exposuimus superius.

Definitio Metaphysica materiæ per negationem entium perfectorum.

Sit secundum fundamentum. Duplex esse discrimen obseruandū inter hanc materiam, & subiectum mutationis accidentalis. In accidentalī enim subiectum est substantia perfecta iam & consummata, vnde accidentia aduenientia non absoluunt ipsum subiectum, cum sit absolutum, & factum perfectè; sed ornant, & disponunt ad aliquid aliud, & hinc est, quod subiectum non accipit esse ab accidenti, imò accidentia à subiecto esse habent.

2. fundamentum. Duplex discrimen inter subiectū mutationis substantialis, & accidentalis.

At materia ista est quoddam ens im-

Materia est perfectum, & nondum factum integrè: ens quoddam medium. per formam autem consummatur, & absoluitur, unde fit; quod forma adueniens materiam ipsam perficiat, & compleat, & ipsi det esse. Est enim veluti mediū ens ipsa materia; fit integrum per formam. Gloriosus enim Deus, cum rebus virtutes productiuas rerum daret, & res ex nihilo non possent ex nihilo aliquid facere, fecit hoc medium ens, quod res postea per formam consummarent: sicut magister, qui paruulo dimidium characterem literæ delineat, ut paruulus absoluat, unde agentia naturalia finiunt, non tamen totum ens producant: Ut enim colligitur ex primo Physico. 76. agentia naturalia non producant totū ens: quia non producant in quantum ens, producerent enim seipsa. Vnde D. Thomas prima part. quæst. 45. artic. 1. ait productionem totius entis esse creationē, quæ solum potest competere primo principio: & Auerroes 8. Meta. commen. 15. & 16. & 12. Meta. commen. 18. agentia naturalia non faciunt pluralitatem entium, sed perfectionem.

Attendè tamen; quod istam materiam non sic Deus fecit, ut esset separata à qualibet forma; imò eam varijs indutā formis creauit, reliquit hanc agentibus naturalibus facultatem, ut formas à materia expellerent; aliasq; inducerēt. Non enim est omnino materia sicut dimidia litera, quæ non nisi vnica certa figura potest fieri: Materia enim varias formas, modò has, modò illas suscipere potest.

Ex his est alterū discrimen inter subiecta ista: nam ex subiecto accidentalis mutationis, & ipsa forma accidētis, non fit vnum, quia iam subiectū est factum, solum fit vnum per accidens, nempe quod simul sunt: at ex materia ista, & forma fit vnicum ens per se: quia ex eo, quod consummatur & completur, & ex ipso complemento non fit, nisi vnum per se: & hoc docet Aristoteles 8. Metaphysic. capit. 6. text. 15. & 2. Animæ. capit. 1. text. 7. ob id, inquit, ex forma & materia fieri vnum per se; quia vnum est potentia, alterum est actus, id est, vnum perficitur, alterum perficit.

Sit tertium fundamentū. Substantia est duplex, quædam perfecta, & cōpleta, & ista est compositum substantiale: quædam imperfecta, quæ alteram componit, quæ est pars substantiæ. Adhuc ista imperfecta est duplex: quædam determinans ad aliquam certam speciem, ita, ut ad aliam determinare non possit: & hæc dicitur formalis: quædam determinabilis, quæ ad varias species determinari potest, quæ dicitur pars materialis. Ut magis fiet modò manifestū. his suppositis ad questionem respondetur.

Prima cōclusio, Materia non est substantia perfecta; & composita secundum se. Probatur, quia si secundū se esset composita, non resiperet formam substantialem, hæc enim aduenit, ut perficiat materiam, & cum ea componat.

Secunda. Materia non est imperfecta substantia determinans. Hæc etiā est nota; quia materia vna potest ad varias species trahi: illa verò substantia determinans ad vnicam speciem contrahit: materia verò est sicut ceræ; quæ modò hac, modò illa induitur forma.

Tertia. Materia est substantia imperfecta, & simplex ad varia composita, & varijs formis determinabilis: quod sit substantia, docet Arist. 2. Animæ c. 1. & 7. Meta. c. 3. & patet, quia componit, & est pars substantiæ. Quod sit imperfecta, patet, quia componit: Quod sit simplex, probatur, quia receptiua est formarū, & est primū subiectum: quod sit determinabilis per varias formas, patet etiā, quia est subiectū trāsmutationis, quæ inter plures fit formas: & sic patet solutio questionis, sed argumēta sigillatim sunt examinanda.

Circa primum argumentū est difficultas de entitate materiæ, solent enim distinguere actus, & esse triplex: Formalis, ab aliqua forma speciei alicuius provenit, ut esse aquam, esse ignem: Existentiæ actus, secundum quem res existere dicuntur: entitatiuus, quem alij actū essentiali vocant, secundum quem res dicuntur esse substantia, aut accidens in communi.

Iuxta hanc distinctionē est triplex opinio: quædam Gregorij, 2. Sent. dist. 12. q. 11. Prima opinio Gregorij. 2. opi-

1. cōclusio.

2. cōclusio.

3. cōclusio.

Circa primum argumentū, difficultas, an materia prima habeat propriam entitatem. Triplex actus.

1. fundamentum per sententiam Authoris.

2. opinio Scoti.

3. opinio Thomistarū.

Actus primus, quod est esse ad hunc duplex, substantialis & accidentalis. Actus primus substantialis duplex, perfectus, & imperfectus. 1. cōclusio. 1. Ratio.

2. cōclusio.

2. opinantis, materiam secundum se non habere actum formalem; sed à forma, habere tamen reliquos actus proprios.

Alia est opinio Scoti ibidem dicentis, materiā de se habere actū entitatiuum: at actum existentia & formalem habere quidem, sed à forma.

Tertia opinio est Thomistarū asserentium, materiā de se nullum actum habere, sed omnem accipere à forma, de se enim est pura potentia ad actum quemcumq;. At quia singulas opiniones discutere, & inutile & præter physicum negotium esset, dicam, quæ mihi probabiliora, & veriora apparent.

Aduerte igitur, quod actus est duplex, alter esse rei, ut esse hominem, aut esse album: alter operatio ipsius rei, siue sit actio, siue passio: actus prior ab Aristot. 2. Animæ, c. 1. dicitur actus primus: operatio actus secundus: nec oportet actū essentiali, & existentie distinguere, quia non distinguuntur realiter, & quia essentia non dicitur actu ens, nisi in ordine ad existentiam: ob id non distinguitur ab Aristotele duplex actus, esse, & operari, licet non negemus essentiam, & existentiam ratione distingui.

Iterum actus primus, qui est esse, duplex est, & accidentalis, qui est secundū formam accidentalem: & substantialis, qui est secundum substantiam, ut esse album, esse hominem.

Iterum substantialis duplex: quidam perfectus, qualis est actus compositi, ut homo, leo, ignis: quidam imperfectus, qualis est actus componentis aliud.

His suppositis. Dico primò, quod materia non est in potentia immediata actionis, & actus ipsius secundi, quod est dicere, materia secundum se nullius est actiuitatis, nec agit, sed patitur: hoc est Aristotelis 2. gene. tex. 50. vbi id probat: & patet: agere provenit à principio certo, & alicuius speciei: at materia non est certa speciei principium, cum sit indeterminata ad omnes formas secundum se: non ergo agit, sed patitur.

Secundò Materia non est ad actū quemq; substantialem in potentia, quod est dicere, materia habet actum aliquem

secundū se, & non est pura potentia: Hæc est perfectio ad eam certam, ut oppositū intelligi non possit: Probatur primò, quæ sunt in potentia ad omnem actum, profus sunt nihil, nec dicuntur in potentia esse, nisi quia agens potest ipsa facere: at materia secundum se est extra nihil: ergo secundum se habet actum.

Præterea potentia esse non potest per se, nisi sit alicuius, quod sit in potentia: ergo potentia præsupponit actum.

Præterea materia secundum se est substantia: ergo secundum se ens, & secundum se actus est.

Præterea materia secundū se est subiectum actionis agentis: ergo secundū se antecedit actionē agentis: ergo etiā antecedit formā, quæ non est; nisi per actionē agentis: igitur actus secundum se.

Dicit etiam Thomist. digress. 1. Physic. quod materia secundum se etiam nullo ordine ad formam, actu est: & Alber. 1. Meta. tract. 2. c. 4.

Dico tertio. Materia est actus imperfectus in potentia ad quolibet actum perfectum, id est, materia est substantia imperfecta in se, at si comparatur ad actus perfectos, quæ sunt compositorum, est pura potentia, sicut lignum est ens in se, sed in genere artificiali est pura potentia, quia nec est arca, nec sedes, nec quid simile, sed est in potentia ista: ita materia est potentia ens perfectum, unde non est ignis, non aqua, non leo; nec quid simile; sed in potentia ista omnia, & hoc est illud Aristotelis, materia non est quid, non est quantum, &c. ut diximus in argumento quarto; hoc tamen non impedit, quin materia actum aliquem in se habeat, & hæc doctrina est obseruanda, per hæc solutū est argumentum primū: quod enim in tali potentia est, potest quidem esse substantia, quamuis imperfecta.

Ad secundum argumentum distinguitur duplex esse per se: Vno modo esse per se dicitur subsistere, & nullo modo in alio esse, qualiter prima substantia per se existit: Altero modo non esse in alio, ut in subiecto, & sic etiā forma per se est, & materia, & hoc sufficit ad rationē substantiæ imperfectæ, licet non possint materia,

1. Ratio.

2. Ratio.

3. Ratio.

4. Ratio.

Probatur testimonijs.

3. cōclusio.

Ad secundū argumentū principale.

ateria, vel forma extra ipsum compositū per se existere.

Difficultas an materia possit esse sine forma opinionibus alicuius.

Sed hic est vna difficultas, an per potentiam diuinam possit materia absque forma existere. Sanctus Tho. 1. par. q. 66. ar. 1. & quodlibeto 3. ar. 1. existimat, id esse impossibile, quia implicat contradictionem: Idem Durandus 2. sen. dist. 12. q. 2. At Scotus, & Gregorius dicunt, id fieri posse supernaturaliter.

Sententia auctoris.

Et mihi placet ista sententia, quia opinio S. Thomæ fundatur in hoc, quod existimat, materiā nullū habere actum, nisi a forma. Nos verò opinamur, materiam secundū se actum habere imperfectū, nō solum essentia, sed etiam existentia, cum existentia non distinguatur realiter ab ipsa essentia, & quamuis distingueretur, adhuc haberet existentiam aliquam præter existentiam formæ; nam sicut essentia est distincta, ita habere debet existentiam distinctam: est enim actus essentia ipsa existentia: posset ergo deus sua potentia sub tali existentia materiā absque forma conferre. Sed satis de hoc: fat sit naturaliter id nullo modo esse posse: & per hæc patet solutio ad secundum.

Ad tertium argu. principi.

Ad tertium dico, quod sicut materia habet suam entitatem imperfectam, ita etiam habet suam existentiam imperfectam, tunc autem perfecte est, & existit, cum coniuncta est formæ: & hoc est, quod Aristoteles dicit illo loco de Generatione, ex quo patet, quod materia & forma distinguuntur realiter, non sicut duo entia perfecta, & per se, ac separatim existentia; sed sicut duæ partes realiter existentes duæ, & quarū vna nō est altera, licet coniunctæ sint: coniunctio enim nō facit identitatem, vt diximus superius.

Ad quartū.

Ad quartum patet solutio in primo. Ad quintum distinguitur duplex vnitatis: Altera est transcendentalis, quæ consequitur omne ens: eo enim, quo aliquid est, quocumque modo, si indiuisum est, dicitur vnum, & talis vnitatis inest materiæ secundum se, quia vt diximus, est ens secundum se, licet imperfectum: Altera vnitatis est particularis, quæ consequitur ens perfectum, & tali vnitatis nō est materia vna, sicut nec est ens perfectum.

Nota de duplici vnitatis transcendentali & particulari.

Dices, est ne materia vna specie, an non? Dico dupliciter esse vnum specie. Vno modo positiuè, & hoc est habere formam vnius speciei, & sic materia secundum se non est vna, cum non habeat formam. Altero modo negatiuè dicitur vnum specie, quia non habet formam differentē specie, & sic materia est vna specie, quia nō habet formas secundū se differentes specie. Aduertetamē, quod materia non facit speciē, sed reducitur ad species compositorum, sicut partes & forma.

Dubiū, an materia sit vna specie.

Ad sextū Ploti existimat, materiā esse malam, non quia habet qualitatem malam, sed quia secundum se non haberet qualitatem bonam. Proculus, eā esse non bonam, dicebat. At breuiter est dicendum, materiam secundū se, sicut est ens imperfectum, ita esse bonū imperfectum: at vt est in potentia ad ens perfectum, ita esse in potentia bonum perfectum, actu verò non bonum.

Ad sextū.

Ex his patet, quare materia dicatur infimum ens, & mediū inter nihil, & ens perfectum: vnde Augu. lib. 12. cōfess. c. 3. & medium Duo, inquit, fecit Deus, alterū propè se, quo ipse esset superior, & hoc est primus angelus, quem vocat cælū: alterū propè nihil, quo nihil esset inferius, & hoc est materia, quam terrā vocat. Intellige autē esse infimam inter substantias, nam perfectior est accidentibus, cum sit substantia. Atque satis de quæstione hac.

Cur materia dicatur infimū ens, inter ens & nihil.

An potentia sit de essentia materia. Quest. XIII.

IN materia secundum se sit quadam simplex substantia expressus cuiusque formæ, tamen in potentia ad omnes formas, dubitare quis posset, an talis potentia sit accidens quoddam superadditum ipsi materiæ, an sit potius de essentia, & definitio- ne ipsius. Circa quam difficultatē est duplex philosophorū opinio: altera est Thomist. & Arist. digress. vltima. 1. Physicorū, qui asserit materiā in suo primo & essentiali conceptu non includere potentiam, sed esse accidens quoddam ipsius: idem docet Aucr. com. 69. & Iandu. 1. Phy. q. 25. Rationes duas huius ponit Aucrross: altera est,

1. Sententia Aucr. 1. Ratio.

est, si potentia est de essentia materiæ, sequitur, quod aduenire forma, destrueretur materia, quod falsum est: & probatur sequela: cum duo sunt idē essentialiter, vno destructo, destruitur alterū: sed potentia per formam destruitur, quæ est actus oppositus potentia: ergo etiam destruetur materia, si idem est.

2. Ratio.

Altera ratio est. Potentia est ad aliquid, materia est substantia, ergo non potest materia esse essentialiter potentia. Hæc est horum opinio.

2. opinio S. Thomæ.

Alter opinio est S. Thomæ, hoc lib. 1. text. 79. nempe materiam esse potentiam essentialiter, nec potentiam esse accidens ipsius, cuius ratio duplex est.

1. ratio.

Alter, si potentia esset accidens materie, materia non immediatè vniretur formæ substantiali, sed per illud accidens, quod est expressè contra Aristotelem 2. Anima. c. 1. & lib. 8. Meta. cap. 6.

2. ratio.

Alter, si potentia est accidens materie, cum illa sit prius natura, quam forma, sequitur, quod materia cū accidenti præcederet natura formæ: sed illa materia cum accidenti est ens per accidens: ergo per accidens ens præcedit id, quod est per se. Hæc est opinio S. Thomæ.

2. fundamē.

Pro determinatione horum sit primū fundamentū obseruandum. Potentia materie non solum est receptiua, sed etiam passiuæ, & causatiua rei: volo dicere, quod materia non recipit actū, sicut aqua vas, sed causa est generationis illius actus, vt materia: non solum enim materia recipit formam aquæ, aut aeris, sed ipsa est talis, vt ex ea fiat aqua, fiat aer, non aliud ab extrinseco forma ducta: ex quo fit, quod non solum ipsa sit subiectum mutationis, sed ipsius causa, & principium passiuum.

Vnde sequitur vnum maximè notandum, quod potentia ista materie immediatè, & primò non tendit in formam, sed in ipsum compositum, quod fit: at quia hoc non est sine forma, inde etiā potentia materie est ad formam: volo dicere, quod potentia materie est, vt sit aqua, vt sit ignis, vt sit leo primò, consequenter est in potentia ad formas, per quas ad illam actum peruenitur: & hoc docet Aristot.

Potentia materie immediatè nō tendit in formam, sed in compositum.

Aristot. tex. 69. sicut, inquit, ad leuicam lignū, ita materia ad hoc aliquid, & ens per se atque substantiam. & tex. 84. 4. Phys. dicit, id fieri quod erat in potentia: non sunt autem primò & per se nisi composita, vt latè postea dicemus. Hæc ergo primò sunt in potentia materie.

Sit secundum fundamentum. Ista potentia materie primò tendit in substantiam. Potentia materie immediatè nō tendit ad accidens, sed ad substantiam: at cum ista composita indigeant accidentibus ad suas operationes, & conseruationes, inde materia cōsequenter, et immediatè tendit in ea: quod probatur. Qualibet potentia primò terminatur in actus sui generis, sed materie potentia est substantia, ergo primò terminatur in substantiam. Secundò: Omne imperfectū tendit primò in id, quod perficit, sed sola forma substantialis imperfectionem materie perficit, ergo primò materia tendit in ipsam. Tertio. Accidentia præsupponunt ens in actu, cui insunt, sed non fit in actu nisi per formam substantialem: ergo prius natura materie substantia vnitur. Nolo tamen per hoc negare nōnulla accidentia inherere immediatè materie, sed tamē iam per formam actuari.

2. fundamē. Potentia materie immediatè nō tendit ad accidens, sed ad substantiam.

Sit tertium fundamentum. Potentia dupliciter sumitur: Vno modo pro quadam aptitudine ad agendū, vel recipiendum proxima, & hæc accidens est in predicamento qualitatis. Altero modo potentia dicitur principium substantiale, vnde talis aptitudo fluit, sicut dicitur Logici, quod rationalitas aliquādo dicit aptitudinem, & sic est passio, aliquādo dicit principium, a quo aptitudo fluit, & sic est substantia. Hæc autem distinctio clarior fiet in his, quæ sequuntur modò in determinatione quæstionis.

3. fundamē. Potentia dupliciter sumitur.

Sit prima conclusio. Si materie potentia sumatur pro aptitudine ad recipiendam formam, vel pro aptitudine passiuæ, secundū quā trāsmutari proximè potest, talis potentia accidens est propriū ipsius, vt argumenta Aucrross probant.

1. conclusio.

Sed non ad quæstionem satisfactum est, propterea sit secunda conclusio. Ipsa potentia

2. conclusio.

ria pro principio, nempe potentia illa, secundum quam materia tendit in ipsum compositum, & in formam, non solum ut receptiva, sed etiam ut materialiter causativa, est de necessitate materiae, quod est dicere, materia ipsa est in se, & essentialiter talis, ut ad actum perfectum tendat, & formae proportionetur recipiendae, nam materia essentialiter non solum est substantia, non perfecta, sed imperfecta taliter, ut perfici possit: & hoc est esse materiam primam. Unde potentia est, de essentiali conceptu ipsius, cum absq; hac nec intelligi possit, nec integrè defini: & forsitan hoc voluit etiam Averroes. nam li. de substantia orbis. c. 1. potentiam de definitione materiae esse asserit. Attende igitur essentialitatem materiae esse actum immixtum potentiae, nec existimo posse oppositum dici.

Ad primū Averrois.

Ad primum igitur argumentū Averrois, dico, quod adveniente forma, non destruitur potentia ista, sed priuatio, quae erat coniuncta cum illa potentia, quod est dicere: illa proportio, & modus materiae, quod imperfectus sit, & perfici potens semper manet, quamvis antè erat cū priuatione formae, nunc autem adveniente forma, nō manet priuatio: ac ob id Themist. loco citato dicit, non esse appellandam materiam, sed subiectum illius formae, nam materia dicere videtur priuationem: imò Arist. 9. Meta. c. 3. reprehendit Megareses asserentes actum non esse cum potentia: dicebant enim, si curro, non possum currere, quod reprehendit, oppositumque docet.

Ad secundū

Ad secundum dico, quod potentia, quantum ad suum principale significatum, non est relatiuum, importat tamen relationem quandam consequentem, sicut scientia principaliter non est relatio. Quod si dicas, erit qualitas, dico, esse substantiam, nam potentia ad actum accidentalem est quidem accidens, sed ad actum substantialem, qualis ista est, substantia est: ex quo sequitur, quod sicut materia est vnica & potentia, quāuis secundum respectus, quos importat, multiplex sit iuxta multipliciter formarū specificarum, ad quas tendere potest.

An aliquid sit in materia manens in mutatione. Quæst. XV.



ostquam ea, quae ad quid sit materia, utcumq; discussimus, superest, ut qualis sit, nunc explicemus, præter ea, quae in argumentis præcedentium quæstionū diximus. Est autem sensus quæstionis propositæ, cum dictum sit in mutatione materiam manere sub termino utroq; mutationis, est dubium, an aliquid cum materia etiam maneat, & perseueret in omni mutatione. Nepe, an sit aliquid coeū materiae, quod semper sit cum ea manens in omni mutatione: & dico in omni mutatione, quia non disputo modò an aliquando accidens aliquod, quod erat in corrupto, maneat in genito, hoc enim discutietur in primo de generatione, ubi disputabitur an semper in corruptione fiat resolutio usque ad materiam primam, sed loquor de omni mutatione.

Sensus quæstionis.

Circa quā difficultatem existunt quatuor sententiae philosophorum.

Prima est Averrois hoc lib. cō. 63. & lib. 1. sententia de substantia orbis. c. 1. & 4. quam sequitur Gregorius Ariminensis. 2. sen. dist. 12. q. 2. artic. 1. Dicunt hi, materiam habere in se quantitatem longā, latam, & profundā, quae quidem quantitas est solius materiae, ratione cuius varias recipit formas ad varia composita constituenda, quae quantitas, quia varijs formis adaptatur, dicitur interminata, non enim in se terminum certum habet, nisi forma accedente, hæc enim est, quae ipsam tantam, & tantam facit: quia verò semper manet cum materia, nec destruitur destructa forma, dicitur coeua materiae.

1. Ratio.

Præcipuū fundamentū huius opinionis est hoc. Materia nō recipit formā aliquā, nisi sit separata ab alijs partibus materiae: sed hæc separatio in partes non est nisi per quantitatem: ergo ante aduentum formae præcedit in materia quantitas.

2. Ratio.

Præterea: si quantitas non esset coeua materiae, sequeretur, quod quantitas fieret ex non quantitate, & dimensio ex non dimensione, quod videtur falsum. Hæc est opinio Averrois de dimensionibus intermi-

termi-

terminatis in materia existētibus, & ipsi coexistentibus.

Secunda opinio Auicennæ.

Altera opinio est Auicennæ, lib. 1. sufficienti. ca. 2. inquit. Materiam habere quādam formam substantialem, ratione cuius est corpus quoddam indeterminatū, & ex hoc corpore postea fiunt determinata composita per particulares formas, ut ignis, aqua, leo, lapis, &c. hæc forma non est producta ab aliquo agente particulari, sicut nec materia, nec in corruptione destruitur, sed est incorruptibilis, & ingenerabilis, cum ipsa materia, quā (quia ab ea materia habet esse tantum corpus) vocat formam corporeitatis.

Ratio Auicennæ.

Fundamentum Auicennæ fuit, quia ante formas particulares debet quantitas præcedere in materia, ut in partes varias ipsam separet ad introductionem variarum formarū, ut etiam dixit Averroes: sed ista quantitas secundū Auicennam non potest esse in sola materia, cū sit potentia, ergo habet aliquam formā, qua sit actu, ut possit quantitatem recipere, et postea formas particulares. Hæc Auicenna.

Tertia opinio Scoti.

Tertia sententia fuit Scoti. 4. sen. dist. 11. q. 2. ar. 2. admittit eandem formam corporeitatis, sed differt ab Auicenna in tribus: primò, quod tantum in viuētib; ponit eam: secundò, quod eam produci dicit ex mixtione elementorum; & corrumpi, cum viuens dissoluitur in elementa, per corruptionem.

Ratio Scoti.

Fundamentū Scoti est, cum plura esse possunt ab vnica provenire forma, non sunt multiplicandæ formæ, cum verò ab vnica non possunt provenire, tunc sunt multiplicandæ in eadem re; sed in viuētib; esse corpus, & esse animatum, non possunt provenire ab eadē forma: ergo opus est, duas formas constituere, alterā, à qua sit corpus, alterā, à qua sit animatum: minorem probat, quia esse corporeum, est esse extensum, at anima est indivisibilis, ergo ab ea non potest provenire esse corporeū, ponenda ergo est alia forma. Hæc Scotus.

Quarta opinio D. Thomæ.

Quarta sententia est sancti Thomæ. q. de anima, art. 9. & 1. parte. q. 76. art. 6. nihil præcedere docet in materia contra Averroem.

Fundamentum huius sententiæ est: quia materia substantialis immediatè vnitur formæ substantiali, ut dictum est, non ergo per quantitatem. Hæc sunt opinioniones Philosophorum, cum præcipuis ipsorum fundamentis.

Prima conclusio contra Auicennam.

Pro cuius difficultatis determinatione quamvis omnes sint opinioniones probabiles, sit tamen prima conclusio. Non est ponenda forma corporeitatis, nec secundum Aristotelem, nec secundum rationem. Quod nō sit talis forma secundum Aristotelem, certissimum est, nam in hoc vehementer reprehendit Antiquos, quod ponebāt aliquod corpus actu, puta aquā, ignem, aerē, aut mediū pro principio, docens, id quod subiectum est mutationis, non esse compositum: isti verò non differūt ab his antiquis, nisi quod illi aquā, aut aerem, isti corpus aliud ponunt.

Probatur secundum Aristotelem.

Ratione autem probatur ex D. Thomæ in aureo illo opusculo de pluralitate formarum, et ex Averrois com. 69. primò: si subiectum generationis est compositum aliquod substantiale, sequitur, quod generatio non esset aliud, quàm alteratio, quae est secundum qualitates. Et probatur: nam in nullo alio videtur generatio ab alteratione, & mutatione accidentali differre, nisi quod subiectū alterationis est compositum in actu; quod si isti dicant, discrimen esse, quod in alteratione est subiectum compositū perfectum, puta, homo, leo, aqua: in generatione verò est imperfectum: hoc nihil valet, nam solum probat, esse diuersam alterationem, sed non probat, quod non sit alteratio, postquam subiectū est compositū actu: & confirmatur. Nam antiqui ob id dicebant, nō esse veras generationes, sed alterationes, quia ponebant subiectum actu: & hoc Aristoteles contra illos infert. Quod si dicas, illos ponere entia determinata, puta ignem, aut aquam: dico, nihil esse, nam etiam alij ponebant ens medium, quod non esset elementum determinatum: & hoc argumentum aduerte.

Secunda ratio.

Secundò ex ipsidem. Nihil recipit, nisi quod est in potentia, ergo subiectū, quod docet formam substantialem recipere, debet esse in potentia ad formam: si enim

K vllam

vllam haberet, iam esset consummatum ens, nec forma adueniens esset substantialis, sed accidentalis.

Tertia ratio Præterea tertio. Si ista forma substantialis esset in materia, altera adueniente, corrüperetur, quia duæ simul esse non possunt, ut alibi probandū est. Multis profecto, & fortissimis argumentis posset ista redargui sententia, sed ista sufficiat, cum manifeste constet esse contra Aristotelem.

Secunda conclusio Nulla quantitas præcedit in materia ante formam, semper perseverans cum ipsa. Hanc latè probauimus in præcedente questione, dum ostendimus, materiam potentiam esse immediatè ad actum substantialem.

Tertia conclusio pro Thomæ. Ex his sequitur tertia conclusio. Nihil esse in generatione & corruptione idem semper perseverans, nisi sola materia, ac ob id dicitur subiectum primum, ex quo fit aliquid, & vltimum, in quod omnia resoluntur: quia nihil sit in mutationibus perpetuum, nisi sola materia. Et vltimò hæc confirmantur, ostendendo fundamenta positaram opinionum esse infirma fati, & nullius difficultatis: ob id ad singula respondetur.

Ad primum argumentum Auerois. Ad fundamentum Auerois primum, quod præcipuū est, aduerte, omnè generatione præsupponere aliquid compositum, ex quo res generanda per transformatione fit, cum materia nuda non subijciatur actioni agentis, quod debet generare.

Nota secunda. Aduerte etiã, quantitatem præcedentis compositi separare materiam illam ab alijs omnibus, & durare, donec ab agente forma generanda introducat, qua adueniente, destruitur illa altera forma cum sua quantitate, & accidentibus, & succedit noua quantitas cum isto nouo composito, ita ut huius primum esse sit alterius primum non esse. Quod si petas, à quo corrupta sit altera quantitas. Dico ap ipso corruptente præcedens compositum: nam accidentia ad corruptionem compositi subiecti destruantur.

Dubium. Quod si dicas, à quo noua quantitas producit? Dico, ab eodem agente, qui de potentia subiecti educit quantitatem in actu. Sicut enim calor, & albedo, & reliqua accidentia educuntur de potentia sub-

iecti, in quo non erant, ita & quantitas.

Per quod soluitur secundū fundamentum Auerois; & nota, quod supra diximus priuationem non solum dicere carentiam venturæ formæ, sed etiam formam aliam in materia; ut agens possit in illam agere: & etiã ut illa materia sit distincta ab alijs, ut distincta introducat formam: & hanc doctrinam attente considera.

Per hoc etiã patet destructio fundamenti Auerois. Non enim opus est, hanc formam corporeitatis ponere ante quantitatem, sed formas particulares compositorum, quæ ab agentibus transmutantur.

Ad Scotum dico, quod fundamentum ipsius est omnium debilissimum. Nam non omnis anima est indiuisibilis, cum animæ plantarū & imperfectorum animalium sint diuisibiles: imò secundum sententiam multorum Philosophorū, sola anima hominis sit indiuisibilis: oportebat ergo solum in homine hanc formam corporeitatis ponere.

Et præterea etiam si id admittatur, nihil valet: quia etiam si anima secundum substantiam sit indiuisibilis, ac secundum operationes suas est diuisibilis, cum non eadem parte omnia operetur: ob id sicut reliquæ formæ propter suam esse quantitatem in materia inducunt, ita animæ propter suas operationes. Pater igitur cū S. Thoma esse dicendum, & cum opinione cõmuni, solam materiam esse perseverantem & perpetuam omnibus mutationibus substantialibus. Hæc de questione 13.

An materia sit ingenerabilis & incorruptibilis. Quest. XVI.

Sensus questionis clarus est: argumentum autè est probans, non esse ingenerabile, nec incorruptibile. Motus quilibet denominat suū subiectum per se: sed subiectum generationis, & corruptionis est ipsa materia: ergo ab eis denominabitur, dicitur generari & corrupti. Secundò; Si materia esset incorruptibilis, esset nobilior forma, & toto composito, quæ corruptibilia sunt, quod tamè falsum est. Et sequela patet: nam incorruptibile præstantius est corruptibili.

Ad secundam Notam

Ad fundamentum Auerois.

Ad argumentum Scoti.

Rationes in oppositum.

1. Ratio.

2. Ratio.

Circa

Primum fundamentum. In generatione sunt duo, subiectum, & terminus ad quem. Secundum fundamentum. Dupliciter consideratur generatio.

Circa hoc aduerte maximè in generatione seu corruptione esse duo, & subiectum ipsum, ex quo fit aliquid, & id est materia: & terminus ad quem, & hic est ipsum compositum, quod generatur, aut corrumpitur, puta homo, leo, aut aliud quoduis.

Aduerte autem, quod est vna, & eadè operatio, per quæ ex subiecto fit aliquid compositum, tamen differt, eam considerare ex parte ipsius subiecti, & ex parte ipsius termini: ex parte enim subiecti dicitur mutatio: quia ex mutatio est alicuius transitus ex vno in aliud: & sic subiectum, & materia dicitur mutari: quia ab vna forma in aliam transit. At ex parte termini est productio: quia productio dicitur acquisitione ipsius esse in se, & hoc acquiritur compositum: vnde homo producit, sed non mutatur per generationem: materia verò mutatur, sed non producit, quamuis eadem re sit operatio.

Hinc etiam aduerte, quod talis operatio aliquando significatur respectu termini: aliquando respectu subiecti, & tunc illa verba non de vtroque prædicantur, sic accidit in præsentia: hoc enim nomen, generatio & generari, dicunt illam operationem, ut est productio quædam, ob id de materia non prædicatur, sed de termino: at mutari, fieri aliquid, dicunt eam ratione subiecti, ob id de materia dicimus esse mutabilem, & quod materia sit ignis, sit aqua, & cetera. In accidentibus sunt propria verba, quæ significant operationem ex parte subiecti, ut alterari, augeri, quæ de subiectis prædicantur: vnde cum aliquid generari, vel corrumpi dicitur, intelligitur non de subiecto, sed de composito, & de eo, quod per generationem acquirit esse, vel per corruptionem ipsum perdit. Hoc nota.

Prima conclusio. Sit prima conclusio. Materia non est generabilis, nec corruptibilis per se, id est in generatione suam esse non accipit, nec in corruptione perdit. Probatur primo ratione Arist. text. 32. in omni generatione oportet subiectum antecedens dare: si ergo materia est generabilis, oportet aliquid subiectum constituere: vnde non esset subiectum primum.

Secunda. Præterea, quia adhuc querendū esset

de alio subiecto, an fieret, & tunc ex alio fieret, aut esset deueniendum ad vnum, quod non fieret, aut esset processus in infinitum, qui nullo modo, est admittendus.

Possumus etiam tertio probare. Cum ex aqua fit aer, aut tota aqua perit ita, ut nihil in aere maneat, ex quo ipse fiat, aut aliquid manet. Si aliquid manet, habemus intetum, non corrumpi materiam. Si verò tota aqua corrumpitur, ex nihilo fit aer, & in nihil redigitur aqua, quæ naturaliter esse non possunt.

Quarto. Omne agens præsupponit aliquid subiecti, in quo agat semper, & ex quo faciat aliquid, hoc autem non potest esse contrarium purum. Nam si tota aqua esset contraria igni, aqua non posset calorem vllum recipere in se: ergo aliquid est in aqua non contrarium igni, ex quo faciat aliquid, puta alterum ignem, quod non corrumpitur ab igne, cum non sit contrarium.

Quinto. Quia quod generatur aut corrumpitur, est ens actu. Materia est potentia: non ergo generatur, aut corrumpitur.

Denique ex analogia rerum artificiarum, ex quarum destructione vel constructione, nec destruitur, nec fit ipsarum materia: ergo idem est intelligendum in subiecto naturalium.

Secunda conclusio. Materia est generabilis, & corruptibilis per accidens. Est quidem corruptibilis per accidens: quia amittit priuationem, quæ est ipsius accidentis cum ea coniunctum. Est generabilis per accidens, quia acquirit in se formam, quam non habebat: sed forma non est ipsamet materia. Nota autem, quod non amittit omnem priuationem materia, sed illius forme, quam acquirit. Est enim impossibile, quod omnem priuationem amittat eò, quod sit in potentia ad omnes formas, & simul plures habere non possit, vnde fit, ut quandiu sub vna est, aliarum habeat priuationem.

Ex his conclusionibus sequitur, quod tanta est modò materia, quanta à principio mundi, & vsq; ad finem erit: quia ipsa nec generatur, nec corrumpitur, hæc enim secundum formas sunt: Vnde materia, quæ modo est sub vna forma, potest sub multis fuisse formis, & sub multis successiue erit.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Secunda conclusio.

erit: imò quæ nunc est facta vna, potest in plures partes diuidi, & sub singulis singulas recipere formas, & contra diuisæ partes in vnam coniungi, vt notum est.

Ad primū. Ad argumenta igitur respondetur: & ad primum patet solutio ex fundamento præsupposito: motus denominat subiectum: ea tamen ratione, qua illius subiectum est: At generatio potius dicit illū motum, seu mutationem ex parte termini, ob id terminus dicitur generari: Materia verò denominatur secundum nomen exprimens illum motum ratione subiecti, puta materia mutatur.

Ad secundū. Ad secundum respondetur: Tripliciter aliquid esse incorruptibile. Vno modo quòd extra materiam, & motum est, vt Angeli. Altero modo, quòd nō extra materiam, sed extra priuationem & potentiam transmutandi, vt cæli, quorum materia non est in potentia ad alias formas. Tertio modo: quod est subiectum primum transmutationis, vt materia prima. Quæ sunt primo, & secundo modo incorruptibilia, sunt perfectiora. sed nō, quæ tertio modo. Sic respondent aliqui.

Prima solutio. Sed mihi videtur sic dicendum: quòd incorruptibile est perfectius corruptibili, quando vtrumque est in eodem genere prædicamentali, & ens simpliciter. Cū verò alterum ens simpliciter, alterum secundum quid, præstat id, quod est ens simpliciter (quamuis corruptibile) enti secundum quid, licet incorruptibili. Materia autem est valde deminutum ens, & imperfectum, compositum verò perfectum: ob id compositum est perfectius simpliciter, quamuis secundum quid: putatā, quoad durationem, materia possit perfectior dici, sed non simpliciter.

Secunda solutio. Sed mihi videtur sic dicendum: quòd incorruptibile est perfectius corruptibili, quando vtrumque est in eodem genere prædicamentali, & ens simpliciter. Cū verò alterum ens simpliciter, alterum secundum quid, præstat id, quod est ens simpliciter (quamuis corruptibile) enti secundum quid, licet incorruptibili. Materia autem est valde deminutum ens, & imperfectum, compositum verò perfectum: ob id compositum est perfectius simpliciter, quamuis secundum quid: putatā, quoad durationem, materia possit perfectior dici, sed non simpliciter.

An materia appetat formam.

Questio XVII.

Sta questio mouetur propter Aristot. qui materiam appetere formam docet, quod nō admittit Auicenna, dicens, se nescire, in quo sensu sit ista propositio Arist. vera, nam si materia dicitur appetere formam: Vel est, quia nuda est omni forma, & hoc non, cum sem-

Sententia Auicennæ.

per cum forma sit: vel quia habet tædiū illius formæ, quā habet, & hoc non, quia æqualiter se habet ad omnē formā: Vel quia non est contenta illa forma, sed plures vellēt, & hoc non, quia simul plures recipere non potest: Vel quia habet aliquem motū circa formā, sicut lapis mouetur ad centrū, & hoc non, quia nullū motū ex se habet materia: Vel quia in ea est aliquod principiū intrinsecum impellens eam ad formā, & hoc non, quia ipsa est simplex substantia, nuda omni adiecto. Nullo igitur modo appetit formam.

Albertus tract. 3. cap. 17. dicit materiā appetere formam, esse dirigi à causa vniuersali prima in singulas formas, vnde talis appetitus non est in materia, sed in dirigente & mouente ipsam in formas.

At verò circa hoc aduerte, appetitum non esse aliud, quàm inclinationē quandam in bonum aliquod conueniens ipsi rei. Iste autem appetitus est triplex, intellectiuus, sensitiuus, naturalis. Intellectiuus est inclinatio rei in bonum, quod iudicat suo intellectu esse bonū, & hic appetitus est in rationali creatura. Sensitiuus est inclinatio rei in bonū, quod ipsa res iudicat bonum per sensum, qui appetitus etiam inest brutis, & vterq; dicitur cognoscitiuus eò, quòd inclinatio fit in bonum cognitum, & existimatū ab ipsa re esse bonū. Naturalis est inclinatio rei in bonum suum, quod tamen ipsa non cognoscit, qui appetitus inest inanimatis etiam, & insensibilibus, vt lapis appetit centrum. Hic autem appetitus nō est aliud, quàm propensio & conuenientia quædam ipsius rei ad tale bonum. Dixi autem, quòd talis res non cognoscit esse bonum. Nam Deus gloriosus, qui vnam quamq; re ordinauit in suos fines & pro pensionem dedit singulis in sibi cōuenientia, ipse cognouit talia, in quæ res absq; cognitione tendūt, esse illis cōuenientia.

Iuxta hoc dico primò: Materia nō appetit formam appetitu intellectiuo, nec sensitiuo: hoc autem est notum: quia materia nullo modo cognoscit, nec sensu, nec intellectu.

Dico secundò, quòd materia appetit formam naturali appetitu. In primis, quòd

Sententia Alberti.

Primū fundamentum

Quid sit, & quotuplex appetitus.

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

quòd appetat, patet, quia habet inclinationem in singulas formas, vt in id, quo perficitur: ergò appetit, nec ista inclinatio aliud est, quàm quòd materia sic sit proportionata singulis formis, vt quamuis sub vna sit, sub alijs æqualiter esse possit: tamen dicitur appetitus, quatenus cū proportionem hanc ad eas habeat, illis tamen est priuata, vnde appetitus hic propriè carentiam dicit, & priuationem, sed formaliter illam proportionem ad formam. Vnde patet error Auicennæ, non enim sumpsit hunc modum, quo materia dicitur appetere.

Appetitus materia est æqualis ad omnes formas.

Ex his sequitur, quòd appetitus materiae est æqualis ad singulas formas, non magis ad perfectas, quàm ad imperfectas, sed sicut priuatio est æqualis, ita & potentia, & appetitus.

Quæ sint nomina materiae. Questio XVIII.

Sex nomina materiae primæ secundū Auicennā.

Nomina materiae in duplici differetia sunt, quædam propria, quædam metaphorica. Propria Auicenna 1. lib. sufficien. cap. 2 assignat sex, quæ etiam recipit Albertus, tract. 3. cap. 12. Dicitur enim hyle, subiectum, materia, massa, origo, elementum. Hyle dicitur, quatenus est in potentia ad formas, cum ipsarum priuatione: subiectum verò respectu formæ, quam habet, quam distinctionem receperunt ex Themist. 1. Physic. digress. de materia. Notat autem Auicenna, quòd hoc subiectum est primū ad differentiam subiectorum accidentium, quæ sunt composita, & posteriora. Dicitur materia, vt ex ea omnes res naturales sunt confectæ, & ob eandē rationem secundum Auicennam dicitur massa, quamuis secundum Albertū dicta sit massa, quatenus in diuersas portiones diuisa, varia composita faciat. Dicitur origo, quatenus est principiū generationis rerū: Dicitur elementū, quatenus ex eo omnia primò componuntur, & in eam vltimò resoluntur. Attende nō esse aliud, omnia in materia resolui vltimò, quā quòd ex corruptione nihil sit superstes ipsi rei, nisi sola materia, cætera corrumpitur. Hæc sunt propria nomina.

Sed est circa ista primò notandū, quòd non oportet, hyle, & materiam duo nomina reputare, ita, vt diuersa significant, cum prorsus alterum sit Græcum, idem significans, quod apud nos materia. Id igitur quod tribuitur hyle, tribuatur materiae: & quod materiae dedimus, detur etiam massæ.

Nota primò An sint diuersa nomina hyle & materia.

Vltèrius est notandum, duplicem esse materiam, & primam, & secundam. Materia prima non aliud est, quàm ista substantia, de qua diximus, nuda, & secundū se considerata. Secunda verò est eadē dispositiōibus & qualitatibus induta: vnde nō differunt istæ substantiæ, ac si sint duæ substantiæ, sed sicut eadem nuda, & eadem cum qualitatibus. Si prima consideretur, est eiusdem rationis in omnibus rebus naturalibus. si verò secunda, non est eadem, sed varia, secundum quod variæ formæ varias habent in materia dispositiones: & de talibus dixit Aristoteles quarto libro de cælo, cap. 5. non esse vnam omnium materiam.

Nota secundò. Materia duplex: prima & secunda.

Circa nomina metaphorica Albertus assignat quatuor. Dicitur enim materia, sylua, mater, foemina, turpe. Sylua propter confusionē, vt enim multa artificia continentur in potetia, et cōfusē in sylua, sic formæ in materia: hæc autē confusio est indeterminatio & indifferentia materiæ ad formas. Dicitur mater, quia ex ea procedunt formæ. Dicitur foemina, quia recipiens ab agente formam producit compositum. Dicitur turpe, quia caret secundum se forma, quæ est pulchritudo, potestq; per talem formam fieri pulchra.

Quatuor nomina metaphorica materiae primæ secundum Albertum.

Circa hæc nomina aduerte, quòd quæuis ita verum sit, tamen iuxta Aristoteli materia non dicitur mater formarum, sed eorum, quæ fiunt, nempe compositorum. Hæc satis de materia. Ad textum Aristotelis redeamus.

Nota.

CAPVT VIII. Quot igitur, & quæ sint principia. Text. LXXI.

In his quæ dicta sunt de materia, Aristoteles vult soluere rationes Philosophorum, quæ pro-

procefferunt ex huius materiae ignorantia. Ob inexperientiam enim, id est, ob gaucam in Dialectica exercitationem, qua nescierunt per se, & per accidens distinguere, à veritate longè remoti sunt. Dubium igitur ipsorum proponit. Si fit aliquid, vel fit ex ente, vel ex non ente: ex ente fieri non potest, quia iam esset ens, antequam factum esset: nec ex non ente, quia non ens nihil est, ex nihilo autem nihil fit, semper enim aliquid est præsupponendum. Vnde ex hoc negauerunt generationes, & rerum corruptiones.

Et sic itaq; quòd consequenter accidit. **Tex. LXXII.**

Non solum illo errore contenti sunt, nam consequenter dixerunt non esse, nisi ens vnum, & non multa. Multitudo enim generatione, & factionem præcedentem importat: & ut dicit Philoponus, si multa essent, vnum non esset aliud, & ita esset non ens, vnde esset non ens, & ex tali generatio esse posset.

Nos autem dicimus, quòd ex eo, quod est. **Tex. LXXIII.**

Volens Aristoteles errorem antiquorum aperire ex indistinctione ipsorum, conatur illorum propositiones distinguendas esse probare, nempe ex ente fit ens, seu ex non ente fit ens: ob cuius gratiam dicit eas esse aliquo modo similes alijs, quæ tamen sunt distinguendæ. Dicit igitur, nihil differre, quantum ad modum loquendi, inter has propositiones: ex ente fit aliquid, ex non ente fit aliquid. Non ens agit, aut patitur, seu ens agit et patitur. Et inter has, ex me dico fit aliquid, seu ex non medico fit aliquid. Medicus agit, aut patitur, denique nihil differt in locutione per ens, aut per alium quemuis terminum loqui.

Quare cum hoc dupliciter dicitur.

Tex. LXXIII.

Similitudine inter illas propositiones posita, vnam illarum distinguit. Dicit igitur, de medico dupliciter enun-

ciamus, aut per accidens, aut per se: Per accidens, cum illa enunciamus, quæ ipsi insunt, sed non ut medicus est, sed ut aliquid aliud coniunctum habet: ut si dicas, medicus ædificat, medicus fit albus: hæc enim non illi, ut medico, sed ut ædificatori, & nigro insunt. Per se verò insunt, quæ illi, ut tali insunt, ut medicus medetur, medicus fit non medicus. Cum autem ea, quæ ei, ut tali insunt, enunciamus, sine dubio maxime proprie enunciamus. Ita similiter fit in ente, & non ente: enunciamus enim per se, & per accidens, licet maxime proprie cum per se, ut ea, quæ enti, ut ens est, & non enti, ut non ens est, insunt. Sed non ob id non sunt tales propositiones multiplices: possumus enim enunciare per accidens: atque in hoc errauerunt, inquit, Philosophi, quòd non diuiserunt, sed contenti fuerunt cum sensu per se. Hic cõsidera breuitatem Aristotelis: noluit enim propositiones enarrare, in quibus de non medio aliquid dicitur per se, ut non medicus fit medicus: aliquid per accidens, ut non medicus fit musicus. Similiter de non ente tantum dixit, non autem de ente, quia in textu sequenti dicturus erat id latius, ne esset eiusdem repetitio.

Nos autem & ipsi dicimus.

Tex. LXXV.

Distinctionem modò applicat, dicit quæ primo, ex non ente nihil fieri simpliciter, id est, per se, fieri tamẽ ex non ente aliquid per accidens: fieri aliquid per se ex non ente est, quod non ens, ut non ens faciat aliquid, & hoc fieri non potest: fieri verò ex non ente per accidens est, quod non ens faciat aliquid, sed non, ut non ens est, sed secundum aliam rationem, & hoc fieri potest, & istud est materia, quæ est non ens per accidens ratione priuationis, non est per se non ens: & ex tali materia fit res, vnde ex non ente fit ens, sed per accidens. Nam materia est non ens ratione priuationis, hæc tamen est per se non ens, nec ex ea fit per se res, Et aduerte, quòd cum dicit, ex non ente fieri per accidens, intellige, ut ex parte componente, de hoc enim est sermo, ne-

pe

pe de principio, ex quo intrinsecè res factæ sunt. At quia Antiqui non cognoscèbant hanc materiã, quæ esset per accidens non ens, sed omne nou ens arbitrabantur esse per se non ens, & nihil, ob id dicit, adhuc est mirabile, & nondum patet, quomodo ex non ente per accidens fiat aliquid. Non enim ipsi tale principium cognoscèbant, quòd per accidens esset non ens.

Similiter autem, nec ex eo.

Tex. LXXVI.

Postquam vnam propositionem distinxit, nempe ex non ente fit aliquid, ac docuit, veram esse, si sensum per accidens faciat, nempe ex aliquo, quod sit non ens, licet non ut non ens est, aliquid fieri posse.

Alteram modo distinguit propositionem, nempe ex ente fit aliquid, dicit quæ ex ente per se, non fieri aliquid, id est quatenus ens, sed per accidens, id est, ex illo, quod est ens, fit aliquid, sed non ut ens est: ita similiter dicendum est, de hac fit ens: est enim per se sumpta falsa, non enim fit ens, ut ens, quia oportebat ante illud nullum esse ens, aliàs non fieret, sed per accidens est vera, puta fit aliquid, scilicet, ignis, aqua, leo, quæ quidem sunt ens, sed non sunt in quantum ens.

In cuius declarationem aduerte, quòd semper illius, quod fit, eius regatio præcedit, ut fiat: vnde si ens, ut ens, fieret, oportebat nullum præcedere ens, & ita ex nihilo fieret, quòd esse non potest. At cum non fiat ens, ut ens, sed hoc vel illud ens, satis est, quòd præcedat aliquod non ens, puta non ens illud, quod debet fieri, licet hoc non ens sit aliud ens: & hoc est, quod Aristoteles intendit docere: quod ut fiat hoc ens (ut se vera fit) non oportet ex nihilo fieri, sed ex aliquo ente, quod non sit illud, quod debet fieri.

Quòd si dicas, si fit hoc ens, puta lapis, & hoc ens est ens: ergo fit ens. Respondet Aristoteles id probare, quòd fit per accidens, quatenus hoc ens, quod per se fit, est ens. Hoc etiã intellige ex parte subiecti, ex aliquo fit aliquid, non ex eo, quod illud, ex quo fit, sit ens, quãuis illud sit ens: sed ex eo, quod est in potentia, id, quod debet

fieri: ac propterea per accidens fit ex ente.

Hæc autem omnia veritatem habent **Nota.** ponendo materiam, ut ab Aristotele ponitur, quam non cognoscèntes Antiqui, has propositiones non distinxerunt. Tu aduerte hanc expositionem.

Post hæc exẽplo ostendit Aristoteles, quomodo ex ente aliquid per accidens fieri dicatur: fiat animal quoddam ex quodã animali, ut canis ex equo, seu vermes ex cane, tunc animal non solum fit ex quodã animali, sed etiã ex animali, sed per accidens: quia quoddã illud animal est animal, per se enim animal non fit ex animali: quia iã animal est, sed ex non animali.

Et si aliquid fit. **Tex. LXXVII.**

Concludit id, quod est, nec fieri per se ex ente, nec ex non ente, imò non fieri ex ente, nec non ente: quia tales propositiones, ut dictum est, faciunt sensum per se. At quia posses dicere, quomodo nec ex ente, nec ex non ente fiunt, & fiunt ex aliquo? videtur iam medium inter cõtradiçtoria dari. Respondent, non esse cõtradiçtoria: cum enim dicimus, non ens, non negamus omne ens, sed aliquid, puta non est, quod debet produci. Similiter cum dicimus ens, aliquid ens dicimus, potest quæ esse, quòd fiat ex aliquo: quod secundum se non sit ens aliquid, nec sit non ens aliquid, & id est materia, quæ non secundum se est non ens producendum, sed ratione priuationis, nec secundum se est id ens, puta aqua, aut ignis, aut aliud, ex quo illud fit, sed est in potentia utrunque.

Vnus igitur modus.

Tex. LXXVIII.

Hunc modum prædictum soluendi esse docet, alterum tamen ponit, nempe per distinctionem entis in ens actu, & ens potentia, ut dicamus: id quod est actu, fieri ex eo, quod est potentia, & ex eo, quod non est actu. Vnde fit ex ente, & ex non ente: hæc enim omnia verificantur ponendo hanc materiam huius naturæ, ut diximus, quam non aduertentes Antiqui dubitarunt, sed per eius cognitionem, ipsorum soluuntur dubitationes.

CA.

Quomodo ex ente, & ex non ente fiat aliquid

Nota.

CAPVT IX. Tangētesigitur. Tex. LXXIX



N cōsiderationis priuationis modo antiquos reprehendit quosdam, qui cum materiam attigissent, tamen insufficienter dixerunt, non separantes, & distinguentes priuationē. Inter hos fuit Plato, qui materiam à priuatione non separauit, ac inde concessit per se aliquid fieri ex non ente, admittens argumentum Parmenidis: Quicquid est præter ens, esse nõ ens. Ductus autē est Plato ad idem existimandum, priuationē esse cum materia, quia numero & subiecto cōpererat esse vnū, ac inde esse vnū potentia, id est, ratione, collegit, quod quidem falsum est. Non enim, quæ numero vnum sunt, ratione statim vnum sunt. Probat autē priuationem, & materiā differre. Primò, materia est nõ ens, secundū accidens tamē: at priuatio est nõ ens per se: non ergo priuatio est materia.

Nota primò quomodo priuatio fit per se non ens.

Aduerte, quòd aliud est per se non ens esse priuationem, aliud simpliciter non ens. Simpliciter non ens, est nihil. hoc autem non est priuatio: At per se non ens, est id, quòd intrinsecè claudit aliquod non ens, & talis est priuatio: dicit enim negationem, sed cum aptitudine: alterū non ens, alterum ens.

Nota secundò.

Vnde nota differētiās quatuor secundum se non ens, hoc est priuatio, per accidens non ens, hoc est materia, quæ non claudit intrinsecè priuationem. Simpliciter nõ ens, & hoc est nihil: non ens simpliciter, & hoc est ens imperfectum.

Secundò probat priuationem nõ esse materiā. Materia est propè substantia, nõ autē priuatio: nõ ergo priuatio est materia. Per substantiā intelligit perfectā substantiam, qualis est prima. Dicitur autē materia propè substantia, quia est pars intrinsecè huius primæ & perfectæ substantiæ.

Quidam autem quod non est. Text. LXXX.

Respondet obiectioni.

Quantum existimo, obiectioni respondet: Posset quidā dicere, non-

ne Plato materiam magnum & paruum dixit: ergo distinxit illam in duo, sicut ipse Aristoteles: Respondet, non sic Platonem tria principia posuisse, nam per magnum, & paruum, siue singula per se, siue vtraque simul, idem principium significauit, puta materiā, sunt enim duo nomina eiusdem principij, priuationem verò neglexit, quam Aristoteles principium facit.

Et subdit rationem, quare Plato priuationem despexit, inter principia computare: quia materia est permanens in re, & est mater eorum, quæ fiunt: at priuatio intellectum intendenti, & imaginē, id est, ipsam contemplanti, videbitur potius ad maleficium, id est, corruptionem rei facere. Ob id enim corrumpitur res: quia materia est priuata alijs formis. Nõ ergo priuatio debet inter principia computari, cum principia potius faciant ad esse ipsius rei, quàm ad non esse, ad generationem, & non ad corruptionem.

Existente enim quodā diuino. Text. LXXXI.

Svam opinionem constituit, tria principia distinguens. Primum est diuinū quæ tria principia secundū Aristot. & qualia. quid & appetibile, & hoc est forma, non Deus, vt vult Themist. Forma autē dicitur diuina: quia est quedam participatio, & similitudo esse diuini, iuxta illud, i. de cæl. ca. 9. ab illo supremo principio omnibus alijs exactius, alijs offuscatus esse, viuereq; dependet.

Alterum principium est huic oppositum, puta, priuatio. Tertium est ipsa materia appetens formā hanc. Istis verò qui priuationem à materia non separant, accidit dicere, quòd priuatio appetat formam, cum sit idem cum materia. Et ita idē appetit sui ipsius corruptionē per se, quod esse nõ potest. Vnū enim cōtrariū per se nõ appetit alterū, nec forma seipsā appetit, quia careret sui, cum nihil appetat nisi id, quod non habet. Relinquitur, quod materia appetat formā, sicut turpe appetit esse pulchrū. At ne quis existimaret, materiā esse turpē, addit, id esse per accidens, puta ratiōe priuationis. Et nota intentum Aristotelis: vult enim ostendere cum

cum forma sit quid appetibile, ponendū esse appetitum, hic non erit in priuatione, erit in materia: & non secundum se, sed ratione priuationis. Oportet ergo priuationem non negligere, aliās forma non erit quid appetibile, cum sit diuinū, quod falsum est.

Corrumpitur autem, & fit. Text. LXXXII.

Materiæ singularē proprietatē vltimo loco tradit Aristoteles, nempe esse per se incorruptibile, per accidens verò corruptibile: explicat autem vtrunque: Est quidem per accidens corruptibilis, quia amittit priuationem formæ, quam acquirit; quæ priuatio erat accidens ipsius materiæ: sed substantia eius, & potentia semper manet, ob id incorruptibilis est per se. Hoc autē probat, si enim materia esset corruptibilis, tunc fieret: cum autem in omni mutatione oporteat aliquid præsupponere subiectum: ergo antecedere aliquod subiectum, sequitur iam, quòd esset, antequam esset, nõ illud subiectum esset materia prima. Nam materia est primum subiectum; ex quo inexistente fit aliquid per se, hæc enim est ipsius definitio. Vltius si corrumpitur, in aliquod vltimum resoluitur: ergo esset corrupta, antequam corrumpere, illud enim vltimum materia est, ac si clarius diceret, cum in omni generatione semper aliquid sit præexistens subiectum, & in corruptione aliquid permanens, non poterit materia generari, nec corrumpi, illud enim subiectum permanens, & antecedens esset materia, non autem id, quod fit, aut corrumpitur.

De principio autem secundum formam. Tex. LXXXIII.

Postquam sufficienter de materia dictum est, dicit de forma, nempe prima, an vna sit, an plures, quor & quæ sint, non esse Physicum tractare, sed Metaphysicum. De formis verò generabilibus Physici est differere, & in sequentibus differetur. Nunc satis est, quot sint principia, & quæ determinasse. Prosequamur

vltius, aliud, inquit, sumentes principium: intellige cum Auerrore, aliud principium scientiæ, nam hucusq; principia plura esse ostendit, in secundo libro ab alio orditur principio, quæ fiunt, aut natura, aut alia causa fieri.

Hic aduerte, quòd compositum naturale, ex materia & forma constat, tamen non est eiusdem modi vna, & altera pars. Nam materia est eiusdem rationis in omnibus naturalibus, ita vt detur vna numero; materia secundum se omnium eorum, non tamen datur vna forma prima, sed plures secundum rerum compositarum pluralitatem. Quòd si datur aliqua forma communis, illa est abstracta & separata à rebus, nec est pars ipsarum rerū, sicut Idea, secundum Platonem, aut gloriosus Deus: vnde Physicus talem formā non considerat, sicut materia: est enim separata à sensu: Metaphysicus est, qui illam considerat cum diligentia, id est, quantum ad quid sit, nam quantum ad an sit, hoc est Physicum, vt notat hic Auerroes contra Auicennam, & nos alibi ostendemus.

Nota quomodo compositum componatur ex materia, & forma.

Hinc est, quòd Physicus non agit separatim de forma, sicut de materia: sed de singulis speciebus formarum sigillatim: hæc enim Physicæ sunt.

Quo Physicus agat de forma.

Dices, quare sicut fuit vna materia, nõ fuit vna forma? Dico, non esset tunc generatio, nec corruptio. Quòd si dicas, potentia materiæ est communis, debuit ergo terminari in formam aliquam communem. Aduerte, quòd hoc fuit vnum motuum Auicennæ ad ponendam formam corporeitatis, & sine dubio, nescio, an bene perpendit naturam potentiæ materiæ, nam potentia ista non est determinata ad vnum, sed indifferens, vt enim potentia ad contraria recipienda, Et potentia generis ad differentias non est ad vnum quid, ita nec potentia materiæ, sed semper manet apta ad recipiendam formam: & sic est conuenientissimum principium ad mutationes naturales.

Dubij solutio.

An aliquid forma præfuerit in materia.

Quest. XIX.

Sensus huius questionis est, cum compositum materia confici, & rationis.

forma, ac materia sit ingenerabilis, forma verò de nouo producantur, dubium est, an aliqua entitas præfuerit in materia, ex qua talis fuerit facta forma, alias enim videtur ea ex nihilo facta, materia enim non est pars formæ.

1. Sententia.

Circa hanc quæstionem multæ extiterunt sententiæ. Prima fuit illorum Philosophorum ante Aristotelē, qui nō intelligentes, ex quo possent de nouo tales produci formæ, prorsus de medio abstulerunt generationes substantiæ de nouo, docentes generationes esse quasdam alterationes, aut quasdam athomoriū præcedentium congregationes, vt patet dictum est.

2. Sententia.

Altera sententia fuit quorundam, quos refert Duran. 2. sen. d. 18. qui dicebant, in materia præcedere quasdam entitates, ex quibus sunt factæ postea formæ, vt singule sint pro singulis formis, quas entitates vocabant possibilitates formarum.

Tertia sententia.

Tertia sententia fuit aliorum, qui dicebant, partes formarum præcedere in materia, sed remissas valde, postea generatione intendi: & ita quælibet forma præcedit in materia sub esse remisso, & debili.

Quarta Alberti.

Quarta sententia fuit Alberti tract. 3. c. 3. & ca. 15. qui dicit formas omnes secundum esse, & existere produci, tamen in materia secundum essentiam præcedere, ita vt materia sit, vt quidem habitus formas omnes secundum essentiam præhabens. Non quòd sint plures, sed vnū sunt, nempe ipsa materia. Rationes horum omnium hæc sunt.

Prima ratio, quod aliquid formæ aliquid illius formæ præfuit in materia.

Prima, & omnium fortissima est. Cùm forma, ignis, verbi gratia producit vel non: si præfuit, habetur intentum: Si non, ergò ex nihilo est facta quod non est concessum agentibus naturalibus.

Secunda.

Secundò: omne simile appetit suum simile: Si ergò materia appetit formam, aliquid habet, in quo ei similetur, & hoc non est, nisi aliquid formæ.

Tertia.

Tertiò: Si nihil formæ præcedit in materia: ergò non est discrimen inter has formas, & animam rationalem. Nam anima hoc habet, quòd nihil ipsius præcedat in materiā: quod autem sit discrimen hu-

ius, & illarum, notum est: hæc enim non educitur de potētia materiæ, illæ verò sic.

Quarta.

Quartò: Priuatio est principium naturale per se generationis: ergò aliquid dicit præter generationem: hoc nō est forma, cuius est priuatio: nec ipsa materia: ista enim sunt principia per se: ergò aliquid aliud, & hoc est principium formæ. Hæc sunt argumenta communia omni opinioni prædictæ ex tribus vltimis, & sunt præcipua eorum.

Vt autem hanc difficultatem à principijs aperiamus, sit prima conclusio. Præter materiam oportet aliquā aliam partem substantialem ponere, qua sit compositum, & ea est forma: probatur.

1. Ratio.

Primò compositum substantiale est quoddam perfectum & completum in substantia, hoc non fit per materiam: est enim imperfecta, & in potentia, vt dictū est: ergò aliud oportet ponere, quo perficiatur. Vltèrius. Nullum imperfectum in aliquo genere perficitur in illo genere, nisi per aliquid illius generis. Sed materia est imperfecta substantia, & efficitur perfecta in composito substantiæ: ergo per aliquid substantiæ: ergo præter materiā, est alia substantia in composito, & hæc est forma.

2. Ratio.

Secundò, Omne agens tam intellectualem, quàm naturalem propriam in effectu facit similitudinem: ergo in producto est propria similitudo agentis: hæc nō est materia, quia materia vnus rationis est in omnibus, ergo aliquid aliud est, quo peculiariter agēti assimilatur, & id est forma. Maior explicatur: vocamus agens in intellectualem, quod agit secundum artem: naturalem, quod secundum naturam suam agit, vtrumque quidem simile producit, sed cum discrimine: Nam naturale agit simile in natura, vt ignis ignē, leo leonem: intellectualem verò agit simile in arte, seu in imagine, quam secundum artem sibi format in mente, vt agat.

3. Ratio.

Tertiò, In omni motu, & mutatione non solum est subiectum, sed terminus, in quem talis motus & mutatio terminetur. Sed materia est subiectum mutationis substantialis: ergo præter eam, oportet ponere aliam substantiam, vt terminum.

Secunda conclusio. Nota forma definitionem.

minum, & hæc est forma. Multis posset probari conclusio hæc, sed sufficiant ista, Vide S. Thomam, q. 1. de formis, articulo 2. Secunda conclusio. Forma est actus simplex formalis, vnum per se cum materia componens, principium propriarum operationum rei. Hæc conclusio est velut definitio explicans ipsius formæ naturam, ob id singule partes sunt explicandæ. Forma dicitur actus, quia dat esse materiæ perfectum, & determinatum in specie certa: Nam actus materiæ est imperfectus, & communis, ac potentialis, forma determinat & perficit ad certam speciem: ob id actus determinatè dicitur, quia nihil habet potentiæ, vt ab altero actu possit determinari Physicè: Dicitur simplex, ad excludendum actum, qui est totum compositum, qui simplex nō est, cùm in duas substantias partiales diuidatur: at forma est simplex, & incomposita substantia, vt diximus de materia, quod probat S. Tho. q. 3. de formis, ar. 1. At quæuis forma fit simplex, non tamen est simplex in vltimo gradu simplicitaris, quia oportebat, quòd nō solum non esset composita, sed nec cum alio componeret: & in hoc anima est minus simplex, quàm Angelus, Vnde Sanctum Thomam. quæst. 3. de formis, articulo primo, & Albertum tract. 3. c. 13. Dicitur formalis, vt intelligas, quomodo forma det esse materiæ: nempe se ipsa informando, & vniendo sibi materiam, sicut albedo se ipsa facit parietem album: & hoc ad discrimen cause efficientis, quæ dat esse, puta ignis facit lignum ignem, sed non dando se ipsum, sed aliquid aliud extra se producendo. Dicitur, vnum cum materia per se faciens, ad excludendas formas accidentales, hæc enim actus sunt simplices & formales, sed cum eo, cuius actus sunt, non faciunt vnum per se, sed per accidens: non enim complent accidentia subiectum, at forma complet materiam: est enim materia dimidium ens, vt diximus, ac ob id dicitur facere vnum per se cum materia. Dicitur principium operationum propriarum, quia actio formæ tribuitur, & ea omnia, quæ insunt omnibus rebus naturalibus, sed quibusdā hæc, quibusdā illa,

Ex his poteris naturam formæ contemplari.

Tertia conclusio. Nihil formæ præcedit in materia ante ipsius introductionem. Hæc est contra illas tres sententiæ, quæ sunt profectò intelligibiles: & probatur conclusio. Primò. Illud formæ, quod in materia ponitur: vel est idem numero cū forma, vel non: si est idem cum forma producenda, iam forma producenda non de nouo fit. Si verò non est eadē, vel ipsa conuertitur in formam, & hoc est naturaliter impossibile, quòd vna substantia in aliā conuertatur prorsus ita, vt vna fiat altera: si verò nō sic, sed ex ea fiat altera, tunc oportet aliud superaddere, ex quo simul cum illo præcedente fiat forma: petam igitur ex quo factum est illud additum, esset enim ex nihilo, vnde eadem redit difficultas.

Prima ratio.

Secundò, id quod in materia ponitur, vel est idē cum ipsa, vel nō: si est idem, non dicit quicquam contra nos, nec difficultatem fugientes soluit: si verò non, est idem cum materia, iam compositum facient, aut per se, aut per accidens ante formam, quorum neutrum est verum. Multa possunt argumenta proponi contra has sententiæ, sed cùm ex ipsismet earum constet improbabilitas & falsitas, prætermittantur.

Secunda ratio.

Quarta conclusio. Id, quod primò, & per se corrumpitur, generatur, producit, est compositum ipsum, ita quod actio non terminatur primò, nisi in compositum, fit enim leo, aut ignis, aut aliud simile, non autem forma, aut materia: & hæc conclusio est maximè tenenda, ex cuius veritate pendent multæ graues physicae determinationes, quam docet Aristoteles hoc textu. 84. & probauerat per textus aliquot antecessores: & est notandum caput octauum, lib. 7. Meta. vbi per multa verba eam docet.

Quarta conclusio.

Solum compositum per se generatur vel corrumpitur.

Et probatur. Id primò fit, quod primò erat in potentia materiæ: Facere enim est, id quod erat in potentia, ad actum reducere, vt dicitur 4. Physic. tex. 84. sed in potentia materiæ (vt diximus superius) est primo ipsum compositum, & ad hoc est ordinata talis potētia: ergo id primo fit, ac producit. Præterea, id primo fit,

Prima ratio.

cui est esse, cum productio sit via ad esse, sed compositi est esse, cum ipse sit operari: ergo ipsum primo fit.

Quinta conclusio. Formae per se non producantur, sed componuntur.

Ex hac autem sequitur quinta conclusio. Forma non producitur per se, sed componitur ad productionem compositi, quod est dicere, actio in ipsum compositum terminatur primo, & consequenter, ac velut per accidens in ipsam formam. Haec est singularis doctrina S. Tho. 1. par. q. 90. arti. 2. Ex quo patet, quid sit forma educi de potentia materiae, non enim est aliud, quam eadem actione consequenter fieri, & habere esse, qua sit compositum, quod educitur de potentia materiae.

Nota discrimen inter rationalis, & aliarum omnium formarum: & animam rationalem.

Ex hoc colliges discrimen animae rationalis, & aliarum omnium formarum: Haec enim omnes eadem actione habent esse; qua compositum fit: At anima rationalis à solo Deo creatur, & habet esse, agens verò naturale vniendo eam materię facit compositum, ob idque anima rationalis non educitur de potentia materiae. Aristoteles, 2. de gene. Animalium cap. 3. dicit, animam de foris aduenire: Vnde fit, quod destructio etiam compositi, ipsa non destruat, reliquae verò sic: ita enim se habent in generatione, & corruptione.

Ad argu.

Per hæc possumus ad argumenta respondere, in quorum solutione magis difficultas declarabitur. Ad primum, quod erat omnium potissimum, negandum est prorsus cum Aristotele fieri formas, aut produci, sed composita fiunt, non ex nihilo, sed ex materia: formae verò consequenter fiunt, & componuntur: vnde non est ipsarum creatio, quia creatio est actio, qua aliquid primo fit, formae verò non primo fiunt: hæc autem est vis concessa agentibus naturalibus, vt compositum produceret, ac simul mediante formas attingeret, quod non est creare, nec aliam philosophiam habemus ab Aristotele, & est optima, & notanda.

Ad secundum.

Ad secundum negamus, simile appetere semper simile sibi in forma: appetimus enim cibos, & alia, quae nobis non sunt similia, sed conuenientia: ita materia formam appetit, sicut imperfectum perfectum.

Ad tertium diximus iam discrimen inter formas reliquas, & animam rationalem.

Ad quartum dico, quod priuatio dicitur potetiam in materia cum negatione formae, & hoc sufficit, vt sit principium generationis, vt dicemus inferius.

Ex hac determinatione vnum sequitur, nempe differre generationem à creatione: generatio enim est ex aliquo praesupposito, vnde non facit totum ens, quod generatur, sed materiam perficit: at verò creatio est productio ipsius rei totius: creare ergo equum, est tota equi substantiam de nouo facere: generare verò est ex praesupposita materia, & ex parte illam facere; ac ob id creare est de nihilo, id est, post nihil facere aliquid, & Sanctus Thomas 1. par. q. 45. ar. 1. dicit, creatio est productio totius entis.

Nota quod differat generatio à creatione.

Dubitabis, an agens naturale possit creare. Dico, quod non, quia omnis actio naturalis praesupponit aliquod subiectum, & partem, ex qua fiat res: at creatio nihil praesupponit, aliam rationem adhibet. Sanctus Thomas 1. par. q. 45. artic. 5. quia est opus virtute infinita ad creandum, cum sit distantia infinita inter ens, & nihil, virtus autem infinita non potest esse in agente naturali.

Dubium, an agens naturale possit creare.

Scotus 4. d. 1. quæst. prima, reprehendit hanc rationem, dicens, quod ens non distat à nihil in infinitum, nisi secundum esse ipsius entis: vnde tantum formica ab ipso nihil distat: quantum est ipsum esse formicæ, quod est finitum.

Nota vnde sit assumpta virtus agentis.

At quicquid sit de hoc aduerte, quod virtus non solum est pensanda ex effectu, qui fit, sed ex remotiori potentia materię, ex qua educitur, vnde maior virtus, & actiuitas est necessaria ad faciendum ignem ex ferro, quam ex stupa: cum ergo non sit vlla potetia remota ab actu tantum, quantum est nihil, sine dubio colligitur, virtutem infinitam esse necessariam ad creandum, aut saltem tantam, quanta naturaliter non est concessa vlli agenti naturali. Et hæc sufficiant de quaestione praesenti.

An materia sit causa corruptionis in forma. Quæstio XX.

CVM



M. V. M. iam duplicem hanc partem in composito constituerimus, & quid sit vtraque explicatum sit, dubitare quis possit, cum talia composita corruptibilia sint, vnde eis corruptio aduenit, non enim patet, an à forma, an à materia id sit, & procedat.

1. Sententia Auicennae. Auicenna. 1. suae Physicæ, cap. 3. opinatur à contrario provenire corruptionem, ob idque res corruptibilis est: quia contrarium habet.

2. Sententia Auerrois. Auerroes libr. de substantia orbis, contrarium & materiam causas corruptionis ponit; sed quod Arist. 7. Metaph. tex. 22. & 29. materiam, inquit, esse, secundum quam res potest esse, & non esse.

Tertia, aliorum sententia. Alij à forma corruptionem provenire dicunt, nam Aristoteles hoc primo libro text. 68. dicit, formam sui absentia vel praesentia facere mutationem.

4. Sententia Authozis. Dico ad hoc, quod aliud est loqui de principijs corruptionis, aliud loqui de principio, vnde ista passio proveniat composito, nempe corruptibilitas. Si de principijs loquamur, sunt ista, materia, forma, priuatio & causa efficiens: hæc enim in mutatione qualibet necessaria sunt. Si verò de principio, vnde corruptibilitas provenit, sit sermo, id est, materia priuationi annexa, id est, capax forma, & ipsius priuationis: vnde Aristoteles text. 80. dicit, priuationem ad corruptionem, & maleficiū facere, & idem ibi explicat Simpl. Themist. D. Thom. & Philopon. Materia ergo est causa & principium in composito quantitatis, & dimensionis: est etiam causa alterationum secundum contrarias qualitates, est etiam causa corruptionum rerum. At forma est causa, quod res sit sub certa specie; est causa actionum rei: sola enim forma est actiuū principium: est causa eorum, quae peculiariter sunt, & non in omnibus naturalibus inveniuntur, quales sunt proprietates, passionesque rerum propriae. Est causa enim figurarum naturalium: figuræ enim rerum naturalium maxime specificant, & substantiales formas comitantur, ipsasque indicant.

An priuatio sit principium naturale.

Quæst. XXI.



M. V. L. T. A. in praecedentibus diximus de priuatione, & in expositione textus, & in quaestionibus praecedentibus: vt autem melius intelligantur, sit primum argumentum.

Non ens non est principium rei naturalis: at priuatio est non ens, cum sit negatio quaedam; & id Aristoteles fatetur: non ergo est principium.

1. Argumentum.

Secundo. Materia est prorsus idem res & ratio cum priuatione: non ergo opus est, ipsam distinctum principium facere à materia: probò antecedens: materia & priuatio sunt idem numero, vt dicit Aristoteles, ergo idem specie, ergo idem definitione, ac per consequens ratione: hæc enim consequentiae videntur bonae ex ipsa logica, quae enim sunt idem numero, vel diuersa solo numero, specie, & ratione eadem sunt: maior enim vnitas includit minorem, vt patet.

2. Argumentum.

Tertio. Si priuatio esset aliquid praeter materiam, sequitur, quod oporteret multiplicare totas priuationes, quot sunt formae, quod videtur extra rationem.

3. Argumentum.

Circa hæc aduerte primo, quod priuatio, vt antea dictum est, differat à negatione pura: Hæc enim dicit absentiam aliquid, nihil positiui ponens, vt non homo solam hominis negationem dicit: At priuatio dicit, non solum negationem formae, sed in aliquo subiecto, vt non homo priuatiue est aliquid, quod non est homo: ob id 4. Meta. text. 6. priuatio dicitur negatio intra genus, nec solum priuatio ponit subiectum, sed aptitudinem in subiecto ad illam formam, cuius est priuatio, vt negatio formae in subiecto apto ad illam sit priuatio, & talis priuatio est in materia prima.

1. Fundamentum. Quomodo differat priuatio, & negatio.

At ista non sufficit ad generationem, sed ulterius priuatio dicit aptitudinem, & potentiam propinquam ad illam formam: vnde non homo non dicitur lignum: quia est potentia remota, sed embrio, qui est in proxima dispositione, vt fiat homo: idem de quocunq; alio dicendum est, talis priuatio est, quae dicitur principium.

Aduerte.

IN LIBRUM SECUNDUM DE PHYSICO AUDITU.

De intentione, ac diuisione huius libri.

2. Fundam. Quid dicat formaliter priuatio. Aduerte secundò: quod si puram essentiam generationis consideremus & mutationis: priuatio non dicit formam aliquam præcedentem in subiecto, sed quòd nondum sit id, quod debet fieri: ponit enim subiectum cum aptitudine: at quia naturaliter tale subiectum non est sine opposita aliqua forma, nec agens aliter posset transmutare, & agere in subiectum, sit quod priuatio ponit oppositam aliquam formam in materia: vnde non ignis est aqua, aut quoduis aliud, quod in ignem transmutatur.

3. Fundam. Alia sunt principia generationis, alia rei generata. Aduerte tertio. Principia rei compositæ non esse, nisi duo per se, formam & subiectum: generationis verò & productionis est etiam priuatio principium, quod est dicere, vt ex subiecto fiat aliquid, oportet quod subiectum nondum sit id, quod debet fieri, aptum tamen, vt fiat, hoc autem est habere priuationem.

1. Conclu. 1. Ratio. His suppositis, sit prima conclusio. Materia, & priuatio non sunt idem ratione. Hanc multo magis ostendit primò: quia priuatio non est ens, puta includit negationem, non autem materia. Secundò: quia priuatio non est pars substantiæ, materia verò sic. Tertio: Priuatio non appetit formam, materia verò appetit. Quarto, materia perseverat in composito, priuatio recedit: non ergo sunt idem ratione. Alia argumenta Aristoteles ponit, quæ prætermittimus, quia facilia sunt in textu, & res est nota.

2. Conclu. 1. Ratio. Secunda conclusio. Priuatio est principium intrinsecum productionis naturalis, non tamen ipsi compositi, id est, priuatio nec est subiectum, nec forma, sed terminus à quo generationis.

3. Conclu. Tertia conclusio. Ex priuatione hæc sequitur appetitus materiæ ad formam, quod est dicere, propterea materia dicitur appetere formam, quòd cum sit apta ad eam, nondum habet, ipsi tamè, vt suæ perfectioni proportionabilis est, adaptari potest.

Ad primū. Per hæc ad argumenta respondetur. Ad primū dicitur, quod priuatio non est omnino non ens, non enim est pura negatio, sed quid reale ponit, & hoc sufficit, vt sit generationis principium, quamuis non rei.

FINIS I. LIBRI

Ad secundum, possumus vno modo dicere secundum doctrinam Scoti: Dupliciter dici aliquid vnum numero, intrinsecè, aut extrinsecè, id est vnum numero intrinsecè, quòd est vltimus actus iam amplius in plures partibilis, qualia sunt indiuidua cuiuslibet speciei. Extrinsecè verò, quæ vnum subiectum habent, & tali vnitate extrinseca omnia accidentia vnius subiecti vnum sunt numero, non tamen intrinsecè. Per hæc respondetur, quæ sunt vnum intrinsecè numero, sunt vnum specie, sed non quæ sunt vnum extrinsecè. Sic autè dicuntur materia & priuatio vnum, ob id non sunt idem ratione.

2. Solutio. Nota de vnitate numerica accidentium. Possumus etiam dicere, quòd accidentia non habent aliam vnitatem numericam, quam à subiecto, ob id, quæ insunt vni subiecto, vnum numero dicuntur. In accidentibus autem non valet illud, quæ sunt vnum numero, sunt vnum specie.

Ad quartū. Ad quartum dico, quòd materia secundum se vniam habet priuationem, quæ si respectu ipsius comparetur, vna est: at ad formas relata, plures dicitur.

Nota, quòd in materia vna sit vel multiplex priuatio. Sed aliter respondeo, & est notanda solutio, quòd dupliciter loqui possumus de priuatione, aut de ea, quæ est in materia prima, quæ dicit potentiam primam ad quamlibet formam, & hæc vna est ex parte ipsius, vt modò dicebam: aut loqui possumus de ea, quæ est in materia proxima ad quamlibet formam, quæ est terminus propinquus generationis, & hæc multiplex est, sicut multiplex est materia proxima, & multiplex forma introducenda.

Cum autem dicitur: priuatio est principium, intellige in genere, siue sit hæc, siue illa: sicut etiam cum dicitur, forma est principium, non de vna forma, sed vniuersaliter de qualibet forma intelligitur: & ita argumentum manet solutum. Nec reputamus inconueniens, multas admittere priuationes, sed non in vna materia, sed in singulis proximis materijs singulas proximas priuationes. Ipsius verò materiæ secundum se, vna est priuatio secundum se. Atque hæc pro præsentibus sufficiant dicta de priuatione, quæ erat tertium principium.

PHYSICORVM.

IN

Aliorum sententia.



VBIVM statim se primo offert de intentione libri huius: non enim oēs in ea conueniunt. Auerr. enim, & S. Thomas hic principia scientiæ tradi docēt, nempe incōplexa, subiectum, passionem, & mediam, & est congrua expositio. Simplicius verò dicit, hic tradi principia propria substantialis mutationis, nam in primo de vniuersali mutatione tam substantiæ, quam accidentis dictum est: sed hæc non placet, nam quæ dicta sunt de accidentibus in primo, gratia exemplorum & declarationis dicta sunt. Philoponus non malè dicit hic agi de forma, nam in primo abundanter de materia, parum de forma dictum est, sed in hoc amplius de forma, parum de materia dicitur.

Sententia authoris.

Sed mihi videtur posse dici, quòd in primo libro de principijs generationis rerum naturalium dictum est: Hic verò de principijs motuum, qui consequuntur res naturales, & postea in tertio de ipso motu, & credo hoc esse magis ad mentem Aristotelis.

Diuisio libri.

Diuiditur ergo iste liber in tres partes. In prima de natura est sermo, qui est principium motus: In secunda, quomodo Physicò à Mathematico differat, quia videntur de re naturali vterque differere: In tertia de causis est sermo, vt quæ causa sit natura, intelligatur. Atque hæc circa libri intentionem.

CAPVT I.

Eorum quæ sunt.

Tex. I.



PTIMA methodo, quid natura sit, indagat, vt enim 1. de Anima, c. 2. inuestigaturus quid esset anima, animata inanima tis comparauit, ac in quo differrent, percipit, nempe quòd animata à se mouentur & cognoscunt, indeque colligit animam esse principium quoddam motus & cognitionis: ita & modò natura quid sit ostensurus, id, in quo naturalia à non naturalibus discrepēt, querit, per id enim constabit definitio natura. Ante omniam verò distinctionem ponit eorum, inter quæ est comparatio faciendā. Eorum, inquit, quæ sunt, quædā sunt natura, id est, constant natura: quædam ob alias sunt causas, id est, quædā sunt naturalia, quædam non naturalia. Quæ autem naturalia sint, exemplis explicat, nempe animalia, ipsorum partes, plantæ, elementa quatuor, & alia huiusmodi, puta mixta, inanimata ex elementis composita.

Methodus Arist. in inueniendo, quid sit natura.

Sed quid per alias causas intelligit? Respondet Themist. & alij, artem, electionem, fortunam, quædam enim arte, quædam electione, vt actus morales, quædam fortuna, & casu fiunt, vt monstra, & alia huiusmodi, & hæc non naturalia dicuntur. At quamuis ita sit secundum veritatem, existimo tamen Aristotelem hic de artificialis agere, hæc enim maximam habent cum naturalibus proportionem, & solùm est sermo de compositis, non de actionibus, aut accidentibus, sed sensus est, compositæ res, quæ in rebus comperiuntur, quædam arte, quædam à natura sunt facta.

Dubium 1.

Nec modo monstra à naturalibus separantur, modo enim communiter loquimur, vt omnes sentiunt, ex hac enim com.

communi opinione, id quod intendit, nempe definitionem naturæ vult indagare.

2. Dubium. Sententia Alexandri. Dubitabis, quare dicit animalia, & ipsorum partes esse naturalia entia: Themist. Alexand. & Philopon. respondet, quia in hoc differunt partes naturalium à partibus artificiatorum, quod partes naturalium sunt etiam à natura, vt manus, pes, caput, & reliqua: At partes artificiatorum non sunt ab arte: nam partes domus, ligna; lapides, à natura, non ab arte sunt.

Sententia Simplicij. Simplicius hoc non recipit, dicit enim quod partes etiam ab arte sunt, vt cubi- cula, muri, tecta, & in statua etiam par- tes ab arte sunt: nam lapides & aurum, & lignum materia est, non pars: Materia autem, nec in naturalibus est naturale quid, sed est natura, & mihi hoc placet, præsertim, quia hoc modo non partes animalium solum, sed etiam elementorum, & mixtorum oportebat dicere esse, naturalia entia.

Sententia Authoris. Ob id dico (quantum existimo) ob id Aristotelem distinguere partes viuentiū, quia nō sunt eiusdem rationis cum ipso toto, non enim caput est animal, aut manus: propterea erat ratio dubitandi, an essent naturalia entia. In elementis verò, & mixtis, cum partes sint eiusdem ratio- nis cum toto, sicut totum cōstat esse ens naturale, ita & partes. Vndè id intellige etiam de partibus plantarum: sicut de animalibus, quamuis non sint tam diuer- sè à toto, sicut partes animalū: ob id in his explicat Aristoteles, & attende, quod est sermo de partibus integrantibus, non de materia, & forma, hæc enim non sunt naturalia, sed naturæ.

Omnia autem, quæ dicta sunt.

Constitutis naturalibus, modò dif- ferentiam eorum à non naturali- bus ponit: Est autem hæc differen- tia, quod naturalia in se habent aliquod principium sui motus, vel quietis, id est, eò, quod naturalia sunt, aliquo motu mouentur, cuius in se principium habent, vt lapis mouetur deorsum, ignis sursum, animalia progrediuntur, reliquæque na-

turalia, vt talia aliquid participant mo- tum. Artificialia verò, vt talia sunt, non mouentur, vt cathedra ratione figuræ artis nullum motum participat. Distin- guit autem Aristoteles motus hosce: est enim motus localis, qui fit secundum lo- cum: est augmenti & decrementi, qui fit secundum quantitatem: est alterationis, qui est secundum qualitates, atq; his mouentur res naturales.

Quæ autem quibus moueantur moti- bus, non facile est explicare, propter di- uersitatem opinionum. Simplicius existi- mat, hos tres motus esse tribuendos ele- mentis solis, vt omnia dicantur moueri secundum locum, ignis secundum aug- mentum, aqua secundum alterationem, quia densatur & cōdensatur: & hoc asse- rit Simplicius, quia existimat animam non esse naturam, quæ est in viuentibus, ob id motus viuentium, vt talia sunt, nō sunt naturales.

Sed pace Simplicij, hoc est fingere ad libitum. Etiam fundamentum est falsum, anima enim natura est actiua, vt dicem⁹ postea. Adde quod esset sibi ipsi contra- rius, nam expressè s. Physic. text. 27. ani- malia probat à seipsis secundum natu- ram moueri, quæ in se motus præsentis habeant.

Ob id dico primò cum Themist. & A- lexand. quod non sic est sumenda ista mo- tuum diuisio, vt quibus vnus inest mo- tus, non inest alius, imò quibusdum pos- sunt omnes inesse, sed distinctio est diuer- sorum motuum, quorum vnus non est alius. Vndè secundum Auerroem dico secundò, quod secundum locum mouen- tur animalia, elementa, mixta, cæli, licet non omnia eodem modo, vt posterius dicemus. Secundum augmentū mouen- tur sola viuentia, reliquorum enim non est augmentum proprium. Secundum alterationem omnia mouentur præter cælos, quamuis non eodem modo: vndè patet, quædã esse, quæ nō mouentur om- nibus motibus, quædam verò sic: Nam animalia omnibus mouentur: cæli tan- tum secundum locum: elementa verò, & mixta inanimata secundum locum & alterationem,

Lectus

Lectus autem, & indumentū.

Text. II.

VM naturalia, vt naturalia, aliquo moueri motu docuisset, nunc arti- ficialia, vt talia sunt, nullo modo moueri docet, vt lectus à forma artis nō habet in se nec motum secundum locū, nec alterari, nec augeri, sed totus motus est ab extrinseco. Quod si dicas, nōne le- ctus est grauis, & lapis deorsum descende- ret, nisi impediretur? Similiter calefit, & alteratur? Respondet Aristoteles id non esse, vt ab arte est, sed vt naturale quid participat, puta, quia ex ligno, quia ex ferro, aut ex aliquo alio est, quæ quidem naturalia sunt.

Tanquam natura sit.

Text. III.

EX proposita differentia inter natu- ralia, & non naturalia colligit egre- giè, quid sit natura. Cum enim na- turalia in hoc à reliquis differant, quod motus in se principium habent, erit igitur natura principium & causa motus, & quietis eius, in quo est primum per se, & non secundum accidens.

Nota pri- mō. Duplex prin- cipium mo- tus, intrinse- cum, & ex- trinsecum. In cuius declarationem aduerte, quod motus duplex esse potest principium, al- terum intrinsecum, alterū extrinsecum. Extrinsecum est illud principium, quod non est in eodem subiecto cū illo motu, vt ignis est extrinsecum principium cale- factionis aquæ: quia ille motus calefa- ctionis est in aqua, at ignis nō est in aqua. Intrinsecum principium est, quod est in illo subiecto, in quo est ipse motus, vt cū lapis deorsum fertur, est principium quod- dam in lapide, quo fertur, idq; est intrin- secum: quia est in illo, in quo est ipse mo- tus. Attende ergo, quod natura est princi- pium motus intrinsecum, id est, est prin- cipium, vt moueatur illa res, in qua ipsum est, ac ob id dicitur, est principium mo- tus eius, in quo est.

Nota secun- dō. Principium intrinsecum motus du- plex, princi-

verò in lapide est forma ipsius substantia pale, & in- strumenta- lis; in reliquis verò, aut forma aut ma- te.

Attende, quod natura non est princi- pium instrumentale, sed principale & substantiale: idè dicitur in illa definitio- ne, primum, est enim illa particula con- iungenda cum principio, vt sit sensus, est principium primum, & non cum sequē- ti, vt putauit Auerroes.

Aduerte præterea, quod principium Nota tertio. Principium motus in ali- plex, aut per se, aut per accidens. Per se est (loquimur autem de intrinseco) cum illi rei competit moueri, quæ tale principium habet, vt forma lapidis est principium in- trinsecum per se, quia lapis ob illam for- mam mouetur: per accidens est, cum res non habet moueri, vt tale principium ha- bet, sicut Medicus sanat se, tunc Medici- na est principium motus intrinseci: quia sanatio est in ipso Medico, sed est per acci- dens: quia vt Medicus non habet sanari, sed vt infirmus: & signum, quod sit per accidens, est, quia aliquando recipitur sa- natio, & sanatur is, qui non est Medicus, quod quidem ostendit, Medicinam per se non efficere motum intrinsecum.

Attende ergo, quod natura debet esse principium intrinsecum per se, ac pro- pterea ponitur illa pars definitionis per se, & non secundum accidens, ad excludē- das aliquas formas artificiales, quæ per ac- cidens sunt principia motus intrinseci: quamuis aliæ sint, quæ nec per se, nec per accidens sint motus principium intrinse- cè, vt ars edificandi, & similes, quæ nul- lo modo possunt in se operari. Atque hæc sufficiant pro explicatione definitionis, est enim postea magis examinanda in que- stionibus.

Naturam autem habent.

Text. IIIL.

VM quid sit natura, docuisset, que- dicantur habere naturam, seu entia naturalia, explicat, dicitq; substan- tias tale principium habentes esse entia naturalia, nihilq;, nisi substantiam dici habens naturam, quod quidem probat. Natura aut est subiectum, puta materia,

M aut

aut in subiecto, puta forma, sed nihil habet materiam & formam per se, nisi composita substantia: ergo ea sola est habens naturam.

Nota quid forma sit in subiecto.

Aduerte, quod forma dicitur esse in subiecto, non sicut accidens, & materia dicitur subiectum, non sicut accidentium subiectum: quæ omnia latè in primo libro explicata fuerunt.

Secundum autem naturam.

Text. V.

Quid quid natura, quid habens naturam explicuisset, declarat modò, quid sit ens secundum naturam, & dicit, ens secundum naturam dici, tam compositum, & habens naturam, quam passiones & proprietates, quæ à natura procedunt, ut ferri sursum, ferri deorsum, sunt secundum naturam ignis & terræ, quæ quidem proprietates non dicuntur, nec natura, nec habentes naturam. Ex quo habes, naturam esse ipsum motus principium, habens naturam ipsum compositum substantiale, ens secundum naturam, & tale compositum, & proprietates naturam consequentes.

Quid igitur est natura.

Text. VI.

Explicato iam, quid sit natura, quid habens naturam, quid ens secundum naturam, posset quis dicere, quomodo ostensum est, quid sit natura, nondum discussio, an sit natura? Respondet huic dicens, quod est per se notum, naturam esse, constat autem ex i. Poster. cap. 3. de per se notis non esse opus tractare, aut interrogare, an sint: dubitare enim de per se notis, an sint, est signum hominis, qui non potest distinguere per se nota à non per se notis, & talibus hominibus accidit id, quod accidit cæco disputanti de coloribus: hic enim potest quidem syllogizare, & disputare, sed non habebit scientiam rei, nisi solum scientiam nominum, quia non distinguit, & cognoscit id, quod per se notum est: ita similiter isti, qui per se nota non cognoscunt, ostendunt se non habere potentiam cognoscendam per se nota, ideoque scientiam solum non

minum habebunt, non rei. Hoc est, quod dicit textus, quod contingat hoc pati, id est, quod istis eueniat eò, quod per se nota ignorent, manifestum est nempe quod quantumcumque disputent, sicut cæcus de coloribus, quos non vidit, solum vocum cognitionem habent, non rerum ipsarum: & nota hanc expositionem, quia nescio, an à multis locus sit intellectus.

Videtur autem nonnullis natura. Text. VII.

Lacet in hoc loco expositio Sancti Thomæ, & Auerrois, qui docent Aristotelem velle materiam probare esse naturam ex Antiquorum etiam opinione. Hi enim id, quod secundum se esse informe permanens in generatione & corruptione vocabant materiam, ut in artificialis lignum, æs, aurum, & similia sunt materia: hæc enim, reliquis destructis formis, permanent, & inducebantur hoc argumento. Id, quod est substantia cuiusque, est natura: sed materia est substantia: ergo ea est natura, quod esset substantia, ostendebant: quia id, quod permanet, & patitur semper, nec corrumpitur, est substantia, talis est materia, quod Antiphon hoc signo ostendebat: Sumatur statua lignea talis, ut possit lignum putrefieri & germinare, & condatur sub terra, tunc producit lignum, non statua: ergo lignum erat substantia, non forma statuæ, atque id est natura.

Si autem & horum aliquid. Text. VIII.

Ostendit etiam materiam esse naturam in rebus naturalibus, sicut in artificialibus, ob eandem rationem: ut enim lignum, aurum, æs permanent sub diuersis formis artificialibus, ita est etiam materia permanens in istis, ex qua facta sunt, puta aqua, aer, aut quid simile, quæ materia dicitur etiam natura horum, sicut illa erat natura artificiatorum.

Quocirca sanè hi quidem. Text. IX.

Concludit, Antiquos omnes materiam posuisse naturam, sed non omnes

Innes eodem modo: quilibet enim ponebat naturam illam substantiam, quam existimabat esse principium: unde qui aquam esse principium putauit, illam esse naturam dicebat: Similiter qui aerem, aut ignem, aut horum medium, aut omnia simul, denique pro diuersitate principiorum erat diuersitas in assignanda hac natura: omnes tamen conuenere, materiam esse naturam, & substantiam: formas autem esse accidentia, & dispositiones quasdam huius substantiæ, quorum opiniones in lib. i. satis sunt enarratæ & dispositæ.

Et horum quidem quodlibet. Text. X.

Declarat, qualiter isti huiusmodi principia ponebant. Dicebant enim, ista principia esse perpetua, nec corrumpi inter se, reliqua verò corrumpi, & generari, ut Empedocles dicebat, semper manere ignem, aquam, & reliqua duo: cætera omnia, nempe mixtionem varias, quæ erant formæ, destrui infinites. Concludit ex omnibus, materiam dici naturam.

Nota.

Vbi aduerte, quod non probat opinionem Antiquorum in positione materiæ, cum multò aliter (ut visum est) sentiat de materia, sed in hoc, quod materiam naturam esse secebantur, quamuis, quæ vera esset materia, non intelligerent. Postea subiungit contra Antiquos, formam esse etiam naturam. At ne videretur equiuocatio de forma accidentali, quæ figura dicitur (hæc enim non est natura) addit, quæ secundum rationem dicitur, id est, à qua sumitur definitio, hæc est substantia, & natura dicitur.

Vt enim ars dicitur. Text. XI.

Tribus rationibus probatur formam esse naturam.

Tribus rationibus ostendit, formam dici naturam, quarum prima est. Vt se habet ars ad artificiale, ita natura ad naturale: sed artificiale dicitur à forma artis: ergo & naturale etiam à forma. Et aduerte, quod per artē intelligit ipsam formam ab arte factam. Minorem ostendit: lectus, & vnumquodque artificia

le non dicitur tale per hoc, quod est in potentia, & nondum habet formam, sed per ipsam actu formam. Probat etiam conclusionem: quia caro, ossa, & reliqua nondum dicuntur suam habere naturam, quousque habeant formam, per quam vnumquodque definitur: ergo forma est natura.

Quare alio modo. Text. XII.

Concludit ex præcedenti ratione, formam esse etiam naturam eorū, quæ habent principium motus. At ne quis existimaret se de forma abstracta loqui, dicit, se sermonem facere de formis particularibus, quæ sunt in ipsa materia, nec ab ea separatae consistunt, nisi tantum ratione & intellectu. Intermittit autem vnum verbum, nempe compositum ipsum, cuius est forma, non naturam, sed secundum naturam dici (ut superius est dictum) non solum autem formam naturam esse contendit, sed etiam magis naturam, quam materiam, quia vnumquodque magis est, cum est actu, quam cum est potentia, sed per formam fit ens naturale in actu, per materiam in potentia: ergo magis natura forma, quam materia.

Amplius fit ex homine homo. Text. XIII.

Secunda ratione, materiam esse naturam probat. Figura statuæ, ob id non dicebatur natura, quia ex statua non fiebat status, sed ex ipsius ligno lignum, at ex homine homo procedit, & ex leone leo: ergo horum formæ erunt nature ob eandem rationem, quæ lignum, cum in his similitudo in forma trahitur, & permaneat.

Amplius autem natura dicta, ut generatio. Text. XIII.

Tertia ratio est. Generatio dicitur via ad formam: sed generatio dicitur natura: ergo forma, ad quam tendit, dicitur natura. A termino enim ad quem fit denominatio, ut de albatio motus est ad albedinem, denigratio ad nigredinem. Dices, non videtur denominatio esse à termino ad quem, nam medicatio

dicitur, non quod sit ad Medicinam, sed potius quod procedat à Medicina. Respōdet, non sic dici medicationem, sicut generationem, nā medicatio significatur p modū actionis, & est motus à quodam in quiddam: at generatio est per modū passionis, & mutationis, & est motus ex aliqua materia in aliquā formam. Cū igitur non denominetur à materia, dicitur à forma, vt dealbatio, & denigratio. Quid aut generatio sit motus ex aliquo in aliquid, patet per ipsum concretū: nasci. n. seu generari, est ex aliqua materia in aliquam mutari formam.

Nota 1. Hic aduerte primò, quòd hoc argumentum magis habet robur Græcè, nam loco generationis habetur φύσις, quod etiam significat naturā, & est perinde, ac si nos diceremus, nationem, quæ est motus in formam: ergo forma natura est.

Nota 2. Aduerte præterea, quòd non quæcunque generatio dicitur φύσις, sed viuentiū generatio. Differt. n. multum generatio viuentiū à generatione non viuentiū. Generat. n. viuentia præbendo virtutem productiuam, & etiam materiā, ex qua effectus fiunt: & etiam aliquod incrementum ministrant, vt animalia dant semē, in quo est virtus productiua, etiam materia: & postea per aliquod tempus foetū per se alunt. Animalia enim viuipara foetum intra se alunt: ouipara verò in ouo luteam partem ministrant loco cibi pullo; dum est intra corticem, ex parte autē alba pullus fit, vt refert Arist. i. Hist. ca. 5. & li. 3. de Genera. animalium. c. 1. vnde talis viuentiū generatio dicitur φύσις, & generari, hoc est, nasci. At non viuentia non ministrant ex se materiā, nec augmentum, sed in extrinseca materia generant, ipsam disponentes. Per hæc patet sensus Arist. qui ex viuentiū generatione, quæ dicitur natura, ipsorum formas naturas dici contendit, & per has omnes etiam reliquas aliorum entium naturalium formas.

Forma itaq; natura est.

Text. XV.

Formam naturam esse concludit. At cū priuatio, vt exponit Albertus,

sit aliquo modo principium generationis, & aliquo modo forma, etiam eam aliquo modo esse naturā docet. Vnde per priuationem terminum à quo mutationis intelligit, vt in 1. lib. quicquid velit Philopo. & alij. Vt autem superius diximus, priuatio ponit aliquam formam in materia, vt nō ignis est aqua, aut quid simile. In accidentibus us est forma opposita, aut media, vt non album est nigrum, aut medium: An autem in mutatione substantiali hoc ita sit, quòd priuatio importet formam, contrarium posterius docet esse examinandum, nempe in libr. de generatione, & corruptione.

Ex quibus colligimus, quid sit natura, & quòd natura est duplex, materia, & forma: & quòd forma est magis natura, quā materia: & quòd priuatio quodam modo dici possit natura: & quid dicatur habens naturam: quid ens à natura, seu secundum naturam.

An definitio nature sit bona.

Questio I.

T magis ea, quæ in textu dicta breuiter sunt, elucidetur, oportet ea argumentis, & questionibus discutere. Igitur aduersus definitionem nature est primum argumentum. Absolutum non debet per respectuum definiri, vt notum est: at natura, cū sit substantia, est quid absolutum: principium verò, & causa quid respectuum: non ergo debuit per ea definiri.

Secundò, principium & causa videntur idem, vel saltem est vnū superius altero: ergo in definitione tanti momenti non debuit, quid superfluum poni.

Tertiò, Alicui inest natura, quod tamē non quiescit, vt cælo, quod cū sit ens naturale, nunquā quiescit: & similiter contra terra est ens naturale, quæ tamen nunquam mouetur: nō igitur natura est principium motus, & quietis simul.

Quartò, Materia est natura, tamen nō videtur esse principium motus, cū sit subiectum: hoc autem non dicitur principium, nec causa diminuta: ergo videtur definitio, &c.

Quia.

Quintum. Quintò, Natura est æquiuocum quid, vt patet 5. Metaph. ca. 4. non ergo debuit definiri.

Sextum. Sextò, Vnū non est principium primū contrariorum: motus, & quies contraria sunt, vt notum est: nō ergo natura potest motus, & quietis esse principium.

Septimum. Septimò, Ars cantandi, saltandi, & aliæ similes non sunt nature, & tamen sunt principia motus intrinseca de per se, non sicut Medicina, quæ sanat alios, hæc verò motum efficiunt in his, in quibus sunt: quisque enim per artem, quam in se habet, cantat, & saltat. Hæc sunt argumenta, quorum solutione declaratur natura definitio.

Primum fundamentum. Sit primum fundamentum. Natura aliter à Philosophis alij, quā ab Arist. definita est. Plato enim, vnde recepit Philo-
Platonem. lophon, sic definit: Natura est vita, seu vis quædam per corpora diffusa, ipsorum gubernatrix, & rectorix: imaginabatur enim esse quædam substantiā à Deo procedentem, quæ in hæc inferiora diuidebatur, vt singulis singulæ responderent partes maiores, vel minores, prout magis, vel minus Deo accedebant, atque has partes in singulis naturas vocabant, ab ijsque motus, & reliqua proueniebant.

Hanc substantiam, vt à Deo procedit, vnam asserebant: vt verò corporibus erat communicata, plures. Quod luminis exemplo explicabant, quod, vt à sole procedit, vnum est, vt verò inferioribus communicatur, plura.

Vnde Pythagoras, & Hermes, Trimegistus sic definebant naturam: Natura est vis, & forma absoluta, egrediens à causa prima, quæ postquam egressa est, diffusa est per corpora naturalia, & in singulis est principium motus, & status. Aristot. verò longè aliter philosophans nihil ponit in corporibus substantiale, præter materiam, & formam, quæ sunt principia motus, atque talem substantiam à Deo procedentem rebus cōmunicatam præter substantiam rejicit merito, isti enim præterquā quòd ipsorum opinio est falsa, dicunt tamen, & non probant.

Secundum fundamentum. Sit secundum fundamentum. Natura, vt tradit Aristoteles 5. Meta. c. 4. quia.

Nota acc.

que modis dicitur. Primò, pro ipsa generatōne natura ratione, & productiōe viuentiū, vt in textu expositum fuit. Secundò, pro materia prima, ex qua facta sunt entia naturalia. Tertiò, pro materia proxima cuiusque generis, vel speciei entium, vt aurum dicitur natura vasorum aureorum, & ligna natura scammorum ligneorum, & aqua natura argenti, terra natura plumbi, hæc enim sunt materia ipsorum proxima. Quartò, pro forma, quæ in vnoquoque est principium motus. Quintò, pro substantia cuiusque rei, & essentia, quo modo dicimus etiam naturam in spiritualibus. Vnde Boetius lib. de duabus naturis, dixit, persona est rationalis nature indiuidua substantia. In presenti autem, vt modo definitur, tantum pro materia, & forma sumitur.

Sit tertium fundamentum. Definitio Tertium sumatur, vt ex textu colligitur, est sic intellegendam: Natura est principium, & causa, ad denotandam nature multiplicatē, quæ materiam & formam cōprehendit, motus & quietis eius, in quo est, ad excludenda principia extrinseca motuum, quæ non dicuntur propter illos motus nature. Non enim quia ignis est principium motus aquæ, natura dicitur, sed quia motum in se facit, puta à forma habet sursum ascendere.

Dicitur, primum, ad excludenda instrumentalia principia motuum, qualia sunt accidentia, & potentia, quæ sunt in compositis, quibus formæ, aut materia operantur.

Dicitur, per se, & non secundum accidens, ad excludendas aliquot formas artificiales, quæ faciunt motum in his, in quibus sunt, sed per accidens, vt dictum est de Medicina, quæ formæ non sunt nature. Ex his constat, bonam esse definitionem nature: at vt notior fiat, oportebit argumentis respondere, quorum solutiones exactè eam declarabunt.

Ad primum respondet Albertus secundo Phys. tract. 1. ca. 3. & Sanctus Thomas in presenti, quòd in his, quæ absoluta quidem sunt, tamen aliquem secū ordinem important, non est absurdū, quòd etiam aliquid, quod talem ordinem explicet.

placet, ponatur, dum definiuntur: sic est natura. nam materia, & forma considerantur dupliciter: aut ut ad esse pertinet, substantiamque compositi faciunt: & sic materia, & forma, vel substantiae dicuntur: aut ut motus ipsius compositi causae sunt: & sic natura dicuntur, ob id per motum & ordinem ad ipsum definiuntur, nec ideo natura ratio est, sed aliquid relationis importat. Vnde frustra Philoponus aliam definitionem assignare contendit, ut diximus in 1. fundamento.

Ad secundum.

Ad secundum dico etiam cum Sancto Thoma, & Alberto, quod principium & causa non dicunt ibi idem; nec vnum est superius altero, sed ponuntur duo ad explicandum naturam non vno modo dicitur. Vnde Burleus, & Auicenna dicunt, quod principium dicit formam, causa vero dicitur propter materiam, quamuis Sanctus Thomas dicat, quod principium dicit ordinem, causa vero influxum, & operationem, & vtrumque dici optime potest: vnde patet, non esse quicquam superfluum.

Ad tertium. Quomodo natura sit principium motus, & quietis.

Ad tertium respondent Porphyrius, & Philoponus, quod illud: Et, aequiualeat in illo loco: Vel, ut sit sensus, est principium motus, vel quietis, Sanctus Thomas vero, & Auerroes dicunt, non esse opus hoc dicere, sed quod sensum faciat copulatam, & sit sensus: natura est principium motus, & quietis, in quibus est motus, & quietis: & motus solius, in quibus solum est motus, ut sit suppositio accommodata, nempe motus & quietis a natura proueniunt, non ab alio. Vtraque expositio quantum ad rem coincidit, & vera est. Non enim dicendum est cum Alexandro, quod hic solum definiantur, quae simul mouentur, & quiescunt. An vero caeli quiescant, & an vero sint entia naturalia, post ea examinabitur.

Ad quartum.

Ad quartum dicitur, quod materia non est subiectum motus, sed compositum. Hoc enim est, quod alteratur, augetur, & secundum locum mouetur: & etiam si esset subiectum, adhuc causa & principium dici posset, nempe causa materialis, & principium materiale: Nam

causa, & principium etiam de materia dicuntur.

Ad quintum.

Ad quintum. Aliqui recte volunt, naturam esse vniuocum materiae, & formae, sicut genus, non enim in omnibus acceptationibus hic sumitur, quae enarrantur in quinto Metaphys. & est magis probabilis opinio, quamuis dici non admodum improbabiler possit cum Alberto, & Auerroes, esse analogum: possunt autem analogia defini, ut dicitur 6. Topicorum & 4. Metaphys. cap. 2. de hoc autem in logica dictum est.

Ad sextum.

Ad sextum aduerte, quod duplex est quietis: Altera naturalis, quam attingit natura per motum, ut est illa, qua quaeque res in suo naturali loco quiescit, ut lapis in centro, ignis in sua Sphaera. Similiter cum res naturalis per augmentum in proprio termino suae magnitudinis quiescit. Altera violenta, ut cum extra locum proprium corpora detinentur. Natura est principium quietis naturalis, nec inconuenit, ut dicit Albertus, quod vnum sit contrarium principium, cum vnum ordinatur in aliud, ut in finem: sic autem se habet natura: motus enim est causa, ut quietem consequatur in his, quae quiescere apta sunt.

Ad septimum.

Ad septimum respondet Auerroes, quod illa ars est causa actionis, sed non alicuius rei actae. Sed mihi non satis facit ista solutio: ob id dico, quod in motu est ipsa res, quae est motus, & est modus, & qualitas motus, quod sit sic, vel aliter dico, quod ipse motus saltandi, vel cantandi non est principium ars, sed natura: modum vero praestat illa ars, ideo non est natura, non enim est motus principium. Ex his patet naturae definitio.

An omnia entia naturalia, dicantur naturalia a principio intrinseco actiuo motus.

Quaestio II.



Primum est quaestio sensus, ante quam quicquam determinemus. Aduerte, quod motus alicuius rei duplex est principium: & actiuum, quod aliis est efficiens

Explicatur sensus quaestio.

efficiens causa: & passiuum, quod illum recipit. Petimus igitur, an quaelibet res naturalis, quae mouetur, habeat in se vtrumque principium, ita ut se moueat, & moueatur a se secundum locum, aut qualitatem, aut quantitatem. Nec hic vocamus ens naturale, ut distinguitur contra supernaturale, sed omne id, quod in se cuius motus principium habet: vnde Adamus, licet supernaturaliter esset factus, erat ens naturale: quia motus sui in se habebat principium. Nec similiter hic disputamus de celo, de hoc enim erit quaestio peculiaris, sed de elementis, & mixtis, tam animatis, quam inanimatis.

Prima expositio. Circa quam duplex est opinio opposita. Altera est Auerrois. 3. caeli, comm. 28. quam recipit Landu. 8. Physic. q. 12. & Gregor. 2. sen. d. 6. q. 1. ar. 3. & alij multi, quae consistit in duplici diuisione, & concluditur expositione. Prior diuisione est. Aliquid dupliciter est in potentia ad motum aliquem, aut in potentia essentiali, aut in potentia accidentali. Id dicitur in potentia essentiali, quod non solum est in potentia ad motum, sed & in potentia ad formam, vnde fuit motus: ut Rusticus est in potentia ad philosophandum essentiali: quia ad actum & habitum est in potentia: & id, quod non habet calorem, est in potentia hac ad calefaciendum, quae potentia ab alijs dicitur remota. Potentia accidentalis est, quae habet formam, nondum tamen ad operandum venit, ut calidum actu est in potentia hac ad calefaciendum, quae potentia dicitur propinqua, ita similiter graue, aut leue dicitur in potentia accidentali ad motum, cum iam est graue, aut leue, sed nondum mouetur: dicitur in potentia essentiali, cum nondum est graue, aut leue.

Prima distinctio. Posterior distinctio est. Mouens est duplex: coniuictus, & per se, ut manus tactu mouens baculum: separatus, ut proiectis ex se lapidem. Quibus suppositis, ponitur.

Prima conclusio ipsius. Inanimata, imò nullum ens naturale reducitur actiue ex potentia essentiali ad motum, quod est dicere: Nihil habet in se suae generationis actiuum principium: & clarus: Nihil se ipsum generat.

Secunda distinctio. Pro opinione Auerrois. Prima conclusio. Sensus Auerrois.

Secunda conclusio. Inanimata habet in se actiuum principium per se coniuictum, quo se ex accidentali potentia ad actum reducunt, id est: lapis in se habet actiuum principium, quo se mouet deorsum, & sic de alijs, & tale principium est ipsa forma inanimati, mediante aliquo accidenti, puta grauitate, aut leuitate: vnde patet, quod motus inanimatorum prouenit a principio actiuo per se intrinseco.

Quod si dicas, in quo differunt a viuētibus: Dicunt aliqui horum, quod viuētia non solum habent sui motus actiuum principium, sed etiam iniatiuum, eo quod a se mouentur, & incipiunt a se moueri: at inanimata non incipiunt a se moueri, ut patet de lapide, & de alijs, sed incepto motu ab aliquo extrinseco, puta generante, vel remouente prohibens, continent actiue suum motum per formam, & virtutem formam comitantem.

Haec est opinio horum: & probatur. Primum. Primò: cum lapis mouetur deorsum, vel mouetur a suo loco naturali, vel a medio, vel a generante, vel a se. Non a loco, quia locus non proprie mouet. Non a medio, quia medium est indifferens pro motu sursum ignis, & pro motu deorsum aquae. Non a generante: quia potest esse, quod sit corruptus, dum lapis mouetur, est enim generans causa particularis, quae fecit lapidem. Ergo mouetur a se.

Secundo. A qua calida, remoto calefaciente, infrigidat se, ac reducit se ad frigiditatem antiquam. Ergo mouet, & alterat se.

Tertio. Si inanimata solum habent principium passiuum motus, sequeretur, quod motus eorum essent violenti, quod falsum est. Et patet. Nam motus lapidis sursum est violentus, & tamen habet principium passiuum. Nam ratione materiae non repugnat motus ille lapidi: non ergo sufficit principium passiuum, ut motus sit naturalis.

Opposita est opinio S. Th. hic, & 8. Physic. text. 32. & 3. p. q. 32. art. 4. qui asserit, inanimata non moueri actiue a se, sed ab extrinseco, puta a generante, vel remouente prohibens, ita ut omnia sint principia passiuua, quae in ipsis sunt inanimatis.

Prima ratio
D. Thom.

Et probatur expressè ex Arist. 8. Phys. tex. 32. grauia, inquit, & leuia non habent principium agendi, sed patiendi, & ratio est ipsius Aristi. si haberent enim actiuū principium, & passiuum sui motus, tunc vel forma esset actiuū principium, & materia passiuum, vel aliqua pars cōposita inanimati esset actiua, & mouens, & altera pars mota: neutrum potest esse. Primū enim, quia forma non mouet per se, nec materia per se mouetur. Nec secundum dici potest, quia cum inanimata sint homogenea, & ipsorum partes sint eiusdem rationis, non videtur, quare vna debeat moueri, altera moueri.

Nota.

Hic aduerte, quod vim huius rationis nō soluit, quod sit actiuum principium continuatiuum: nam absolutè impossibile est imaginari, quod forma moueat per se, nec aliqua pars eiusdem rationis alia: In viuientibus, cum sint ætherogenea, potest assignari pars composita, puta cor, quæ moueat reliquas, sed non in homogeneis.

2. Ratio.

Altera ratio est ex tex. 28. eiusdem lib. 8. dicit, quod de istis inanimatis quæstio est, quid est id extrinsecum, à quo mouetur: est enim manifestum, quod non à se hoc enim est officium vite, & viuientium proprium. Quid clarius? Sit ergo ratio, vi uere est à se moueri: inanimata nō viuunt ergo nō à se mouentur. Quod enim isti dicunt, quod non initium motus habent, hoc nil est, nam solum erit, vt dicantur aliter viuere, sed non quod non sint viuentia. Hæc igitur est sententia S. Tho. opposita Auerois in 2. conclusione; in prima enim nulla est controuersia.

Prima conclusio.

Pro huius determinatione sit prima conclusio. Viuentia habent in se intrinsecum essentialia principia motus, non solum passiuum, sed etiam actiuum, ita vt à se moueantur, & se moueant. De hac nulla est controuersia, sed tamen est declaranda.

Nota.

Aduerte, cum duplex sit principium primum motus, & actiuum, & passiuum: aliquando ista sunt disiuncta, vt principium actiuum sit extra motum, & motus solum sit, vbi est principium passiuum, vt calefactio aquæ. Non. n. actiuum prin-

cipium est in aqua, sed passiuum tantum: aliquando simul sunt coniuncta, vt vbi est motus, ibi sit ipsius actiuum, & passiuum principium, vt cum animal progreditur. Et ista principia aliquando coniunguntur ad omnes motus, sicut in animalibus. Hæc enim se mouent secundum locum, se augent secundum quantitatem; se alterant secundum qualitatem: in nutritione aliquando coniunguntur ad duos motus, vt in plantis, quæ se augent, & se alterant, dum se nutriunt.

Aduerte autem, quod viuere non aliud est, quàm quoddam se mouere, & vita sit viuere.

Nota quid
sit viuere.

quidem motus sui: & omnia, quæ se aliquo motu per se, & à principio essentiali, puta forma, mouent, viuunt. Hinc fit, quod ea, quæ apparent mouere se, licet non se verè moueant, dicimus viua analogicè, vt aquas viuas, argētum viuum, ignem viuacem: talis motus, qui est à se ipso per se, dicitur comprehensiuus ab Auerois. 12. Met. comm. 39. Vide igitur, quomodo vita consistat in hoc, quod aliquid habeat essentialia principia, puta formam, actiuum alicuius motus in se.

Secunda conclusio. Nec forma, nec materia inanimatorum est principium actiuum motus illorum, sed tantum passiuum, & in hoc tales formæ differunt à formis viuientium: hæc enim sunt actiua principia motuum ipsorum viuientium: vnde cum lapis deorsum fertur, ignis sursum, nec à forma, nec à materia actiue mouentur. Hanc persuadeo rationibus superius positis pro ratione Sancti Thomæ, præsertim cum argumenta oppositæ opinionis prorsus sint nullius momenti.

Tertia conclusio. Grauitas & leuitas, similes virtutes sunt instrumēta actiua, quibus inanimata mouentur naturaliter secundum locum: vt enim impetus impressus sagittæ à proiciente ipsam actiue fert violentè sursum, ita grauitas, & leuitas sunt virtutes naturales impressæ à generantibus quibus naturaliter feruntur non violentè grauia, & leuia, ac ob id talium motus generantibus tribuntur: hæc enim virtutes sunt velut virtus semen actiue mouens, & alterans.

Hanc

Ratio.

Hanc mihi persuadeo, quia intelligere non possum quomodo lapis deorsum feratur, nullo mouente extrinsecò principio manente, nisi aliquid sit in lapide. quod actiue moueat, hoc non erit forma ipsius, vt probatū est, erit ergo grauitas. Et quod sola grauitas sufficiat, patet in animalibus, quæ etiā deorsum descendunt, sicut lapis, cuius motus anima nō potest esse actiuum principium, nisi sola grauitas. Per hæc autem possumus argumentis respondere.

Ad primum

Ad primū cōceditur motum inanimatorum non esse à medio, nec esse à loco, sed à generante, qui impressit hanc virtutem actiuam instrumentale ipsi, vt extra locum naturalē posita, sublato impedimento, mouerentur, quamuis ipsa generantia aliquando non sint tunc.

Ad 2.

Ad secundum est multiplex opinio de reductione aquæ calidæ ad frigiditatem.

Nota de re-
ductione aquæ
calidæ in
pristinum
frigus.

Prima est Auerois 2. Animæ, com. 115. dicit esse vapores quosdam aquæ coniunctos, atq; horum ratione ipsam calefieri: sublato autem calefaciente, aqua infrigidare hos vapores, & sic reduci ad frigiditatem, non quod eadē aqua seipsam ad frigiditatem reducat.

Nota cōtra
Auerois.

Ista opinio sine dubio est falsa, potest enim aqua in seipsa calorem recipere, & talis reduci ad frigiditatem, remoro calefaciente.

2. Sententia
Auerois.

Secunda sententia est Auicennæ lib. 1. suffici. cap. 3. dicit illam reductionem fieri à forma substantiali aquæ, quæ reducit se actiue ad suam naturalē dispositionem, quoties est extra eam: sed hæc non placet, quia forma substantialis non potest agere, nisi per accidentia media. Nō ergo poterit se reducere in frigiditatem per se.

3. Sent. Pauli
Veneri.

Tertia sententia est Pauli Veneri, qui dicit, aquam per accidens se infrigidare, nā cum est calefacta, est rarefacta: ablato calefaciente, intendit se condensare, ac inde se infrigidat consequenter: Hoc non placet, nā infrigidatio est causa condensationis, priusq; est infrigidare, quā condensare: nō ergo aqua per accidens infrigidat condensando.

Quarta sententia est Aegidij, qui dicit,

aquam per accidens se infrigidare hoc modo, quia per se corrumpit calorem, ac inde consequitur frigiditas. Sed nec hoc placet, nam natura nunquam per se intendit corruptionem, nec corrumpit, nisi generando aliquid: nō ergo aqua per se corrumpit calorem, nisi per se generando frigiditatem.

4. Sent. Aegidij.

5. Sent. Forliuensis.

Quinta sententia est Iacobi Forliuensis, qui dicit aquæ partes non esse æqualiter calidas, sed quasdā minus, quasdā magis, & ideo sunt inæqualiter frigidæ: partes ergo magis frigidæ infrigidant minus frigidæ. Hoc nōn plenè satisfacit, nā illæ partes magis frigidæ non poterunt infrigidare ultra gradum suū, & cū ipsæ sint remissæ, non poterunt penitus infrigidare, & reducere alias in suam frigiditatem naturalē. Et præterea nil vetat tum has, tum illas partes calefieri, & totam etiam æqualiter calefieri.

Sexta sententia est quorundā, qui asserunt aquam per frigiditatem quandā virtualem reducere se ad suam frigiditatem actualem, quā dicunt posse corrumpi totum in aqua. Hoc videtur falsum, non solum, quia duas frigiditates ponit in aqua, sed etiā, quia actualem frigiditatem totam deperdi posse, manente aqua, docet: quod non est Philosophicum. Nā in illa aqua, aut est calor in summo, aut nō.

6. Sent. aliorum.

Si est in summo, ergo est ibi forma ignis, summus enim calor nō est nisi cum forma ignis, sicut quælibet vltima dispositio cum sua propria forma substantiali: Si verò non est in summo, ergo quantum deest caloris, inest frigiditatis, cum contrariū non sit remissum, nisi ex admittione contrarij. Præterea quælibet forma nō potest conseruari, sine vlla sua naturali dispositione: sed frigiditas & humiditas sunt naturales dispositiones aquæ. Ergo sine his prorsus non potest consistere.

7. Sententia Burlei.

Septima sententia est Burlei, qui dicit ab aere circumstante aquam infrigidari, & quia à nobis ista est defendenda sententia, oportet eam declarare, & corroborare.

Aduerte igitur, quod maior vel minor actiuitas alicuius qualitatis non arguit intentionem ipsius maiorem vel minorem.

rem: Potest enim esse, quod vna qualitas magis agat in vno subiecto, quam altera eiusdem rationis in altero: & que minus agit, sit intentior, si illa sit in materia deficiori, vt flamma minus comburit, quam ferrum candens, & tamen calor flammæ est intensior, cū sit illic forma ignis, non autem in ferro candenti. Hoc dixerim, vt intelligas, non propterea, quod aqua vehementer calefaciat, esse calorem illius intensissimū. Potest enim calor nō admodum intensus id facere, propter materiam densitatem.

1. Fundamē. Aduerte vltterius, quod aer circumstās duplici ex parte infrigidat, & per frigiditatem, quæ aliqua ei nō deest, & per motum, quo semper mouetur: motus enim aeris infrigidat, vt patet in flatu ipso: vnde in hac infrigidatione non debes attendere solum frigiditatem aeris, sed motum ipsius, quæ duo faciūt causam magnam infrigidationis.

2. Fundam. Aduerte etiam, quod calor aquæ, deficiente calefaciente, est multum debilis, & cito corruptibilis propter duo, & quia ei humidum ipsius aquæ resistit, & quia deest conseruans.

3. Conclusio Quibus suppositis dico primò, mihi videri impossibile, quod frigiditas, & forma aquæ se intendat, nec per se, nec per accidens: & loquor in eadē parte aquæ. Vna enim potest infrigidare alteram, sed non vltra frigiditatis gradum, quem habet: at quod eadem se intendat, mihi videtur improbable, imò de motu locali id non concessit Arist. animalibus, sed assignauit vnā partem mouentē, puta cor: & alteram motā, puta reliquas partes. Et ratio est, quia productio alicuius est, ex potentia, ab eo, quod est in actu: sed talis frigiditas actu non est: V. g. vt octo, quæ est summa dispositio aquæ, non ergo faciet se, vt octo.

4. Conclus. Dico secundò. Quod illa infrigidatio ab extrinseco prouenit, puta ab aere circumstante, vt diximus exponendo vltimam sententiam, & in hoc credo esse nō nihil deceptionis. Quia illi solum in aqua id ponunt, cum idem prorsus sit in ferro calido, in ligno, & in alijs, quæ infrigidantur separata ab igne, quorū formis non

est hoc tribuendum, cum non sint actiuæ frigiditatis.

Quod si dicas, quid si aqua poneretur in vacuo, vbi non esset aer, nec aliud circumstantes? Dico, quod calor corrumpetur tandem, quia consumeretur humidū vel vinceretur ab eo, sine quo non consistit, non tamen noua frigiditas induceretur ex defectu generantis eam. Quod dico de aere circumstante, dico de terra: hæc enim calorem extinguit sua frigiditate: & per hæc patet solutio ad argumentum secundum.

Ad tertium. Dico motus illos non esse violentos: est enim alia ratio in eis, & in motu sagittæ sursum proiectæ. Hic enim motus est contra formā grauis, & contra inclinationem eius: at in illis nō solum materia est principium, sed etiam ipsorum formæ habent naturalem inclinationem, vnde sunt naturales à formâ, & à materia: & propterea est virtus naturalis horum actiua, vt dictum est.

Dices hoc modo calefactio ipsius aquæ erit motus violentus, cum sit contra formam aquæ, & ipsius virtutem, sicut projectio sagittæ. Dico, esse diuersam rationem: nam calefactio & est motus ipsius aquæ, & dispositio ad generationē ipsius ignis, quæ naturalis est, vnde quamuis vt motus quidam aquæ est, sit aliquo modo violenta, tamen simpliciter est naturalis, quia disponit ad generationem substantiæ, quæ naturalis est, quod nō sit in projectione illa.

Ex his sequitur questionis determinatio. Non omnia esse naturalia à principio actiuo, sed viuentia ab vtroque, reliqua verò à passiuo, tam materia, quā forma, & quod non semper forma est actiuum principium motus, vt patet in inanimatis omnibus.

An motus cæli sit naturalis.

QUESTIO III.

Vnus questionis sensus manifestus est: petimus enim an sicut lapidi motus deorsum naturalis est, sit etiam cælo circularis motus naturalis. Circa hoc Auicenna lib. 9. suæ Metaphysicæ, c. 2. quem sequi-

Dubium, quid si aqua poneretur in vacuo. Alber.

Ad 3. principale.

Nota.

1. Ratio.

2. Ratio.

3. Ratio.

4. Ratio.

Secunda sententia Philosophi Simplicii & D. Thom.

2. Conclus.

Explicatur conclusio.

sequitur Scotus 2. sen. d. 2. q. 6. in fine, dicit, cæli motum non esse naturalem, nec violentum, sed præter naturalem: nec esse à natura dicendus est: quod etiam docet Alber. 2. Phys. tract. 1. cap. 3.

Huius opinionis ratio prima est Alberti. Motus naturalis non est infinitus, est enim natura finita: sed cæli motus est infinitus: non ergo est naturalis.

Secunda ratio est Auicennæ. Motus naturalis est ad consequendum suā perfectionem in rebus, sed cæli nihil sibi per motum parant, non ergo ipsorum motus est naturalis.

Tertiò, si motus cæli esset naturalis, sequitur, quod duo motus contrarij naturales inessent cælo, puta cum ab oriente pars inferna ad occidentem conuertitur, & ab occidente iterum in orientem; sunt enim termini contrarij.

Quartò si cæli motus esset naturalis, esset à natura, sed in eo nō est natura, cum non sit quies: ergo non est naturalis, hæc est horum sententia.

Opposita verò est Philop. & Simpl. & S. Tho. 1. p. q. 70. ar. Ad quartum, qui docent, motum cæli esse naturalem, & est expressa Arist. sententia 1. cæli text. 13. & sequentibus, vbi dicit, sicut deorsum moueri est naturale terræ, ita cælo circulariter moueri.

At pro huius declaratione sit prima conclusio. Motus cæli (si pro orbe sumatur cælum) nō est à principio actiuo. Vbi aduerte apud Auer. aliquando cælum sumi pro aggregato ex ipso orbe, & intelligentia mouente ipsum, aliquando pro ipso tantum orbe, Dico aggregatum, quia intelligentia non est vnita cælo, sicut forma, sed sicut naua naui assistit ei: & ob id vnum per se non facit, & sic aliquando dicitur cælum viuere, 2. cæli, c. 12. & mouere se, sed istæ sunt locutiones improprie, sicut nauis mouet se, quia à naua qui in ea est, mouetur. Proprie cælum pro orbe sumitur, & sic dicit conclusio, quod non mouetur à principio actiuo, quod patet: nam si actiuè se moueret, esset viuens, vt dictum est: hoc autem esse nō potest, cum nullam viuentium operationē habeat, non enim sentit, nec se auget, nec

motu animalium mouetur, cū nulla habeat organa.

Secunda conclusio. Motus cæli orbis est à principio passiuo tantum. Hoc intellige non solum, quod materia cæli sit principium passiuum, sed etiam forma, ita vt ille motus passiuè proueniat ab vtroque principio.

Quod si quis diceret cælum non habere nisi solam materiam. Dico, quod à tota substantia cæli siue simplex sit, siue composita tota illa, prouenit motus, vt à principio passiuo.

Tertia conclusio. Motus cæli est naturalis, & à principio passiuo, vt diximus. Probatur primò. cælum est ens naturale: ergo ipsius motus est naturalis: si enim naturale est, naturam habet: si naturam, & motus est naturalis, nō est autem alius motus præter hunc, de quo est disputatio, ergo est naturalis. Probo primū antecedens ex 7. Metaphy. c. 2. vbi inter entia naturalia cæli ponuntur: & 2. Meta. c. 2. duas naturales ponit substantias, alteram corruptibilem, alteram sempiternā, & hæc est cælum. Probatur præterea ratione antecedens: de cælo tractare, aut est Physici, aut Astrologi, vt patet vterque autem artifex naturale considerat.

Secundò probatur: cæli figura est naturalis illi: sed hæc est naturaliter apta ad motum, puta rotunda. ergo & ipsius substantia tendit ad motum: accidentia enim sensibilia manu ducunt nos ad substantiam cognoscendam.

Præterea tertiò Actio propria cuique rei, in qua eius perfectio consistit, ei est naturalis, sicut homini intelligere: sed motus cæli est actio ipsius propria & perfectio. 2. cæli, cap. 12. ergo est ei naturalis.

Per hæc ad argumenta respondetur. Ad primum dicitur primo, quod falsum est infinitum motum duratione intelligendo non prouenire à principio naturali, cum notum sit, materiam esse primum naturale, & secundū se esse principium generationum infinitarum. Dico secundò, quod etiam si principium actiuum motus infiniti non sit naturale, at principium passiuum potest esse, & tale est cælum.

Ad 2. Ad secundum dicitur, quod non est opus, quod motus sit ad consequendam aliam perfectionem, cum ipse motus est talis perfectio: huiusmodi est cælum, & hoc patet in viventibus, quorum perfectio in vita consistit, quæ motus quid est.

Ad 3. Ad tertium dico, quod ille motus cæli vnicus est, nec contrarium habet, ob id, non oportet ipsum separare, ac si essent duo.

Ad 4. Dubium de quiete cæli opinio Auer. Ad quartum de quiete cæci est varia opinio. Auer. 12. Meta. commen. 41. & li. de substantia orbis c. 2. existimat, cælum habere principium, vt possit quiescere, & probat ex Aristot. 9. Meta. tex. 17. non est, inquit, timendum quod cælum quiescat, timor autem est de eo, quod esse potest: cælum igitur potest quiescere, sed non quiescet.

Nota contra Auer. Ista sententia est falsa, nam frustra esset potentia illa, quæ nunquam ad actum esset reducenda, & præterea, quia in sempiternis non est posse esse, sed esse: nec Aristot. ibi aliud dicit, quàm quod non sit vlla timoris ratio, cum non possit cælum quiescere.

Quo aliqui defendunt. Auer rejicitur defensio. Nec valet id, quod aliqui dicunt pro Auerro, quod à motu vnus dici cælum quiescit altera die, quamuis enim ista dici solet quies, tamen Auerroes non de hac loquitur, ista enim ponitur in actu, sed de quiete, quæ est cessatio motus, & hanc cælo inesse posse est falsum, vt bene dicit Themist. hoc secundo capite, & S. Tho. q. 5. de potentia, art. 5. qui in hoc cælos ab elementis differre docet, quod illi à motu naturali non possunt quiescere, hæc verò sic. Vnde in die iudicij erit miraculum, cælos non moueri, sicut ignem non calefacere.

Expositio Philop. Philop. dicit, cælum habere quietem, nempe, quia est in sua perfectione, quæ est motus, & vltimus status cuiusque quies dicitur.

Opinio Simplicii. Simplicius verò dicit, cælos quiescere, nempe secundum axem, & centrū: quia nec ad dextram, nec ad sinistram declinant, quomodo orbis, & machina mundi quiescit: & hoc etiā dicit Aristot. 8. Phys. tex. 76. mouetur, inquit, & quiescit omne scilicet cælum,

Aduerte tamen ex Philop. in principio in definitione definitionis Naturæ, quæ quies est duplex, altera est immobilitas quædam, & fixa statio, & sic possumus dicere, cælum quiescere: Altero modo pro priuatione motus, cum aptitudine ad illum, & sic non est quies illa cæli immobilitas, cum non possit ad latera moueri, & talis quies est propria, & sumitur in definitione naturæ, quidquid velit Philop. talisque non est in cælo: vnde ad argumentum dicitur, non semper naturam esse principium quietis, & motus simul. Quo autem pacto illa naturæ definitio esset intelligenda, diximus iam satis superius.

Vnum est dubium de motu, quo sunt artificia, an sit naturalis, vt dolatio ligni, & similes. Communiter dicitur, esse motus artificiales, nec naturales, nec violentos, sicut ipse formæ. Mihi cum distinctione videtur esse respondendum; nam hi motus possunt aliquando secundum substantiam suam considerari, & sic aliqui naturales sunt, vt sectiones, diuisiones: habent enim aliquid violenti. Si verò vt ab arte sunt, & ad formam artis tendunt, considerentur, sic nec sunt naturales, nec violenti, sed proprium nomē habent, nempe motus artis, nec potentia ad eos dicitur passiva naturalis, sed ineptitudo, vel aptitudo, vt patet in prædicamento qualitatis. Hæc satis de quæstione. An motus cæli, sit naturalis.

Dubium de motu quo sunt artificia, vt dolatio ligni, an sit naturalis.

CAPVT II. Quoniam autem determinatum est. Text. XVI.

DISCRIMEN Physici à Metaphysico ponit, cum vterque videatur de re naturali tractare. Proponit igitur duas quæstiones. Altera est, An Mathematicus à Physico differat, & per Mathematicum, vt notat Simplicius. Geometram intellegit. Ponit argumentum ad probandum, quod non differant, artifices de eisdem rebus considerantes non videntur differre. Sed Geometra, & Physicus de eadem re dif-

ferunt: non ergo videntur differre. Probat minorem, nam vterque agit de corporibus, de lineis, de superficiebus & punctis.

Amplius autem si Astrologia. Text. XVII.

Altera quæstio est, An Astrologia, quæ non est purè Mathematica, sit distincta à Physica, & videtur eodem argumento, quod non sit distincta, cum de eisdem tractent, puta de cælo, de astris. Reijcit autem quandam solutionem quam quis posset adhibere, nempe quod Physicus tractet de substantia cæli, & solis, & aliorum, non de accidentibus, sed Astrologus. Hoc dicit esse inconueniens, cum scientia tractans rei substantiam, ipsius etiam consideret accidentia. Et præterea Physici tractantes de cælo, & astris, ipsorum etiam accidentia tractant. Quod sit sphericus sol, aut cælum, vel non, & sic de alijs huiusmodi accidentibus.

De his igitur negociatur. Text. XVIII.

Soluit dubium propositum primum, dicitque, Physicum quidem, & Geometricam tractare de eisdem rebus, sed non eisdem rationibus: Physicus enim solida superficies, & similia considerat, sed vt sunt fines corporis naturalis, ac in eis sunt: at Mathematicus ipsa secundum se considerat, non vt terminos corporis naturalis. Vnde Physicus ista de corpore naturali ostendit, Geometra de his secundum se ipsa dicit.

Vnde sequitur aliud discrimen, quod Physicus hæc non abstrahit à motu, & materia sensibili: Geometra verò abstrahit ea non quidem re, sed intellectu, & nihil refert. i. & hoc fieri potest. Abstrahentium enim non est mendacium: ac si dicat non ob id, quod abstrahat intellectus, quæ abstracta non sunt re, mentitur & falsum dicit: est enim illa abstractio simplex consideratio rei, quæ nihil habet falsitatis. De hac abstractione, multa diximus in logica, nec opus est repetere. Themist. & alij volunt, quod in primo discrimine etiam differat Astrologia à

Nota abstractentium non est mendacium.

Physica, & illud sit pro Geometria, & Astrologia, hæc enim considerat figuram astrorum secundum se, & motum ipsorum: vt quantum quoddam: at Physicus ea tractat, vt corporis sunt naturalis passionibus, vnde motum, vt à natura est, vt sempiternus est, vt causa aliorum est, denique motum ille secundum qualitatem, Mathematicus secundum quantitatem considerat, vt notat Themist.

Latent autem qui hoc faciunt. Text. XIX.

Reprehendit Platonem ex hoc vltimo discrimine. Plato enim ponebat idéas separatas rerum naturalium, quod reprehendit, dicens esse ignorantiam, & probat. Nam cum Mathematicæ res, quæ magis sunt abstractæ, quàm Physicæ, non sint separata re, sed intellectui à materia sensibili, non oportuit formas Physicas realiter separare, vt Plato putat. Quod autem res Physicæ minus abstractæ sint Mathematicis, probat ex definitione eorum, quæ in Physica, & quæ in Mathematica sunt, & ex passionibus ipsarum rerum: res enim Mathematicæ, vt figura, numerus, & ipsorum passiones par, impar, curuum, rectum, absque motu, & materia sensibili definiuntur: sed non res Physicæ, puta caro, os, neruus, hæc enim absque materia defini nequeunt.

Vtitur autem quoddam exemplo ad explicandum quomodo se habeant Physicus, & Mathematicus in definiendo. Physicum enim est: sicut finium, res autem Mathematica, vt curuum: curuum, & similia obliquitatem dicunt, sed differenter, finium enim obliquitatem in materia determinata, & sensibili, puta naso: curuum autem obliquitatem in communi, ita res Physicæ materiam habent sensibilem, & determinatam, & per hanc definiuntur, non autem Mathematicæ. Hoc autem in quæstione examinabitur inferius.

Demonstrant autem. Text. XX.

Vt omnes ferè exponunt, Aristoteles hic probat secundò Phyticam esse contractiorem Mathematica

pura, exemplo illarum Mathematicarū, quæ mediæ sunt, partim Mathematicæ, partim Physicæ, nempe Perspectiva, Musica, Astrologia: hæ enim differunt à pura Mathematica, quod tractant eandem quidem rem, V. g. lineam: sed Physicæ, puta in materia sensibili; Mathematica tractat lineam Physicam, nempe corporis Physici, sed abstrahendo, vt non sit aliud discrimen inter purè Mathematicū, & perspectivum, ac similes, quàm quòd ille extra materiam, hi in materia idem considerent: & vis argumenti consistit in hoc: cum Perspectiva, & reliquæ quæ idem cum Mathematico tractant, quod abstrahi potest à materia, non abstrahat: ergo & Physicus, qui considerat formas, quæ abstrahi nō possunt, non abstrahet: ita exponit Themist. & est expositio cōmunis. At si licet præter communem expositionem aliquid dicere, existimarem hunc locum aliter posse exponi, quod Aristot. velit solvere secundā quæstionē propositam de Astrologo, quæ etiam poterat esse de Perspectivo, & Musico, cum de sensibilibus tractent: & intendit dicere, quòd Physicus tractet non de rebus Mathematicis, nisi vt fines, & proprietates sunt corporum naturalium, secundum se verò minime, & in hoc à purè Mathematico differt. Perspectivus verò, & similes de rebus Mathematicis, sed nō abstrahit, sed in materia, & in hoc differunt à Physico. Explico clarè. De linea Physicus considerat, vt est longitudo corporis naturalis. Geometra de linea secundum se. Perspectivus de linea secundum se, & non vt est longitudo corporis naturalis, sed vt est in materia aliqua sensibili. Vltèrius, figurā considerat Physicus, vt terminum corporum naturalium. Geometra secundum se. Astrologus figuram secundum se, sed non omnem, sed eam, quæ est cæli, & multum refert, aliquid in materia considerare, & aliquid considerare, vt inest alteri.

Cum autem natura duplex sit.
Text. XXI.

Infert ex dictis, Physicum non solum formam, sed etiam materiam, in definitione sumere, nam res Physicæ sunt sic, ut simitas, at hæc & per formam, & per materiam definitur: ita & res Physicæ nō sunt sine materia, ac non sunt secundum materiam, id est, non definiuntur sola materia, vt exponit Philop. Alber. & S. Th. quamuis Simpl. exponat, non sunt secundum materiam, id est, non ratione materię sed ratione formæ præcipue considerantur Themist. & Auerr. non sunt secundum materiam, id est, de eorum essentia non est materia, quamuis essentia non sit sine materia: sed verior & melior est expositio prior, vt diximus, secundum Philop. & Albert.

Etenim iam, & de hoc dupliciter dubitabit quis.

Natura in duas diuisa, dubium proponit item duplici via, & modo. Et attende, quòd non sunt duodubia, vt volunt Expositores, sed idem dupliciter propositum: & ita sumenda est illa particula dupliciter, quæ locum fecit obscurissimum. Dubitatur igitur, cū duc sint naturæ, an Physici sit materiam solum an formam solā considerat, an vtrunq; nempe, ex vtraq; compositum, quòd si hoc detur, nempe quòd compositum consideret, etiam vtranque considerabit naturam.

Dices, nonne dixit in principio textus quòd Physicus materiam, & formam considerat? cur modo dubitat? Respondet Simpl. ob id dubitare, vt demonstrat, quòd tantum dixerat.

Vtrum igitur eiusdem.
Text. XXII.

Idem dubium altera via proponit, an vnus sit scientiæ considerare materiam, & formam simul, an verò vnus sit formam, alterius materiam cognoscere. Circa quòd dubium dicit, quòd si antiquos inspiciamus, non est difficile: hi enim materiam solum cognouerunt, parum autem de forma, vt patet de Empedocle, & Democrito, qui multa principia aliquo modo forma differentia posuerunt, reliqui materiam tantum. Probat autē triplici ratione, quæ Physici sit, non solum

Probatur triplicem formam, sed etiam materiam cognoscere. Prima ratio est sumpta ab analogia artis, & naturę. Ars imitatur naturam, vt notum est: ergo ita se habebit. Physica circa considerationem naturę, sicut artes circa considerationem artificatorum sed artes non solum formam, sed etiam materiam vsq; ad certum tamen litem considerant: ergo & Physica formam etiam, & materiam considerabit. Minorem probat. Medicus enim non solum formam sanitatis considerat, sed etiam materiam, puta phlegma, bilem, & reliqua in quibus est sanitas. Nec considerat materiam omnino, puta remota: non enim considerat hominē, vt corpus, vt substantiam, sed vt ex contrariis humoribus constitutum. Similiter domesticatoria ars considerat formam domus, & materiam, sed non remota, puta terram, ex qua fiunt lateres, & arbores, sed lateres, ligna, & calcem solum, & vnaquæq; denique ars materiam ad certam litem cognoscit.

Insuper eiusdem est.
Text. XXIII.

Secundam facit rationem ad idē probandum. Eiusdem est artis, & scientiæ finem, & ea, quæ ad finem sunt media considerare: sed forma est finis: materia verò est ad finem: ergo eiusdem scientiæ erit formam, & materiam cognoscere. Maior est nota, minor probatur, quòd forma sit finis, & per finem intelligi causam finalem, quæ dicitur finis, cuius gratia.

Nam finis aliquando extremum, & litem significat, aliquando causam finalem, & ad hanc significandam dicitur finis, cuius gratia.

Probat autem sic. Terminus alicuius motus non interrupti, sed continuati est vltimum & finis, cuius causa, illius motus, sed generationis continuæ forma est terminus: ergo ea est vltimum, & cuius causa.

Nota ad causam finalem duo sunt necessaria. Vbi aduerte, ad causam finalem esse necessaria: Vnum, quòd sit vltimum & extremum operationis: Alterum, quòd sit gratia cuius illa operatio fit, ac ob id dicitur finis bonum, & optimum: quia

reliqua ordinentur in ipsum. Primum non sufficit, nempe quòd sit extremum. Si enim ego modo irem in Diui Perri, vt indulgentiã consequerem, & media via occurreret aliquid impediens, quo minus absoluerem: illud esset terminus, & extremum meæ viæ, sed non causa finalis: propterea est opus vt sit gratia cuius est via, & operatio. Propterea benè dixit Aristot. id, quòd est extremum motus continui, nō impedit aliunde, id verò non solum vltimum est, sed etiam finalis causa: Vnde reprehendit Poetam, qui de morte alicuius loquens dixit, habet finem, cuius causa factus est: errauit, nam mors est quidem terminus vitæ, sed non finalis causa, cū non sit optimum, id est, cū non concesserit natura vitam, vt moriantur. non enim omne vltimum finis est, cuius causa: & sic debet locus intelligi, vt volunt Gregci, quamuis S. Tho. longè aliter exponat referens illud verbum, vult, ad Poetam, & non debet referri, sed est sensus affirmatiuus: ac si dicat, ita est, non omne vltimum esse finem. Hunc Poetam Philoponus dicit esse Euripidem.

Quoniam & faciunt artes.
Text. XXIII.

His duobus textibus probat materiam ordinari, vt medium ad formam & quia locus est obscurus valde: primò sensum aperiam.

Aduerte primò: Artes mechanicas esse in triplici differentia: Quædam versantur circa materiam, & harum quædam faciunt materiam ipsam: vt ars, quæ facit lateres, tegulas, calcem, ex quibus domus est facienda: Quædam non faciunt materiam, sed factam disponunt, vt ars dolandi, & leuigandi ligna, sciendendi lapides. Quædam artes sunt in altero gradu, quæ in materiam talem formam introducunt, vt ars, quæ ex leuigatis iam & dolatis lignis triremem facit, & ex lateribus præparatis domum erigit, & tales artes Architectonicæ dicuntur, quasi imperantes primis. Quædam sunt in tertio gradu, quæ forma iam introducta vtuntur, vt Nautica, quæ triremi vtitur, Equestris, Militaris, & alię. Quæ sunt in primo, & secundò

Nota artes mechanicas in triplici differentia.

cundo gradu, sunt factiua, tertia non dicitur factiua.

Nota secundo. Causa artium, quae in usu consistit.

Aduerte secundò, quod si velis scire causam harum artium, quae in usu consistunt, ea est, quia homo est finis harum rerum, quae arte fiunt: sunt enim ipsius gratia, propter ea est ista ars, secundum quam artificiatorum usum tenet.

Nota 3. Quae artes quibus imperant.

Aduerte tertio, quod sic se habet istae artes; tertiae praesunt secundis, imperat enim nauta illi, qui triremem facit, ut talè & talem faciat, prout ipse vsu videt fore accòmodatam. Secundae imperat primis; qui enim triremem facit, imperat his, qui circa materiã versantur, ut sic, vel sic praeparent, prout ipse fore aptã suae formae intelligit: vnde vsualis est Architectonica, & inter factiua, ea, quae formã inducit, quia hae imperant.

Ex his apparet, clarè, quomodo materia ordinetur in formã, cum hae, quae circa materiã versantur artes, ab eo, qui formã inducit, regantur: & hoc est, quod Aristoteles voluit monstrare exemplo harum artium, materiã ordinari in formam: & admodum obserua hanc declarationem.

Textus exposit.

Nunc ad textum accedamus, quamuis non sint haec ita in litera ordinata. Proponit igitur in hoc textu diuisionem artium considerantium materiã, & vsualium. Sunt artes considerantes materiã simpliciter, id est, quae faciunt materiã, & quae considerant materiã operi accommodam, id est, disponunt, & praeparant materiã, & sunt etiam artes, quae vtuntur; & reddit harum rationem, nempe quia nos sumus finis quadammodo omnium. At quia duplex est finis, alter cuius, hic autem est id, propter quod operamur, vt Deus est finis, cuius nostrorum laborum: & amicus est finis, cuius alius se illius amore in negotijs occupat, Est etiam finis quo, nempe quo illum finem consequimur, qui semper est operatio nostra, vt finis quo supernaturalis est visio ipsius Dei; finis quo illius, qui ad amicum tendit, est videre, colloqui cū ipso. Homo igitur finis est cuius harum rerum. At quia de hoc vtroque sine non est modò locus tractandi, dicit se in Philo-

sophia, puta morali hoc dixisse.

Duae igitur sunt.

Tex. XXV.

Distinguit duas esse dominatrices materiã, nempe vsualem, & quae formam facit, & has cognoscen-tes vocant, id est, non facientes materiã: vsualis enim nihil facit, formalis operatur, sed non materiã: ob id cognoscens, & speculans aliquo modo est, & in hoc differt ab effectrice, nempe materiali, quae tantum operatiua est; quo fit, vt illae duae Architectonicae sint, & imperent, sed vnus artifex imperat materiã, qui nempe formam considerat: dicit enim ex quo ligno, & quali fiat triremis; alter imperat formali, dicendo, ex quibus motibus, & quos ad vsus illa fit.

Ex his omnibus concludit, quod in artificiatu materiã propter opus & formam fit, in naturalibus autem materiã propter formam est; non dicitur, fit, quia nos non facimus materiã in naturalibus. Atque haec est probatio minoris praecedentis syllogismi, nempe formam esse finem materiã, intellige esse finem partialem; compositum enim, & totum est finis, & terminus totius generationis, & materiã.

Amplius eorũ, quae ad aliquid.

Text. XXVI.

Tertiam rationem proponit: Materia, & forma sunt correlatiua: sed eadem est scientia correlatiuorum: ergo Physici est non solam formam considerare, sed etiam materiã. Nec existimes materiã & formam esse correlatiua secundum substantiam, & essentiam suam, sed quod habent quendam ordinem, & relationem annexã, sicut scientia, & scibile vt dictum est in Logica.

Nota verba Arist. materia, inquit, est ad formam, & alia materia ad aliam formam: Per materiã intelligit materiã primã indifferentem ad quaecumque formam substantialem, & per formam intelligit formas confuses, & indistinctas, nempe in communi: Per materiã verò aliã intelligit materiã secundã, nempe cum dispositionibus, & accidentibus necessa-

3. Ratio.

rijs

Text. XXVI.

rijs ad formas quilibet in particulari quas vocat formam aliam: vt sit sensus, materia secundum se ad formam, secundum se refertur, at haec materia ad hanc formam; quaelibet enim forma habet suas certas dispositiones in materia distinctas ab alijs aliarum formarum; & nõ solum in specie, sed etiam in indiuiduo, vt alia est materia secunda hominis, alia equi, & alia huius, alia illius hominis; alia huius, alia illius equi, quod docet Aristoteles de animabus contra Pythagoram, 1. Animã, text. 34.

Quousque ergo Physicum oportet cognoscere formam.

Locus hunc bene exponit Simplic. Mouet dubium Arist. quousque Physicus consideret formam. Respondetque sicut Medicus neuum, & Faber aes considerat, non absolute, sed vt sunt suae formae accommodata, ita Physicus formas, vt ad generationem sunt: haec autem sunt, quae sunt in materia, licet ratione sint separabiles: per has enim formas generationes fiunt, vt Sol, & homo generant hominẽ, Sol, & equus equũ: De formis autem separatis, quid sint, Metaphysici est speculari.

Dubium quomodo formae physicae sint separabiles à materia ratione.

Dices, quomodo formas Physicas vocat ratione separabiles à materia, cum oppositum docuerit superius? Aliqui dicunt quod debet legi, quod sunt inseparabiles à materia ratione. Hoc tamen est contra literã Gregoriam, quae modò habetur. Sanctus Thomas id de anima rationali intelligit, quae est suprema forma naturalis, vltra quam Physicus non ascendit, & hac ratione est separabilis: quia secundum se non indiget organo corporeo ad suam operationem. Id ipsum dicit Auerroes, & est bona responsio, quamuis possit dici, quod sunt separabiles à materia ratione, id est, differunt ratione, & definitione, sed nõ subiecto, cum non sint extra materiã, quomodo priuatio, & materia dicuntur duo ratione, sed vnum numero. hoc autem non impedit, quin forma definatur per materiã.

Nota.

Aduerte vltèrius, quod sol est causa v-

Questio IIII.

53

niuersalis concurrens cum omnibus particularibus ad generationes, vt dicemus inferius.

An Physica à Mathematicis distinguatur. Quest. IIII.

ITVLVS quaestio clarus est, nempe ea quae Physicus considerat, & quae Mathematicus, sint distincta, an eadem: & similitè an Physica scientia à Mathematica diuersa sit. Notat autem Auer. in praesenti, com. 16. quod assignare differentiam in communi, & in particulari scientiarum Logicum est, quamuis sit vsitatum differentiam particularem in proprijs scientijs tradere: & huius rationem possumus dare, ex 1. de anima, 146. Nam ad ponendam differentiam inter duo, requiritur, vt cognoscatur, quid sit vtrumque, non est autem vnus scientiae particularis, quid altera sit cognoscere, ob id ad communem aliquam, quae in communi, quid scientia sit, consideret, id pertinet. Ea autem est Logica vniversalis, quamuis id non faciat, nisi aliquo modo adiuta scientijs particularibus, quibus ipsarum obiecta cognoscit. Tractare igitur modò oportet in particulari de differentia harum scientiarum. Nec omnia quae hic dici poterant proponemus, quia multa diximus in Posterioribus.

Nota quis assignet differentiam scientiarum inter se.

Sit igitur primum argumentum circa quaestio. Mathematici tractant de in sensibilibus, sicut Physica: ergo non est discrimen. Antecedens patet, quia omnia quae Mathematici tractant, sunt in corpore, & in corpore sensibili.

Argumenta in oppositum.

Secundò. Astrologia est Mathematica, & tractat de substantia sensibili, vt physica: ergo non est scientia distincta, nec res considerata ab Astrologia est extra genus physicum: Antecedens est expressè Arist. 12. Meta. text. 44.

Secundum.

Tertio. res Physicae sunt substantia, & accidentia sunt sensibilia: sed substantia potest abstrahi ab accidentibus: ergo res Physicae abstrahi possunt à sensibilibus: non ergo different à Mathematicis.

Tertium.

Præterea, quartò ex Arist. Perspectiua, Musica,

Præterea, quartò ex Arist. Perspectiua, Musica,

Musica, Astrologia sunt Mathematicæ: non ergo dicendæ sunt esse magis Physicæ, & adhuc dicit, quod Perspectiua agit de linea, vt Physica est: ergo prorsus Perspectiua est Physica, cum conueniat in obiecto formali.

2. cōclusio.

Pro huius determinatione sit prima conclusio. Sciētia Physica, & Mathematica licet conueniant in re considerata, nunquam tamē in subiecto conueniūt. Hæc conclusio est declaranda: ob id aduerte primò: non quicquid est de consideratione alicuius scientiæ, esse subiectū illius scientiæ. Sunt enim tria in scientia, & passiones demonstrandæ, & causæ per quas demonstrandæ sunt, & ea de quibus demonstrandæ sunt: & hæc tantum dicuntur subiecta, siue sit vnum in communi, quod est primum in scientia, siue muta particularia, quæ illius sunt species. Tria igitur cum sint de cōsideratione scientiæ, vnum illorū subiectum est, vndè res considerata in sciētia per subiectum habent se, vt superius, & inferius. Omne enim subiectum est res considerata in scientia, non contrā.

Primò notā dū, Nō omnis res cōsiderata in sciētia est eius subiectum.

Nota 2. Quod sit Physici subiectum, & Mathematici.

Aduerte secundò, quod Physicus habet pro subiecto substantiam, non quamcunq;: Mathematicus verò pro subiecto accidens, non quodcunq;. Explico. Physica est quædam scientia, quæ substantiæ passiones & causas speculatur, sed nō cuiuscunq; substantiæ, sed illius, quæ motus principium habet, ac mutationibus & accidentibus sensibilibus est subiecta: vnde pro subiectis habet substantias sensibiles, & naturales. Mathematicus verò passiones speculatur, non vllius substantiæ, sed de accidenti ostendendo, nō autem de quocunq; accidenti.

Est enim duplex accidens, quoddā secundum se mutationi expositum, id est, quod non est, nisi ex mutatione aliqua procedens, vel mutationis alicuius est causa, vt sunt primæ qualitates, & ex his compositæ, vt colores, sapores, odores, & huiusmodi ad Physicū pertinent, nec de his scientia vlla, præter Physicam est, cum non nisi mutatione, & motu consistant, nec aliter quàm per mutationē, vel ad mutationem sint. Quædam sunt

alia accidentia, quæ licet cum mutatione sint, tamen ex se à mutatione non dependent, nec mutationis causa sunt, quales sunt quantitates, & ea quæ quantitates sequuntur: Hæc enim non sunt mutationum causa, nec ex se ex mutatione proueniunt, cum in celo sint quantitates, & figuræ non ex mutatione factæ, similiter dimensioes, proportiones, & similia non ad mutationem pertinentia, nec tãquam ipsius effectus, nec tãquam ipsius causæ. Et talium est scientia Mathematica: agit enim de quantitatibus, de figuris, & proportionibus, & proprietatibus ipsarum, quæ ab ipsa absque motu proueniunt.

Aduerte tertio, quod Mathematicæ sunt in duplici differentia. Quædam quæ huiusmodi accidentia in vniuersali cognoscunt, vt quæ agit de figura in communi, & qualibet specie, non determinando ad materiam, sic quæ agit de numero in communi abstrahendo, à quolibet subiecto, & hæc dicuntur purè Mathematicæ.

Quædā aliæ agunt de huiusmodi accidentibus in particulari, vt de figura cæli, de motu ipsius, tanquam de quodam quanto, de numero sonoro, de linea visuali, & tales vocantur Mathematicæ mediæ.

Vbi attende maximè cum Auer. comment. 18. quod hæc non tractant de substantia subiecta istis accidentibus, nec de ipsis, vt alteri insunt, sed de ipsis secundū se, alia demonstrando de eis dē; & in hoc differunt à Physica omnes hæc Physicus enim talia accidentia de substantijs ostendit, vt ipsis cōpetunt: At Mathematicus de istis accidentibus aliud ostendit: vt Physicus de corpore ostendit quantitatem, figuram, motum, Mathematici de his secundum alia ostendunt: vnde dixit Lincon. benè, quod id, quod Physicus habet pro prædicato, & passione, id habet Mathematicus pro subiecto, cū tale est, quod absq; mutatione possit intelligi, quamuis Physicus, vt in subiecto mutabile illud est, cōsiderat: & hoc est, quod diximus in conclusione prima, nempe quod conueniunt Physicus, & Mathematicus

3. si dā m. Mathematicæ sunt in duplici differentia.

Quo earum subiectum differat à Physico.

in re considerata, sed non in subiecto, nā quod vnius est subiectū, alterius est passio: & hoc est, quod alij dicunt, Physicū, & Mathematicum differre in modo cōsiderandi. Et hæc sufficiant pro declaratione primæ conclusionis: & sunt memorie mandanda: & magis in solutione argumentorum ista nota sient.

2. cōclusio.

Secunda cōclusio. Physicus, & Mathematicus differunt in modo definiendi.

1. Fundamentum. Diuersus modus definiendi Physici & Mathematici.

Aduerte, duo esse, quæ in sciētis præcipuè definiuntur, & subiecta, & passiones, in quibus definiendis est discrimen inter Physicum, & Mathematicū. Physicus quidem definit per materiā sensibilem, id est, per materiam motui, & mutationi, & qualitativis sensibilibus subiectā, at cum magno discrimine, nā passiones definit per materiam, non tanquam partem rei definitæ, sed tanquā subiectum, vel tanquam causam, vt qui dicit, serenitas est ventorum quies, tranquillitas est maris, quies per materiam, quæ subiectū est, definit: Qui verò dicit, tonitruus est sonus percussiois exhalationis cum nube, nō materiā dicit sed causam: At cū subiecta definit, materiam vt partē substantiæ dicit, nam substantiæ naturales includunt materiam, vt partem sui: & sic definitur homo per os, carnem, &c. quæ ipsius partes sunt.

Ad explicandum hunc diuersum modum includendi materiam, quem docet Aristoteles 7. Meta. c. 10. tex. 34. sunt duo exempla, alterum est simū, per hoc enim intelligitur modus definiendi passiones, simitas enim nasum dicit, vt subiectum & causam: alterum est statua, & domus, & cetera artificialia, hæc enim materiā, vt partem sui dicunt, pars enim statuæ est æs, & figura, vt ibi docet Aristotel. sicut materia est pars hominis: vndè in 8. Meta. c. 1. laudatur Archytas, qui in definitione horum vtatur materia: Similiter in definitione naturalium: hic est modus definiendi Physicus.

Mathematicus verò passiones suas, & subiecta definit, sed non vtitur materia sensibili, vtitur tamen sua materia, puta quantitate; vt enim est materia sensibilis, & forma cōpositum naturale faciē-

tes, ita figuræ ille, & quantitates faciunt triangulos, quadrāgulos, & reliqua mathematica: vndè Mathematicus passiones per subiecta sua, vt per materiā definit: vt definiendo par, impar, & reliqua Similiter subiecta per quantitatē definit, vt figuras per lineas, & hoc docet Arist. 7. Meta cap. 11. text. 38. vbi reprehendit Platonem, qui omnino ista sine vlla materia definire contendebat, & docet habere suam materiam, sicut homo habet os, & cetera, licet non sit sensibilis: & sic patet proposita conclusio.

Tertia conclusio; Physicus, & Mathematicus differunt in modo demonstrandi. Explicatur hoc. Physicus frequenter vtitur demonstratione effectus & signi, quia ipsius causæ frequentius sunt occultæ, nec per se sensibiles: effectus vero sensibiles sunt, vt mors, corruptio, generatio, motus, & similia ad sensum patent, ipsorum causæ à sensibus sunt remotæ. At Mathematicus frequentius à prioribus procedit, cum causæ notiores sine effectibus: à sensu enim abstrahit, & in intellectu notius est, quod prius est. Nec intelligas propter hoc, quod Physicus per causas non demonstrat: demonstrat enim, vt dicemus inferius in hoc libro.

3. Cōclusio: Diuersus modus demonstrandi Physicæ & Mathematicæ.

Quarta conclusio. Physicus, & Mathematicus differunt in certitudine. Explicatur. Effectus Physici non semper in vniuersum eueniunt, sed firmiter certus aliquando: vt non semper in senectute canities cōtingit, non semper viri habent barbam, non semper homo habet duos oculos: & hoc ex eo, quod materia, ex qua huiusmodi res constant, indifferens est, & multorum receptiua, ob id impeditur aliquando multis distracta: vnde 2. Metaphys. text. 16. tradens huius non exactæ certitudinis rationē, dicit, natura materiam habet. Non tamen ob id putandum est, non esse scientiam horum: est enim, vt diximus, in Posterioribus: sunt enim gradus in certitudine scientiarum.

4. conclusio: Diuersa certitudo Physici & Mathematici.

At res Mathematicæ, cum ab hac materia separæt, simpliciter necessariæ sunt, semper enim triangulus habet tres angulos, & reliquæ passiones subiectis insunt.

Hic igitur sic expositis possumus ad argumenta respondere.

Ad primū.

Ad primum: admittimus Mathematicas de sensibilibus tractare, sed quæ secundum se sensibilia, & mobilia non sunt, unde aliquæ ipsarum abstrahunt.

Nora, Quid sit abstractio, & quotplex.

Vt autem intelligas quid sit ista abstractio, aduerte non esse aliud abstractionem, quam separationem vnius ab altero sibi coniuncto. Hæc abstractio duplex est; altera realis, altera rationis, seu cognitionis. Realis est, cum re ipsa vnum ab alio separatur, vt cum anima per mortem à corpore separatur, & manus à manu coniuncta separatur. Rationis est, cum id non fit, nisi tantum cognitione, & consideratione; vt cum vnum intelligo, non intellectus alijs illi coniunctis, nempe intelligo animal non intellectus specibus; talis est abstractio rationis.

Ista adhuc est duplex, quedam simplex, quæ ab Alberto definitiua dicitur: quedam composita. Simplex est, cum vnum simplici cognitione cognosco, non intellectu alio sibi coniuncto: Composita est, cum intellectus enunciando vnum ab alio diuidit, vt cum hominem non esse leonem concipimus. In hac abstractione semper inest verum, vel falsum: at in simplicis non est veritas, nec falsitas.

Simplex rursum triplex est; vniuersalis, cum superiora non intellectus inferioribus consideramus: Subiecti, cum subiectum absq; consideratione accidentium cognoscimus; Formalis, cum accidens ab accidente, aut rem à re abstrahimus, vt cum dulcedinem ab albedine lactis abstraho, & formam à materia, & similes formæ abstrahuntur ab alijs.

Omnes hæ simplices abstractiones non sunt aliud, quam simplices considerationes rerum, non consideratis alijs, quæ cum eis erant, in quibus omnibus nulla est falsitas, aut veritas.

Abstractio Mathematica vna est ex his, puta formalis, cum accidentia, puta figuras, & quantitates à sensibilibus accidentibus separamus, id est, illa intelligimus, sensibilibus non intellectis, quod absq; falsitate fit.

Ad secundū. Ad secundum respondetur, quod A-

strologia non tractat de aliqua substantia, vt subiecto, id est, nec quid sit substantia aliqua, nec qualis sit illa ostendit, sed agit de substantia, tanquam de terminatione subiecti; ipsius enim subiectum est figura, & motus huius corporis, nempe cæli, & de his demonstrat, non de cælo, id est, de substantia ipsa, hoc enim est physicum, & illud est, quod Aristoteli in Metaphysicis voluit circa Astrologiam.

Ad tertium.

Ad tertium respondetur, quod substantiæ naturales in sua essentia & substantia non habent motum, & mutationem, & accidentia, sed ipsa est extra accidentia, in eo, quod non sunt ipsarum essentia, & naturæ, tamen ipsæ substantiæ intrinsecè, & essentialiter habent esse tales, vt habeant principium motus, & mutationis, unde mutationis principium in ipsis essentialiter est: & hinc est, quod à sensibili materia non abstrahant: homo enim, & animal, de se principium habent motus, non sic res mathematicæ.

Ad quartū.

Ad quartum S. Tho. hic, & Paulus volunt, illas medias esse magis Physicas, quam Mathematicas, quamuis S. Tho. super Boet. de Trinit. 9. de diuisione scientiarum, art. 5. ad tertium censeat esse magis Mathematicas. Quicquid sit, ille sunt magis Mathematicæ, cum in subiecto, quod est forma scientiæ, cum purè Mathematicis conueniant: nec Aristoteles oppositum dicit, has enim non dicit esse magis Physicas, quam Mathematicas, sed quod inter Mathematicas hæ propius accedunt ad Physicam.

Ad quintū.

Ad aliud respondetur, cum dicitur, vt Physica, illic denotatur cōditio, vt cum dicimus, ignis vt approximatus comburrit, sed non notatur ratio formalis, ac si diceretur, ignis, vt calidus comburrit. Hæc de questione.

An Physicus consideret materiā primam.

Quast. V.



M duplex sit materia, & prima ac remota, quæ eiusdem rationis est in omnibus rebus naturalibus corruptibilibus: & secūda ac propinqua, quæ varia

Sensus questionis.

varia est pro formarum varietate, quælibet enim forma suas certas dispositiones petit in materia: petimus, an Physicus materias hæc proximas tantum consideret, an etiam primam & remotā. Hoc dubium mouet Auerr. com. 22. vbi citat Auicenn. dicentem, Physicum non considerare materiam primam, sed tantum proximas; illa enim ad Metaphysicum pertinet.

Opinio Auerroem.

Fundamentum eius.

Erratio Auicenn. est, quod ita se habet Physicus, sicut quilibet alius artifex, sed nullus artifex considerat, nisi materiam proximam, & particularem vnius generis formæ, vt notum est. nec ergo Physicus nisi proximam considerabit materiam.

1. Ratio.

Secundò, si Physicus materiam proximam consideraret, posset illam esse demonstrare, sed hoc non potest, cum sit primum principium sui subiecti, nec ipsius in Physica causa sit: ergo non pertinet ad ipsam.

2. Ratio.

Tertiò possumus contra rationem Aristotelis argumentari, & probare, quod nec materiam consideret Physicus. nam si materiam consideraret, esset, quia materia ad formam refertur, vt ipse dicit sed materia & forma non sunt correlatiua, cum sint substantiæ; imò materia non refertur, nisi ad materiatum, seu id, cuius est materia, hoc autem compositum est.

Sententia communis circa questionē. 1. Ratio.

Circa hoc Auer. ibidem tenet, materiam primam pertinere ad Physicum, & communis est opinio, quæuis Græci non id expriment; existimo, quia id erat certum satis, & ratio huius potest esse. Primum artifex considerat materiam communem omnibus formis suæ artis, sed Physicus considerat omnes formas naturales: ergo considerabit materiā communem illis: hæc non est nisi prima.

2. Ratio.

Præterea, Physicus considerat generationes & mutationes substantiales in communi: ergo considerabit ipsarum causam, & subiectum. hoc autem est prima materia.

3. Ratio.

Præterea materia prima est subiectum mutationum, sed sub tali ratione non est Metaphysici, qui motus non considerat: ergo erit Physici.

Alber. tract. 1. ca. 11. arguit Auerroem tanquam imponentem hoc Auicennæ, & dicit, quod materia dupliciter potest considerari: Vno modo, vt refertur ad ipsum ens, est enim potentia quedam, quæ est altera entis pars, cui respondet actus, ex quibus duobus perficitur ens, & sic non dicitur priuatione, & est conceptus materię primæ, & sub tali consideratione materia dicitur primò prima: Altero modo potest considerari, vt est subiectum mutationum, & sic dicitur secū priuationem, & sub hoc conceptu, qui posterior est, dicitur secūdo prima. Modò vult, quod primus conceptus ad Metaphysicum, secundus ad Physicum spectet, & hæc fuisse intentionem Auicennæ. Doctrina quidem hæc vera est, parum refert, quod fuerit illa mens Auicennæ, vel non.

Nota secundum Alber. quid de hoc senserit Auerroem.

Ad primum argumentum respondetur, quod est dispar ratio, vt dicit Auerroes, inter Physicum, & alios artifices: alij enim considerant aliquas formas artificiarum, non omnes: ob id non habent considerare materiam omnium artificiarum communem; at Physicus considerat omnes formas naturales, ob id considerabit materiam illis omnibus communem, & hæc est prima.

Ad primū

Ad secundū

Ad secundum respondet Auer. quod Physicus non demonstrat à priori materiam esse, sed à posteriori, per ipsas mutationes, vt dictum est, & sic materiā considerat.

Ad tertium.

Ad tertium, aduerte, quod materia est in potentia, & ad compositum, & ad formam. Ad compositum quidem est in potentia passiva primò, quia ex materia compositum primò fit; & secundariò ad formam, quæ simul producit cum composito: ad formam autem est in potentia receptiua, unde ad vtrunq; referri potest varijs rationibus, & modis.

Nec existimes, quod materia & forma prorsus relatiua sint: sunt enim absoluta simpliciter, vt dicunt S. Tho. & Alber. secum tamen ferunt aliquam relationem, & respectum.

Nominales dicunt materiam essentialiter non esse relationem, sed denominatiuè.

Burleus dicit materiam esse aliquid, id est, substantiam, in se tamen habere ad aliquid, id est, respectum, seu esse ad aliquid in secundo modo dicendi per se. Omnes autem hęc locutiones ad id tendunt.

An ars imitetur naturam.

Quest. VI.



VAESTIO hæc solum ad declarationem est proposita, nõ quod sit cõtrouersia inter philosophos. Hæc propositio, Ars imitatur naturam, triplicem sensum facit: Primus est, effectus artis, seu artificialia sunt similia naturalibus. Alter est, agens secundum artem assimilatur agenti naturali. Tertius est, forma artis est similitudo formę naturalis: & omnes tres sensus veri sunt. Tamen vt manifesti fiant, est primum argumentum. Artificialia non habent in se motus principium, vt naturalia sunt: naturalia verò habent: non ergo sunt similia.

Secundò: agens naturale non est liberum, sed necessariò agit; ignis enim non potest non comburere, si combustibile sit appositum: ergo agens secundum artem est liberum, agit enim quando vult, & quousq; vult: non ergo simulantur.

Tertiò: Forma naturalis est substantia, vt diximus, at formę artium, & artes ipsę accidentia sunt: non ergo similitudo ulla est.

In huius declarationem sit prima conclusio. Res artificiales simulantur naturalibus in forma, in materia per se, & in toto ipso composito.

Aduerte primò, accidentia sensibilia ferè omnia natura multis communia fecit, vt potè albedinem, nigredinem, calorem, frigiditatem, magnitudinem, saporis, & reliqua; Hæc enim animatis, & inanimatis absq; discrimine insunt. Vnũ tamen inter hæc reseruauit natura proprium singulis speciebus, & id figura, ac forma exterior est, quàm diuersam diuersę entium species, imò aliquando specierum indiuidua fortiuntur.

Et hoc optimo cõsilio factũ est: nam cum homo, qui huius mundi rex est, & in cuius gratiam hæc facta sunt, a sensu

dependeat in sua intellectuione, ac sensibus substantias non percipiant, nisi per accidentia, profectò deciperetur semper, nec posset rerum formas ac substantias distinguere, nisi accidentia aliqua sensibilia essent, quibus tales formę substantiales designarentur, & tales sunt rerum figurę, & formę exteriores, quas cum visus discernat, maximè ad cognitionem visus prodest, vt dicitur 1. Meta. c. 1.

Hæc igitur figurę sequuntur formas substantiales. Vide S. Thom. 7. Physico. Lectione 3. adeoque sunt illis coniunctę, & illarum comites, vt multi existimant, ipsas esse rerũ substantias, vt refertur 3. cęli, c. 4. & hoc volebant dicere illi, qui asseriebant lineas, & superficies esse rerum substantias, vt dixit Pythagoras 1. Meta. c. 7. text. 24. Et id dubitatur. 3. Meta. c. 5. & 7. Meta. c. 2. At re vera non sunt formę substantiales, sed ipsarum indicia. Hinc est, quod perfecta similitudo duarum rerum maximè attendatur in figura, adeò, vt eiusdem speciei videantur, quę figuram participant eandem, & eodem nomine nominentur: vnde propter hoc pictum hominem vocamus hominem, & imagines eiusdem nominibus, quibus ea, quorum imagines sunt, nominamus, vt notum est.

Aduerte secundò, q̄ artes circa has figuras versantur: conantur enim effectus insignis cum naturalibus similes. Est duplicem tamen duplex ars: quędam, quę versatur circa actiones, vt ars cantandi, saltandi, nauigandi: & alię quędam, quę versantur circa res factas, vt domificandi, pingendi, faciendi statuas, & alię: & in his est præcipua similitudo, de qua loquimur, adeò, vt ars, quę pingit leonem, videatur quodammodo leonem facere propter illam figurã, quę comes est formę substantialis, & non solum propter figuram, sed etiã propter modũ ipsius materię, ex qua fiunt res hęc: materia enim in naturalibus patitur aliquã mutationẽ, vt ex ea fiat aliquid, vt ex aqua fit aer, mutata tamẽ aqua, ita etiã ex ligno fit statua, aliquo tamen modo ligno mutato, nõpe dolato, & scisso, & passo aliquã dispositionem, vt illam recipiat formam.

2. fundam. Nota primò artem.

Ex

Nota 2.

3. fundam.

2. conclusio.

3. conclusio.

Ex quo fit, quòd sicut non dicitur homo est terra, sed terrenus, quia ex terra mutationẽ passa homo est factus, ita nõ dicitur statua est aurũ, sed aurea, domus est lapis, sed lapidea, vt dicitur 2. Gene. c. 1. & 7. Physic. c. 3. & hanc rationem huius dat Arist. 7. Meta. c. 7. text. 26.

Aduerte tertiò, quòd statua, & ista artificiatia non sunt, sicut reliqua nomina accidentalia, album; calidum, curuum: hæc enim dicunt corpus, non vt partem, sed vt subiectum, at ista ipsam materiam habent pro parte, vnde sicut caro, & anima faciunt hominem, vt dux partes, ita aurum, & figura statuam in genere artificiali: vnde benè dixit Paulus Venetus, quòd huiusmodi nomina non dicunt formam, vt alia connotatiua, sed totum ipsum compositum: & hæc docet 7. Meta. c. 10. text. 34. Ac in hoc maximè simulantur naturalibus. Ex his omnibus patet sensus, & veritas conclusionis primę, nempe, quòd artificialia simulantur naturalibus in formis exterioribus, & in materijs aliquo modo, & etiam in ipsis totis compositis, ad sensum prædictum in fundamentis.

Secunda conclusio. Artifex imitatur agens naturale in modo operandi. Ista similitudo consistit in duobus: primò, sicut agens naturale effectum producit assimilando eum sibi in forma, secundum quam producit, ignis enim ignem, leo leonem, homo hominem producit, ita artifices tales effectus produciunt, vt similes sint idolis & imaginibus, quas sibi in mente fingunt, & secundum quas operantur.

Secundò, sicut agens naturale operatur materiam disponendo, & ab imperfectis incipit, sic & artifex ipse, & ex hoc sequitur, quòd artis formę assimilatur formę naturali aliquo modo, producit enim res quęlibet sibi similes, licet in arte non sit similis specie effectus factus arti, & idolo secundum quod fit.

Tertia conclusio. Ars aliquando imitatur effectus naturales præexistentes, aliquando eos, qui debebant præexistere.

Aduerte duplicem artem. Est quędam

similia naturę, quę ea, quę natura facit, imitari suo modo conatur, vt ars, quę pingit, quę facit statuas, & similes, & hæc imitatur naturę effectus præexistentes. Altera est, quę supplet ea, in quibus natura deficit, vt ars faciendi domos, vestes, & similia necessaria vitę, & hæc nõ imitatur effectus præcedentes naturę, sed qui deberent præcedere, id est, tales facere conatur, quales faceret natura, si eos faceret.

Nota duplex generis artis.

Ex his omnibus colligitur, illam propositionem, ars imitatur naturam, esse veram in illo triplici sensu, qui propositus est.

Differunt tamen in his, quę argumenta probant: hæc enim verè concludunt artem, & naturam in illis esse dissimiles, tamen, quia in alijs est similitudo, vt diximus: propositio est vera: non enim ad illius veritatem opus est, vt in omnibus imitatio sit. Ad textum redeamus.

Ad argumenta.

CAPVT III.

Determinatis autem his.

Text. XXVII.



HÆC est tertia pars libri huius, in qua de causis agit. Philop. continuat hunc sermonẽ, vt postquam Aristoteles de causis egit, puta de materia, & forma, velit nunc de causis agere, puta de efficiente, & sine. Simplicius verò non de efficiente, sed de solo fine intentionem esse docet: at quia de fine volebat differere, causam in communi distinguit. At re vera non video cur hic de efficiente, saltem proximo, non agatur, & de omnibus causis in communi, vt in processu patebit.

Nota quam ob causam Arist. instituit tractationẽ de causis.

Ob id aduerte, quòd ratio tractandi modò de causis duplex est. Altera, quam ipse Aristoteles in presenti textu proponit, nempe, vt cum Physicus scrutetur causas generationum, & mutationum naturalium, sciamus, quot, & quę sint istę causę in genere, quas Physicus inquirat.

rit,

rit, ob id Mathematicus non habet causas sic distinguere. Non enim nisi unam, aut alteram, & non propriè causam aliquando speculatur. Altera est, quia dictum erat in definitione naturæ, eam esse causam: oportebat ergo scire, quæ esset causa: est enim formalis, & materialis, & efficiens, & finalis, ut dicemus: ac propter id, de causis modò fit sermo. Et hæc est materia huius secundilibr.

Nota ad quos principia agere de taphysicum pertinet, varijs tamen rationibus. Logicus enim, ut patet 2. Poster. causam diuidit, & explicat, licet non proprio habitu, ut ad perfectam pertinet demonstrationem, Physicus verò causas, ut ad mutationes pertinent, & ad naturales effectus, tractat. Metaphysicus autem, ut ad esse attinent, ut dicit Aues. 2. Metaph. com. 6. Similiter, quia esse causam est una pars entis excedens res naturales, cum extra naturalia etiam causæ sint, unde absolutè demonstrare, quot sint causæ, est Metaphysici: quot verò mutationum causæ, Physici: quot potissimè demonstrationis media, logici. Textum igitur exponamus.

Quot, & quæ sint causæ, tractandum proponit, cuius rationem subdit, quæ talis esse potest in forma: Artificem scientificum eorum, quæ tractat, quot, & quæ sint causæ, docere oportet: physicus est artifex scientificus naturalium mutationum: ergo ipsum Physicum, causas omnes docere oportet, ac distinguere. Maiorem illam virtualiter intellectam probat: quia non contingit scire, quousque causam primam, id est, propriam, & immediatam percipiamus: nec reducere quæque poterimus ad talem causam, nisi quid, quæque causa sit sciamus, præsertim in physica, quæ non unam, aut alteram, sed omnes quærit causarum modos.

Vno igitur modo causa dicitur. Text. XXVIII.

Nota de definitione causæ materialis.

Incipit varias causas assignare. Est, inquit, vno modo causa id, ex quo, cum insit, aliquid fit. Per hanc descriptio-

nem notat causam materialè, hæc enim est, ex qua dicitur aliquid fieri, ut ex ære statua, ex argento phiala. Nec sufficit, ut ex aliquo fiat aliquid, ad hoc, quod sit materia, sed quod permaneat in eo, quod ex ipso fit, nã ex priuatione fit aliquid, ut ex nocte dies, & ex non albo album, sed non ut ex materia, sed ut ex termino: quia non permanet, ob id dicitur, ex quo cum insit.

Et aduerte, quod hic non dicitur, primo, & non secundum accidens, ut definita est materia superius in lib. 1. text. 82. quia illic definita est materia prima per se, hic autem tam prima, quàm secunda, tam naturalis, quàm accidentalis, per se, & per accidens, ut inferius declarabitur. ob id illa duo prætermissa sunt.

Aduerte vterius, cum aliquid dicitur causa, quæcumque illi conueniunt, etiam dicuntur causa, ut si æs est causa statuæ, & æs est corpus, & substantia, etiam ista dicuntur causa statuæ, & hoc non solum in causa materiali, sed in omni alia: & ob id dicitur, horum genera: quo autem modo ista causæ sint, posterius ipse Aristoteles explicabit.

Alio autem modo forma, & exemplar.

Alium modum causæ ponit, nempe formam, & exemplar, quæ est ratio, quod quid erat esse, id est, unde sumitur definitio rei, dicitur enim forma, ut dat esse: dicitur exemplar, quatenus agens producit effectum sibi similem in forma: dicitur ratio definitionis, quia præcipua pars definitionis, & naturæ rei forma est.

Ponit exemplum, ut forma, diapason, est proportio dupla, & numerus & partes definitionis. Nã sicut in materia aliquid dicebatur causa materialis, & etiã ipsius generis, ita in forma: nam diapason, quod est consonantia perfectissima, habet pro forma proxima proportionem duplam, & numerum, qui superior est, & denique partem definitionis, ut proportionem, nã dupla proportio est. Exemplum est musicum parum ad nos attinens, dum modo res intelligatur, ac si dicas,

Nota 2.

Nota 3.

Quid forma

cas, forma hominis est animal rationale, & animal, & rationale, & horum generat definitio enim quiddatiua, & ipsius partes locum habent formæ respectu suppositi.

Amplius vnde principium mutationis primum.

Text. XXIX.

Quid efficiens.

Tertium modum causæ ponit, nempe id, vnde est principium motus, aut quietis primum. Hoc denotat causam efficientem, ipsa enim est, quæ primo incipit operari à qua procedit motus, & quietis principium primum.

Ponit exemplum: consultor est causa eorum, quæ consilio fiunt, & pater filij faciens facti, & mutans mutari, Philop. & alij hæc duo referunt, ut sint superiora assignatarum causarum, sicut supra dixerat, horum genera: nam faciens est superioris patre, & mutans superioris consultore.

Sanctus Thomas melius hoc interpretatur de diuersis causis efficientibus, & licet ipse assignet eas: tamen non videntur textui conformes.

Ob id sic dicamus, per consultorem, intellexit causas morales: per partem, causas naturales substantiæ productiuas: per faciens causas artificiales: per mutans, causas naturales alterantes: est etiam in his semper repetendum. Horum genera.

Præterea, ut finis hic autem est id.

Quid finis.

Vltimum modum causæ ponit, id cuius gratia aliquid fit, per quod intelligitur causa finalis, ut deambulationis finis sanitas: deambulat enim propter sanitatem. Ostendit autem finem esse causam, quia dubium poterat esse, cum nondum sit, ut cum sumitur potio propter sanitatem, quæ nondum est: & dicit, quod tunc existimamur reddidisse causam, cum finem expressimus: est ergo finis cuius gratia fit aliquid causa.

Declarat autem quorum sit finis, causa, dicens eorum omnium esse causam, quæ sunt inter primum efficiens, & ipsum finem, ut à Medico, qui est efficiens primus,

vsq; ad sanitatem, media sunt potiones, purgationes, euacuationes, dietæ, instrumenta scindendi venam, & alia huiusmodi, quorum aliqua sunt operationes, ut scissio venæ, purgatio, euacuatio, alia organa, & instrumenta, quibus tales operationes exercentur, & horum omnium sanitas est finis: & idem dicendum in alijs: finis enim est causa omnium mediõrum, quæ sunt ad finem.

Causæ igitur ferè tot modis.

Text. XXX.

Tria, quæ causis his insunt ponit. Primum est: eiusdem effectus plures esse possunt causæ per se, non tamen vni generis, sed diuersorũ, ut statuæ vnius quatuor sunt causæ, materia, æs, forma ipsa, figura, efficiens statuarius, finis id, propter quod statua fit: idem euenit in rebus naturalibus.

Tria quæ insunt causis. Primum.

Secundum, quædam possunt sibi inuicem esse causæ, sed non in eodem genere cause, ut sanitas est finis deambulationis, & deambulatio est efficiens sanitatis. Idem intellige de materia, & forma, ut dicit Auer. nã forma est causa materiæ, ut ipsam perficit, materia etiam est causa formæ, ut ipsam sustentat, & recipit.

Secundum.

Tertium. Eadem potest esse causa contrariorũ per se, sed vnius positiua, alterius priuatiua, sicut nauta sua præsentia est causa conseruationis nauis, absentia autem submerisionis.

Tertium.

Hoc exemplum intellige non in vniuersum, sed tunc dicitur causa submerisionis, quando, si ipse esset præsens, non submergeretur nauis: tunc conseruationis, cum, nisi esset præsens, non conseruaretur: potest enim aliquando esse causa per accidens horũ. Intellige etiam, quod est causa suo genere, non tamen totalis, nam etiam venti & aquæ sunt pariter causa illorum effectuum.

Nota primo.

Potest aliud exemplum huius assignari: nempe Sol, qui sua præsentia in nostro hemisphere facit diem, sua absentia noctem & vtrumque per se facit.

Nota secundo.

Omnes autem nunc dicte causas. Text. XXXI.

Nota. Oēs causæ reducuntur ad quatuor genera.

Hucusq; causarum varia posuit exempla, & alia etiam occurrunt præter illa, propter quæ forsitan aliquis existimasset, plura esse causarum genera. Hoc remouet Aristoteles, docens, ad quatuor causarum genera prædictas omnes causas reduci, præsertim cum hucusque nondum declarauerit Aristoteles, quot sint causæ, sed tantum eas enumerauerit, ut dicit Auer. Ad materialem causam reducit omnia ista, elementa syllabarum respectu, materiam factibilem, ignem, & reliqua elementa mixtorum corporum, partes totius, præmissas conclusionis: in quibus triplicem indicat materiam, ut notant Themist. & Alexand.

Materia alterationis, compositio- nis, & vtriusq; simul.

Est enim materia alterationis, materia compositionis, & alterationis simul: materia alterationis est id, ex quo corrupto, aut alterato fit aliquid, ut ex pane sanguis: compositio est ea materia, quæ componit aliquid, nulla in ea mutatione existente, ut literæ sunt materiæ compositionis syllabæ: Compositionis, & alterationis simul est, cum multa componunt aliquid, sed corrupta, aut alterata, ut elementa faciunt mixtum, & acetum, ac mel componunt oximel. Has materias indicant ista exempla.

Materia compositionis varia.

Per elementa, & partes syllabarum, & totius intelligitur materia compositionis, quia non est vnius rationis compositio in compositis; aliqua enim solum aggregatione componuntur, ut cumulus, alia colligatione, ut manipulus, alia conglutinatione, alia ordinatione, & omnia intelliguntur sub materia compositionis, ob id duobus exemplis explicantur. Vide 8. Meta. cap. 1. per materiam factibilem intelligitur materia alterationis, & per præmissas conclusionis, per elementa verò materia compositionis, & alterationis simul.

Dubium primum. Solutio. Tria sunt materiae alterationis genera.

Dubitabis, quæ materia sit illa prima vel secunda substantialis, de qua locuti sumus? Themiast. vult esse alterationis solum respectu formæ, & bene dicit. Sed aduerte esse tres materias alterationis: Prima est, quæ per alterationem aliquam in se facit aliquid, & talis est materia ista prima, nam non generatur quicquam ex

ea, nisi amittat priuationem, & etiam alia ab ea expellatur forma: partim enim dicebatur corruptibilis. Alia est, ex qua fit aliquid, sed per corruptionem sui, ut ex pane fit sanguis, tamē forma panis destructa. Tertia est, ex qua fit aliquid, facta prius in ea aliqua mutatione, ut ex ære fit statua, æs autem prius mutationem, nēpe partium aliquam subtractionē vel de- cisionem suscipit: omnes igitur hæc materiæ alterationis dicuntur, sed non eodem modo.

Vterius dubitabis, quomodo dicitur Dubium. 2. materia id quod corrumpitur, ut patet de pane, & elementis: non enim permanent. Dico, quod manet quidem, nō tamen secundum se tota, sed secundum sui partem, puta materiam, & secundū virtutes, ac proprietates aliquot, ut in mixto manent materiæ elementorum, & virtutes ipsorum, puta qualitates: & hoc fat est, ut materia dici possint.

Solutio.

Vterius dubitabis, quomodo hic partes dicantur materia, cum superius tex. 28. dictæ sunt forma. Auer. vult illud de partibus definitionis esse intelligendū, quæ forma sunt, hoc verò de partibus integratibus. S. Tho. autē melius, etiā de partibus definitionis vult hoc intelligi, & distinguit bene partes definitionis, si enim ad ipsum definitū cōparentur, formæ loū habet: si verò ad ipsam definitionē, cuius partes sunt, rationē habent materiæ, & tota definitio est, ut forma.

Dubium. 3. Solutio.

Sed tunc quæres quomodo definitio, quæ datur per materiā, & formam, possit hoc habere: non enim partes definitionis erunt definiti forma, sed vna tantum. Responder S. Tho. quod materia, & forma in communi, ut sunt de natura hominis & compositi, habet rationem formæ respectu ipsius suppositi, quamuis vna respectu alterius partis sit materia, vnde humanitatem dicimus formam hominis, & tamen humanitas dicit materiam, & formam. Sed hoc postea magis declarabitur.

Dubium 4.

Vterius dubitabis, quomodo præmissæ dicantur materia conclusionis. Re. Dubium. 5. Solutio. præmissarum componunt conclusionē, Melius

lius respondet Simpl. quod si totum syllogismum consideremus, tunc præmissæ sunt, ut materia conclusio, ut forma: quia conclusio determinat, & perficit syllogismum hoc etiam recipit Auer. dicens, præmissas esse, ut potentiam, conclusionem, ut actum.

Harum autem aliarum quidem sunt,

Alexan. & Philop. ista verba legenda esse censent à principio textus, ut cū dixisset, quatuor esse modos causarum: sequatur, harum quædam sunt, ut subiectum, & materia: At Simpl. non recipit hoc, & magis ad literā dicit, quod in exemplis propositis non solum materia, sed etiam forma continebatur, ut puta syllaba, & elementa, totum, partes, præmissæ, conclusio: ob id dicit, horum enumeratorum quædam esse materiam, ut omnes partes respectu totius, quædam esse quod quid, id est formam.

Nota, forma triplex, Alteratio- nis, & Compositio- nis, & vtriusque simul.

Et nota, quod formam triplici nomine explicat: dicit enim totum, compositio- nem, speciem, ut noter tres modos formarum correspondentes tribus materijs, ut notant Themist. & Alex. & Auer. Est enim forma alterationis, quæ est forma respectu alterius partis materiæ, & hæc dicitur species. Est forma compositionis, respondens materiæ compositionis, ut forma domus est talis compositio, similiter forma cumuli, forma manipuli, talis colligatio, & hæc formæ dicuntur compositio. Est forma compositionis, & alterationis, ut forma oximelis, forma mixtorum, quæ s. Meta. dicitur ab Aristotele mixtio, & hæc dicitur totum, quamuis totū sit vocabulum commune includens etiam compositionem, huic tamen modo appropriatur.

Semen autem, & Medicus.

Constituit modò causam efficientem, ad quam reducit ea omnia, vnde incipit motus, ut semen, Medicus, cosultor, & ipsum faciens omnia. Vbi nota, per semen intelligi causas instrumentales; per faciens omnia, intelligi efficientes principales. Plato enim separabat nouum genus causæ instrumentalis: Arist. verò ad efficientē causam reducit,

& instrumentalem, & principalem, sicut causam exemplarē etiā reducit ad ipsam formalem: vnde in numero causarum quantum ad rem cum Platone conuenit. Aliarum autem, ut finis, & bonum aliorum.

Quartum genus causæ ponit, nempe finem, cuius gratia aliquid fit, & est bonum aliorum, quæ ad ipsam ordinantur, quia id, quod mouet ad operandum, & est finis, semper habet rationem boni, quamuis non semper veri, sed aliquando apparentis, præsertim in animalibus, & homine, quæ mouentur ad operandum semper propter bonum, sed illud bonum non semper verum est, ut patet, nam in naturali appetitu finis semper bonū verum est: in animali, & rationali non semper, hoc dicit bene Albertus hic, utrobique tamen finis bonum quid est, ut finis est. Ex his concludit quatuor esse causarum genera, ad quæ omnes causæ reducuntur.

Causæ igitur tales, & tot sunt. Tex. XXXII.

Vnamquamque causam vel genus causæ in plures diuidit differentias, varia differentia quamuis sint numero multæ, rentia causarum. tamen redactæ ad summam, & ad communia membra, sunt pauciores. Duplīciter igitur vnumquodque genus causæ diuiditur: primò, quædam est causa prior, id est, vniuersalior: quædam posterior, & particularior, ut si in efficiēti dicas, Medicus sanat, est causa posterior: item artifex sanat, est vniuersalior, & prior: adhuc agens sanat, vniuersalior. Denique superiora causarum cuiusque generis dicitur etiam causæ in illo genere priores, quod supra dictum est, & horum genera. Similiter ex parte formæ, ut diapason, forma est, & proportio, & numerus: in fine similiter, studeo propter scientiam, & scientia est habitus, & bonum etiam studeo propter habitum, & propter bonum. Item sit statua ex ære, ex metallo, ex corpore, hæc superiores causæ dicuntur priores particulares, posteriores in quolibet genere.

Amplius autem, vt accidens.

Tex. XXXIII.

Secundadiuisio causarum.

Secunda diuisio est. Causarum, quædam per se, quædam per accidens. Per se, quæ ad effectum, vt tales sunt, concurrunt, vt statuarius causa est per se statuæ, quia vt talis est, causa est statuæ, per accidens, est id quod coniunctum est cū causa per se, licet secundum se non operetur, vt Polycleus est per accidens, causa statuæ, quia accidit, quod Polycleus sit statuarius.

Nota.

Et nota, quod ista causa per accidens, aut est causa ipsum subiectū per se, vt Polycleus, aut id, quod in eodem subiecto est cum causa per se, vt si Polycleus est albus, & Musicus, dummodo statuarius, tunc albus est causa statuæ, & Musicus causa statuæ, per accidens tamen, quamuis inter has per accidens magis accedat Musicus ad causam per se, quia Musica est in eodem subiecto, in quo est ars statuaria, quæ est causa per se, puta in anima: albedo enim est in corpore. Est igitur causa per se, & per accidens, & inter has quædam vniuersalis, quædam particularis, vt per accidens particularis est Polycleus, vniuersalis homo, vniuersalior animal, viuens: similiter Musicus habitatus, qualis: idem in causis per se, vt statuarius, artifex, sciens. Hoc idem intellige in omni alio genere causæ, & habebis magnum causarum numerum.

Præter omnes autem, & propriè dictas. Tex. XXXIII.

Tertia diuisio.

Tertia diuisio est: Quædam sunt causæ in potentia, quædam in actu: dicuntur causæ in actu operantes: dicuntur in potentia, quæ possunt operari, quamuis actu non operentur, vt ædificans causa operans, ædificator causa in potentia. Hoc intellige in quocunque genere, & in quacunque causâ prædictâ, tam per se, quam per accidens, vniuersali, quam particulari, vt facile est ad exempla reducere.

Perinde autem dicitur.

Tex. XXXV.

Nota, effectus ipsi causæ.

Has tres distinctiones ex parte effectuum posse assignari docet: est e-

nim effectus singularis, & vniuersalis, vt dem differentias habent. hic statuarius facit hanc statuam, & imaginem: similiter per se, & per accidens, vt qui facit statuam, si accidat, quod sit albamagna, calida, facit hæc per accidens. Idem in alijs differentijs intellige. & diligens auditor philosophiæ omnes hos modos ordine, & exemplo conabitur distinguere, quod vt est facilissimū, ita est vtilissimū pro multis, quæ in scientijs, & extra scientias occurrunt.

Amplius autem connexæ.

Tex. XXXVI.

Quarta diuisio. Quarta diuisio est, Causarum, quædam sunt simplices, quales sunt per accidens, & per se: singularis secundum se sumptæ. Connexæ, quales coniunctæ ex per se, & per accidens, vt Polycleus statuarius est causa statuæ: Has omnes causas ad duodecim modos reducit, sunt enim hæc diuisiones tres, quæ faciunt sex modos causarum, nempe vniuersalis, particularis, per se, per accidens, connexa, simplex. Quælibet autem ex his diuiditur in causam potentia, & causam actu. Fient itaque duodecim, nempe vniuersalis actu, vniuersalis potentia, particularis actu, particularis potentia, per se actu, per se potentia, per accidens actu, per accidens potentia, simplex actu, simplex potentia, connexa actu, connexa potentia: & hoc in quolibet genere causæ. Vide magnam multitudinem causarum breuissimis verbis expressam.

Differunt autem tantum.

Tex. XXXVII.

Discrimen vnum assignat inter has causas actu, & potentia, quod cause actu, & singulares simul sunt cum effectu, vt si hic ignis comburit, hoc comburitur, si hic ædificat, hoc ædificatur: & hoc etiam intellige in vniuersalibus; vt bene dixit Themist. quicquid alij dicant, vt si ædificans est, ædificium fit. At causæ in potentia non sunt simul cum effectu, non enim ædificator, & domus simul sunt, potest enim vnum absque altero esse.

Et nota cum Simpl. quod effectum

Nota.

vocat id, non quod potest esse, sed quod est iam factum, atque extra operationem agentis consistit, & sic tollitur contradictio. Postea enim dicit, quod causa in potentia est cum effectu in potentia, tunc enim sumitur pro eo, qui potest esse, & tunc si domificator est, domus esse potest, & è contra.

Oportet autem semper causam.

Tex. XXXVIII.

Tria theoremata causarum.

Tria theoremata ponit circa causas prædictas. Primum, vt effectus propositi semper quæramus causam summam.

Primum Nota.

Causa autem summa, vt notat Themist. debet habere tria. Primum, vt sit per se, nam effectus propositi non est reddenda causa per accidens, Secundum, vt sit propria, non vniuersalis, non enim dices, Medicus sanat: quia agens, aut quia artifex. Tertium, vt sit immediata, id est, vt non habeat vllam supra se propriam, sed ipsa sit aliarum causa, vt si dicas, sanat quia Medicus est, Medicus, quia artem Medicinæ tenet, hæc est summa causa, & huiusmodi causæ in quoque causæ genere quærendæ sunt à Philosopho, reliquæ enim scientiam non faciunt perfectam.

Secundum.

Alterum theoremata est. Effectus communis causa est danda communis, & particularis causa est reddenda particularis, vt statuarius est causa statuæ, hic statuarius huius statuæ, & artifex artificij.

Tertium.

Tertium theoremata est. Causa in actu ad effectum in actu, & causa in potentia ad effectum possibilitatem est referenda, vt si domificans est, domus fit, & si domificator est, domus esse potest. Hæc de causis. At oportet multa ex his examinare: Causarum enim cognitio omni artificio, præsertim naturali, vtilissima, & necessaria est.

Antatim sunt quatuor genera causarum.

Quest. VII.

Argumenta in opposita.

Via in primo libro de materia, & forma diximus satis, nunc de efficienti, & sine in particulari differere oportet, si prius tamē in communi aliqua circa singulas causas tractemus, Est igitur primum argumen-

tum contra numerum causarum præfixum ab Aristotele.

Calor ignis, ferra artificis, & similia causæ sunt, tamen non videntur esse alij cuius generis ex his: ergo non est numerus sufficiens. Probat minor: nam maximè essent causæ efficientes, hoc autem esse non potest: nam efficiens est, vnde primo incipit motus: sed motus non à calore, sed ab igne, non a scia, vel ferra, sed ab artifice incipit: non igitur sunt efficientes causæ.

Et vterius: imago ad cuius similitudinem artifex facit imaginem aliã, causa est, nec videtur vlla ex his, cum non sit efficiens: non enim illa operatur: nec formalis, cum non det esse artificio, sicut albedo dat esse albo: nec vlla ex alijs: non ergo sunt quatuor solum genera causarum.

Secundum. Materia nullius est actiuitatis, nihilque agit: non ergo est inter causas annumeranda: causa enim videtur aliquid agere.

Tertium. Forma nullum esse dat, ergo non est causa: probatur antecessens, quia non dat esse composito, accipit enim ab eo esse, cum ad ipsius productionem forma sit: nec dat esse materiæ, cum prior sit materiæ, & ex ipsa fiat quodammodo forma.

Quartum. Sol, Deus, Angeli, videntur causæ, & non sicut ignis, homo, leo, quia hæc producunt sibi similia, non autem illa: ergo est nouum aliud genus causæ ponendum.

Quintum. Finis non est causa posteriorum se: quia ipse est vltimum non habes posteriorum, nec est causa priorum se, cum nihil sit causa eorum, quæ ante ipsum habent esse: non ergo finis est causa.

Sit primum fundamentum. Quid causa sit, Aristoteles non docuit, contentus definitionibus singulorum generum, sic enim facit in his communibus, præsertim cum in ipsis analogia quædam est, & definitur à Proculo libro de causis. Causa est, ad cuius esse sequitur aliud. Vbi nota, quod sequitur, non dicit consecutionem logicam antecedentis, & consecutionem, sed processionem, & emanationem realem, vt sit id causa, quod influit, & à

Causæ definitione secundum Procul.

quo aliud emanat. Aduerte etiam, quod dicitur, aliud, ut intelligas, effectum habere aliud esse ab ipsa causa, & aliam entitatem: & dicitur etiam, ad cuius esse, ut denotetur causam eam esse, quod suo esse, & virtute propria habet hoc, ut ex ipsa aliquo modo emanet aliud.

Nota opinioniones circa numerum causarum.

At circa causarum numerum variae fuerunt sententiae, nam Antiqui ante Aristotelem & Platonem non cognouerunt nisi materiam: de forma substantiali nil dixerunt: finem & efficientem abstulerunt, dicentes nil de nouo generari. Aliqui parum de efficienti cognouerunt, nam Anaxagoras mentem, Empedocles litem & amicitiam posuit: sed non posuerunt haec semper efficere, sed a principio, cum separatum fuit chaos: Plato vero sex causas posuit naturales, praeter quatuor enim ab Aristotele recitatas, addidit exemplarem, & instrumentalem.

Nota, quod posterit Arist. causam exemplarem.

Aristoteles vero tantum quatuor causas recipit in generatione rerum naturalium. Dico in generatione rerum naturalium; nam in artificialibus non negat exemplarem esse causam, sed hoc discrimen constituit inter naturalia, & artificialia, quod quae secundum artem agunt, ultra habitum artis sibi proponunt aliquod idolum, & imaginem, cuius imitatione operentur: at naturalia non habent praeter suas particulares formas aliquod aliud exemplar. Plato enim constituebat ideam omnium exemplarem causam: & hoc bene notauit Philop. in presenti: non ergo rejicit absolute Arist. exemplares causas, sed a generatione naturalium, formas autem ipsas particulares exemplaria vocat.

Dubium de causa exemplari. solutio.

Dices, cum ignis producit ignem, utra forma exemplar dicitur, ignis producti, an ignis productis? Simpl. vult formam ignis producti esse exemplar: quia ipsa est, quam agens producere intendit, ac sibi assimilari. Alexan. & Philop. formas producentes magis dici exemplares docent: quia agentia ad ipsarum similitudinem producunt effectus: exemplar autem antecedit id, cuius est exemplar.

Nec intelligas, quod ipsa agentia cognoscant suas formas, & cognoscendo eas operentur: non enim cognitione hoc fit,

sed naturaliter in forma sibi, simulantur effectus, ob id tales formae exemplaria dicuntur.

Causam autem instrumentalem noluit Aristoteles distinguere ab alijs, cum non proprio motu, sed ut ab alio regitur, operetur.

Sunt igitur, secundum Aristotelem, causae quatuor ad generationem naturalem conuenientes: id, ex quo fit aliquid, hoc est materia: id, per quod fit aliquid, id est forma: id a quo fit, id est efficiens: id, propter quod fit, idque est finis.

Causae quatuor secundum Arist.

Sit secundum fundamentum de ordine harum quatuor causarum. Notat Albertus tract. 2 cap. 5. & bene, quadrupliciter posse has causas considerari, nempe aut secundum effectum, aut secundum intentionem, aut secundum esse, aut secundum rationem agendi: primo, si secundum effectum ipsum considerentur, prima omnium est materia, quae est quidem de substantia ipsius, & in qua recipitur motus, quo fit effectus: secundum locum tenet forma, haec enim etiam est ipsius pars effectus, & terminat materiae motum: tertium locum obtinet efficiens, est enim extra effectus substantiam, tamen est principium motus, quo fit effectus: vltimum locum finis habet, qui motus est extremum vltimum.

2. Fundam. Nota de ordine causarum inter se. Primo.

At si secundum causae considerentur, quoad motionem, & intentionem operandi, tunc fit preposterus ordo, primum locum obtinet finis, hic enim ante omnia mouet efficientem ad operandum: secundum locum obtinet efficiens causa, quae a fine mouetur: tertium forma, nam secundum hanc materia mouetur, & perficitur: vltimum materia, quae perficitur. Ex his duobus ordinibus priorem obseruauit Aristoteles in textu, considerauit enim causas ex parte effectus.

Secundo.

At si tertio, secundum esse considerentur, tunc prima est efficiens causa, haec enim est, quae antecedit, & materiam disponit, & aptam facit formam: secundum locum habet materia: tertium forma, quae ex potentia materiae habet esse: vltimum finis, qui quantum ad executionem vltimo habet esse.

Tertio.

Tan.

Quarto.

Tandem quarto, si ratio agendi consideretur, prima causa est forma, ipsa enim est, secundum quam actio est: secunda est efficiens, quae per formam operatur: tertia finis, qui cum forma in specie conuenit: vltima est materia, quae nihil agit, sed solum recipit. Vide igitur, quomodo non idem sit causarum ordo.

3. Fundam. De causa materiali.

Sit tertium fundamentum de materia, hic non de materia, in qua est sermo, quale est subiectum respectu accidentium, nec de materia, circa quam, quale id, erga quod scientia versatur, sed de materia, ex qua fit aliquid totum, siue naturale, siue artificiale: materia autem dicitur causa, non quia quicquam agat, modus enim causandi ipsius non est quicquam agere, sed esse id, ex quo agens aliquid agit: vnde esse materialem causam, est concurrere, tanquam id, ex cuius potentia passiuam aliquid fit, aliquid producitur.

Diuisio materiae.

Haec materia potest diuidi iuxta tota ipsa, & composita, quae sunt ex ea, ut quaedam dicatur substantialis, ex qua totum fit substantiale, & per se, quaedam accidentalis, ex qua totum aliquod per accidens fit. Substantialis materia multiplex est, quaedam simplex, quaedam composita. Simplex est, quae non recipit formam, quin precesserit ipsa materia sub diuersis specie formis, sicut materia elementi, puta ignis, aquae, terrae, aeris, horum enim materiae primae immediate respiciunt formas eorum. Materia composita est, quae est congregata ex diuersis materijs diuersarum specierum, ut materia mixtorum, haec enim est congregata ex materijs elementorum, non quod maneat diuersae materiae, sed fit vna ex illis pluribus: vnde ex simplici materia non fit lapis, plantae aut aliud mixtum.

Haec materia composita est triplex: Quaedam congregata solum ex diuersis materijs simplicium corporum, puta elementorum, ut lapis, ferrum, argentum, quae ex elementis immediate conficiuntur: Quaedam vero est congregata ex diuersis materijs etiam aliorum mixtorum, ut tiriaca, pharmaca, electuaria, quae ex diuersorum mixtorum materijs in vnam

conuenientibus conficiuntur: tertia materia plantarum, & animalium, quae petit etiam compositionem organorum, & instrumentorum ad suas operationes obeundas.

Ex quibus sequitur, quod materia prima non habet ordinem immediatum ad omnes formas, aliter enim ex quolibet fieret quodlibet: sed primo ad elementorum formas, postea ad mixtorum, & aliorum formas ordinatur. hoc autem est propter dispositiones varias, quas diuersae formae in materia petunt, quas materia vna non habet, nisi ex diuersis rebus sit congregata.

Ut autem ad materiam accidentalem accedamus. Quaedam est simplex, quae est vnus speciei, ut ex auro annulus, ex ligno statua: & non multae materiae ad compositum conueniunt. Quaedam est composita, cum plures materiae conueniunt ad componendum aliquid, siue per aggregationem, ut in cumulo, siue per affiliationem, ut in manipulo, siue per affixionem, ut in archa, quae clauo partes habet affixas, siue per conglutinationem, ut in libro, siue per aliquam alterationem, ut in luto, siue per aliquam partium ordinationem, ut in dictione literarum conueniunt, siue per partium ordinationem, & situm, ut in domo. Omnes haec materiae compositae dicuntur, sed accidentales: quia huiusmodi tota sunt per accidens.

Sit quartum fundamentum de causa formali. Forma non aliud est, quam id, quod subiectum, aut materiam determinat ad aliquod esse, siue substantiale, siue accidentale, ut superius diximus: vnde modus causandi formae iste est, se ipsa aliquid determinare, & determinando componere totum aliquod. Forma enim duo habet, & compositum facere determinando materiam, & respectu huius dicitur causa formalis: & similem aliquando formam producere, & respectu huius est efficiens causa.

4. Fundam. de causa formali.

Haec forma diuidi primo potest in substantialem, & in accidentalem secundum formarum naturam, & accidentalem secundum artem: voco accidentalem secundum naturam omnia accidentia, quae arte ab sola, non

Diuisiones prima.

Secunda. non proueniunt, & est diuisio hæc nota. Secunda diuisio est in formam partis, & formam totius: Forma partis est cuiuslibet compositi altera pars, quæ alteram determinat, vt anima respectu corporis, & forma respectu materiæ, & accidens respectu subiecti. Forma totius est natura rei respectu suppositi habentis naturam, vt natura humana respectu suppositorum, & tales formæ significantur per nomina abstracta, vt humanitas, animalitas.

Nota. Et aduerte, quod etiã huiusmodi formæ potius inueniuntur in totis per accidens, vt albedinitas respectu albi, & vt ita loquar, statuitas respectu statue. Differunt autem hæc formæ totius à formis partis: Nam formæ partis dicunt vnam rei partem, vt anima vnam partem hominis, albedo vnam partem albi, figura vnam partem statue. At formæ totius dicunt integram naturam rei, quæ locum habet formæ respectu habentis naturam, vt humanitas dicit naturam constantem ex anima & corpore, respectu suppositi habentis naturam, & sic in alijs totis.

Tertia. Tertia est subdiuisio formæ accidentalium partium, quædam sunt simplices, quædam compositæ. Per accidentales intelligitur, & quæ sunt secundum naturam, & quæ secundum artem. Simples, quæ partes habent eiusdem rationis, vt albedo, nigredo, color. Compositæ, quæ partes habent diuersæ rationis, vt figura, domus, figura statue, effigies viuentium, & animalium.

Quarta. Quarta est subdiuisio formæ partis substantialis. Diuiditur enim in sex gradus, sic quædam formæ sunt, quæ immediatum ordinem habent ad materiã primam, quales formæ elementorum, quæ sunt infimæ omnium: quædam quæ consequuntur formas elementorum, vt mixta imperfecta, lapides, niues, & similia: quædam, quæ consequuntur mixta alia, vt formæ pharmacorum, & similia: quædam formæ viuentium, vt plantarum, & hæc excedunt præcedentes, quod sunt actiua principia motus: quædam sunt ad huc superiores, quæ cognitionem faciunt quales formæ animalium.

In supremo gradu est forma rationalis.

lis, quæ est quidem corporis forma, vt reliquæ, tamen simul cum corpore non habet suam operationem propriam, nempe intelligere: operationes enim aliarum omnium formarum non sunt in ipsis tantum, sed in compositis: & intelligere in sola est anima. & inde prouenit ei immortalitas, quod enim extra materiam operari potest, est immortale: dixi autem operationem propriam, nam communes, puta sentire, vegetare, mouere, si nulli habet cum corpore, vt patet de somno, & vigilia c. 2.

Sit quintum fundamentum de efficiente. Est enim efficiens id, à quo est principium primum motus: vbi aduerte, esse motum intentionis, & executionis: motus intentionis est, secundum quem aliquid ab aliquo secundum appetitum, aut voluntatem mouetur ad aliquid faciendum, & istius motus principium à fine est: motus verò executionis est ille, secundum quem agimus, vel facimus aliquid, ille enim alius est motio passiuæ appetitæ & voluntatis à fine, vt dicemus postea: & quantum ad motum hunc executionis efficiens est, quod primum excitare incipit hunc motum.

Et quamuis multipliciter diuidi possit efficiens, tamen sufficit, aliquot principales attingere diuisiones. Prima est. Efficientium causarum vna est vniuersalis, altera particularis: vniuersalis est, quæ plures effectus specie differentes producit, sicut sol, cæli, intelligentiæ, calorum motrices, gloriosus Deus. Particularis est, quæ vnus speciei effectum principalem producit, vt ignis ignem, homo hominem. Vniuersalis causa dicitur æquiuoca, quia effectus sibi dissimiles producit: sol enim non producit soles, nec cæli cælos. Causa particularis vniuoca dicitur, quia frequentius effectus similes sibi in specie producit.

Item particulares causæ dicuntur secundæ vniuersales primæ, & inter vniuersales vniuersalissima, gloriosus Deus prima absolute dicitur. Item effectus causarum particularium dependent ab ijs quantum ad fieri, tamen postquam facti sunt, non amplius dependent in esse, cum sint eiusdem speciei cum causis: at respectu vni.

5. Fundam: de efficienũ & fine. Duplex motus. Intentionis & Executionis.

Diuisiones efficientis.

Secunda. Nota. Causas alias essentialiter, alias accidentaliter subordinatas.

Secunda diuisio est causarum plurium. Quædam sunt accidentaliter subordinata, quædam verò essentialiter: illæ dicuntur accidentaliter subordinata, quarum vna absque altera potest operari, vt pater & filius sunt accidentaliter subordinata, nam licet filius à patre dependet, tamen mortuo patre, etiam potest per se generare. Illæ verò dicuntur essentialiter subordinata, quarum neutra absque altera operari valet, vt causæ particulares cum vniuersalibus, non enim particulares suos valent effectus producere sine vniuersalibus, nec contra, leo enim sine sole, nec sol sine leone producit leonem: & gloriosus DEVS, licet per se omnia solus facere possit, tamen dum naturaliter, & non miraculose operatur, vult concurrere cum his particularibus causis ad producendos suos particulares effectus, nec eis deficit.

Tertia. Causæ Mediatæ, & Immediatæ.

Tertia distinctio est: Quædam est causa mediata, quædam immediata: Mediata est, quæ non sua virtute proximè attingit effectum, sed media alia causa, vt Medicus est causa sanitatis mediata: non enim se ipso, sed per medicamenta sanitatem attingit. Immediata verò est, quæ seipsa attingit, vt ignis immediata est causa calefaciendi lignum.

Quarta. Causa totalis, & partialis.

Quarta diuisio: quædam est totalis, quædam partialis: Totalis est illa, quæ in suo genere, & modo potest per se producere effectum, vt ignis est causa totalis producenti ignem, quia non indiget alio efficienti particulari ad producendum ignem: vnde licet indigeat materia, & forma, & causis vniuersalibus ad producendum ignem, adhuc dicitur causa totalis: quia illæ causæ non sunt eiusdem generis, & modi: similiter etiam si duo ignes concurrerent, quando vterque per se sufficeret producere effectum, adhuc essent causæ totales.

Causa partialis est ea, quæ per se non potest effectum producere, nisi conueniat alia causa eiusdem rationis simul, vt duo homines ad portandũ pondus, quod neuter per se portare sufficeret.

Quinta diuisio. Quædam est causa principalis, quædam instrumentalis. Principalis est, quæ motu proprio, & virtute operatur, vt ignis, leo, homo. Instrumentalis est, quæ mota ab alio, & alterius virtute operatur, vt calor ignis.

Ultima subdiuisio est. Instrumentorum quoddam est coniunctum, quoddam separatum. Coniunctum est, quod moueri non potest, nisi sunt moueatur à causa principali, vt calamus ad scribendum, calor, qui est in igne, ad calefaciendum. Separatum est, quod quamuis alterius operetur virtute, tamen potest absque illius præsentia operari, vt virtus seminis productiua, & calor in aqua ab igne productus, qui etiam ab igne separatus calefacit, & huiusmodi alia. Possent alia diuisiones fieri, sed hæc sufficiant.

His suppositis fundamentis, ad quæstionem patet solutio, ad generationem rerum naturalium sufficere causas has quatuor, vt dictum est, nam idæ non sunt, & instrumenta ad efficiens reducuntur.

Ad argumenta solutio est facilis. Ad primum dicitur, quod calor, & instrumenta, cum non nisi virtute aliorum operentur, non sunt distinctæ causæ ab ipsis, quorum instrumenta sunt, præsertim de coniunctis, vnde ego dicor scribere, non calamus, quamuis calamo scribam; & ignis calefacere, quamuis per calorem: instrumenta autem separata inter efficientes possunt computari.

Ad illud autem de idolo admittimus quidem in arte, sed in naturalibus non est ab ipsa forma agentis distinctum.

Ad secundum, & tertium, est eadem, Ad 2. & 3. concedimus materiam non agere, non tamen omnis causa agit, sed modus causandi materiæ est passiuè concurrere ad rei productionem, ita similiter forma in genere causæ formalis non agit efficienter, sed materiam determinat, & quamuis illud esse à materia recipiat, adhuc tamen ei dat esse, nam ipsa producta materiam perficit, &

Quinta. Causa principalis & instrumentalis. Causa principalis est, quæ motu proprio, & virtute operatur, vt ignis, leo, homo. Instrumentalis est, quæ mota ab alio, & alterius virtute operatur, vt calor ignis. Instrumentorum quoddam est coniunctum, quoddam separatum. Coniunctum est, quod moueri non potest, nisi sunt moueatur à causa principali, vt calamus ad scribendum, calor, qui est in igne, ad calefaciendum. Separatum est, quod quamuis alterius operetur virtute, tamen potest absque illius præsentia operari, vt virtus seminis productiua, & calor in aqua ab igne productus, qui etiam ab igne separatus calefacit, & huiusmodi alia. Possent alia diuisiones fieri, sed hæc sufficiant.

Conclusio. Causas has quatuor, vt dictum est, nam idæ non sunt, & instrumenta ad efficiens reducuntur.

Ad primũ.

Q. cit, &

cit, & ens absolutum ac completum con-
stituit.

Ad quartum. Ad quartum dicitur quod sit fuit cau-
sam efficientem attrigisse, quæ vniuersa-
lem, & particularem tanquam species cõ-
plectitur. Arist. autem genera earum di-
xit esse quatuor, non species.

Ad quintum. Ad quintum solutio patet, finis est pri-
mum omnium in intentione, licet in exe-
cutione sit vltimum, de hoc tamē magis
post dicemus, & hoc sufficiat in communi
de his causis.

An cause particulares aliquid efficiant.
Questio VII I.

Sensus quæ-
stionis. **Q**uestionis sensus satis est notus: pe-
titur enim, an istæ causæ particu-
lares, puta ignis, homo, leo, & simi-
les habeant virtutem in se, qua possint
producere sibi similes substantias, an ve-
rò nõ sic, sed quod effectus à talibus pro-
uenientes causis sint facti ab alia superio-
ri causa, non autem ab ipsis: in qua diffi-
cultate multæ sunt sententiæ.

Prima senten-
tia. **F**uit enim sententia quorundam Ara-
bum, quorum meminit Auer. 9. Metaph.
Com. 7. & dispu. 3. c. 18 qui dicebant cau-
sas has inferiores nihil operari, sed Deum
solum ad ipsarum præsentiam effectus
facere, vnde solus Deus ad præsentiam i-
gnis comburit, ad præsentiam cuiusque
alterius agentis operatur, ipsæ particula-
res causæ solum se habent: vt signa actio-
nis diuinæ.

Hoc recepit inter Theologos Gab. 4.
sent. distin. 1. quæst. 1. contra quam senten-
tiam disputat S. Thomas 2. contra gen-
damentum. cap. 69. & qq. de potentia. quæst. 3. at t. 7.
& 1. p. q. 105. art. 5. fundamenta Gabr. sunt
duo: alterum est. Frustrà fiunt per plura,
quæ possunt fieri per pauciora: sed potest
Deus se solo operari cuncta: ergo fru-
stra ponitur cooperatio causarum parti-
cularium.

Secundam. Alterum: si istæ causæ possent formas
producere, possent errare, cum formæ ex
nihilò fiant, at creare nihil, præter Deum,
potest: non igitur hæc inferiora quic-
quam agunt.

2. Sententia
Auer. **S**ecunda sententia fuit Auer. cuius me-
minit Auer. 7. Metaph. Com. 3. hic dixit

causas particulares habere virtutem so-
lùm disponendi materiam, qua disposita
forma producebatur à causa quadam v-
niuersali: constituebat enim quandam
vnam substantiam separatam vniuersa-
lem, cuius erat materijs dispositis per a-
gentia particularia substantiales inducere
formas, & hanc cholchodæam, id est,
daticem formarum vocabat, quæ senten-
tia fuit etiam Themist. 1. de anima, cap.
24. & 3. de anima, c. 52.

Hæc autem opinio differt à priori du-
pliciter. Primò: quia prior auferit omnem
causalitatem à rebus: dicit enim quod
causæ particulares, nec accedens, nec sub-
stantiam producant: at posterior, parti-
cularia agentia accidentia producere, &
materiam disponere affirmat. Secundò
prior causam producentem omnia dicit
esse Deum. Posterior verò dicit esse quã-
dam intelligentiam à Deo mediatè pro-
cedentem. Fundamenta huius sententiæ
in sequenti opinione proponuntur, ferè
enim communia sunt.

Tertia sententia fuit Platonis, hic I-
deas posuit, à quibus hi effectus particu-
lares proueniunt, sed multò aliter quàm
Auer. Nam Auer. vnam posuit omnium
specierum: at Plato tot posuit, quot erant
species. Præterea Auer. dixit hanc chol-
chodæam formas in singulis materijs à se
distinctas producere, sed se cum materijs
ipsis coniungere dixit, ob id causas for-
males esse assererat.

Fundamenta Plato erant duo, contra
quæ disputat Arist. 7. Metaphysic. à text.
16. vsque ad 32.

Alterum: quia nisi ideæ istæ vniuersa-
les essent, nulla esset scientia, cum parti-
cularia omnia sint corruptibilia.

Alterum, & hoc etiam est Auer. quia
vnumquodque fit à suo simili, & d vide-
mus multos effectus, quorum nulla simi-
lis causa particularis præcessit, debent er-
go referri in causam ipsam vniuersalẽ,
vt patet in animalibus generatis ex pu-
refactione, in forma mixt ex dissimili-
bus elementis proueniens, in igne produ-
cto ex lapidum concussionem, ex motu ve-
hementi, & radijs solaribus, quorum om-
nium formæ manifestant esse causam v-
niuersalẽ.

Quomodo
hæc senten-
tia differat à
priori.

3. Sententia.

Primū fun-
damentum
Platonis.

Secundum.

vniuersalem, & non à particulari vlla pro-
cedere.

2. Sententia
Durandi. **Q**uarta sententia fuit Durand. 2. sen. d.
1. q. 5. qui valdè opposito modo sentit, di-
cit causas particulares producere effectus
suos nulla alia adiuuante superiori cau-
sa, ita vt Deus postquam fecit rem, quam
uis solum conseruet eam, sed ipsa per se
solum operatur postea non cooperante
Deo, & ita remouet primam causam ef-
fectiuam omnium effectuum, ac particu-
lares tantum causas constituit pro parti-
cularibus effectibus.

Quinta sen-
tentia Arist.
Primū ei-
dictum. **Q**uinta sententia fuit Arist. qui tria in
hoc docet. Primò, formas substantiales i-
pas particulares dicit esse actiuas, & pro-
ductiuas similibus sibi, vt ignis, ignem,
& leo leonem per suas formas actiuè pro-
ducant, hoc tradit libro secundo, text. 70.
vbi formas dicit esse causas finales, for-
males, & efficientes simul diuersis ratio-
nibus, & 2. Metaph. text. 18. & 7. Metaph.
cap. 9. vnumquodq; inquit, à suo vniuo-
co, id est, simili fit, vt equus ab equo, cuius
causam tradit 2. de gener. animal. cap. 1.
quia vnumquodq; appetit sempiternum
esse, & Deo similari quantum potest. Cũ
autè ista inferiora corruptibilia sint, ac
indiuidua durare perpetuò non possunt,
in specie similia producendo conseruare
se intendunt.

2. dictum. **T**radit secundò præter particularia a-
gentia concurrere solem, & cælum ad istos
effectus producendos, vt patet text. 26. su-
periori, sol, & homo generant hominem,
& lib. 1. Meteor. cap. 2. oportet mundum
inferiorem continuuum esse lationibus
superioribus, vt inde regatur, & 2. de gen.
cap. 10. motum solis causam vniuersa-
lem ponit generationum, & corruptio-
num rerum.

3. dictum. **T**radit etiam tertio, præter cælos, et-
iam Deum, & intelligentias esse causas
horum inferiorum, vnde 12. Metaph. tex.
38. loquens de isto ente separato dicit. Ab
hoc principio tum cælum, tum natura de-
pendet, & 1. de cælo, cap. 9. ab his intelli-
gentijs dicit esse, & viuere omnibus com-
municari. alijs magis, alijs minus, & 2.
Meteo. cap. 1. dicit eas esse omnibus alijs
causas, vt sint, hæc Arist.

Prima con-
clusio. **P**ro huius determinatione sit prima
causis particularibus nec est sacra doctri-
na, nec doctoribus sanctis, nec veræ philo-
sophiæ consonum. Hæc conclusio profe-
cto patet Gen. 1. germinet terra herbam
viuentem, & lignum pomiferum faciens
fructum iuxta genus suum, vbi clarè pa-
tet, efficientia in terra, & in lignis, & arbo-
rib. & 2. de fide, c. 9. Dedit, inquit,
Deus plantis virtutem altricem, autricem,
& generatricem. Et Amb. li. 3. Examer. c.
6. & 8. Dedit, inquit, Deus terræ virtutem
germinandi herbas ex semetipsa sine alte-
rius adiutorio. Et Aug. 3. de Tri. c. 3. & 4.
Vocat creaturas proximas causas, Deum
verò primam. Deniq; S. Tho. qui mode-
stissimis verbis in reprehendis aliorum
falsitatibus, vitur, hanc tamē opinionem
stultam, impossibilem, & erroneam vocat.

Est argumentū S. Thom. vnum in ter. argum. S.
Thom. **E**st argumentū S. Thom. vnum in ter. argum. S.
Thom. multa, quæ ponit, 2. contra Gen. cap. 69.
Summum bonū decet effectus suos crea-
re omni cum perfectione, quam secundū
naturam talem habere possunt, sed natu-
ræ perfectiores sunt effectus, & res natu-
rales si operentur, quàm si non operen-
tur, id quæ DEVS præstare potuit: ergo
præstitit.

Alterum argumentum est Auer. 9. Me-
taph. com. 7. quia esset scientias destruc-
re, cum per proprias operationes essenti-
as cuiusque cognoscamus, quod si tu di-
cas facis esse ad hoc, quod Deus cum reb.
singulis determinatas operationes facit,
vt cum igne comburat, cum leone leonẽ,
cum equo equum producat, dico, quod
esset hoc pfectò fallere omnes homines
mundi, & omnes sensus, quibus ignem i-
gne producere experimur, & fortiores
sunt istæ communes experientia, quàm
ipsorum oppositæ rationes, vnde addit
Auer. quod hanc habentes opinionem
habent cerebrum debilitatum.

Tertium argumentum est ex eo, quod
sunt monstra, defectus, & peccata in natu-
ra, quæ non essent, si solus Deus produ-
ceret, qui infiniti est vigoris, si ut pecca-
tū in a te non proueniret, si artifex igna-
rus nõ esset, nec posset errare: alia igitur
est causā particularis præter Deum.

Secunda conclusio.

Secunda conclusio. Formæ substantiales particularium agentium non omnium sunt efficienter productivæ similium modis qualitatibus tanquam instrumentis: Explico. Forma substantialis est actuum principium, quo ignis simul cum calore ut instrumento producit ignem, & similiter formæ viventium animalium, & plantarum per virtutes seminales, à formis actuè productas sibi similia producunt.

1. Ratio.

Huius conclusionis prior pars probatur. Agentia particularia, ut diximus in prima conclusione, sunt effectiva, non per materiam, quæ nullius est actiuitatis, ergo per formam. Posterior probatur: actio non provenit, nisi mediante contrarietate, sed formæ substantiales secundum se non sunt contrariæ, sed secundum qualitates, ergo per illas, ut instrumenta, est actio. Item quia actio est secundum contractum, hic autem non est immediatè per substantiam, sed per qualitates.

Tertia conclusio.

Tertia conclusio. Agentia uniuersalia, ut cæli, astra, Sol agunt, & concurrunt ad hos effectus inferiores, non quidem tangendo, sed producunt qualitates actiuas, quibus agentia particularia simul effectus particulares producunt.

1. Ratio.

Vt non solus equus, & sola virtus seminis producunt rem, sed etiam calor cælestis simul, & hoc profectò patet ex corruptione, & generatione mutua ex vario calororum motu, & astrorum influxu, quæ indicant non sola ista particularia agentia causas esse suorum effectuum, nisi ad sit virtus superior simul producens.

Quarta conclusio.

Quarta conclusio. Deus concurrat immediatè cum omni causa particulari ad quemcunque effectum, contra Duran. & profectò hæc conclusio ex scriptura videtur manifesta, Job. 10. Manus tuæ fecerunt me, & plasmaverunt me, & cap. 38. per multa verba, & Psalm. 146. Qui producit in montibus scenum. & Matth. 6. Si fœnum agri vestit sic Deus, & Ioann. 3. Pater meus usque modo operatur, & ego operor: sunt etiam alia innumera loca, præter etiam illa Arist. testimonia supra citata. Præterea, Proculus propriè dicit, quod causa prima influit in effectus, plusquàm causa secundæ, & probatur pluribus rationibus.

Primò, quia entitas est uniuersalissima effectus, & ita uniuersalissima causa: Uniuersalissima autem causa est Deus, ergo eius est proprius effectus. Item quia est primus effectus, ergo est primæ causæ effectus: igitur quicquid est entitatis in rebus, fit à Deo.

Secunda.

Secundò confirmatur, quia non solù entitas in communi conuenit rebus singulis, sed etiam de omnibus eorum prædicatis, & attributis essentialibus, & de omnibus eorum accidentibus prædicatur, nam verbi gratia, rationalitas est ens, & humanitas est ens, & animalitas est ens, quare Deus etiã intima omnia, quæ sunt in rebus singulis, operatur.

Tertia.

Tertiò, quia oportet necessariò naturam omnem dirigere ab intellectu non errante, cum ipsa non cognoscat, & nesciat quò tendat, quare necesse est, ut ad suos fines ordinetur, & in his effectibus dirigatur.

Quarta.

Quartò, quia consistendum est Deum intelligere omnia, quæ sunt, ne sit ignorans: & velle illa, ne dicam præter eius voluntatem fieri, aut contra eius voluntatem, ipso iauito, sed Deum intelligere, & velle, ut sit illud, est Deum concurrere ad agendum, tum quia Deus agit per intellectum, & voluntatem, tum quia aliàs eius voluntas esset impotens.

Quinta.

Quintò, quia oportet sit vnus, qui in uniuerso orbe totum rerum ordinem constituit. ut cum omnibus concurrat ordinando.

Sexta.

Sextò, item; eadem est difficultas de alijs causis uniuersalibus essentialiter ordinatis, ut cælo, & intelligentijs: si ergo illi agunt cum inferioribus causis, multò magis Deus, quia Deus suspendit actionem cuiusque agentis habendo se solum negatiuè, id est, non dando auxilium: ergo signum est, quod operabatur cum eo. Explicatur antecedens, quia Deus facere potest, ut ignis non comburat tantum per hoc, quòd nihil cum eo facit. Præterea, quia nullo alio argumento ita fortè probatur præsentia Dei in omnibus, nisi quia in omnibus immediatè operatur.

7. Ratio.

At ut modum, quo Deus cum particularibus causis operetur, intelligas, aduertat quadrupliciter.

modo, quo modo Deus operatur.

te quadrupliciter dici aliquid causa actio nis alicuius rei.

Primò.

Primò, quia tribuit virtutem operandi, sicut generans dicitur mouere graue, quia tribuit grauitatem, qua mouetur: & equus generat equum, quia tribuit virtutem semini, quæ facit equum, & hoc modo Deus dicitur causa actionis rerum naturalium, quia eis virtutem, quibus operantur, impertit esse.

Secundò.

Secundò modo, aliquid est causa actionis, quia cõseruat virtutem, qua aliud operatur, ut medicina, & herbarum dicuntur causa visionis, quia cõseruant virtutem visiuam, & hoc etiã modo Deus est causa actionis rerum, quia ipsarum esse, & facultatem, & omnia cõseruat.

Tertiò.

Tertiò aliquid dicitur causa actionis, quia applicat aliquid ad agendum, ut qui apponit ignem domui, & ipsam comburit, & sic etiam Deus est causa, quia nihil mouetur sine Deo. Præter hos modos est vnus alius quartus, quo aliquid mouet per instrumentum, ut artifex penicillo pingit: ex parte effectus vna est operatio, at ex parte principiorum duplex est, nam instrumentum agit, artifex etiam agit, sed non separatim: non enim instrumentum sine artifice, nec artifex sine ipso instrumento operatur, vide igitur quomodo actio instrumenti ab artifice dependet, & effectus ab vtroque, sed magis ab artifice.

Quartò.

Sic te oportet eleuare mentem, & intelligere de Deo glorioso, qui cum his causis sic operatur, ut simul & ipsæ operentur, sed à Deo motæ, & directæ, sicut instrumentum ab artifice. Et quemadmodum artifex non eodem instrumento omnia facit, sed pro diuersitate effectuum accommodatis vitur instrumentis, ita Deus non idè omnibus causis facit, sed diuersis diuersa, & concurrat cum ipsis iuxta ipsarum naturam cum liberis liberè, cum necessarijs necessariò, cum debilibus debilitè, cum fortibus fortiter, pro sua suauissima dispositione uniuersali operando.

Nota differentiam inter Deum & artificem in operando.

Est autem vnus notandum, quòd differt inter modum concurrenti Dei cum instrumento, dupliciter. Primò, artifex non as-

& modo, quod habet in mente: At Deus effectum simulat in specie non sibi, sed causæ particulari, ut cum igne producit ignem, cum leone leonem. Secundò artifex non tangit effectum, nisi mediante instrumento, at Deus propter suam infinitatem immediatè tangit sua virtute effectum quicumque, cum sit vbique essentia sua præsentissimus.

Est alterum aduertendum, quod ista actio, qua res fit, si comparetur respectu causæ particularis, non sufficit, ut secundum causam talis causa dicatur creare, quia causa particularis non facit totam rem, sed ex materia præsupposita. At respectu Dei considerata, sufficit, ut effectus dicatur creari à Deo, quia & si modo non fiat tota res per hanc actionem, sed secundum formam, materia tamè fuit à principio creata à Deo, ob id Deus totam facit rem, ex quo fit, ut omnia quæ modo fiunt, dicantur propriissimæ creaturæ Dei, vnde Aug. super illud Psalm. 73. Domine quis similis tibi inquit, parentibus generatibus Deus creat: & epist. ad Conuentum. & 8. super Gen. ad literam, c. 19. dicit res modo creari à Deo. Et hæc omnia nota.

Quinta conclusio. Qualitates quæ sunt instrumenta formarum, & agentium particularium actuè concurrunt ad productionem substantiæ, ut calor ignem producit, & virtus seminis ipsum viuens. hæc est cõtra Scot. 2. dist. 12. q. 3. qui nullo modo vult admittere accidentia attingere productionem substantiæ: quia imperfectum non potest producere perfectius, at re vera hoc est contra manifestam experientiam, cui ipse præcipit non esse fidentum, sed sine ratione. Physicus enim non debet destituere sensus iudicium omnino, monstrant autem clarè experientia accidentia substantiam producere, ut patet de motu, de ferro candenti, quæ producant ignem per solum calorem. Nec ipsi eni, quod imperfectum, ut est instrumentum perfecti, attingit perfectius se, ut penicillus imaginem pulcherrimam, quia ab arte mouetur, ita accidentia, ut virtutes substantiarum sunt, substantiam valent producere.

No. quomodo res oēs sunt Dei creaturæ.

Quinta conclusio contra Scot.

Soluitur ratio Scoti.

CAPVT III.

Quot igitur causæ.

Tex. XXXIX.



Eneribus causarum e. De casu & narratis, de quibusdã fortuna qg. communib. causis, pu. tres.

ta casu, & fortuna lo. quitur, ac tres quæstio. nes examinandas pro. ponit. Prima est. Quæ causæ sint, casus, & fortuna, & quid utrū. que sit. Hæc autem tria ordine preposte. ro discutit, nam à tertia incipit, & primã ultimo loco tractat. Reddit autem ratio. nem cur de his tractet, dicens, casum, & fortunam causas communes generatio. nis, & esse multorum omnes sentiūt. hic verò communia traduntur.

Quidam enim, & si sint, an non. Tex. XL.

Præterius quid antiqui senserint, in me. Prima opt. dium proponit. Fuerunt, inquit, qui quorundã dam, qui casum & fortunam non antiquorū, esse dicebant, & hi duplici mouebantur ratione.

Prior est. Omnia quæ à casu, & fortuna fieri dicuntur, habet iam determinatam aliquam particularitatem, in quam singula referri valeant: non est ergo ponenda fortuna. Antecedens patet: si aliquis adierit forū animo emendi aliquid tantū, & illi occurrit alicui q. debebat ei pecuni as, à quo eas recipit, tūc à fortuna dicitur ei occurrisse, & recepisse, sed horum causa est, quia in forū venit: ergo quod à fortuna est, causam habet determinatam, idē contingit in alijs fortuitis & casualibus effectibus, singuli enim suas habent causas particulares, non ergo & fortuna.

Quoniam si aliquod esset.

Tex. XLI.

Posterior ratio horum est. Si fortuna esset, antiqui Philosophi causas generationum tractantes de illa disse. rerent: at nihil illi dixerunt: ergo opinabantur non esse: non ergo est fortuna. In conueniens enim est dicere, quod illa sit, & Philosophi nihil de illa dixerint, cum reliquas

Secunda ratio.

reliquas tractauerint causas. Argumen. tum est serè ab auctoritate.

Sed & hoc mirabile.

Tex. XLII.

So. primæ rationis anti. quorum.

Arist. rejicit has utraq; horum rationes. Ad primam dicit, omnes communiter bene sciunt ista, quæ à casu, & fortuna dicitur habere causam determinatam, vt dicunt isti antiqui auferentes fortunam, cum hoc tamen omnes fatentur aliquid à fortuna, aliquid non à fortuna esse: ergo nihil prohibet, quod eorum, quæ à fortuna dicuntur, sint causæ determinatæ, quo minus fortuna sit. Et nota quod ex communi consensu rationem illorum euerit: omnes enim admittentes illud antecedens, fortunam tamen ponunt, & profectò id verum est: nullus enim est ita rusticus, qui nesciat causam, quod ille occurrerit debitori esse, quia venit in forum, cum hoc tamen fatetur esse à fortuna: aliquid igitur de fortuna oportet tractare.

Quocirca, & quodammodo.

Tex. XLIII.

Sol. secundæ rationis.

Secundam ipsorū euerit rationem dicens, oportuisse aliquid dixisse de fortuna, vt probatum est ratione præcedenti, quod si dixeris, antiquos nil dixisse de fortuna, respondet, non dixisse, nec tractasse quicquam, nam qui mentē, aut qui ignem, aut qui litem, & amicitiam, aut qui simile posterunt rerum principium, non dixerunt ista esse fortunam, vnde omni ex parte sunt reprehendēdi isti. Si enim non putarunt esse fortunã, arguendi sunt, cum id sit contra omnium opinionem. Si verò putarunt esse, & non tractarunt, ob id etiam reprehendēdi sunt, cum causas insufficiens inquirerint, & discusserint, & ob id maxime, quod fortuna vtuntur assignantes eam causam aliquid effectuum, vt patet apud Emped. qui dicebat mundum sæpè generatum & corruptum, generandum & corruptendum, atque acrem esse modò super aquam à fortuna, nam in alia generatione mundi, non sic erit, nec fuit. vnde à casu ordo elementorum est. Similiter a-

nimalium partes à casu prouenire sæpè dicebat: debuit igitur de tali causa differre. Et nota, quod hic non est sermo de omnibus, sed de quibusdam antiquis.

Sunt autem quidam, qui & cæli. Text. XLIII.

Secundam aliorum citat sententiam, Secunda opin aliorū. Sinter quos (secundum Philop. & Theophrastum) hic fortunam tã Philosophorū. tum cõstituerat in mundi generatione, nõ autem in generationibus entium naturalium, Democri. enim posuit infinitos mundos factos ex atomis, quod si ab eo peteres quare hic mundus hoc loco alius illo loco esset, respondebat, casu id esse ex motu atomorum, quod si rursus quare cæli primo, postea elementa, & inter elementa, quædam prius, quædam posterius facta, id etiã casui tribuebat: quia accidit tales atomos sic conuenire, vnde casum in mundi partibus præcipuis tantum ponebat.

Et valdè hoc ipsum admiratione. Tex. XLV.

Horum opinionem reprehendit, & Confutatio. meritò. Reprehensio autem consistit in hoc, quod isti horum inferiorum, puta animalium, plantarum, & reliquorum ponunt causam determinatam, puta intellectum, aut naturam, aut quid aliud, non enim ex quolibet fit quodlibet, sed ex principio determinato, vt ex proprio semine fit quodlibet animal, & planta, mundi autem, & cælorum, quæ diuiniora sunt istis, nullam causam determinatam ponunt, sed solum fortuitum atomorum motum: debuerunt ergo causam multò magis determinatam ponere, cum dixerint cælos, & mundum esse factum.

Atqui si sic se habeat hoc ipsū.

Tex. XLVI.

Ob hoc tale absurdum admissum dicit oportere, an ita sit, tractare, & inquirere, & non solum absurdum, hoc est, cælos à casu factos, sed absurdus est dicere simul casum non esse in his inferioribus, quod reprobatur ratione hac.

Solutio argumentorū ad primum

Possimus per hæc respondere ad argumenta facta superius.

Ad primum Gabr. dicimus illud argumentum nullius esse momēti, cum enim æquè decenter, & bene possunt res fieri per vnum, frustra fiunt per plura, at Deus suam bonitatem, suam mirabilem dispositionem, sapientiam, & providentiam commendat per creaturas suas, & ipsarum operationes, quæ quidem non essent ita nota, si solus ipse cuncta faceret.

Ad secundum.

Ad secundum dicitur, quod non ob id agentia particularia creant: nõ enim formæ per se fiunt, vt diximus supra, sed cõposita ex materia.

Ad primum fundamentum Plat.

Ad primum fundamentum Plato respondetur cum Aristot. i. Post. cap. vicesimo, quod ad scientias non est opus vniuersalia separata ponere, secundum rem, sed solum secundum rationem, vt alibi latè diximus. Ad alias omnes experientias respondetur, quod vnum quodque fit à suo simili, vel secundum speciem, vt homo ab homine, vel secundum genus, vt mulus ab equo, vel secundum figuram, vt domus ab arte in mente, vel secundum virtutem. Id dicitur simile secundum virtutem alteri, quod facit ea, quæ aliud facit, & sic motus est similis igni, rarificat enim & dissoluit, sicut ignis, ob id, p. ducit ignem, idem de radijs solaribus, & percussione lapidis, & calor solis producit animalia ex putrefactione, sicut calor naturalis, & ita declarat illam propositionem Aristot. 7. Metaphys. cap. 9. nec opus est ad ideas recurrere.

hac. In istis sensibilibus multa à casu venire experimur: in caelis autem nihil à casu venire expertum est, cum motus sint regula tissimi, & indeficientes: ergo potius in his sensibilibus casus & fortuna consistuenda sunt, quàm in caelis, & vniuerso.

Sunt autem quidam, quibus fortuna videtur.

Text. XLVII.

Tertia opi. aliorum philosophorū.

Tertiam sententiam recitat, quæ est Stoicorum, vt notat Simpl. qui fortunam quandam causam diuinam ponunt humano intellectui occultam; à qua omnes effectus istos fortuitos provenire dicunt, atque Deam quandam fortunam faciunt. His igitur enarratis circa aliorum sententias, repetit illa tria, quæ discutienda proposuit, ac modò eo ordine ponit, quem in eis discutiendis obseruaturus est, quid sint casus, & fortuna: quomodo differant: inter quas causas sint constituenda.

CAPVT V.

Primum igitur cum videam.

Text. XLVIII.

Sententia Arist. Prima distinctio ad inuestigandum quid sit casus, & fortuna.



LIQVOT præmittit distinctiones, ex quibus quid casus, & fortuna sit, colligit. Prima est effectuum. Alij quidè semper, & similiter eueniunt, vt Solis occasus, & ortus: quod nocti dies succedat: quod animal sit cum sensu. Alij frequenter eueniunt, licet aliquando deficiant, vt quod homo nascatur cum duplici oculo, quod senes canescant. Neutri horum dicuntur à casu, vel fortuna: & si nullus alius esset, non esset fortuna, vel casus. At constat esse alios, qui nec semper, nec frequenter eueniunt, sed raro, & in his est casus, & fortuna, vt omnes dicunt: vnde fortuna, vel casus est eorum, quæ nec semper, nec frequenter eueniunt, & quæ talia sunt, à casu vel fortuna sunt, vt quod fodiens vineam inueniat thesaurum, raro fit, & à fortuna est: vnde patet, fortunam esse & casum.

Eorum autem, quæ fiunt.

Text. XLIX.

Secundam ponit distinctionem eorum, quæ fiunt tam frequenter, quàm semper, & raro. Quædam fiunt propter finem aliquem: Quædam verò non: vt deambulatio, quæ gratia sanitatis est, propter finem fit, & motus grauis deorsum propter finem est, vt quietem naturalem consequatur: Quæ verò inconsideratè fiunt, vt fricatio barbæ, cum quis contemplatur, vel alia similia, quæ accidunt, absque fine fiunt.

Secunda distinctio.

Tertia distinctio est subdiuisio quædam eorum, quæ propter finem fiunt: Quædam secundum electionem, quædam non secundum electionem fiunt. Vbi aduerte, quod id operatur secundum electionem, quod dirigit operationes & res in finem, quem præcognoscit & intendit, & tale agens est rationale, & huiusmodi actiones dicuntur in finem secundum electionem, sicut operationes, quæ secundum intellectum, aut secundum artem fiunt. Id verò operatur propter finem tantum, & non secundum electionem, quod finem non præcognoscit, sed naturali quodam instinctu propter finem operatur, & huiusmodi operationes dicunt non secundum electionem, vt operationes inanimatorum, & viuientium, & ipsius hominis, quas absque intellectu directione facit, sicut nutritiones, generationes, & alia, quæ dicuntur operationes secundum naturam.

Tertia distinctio.

Hanc distinctionem applicat ad rem Arist. dicens: Cum ea, quæ fiunt in communi, & propter finem, & non propter finem fieri contingat: Et quæ propter finem, aut secundum electionem, aut non. Manifestum est profectò, quòd in particulari inter ea, quæ raro fiunt, quædam propter finem, quædam non propter finem, & quædam secundum intellectum, & electionem, quædam non, sed natura fieri inuenimus. Verbi gratia, quod aliquis cogitabundus manu aliquid faciat, non aduertens, quod nūquam fecit, raro fit, & non propter finem. Quòd autem occurrens tauro murum ascendat salutis gratia, raro fit, & propter finem,

nam, & secundum electionem: quòd equus in itinere cõsternatus remeet, raro fit, & propter finem, à natura.

Huiusmodi igitur, cum secundum accidens Text. L.

Qui nam effectus dicatur casuales & fortuiti.

Ex præcedentibus colligit, qui effectus dicantur fortuiti, & casuales, diciturque, effectus raro contingentes cum ab his, qui præter finem agunt, per accidens fiunt, dici fortuitos, aut casuales.

Nota duplex causa per accidens.

Vbi aduerte maximè, quòd causa per accidens duplex est. Prior illa, quæ cum causa per se coniungitur, vt albus, & Polyletus sunt causa per accidens statuarum, quia coniuncti sunt cum statuario, & talis dicitur causa per accidens ex parte causæ. Posterior causa per accidens est illa eadem, quæ est per se, si comparatur ad id, quod per accidens coniungitur cum effectu per se, vt ignis comburens trabem, cui domus innititur, per se quidem est causa combustionis, per accidens verò ruinæ, quia hæc est coniuncta per accidens cum effectu per se, & talis causa dicitur per accidens, ex parte effectus, & hæc distinctio est Themist. & notanda.

Nota secundo tripliciter coniungitur effectus per accidens cum effectu per se.

Aduerte vterius, quod talis effectus simpliciter coniungitur cum effectu per se, aut raro, aut frequenter, vel semper, vt in exemplo proposito: Semper coniunctus est ille effectus, nempe ruina cum tali combustione trabis, similiter bibit quis vinum, postea nocet podagra, istud nomenclatum non est raro coniunctum cum simili potatione vini: aliquando effectus per accidens raro est coniunctus cum effectu per se, vt quod fodiens vineam inueniat thesaurum, raro hoc cum vineæ fossione coniungitur.

Nota 3. effectus raro contingens dupliciter.

Aduerte vterius, quòd isti effectus raro contingentes aliquando sunt intenti: aliquando non sunt intenti à causa sua principali, præferim in agentibus secundum electionem, nam in alijs semper non sunt intenti, V. g. fodiens terram, seu vineam, potest inuenire thesaurum, aut intendendo inuentionem, aut non.

Quis effectus casualis, & fortuitus.

His suppositis, attende effectus illos esse fortuitos & casuales, qui per acci-

dens & raro consequuntur effectus per se alicuius causæ, nec sunt intenti à tali causa, & talis causa per se respectu effectus non intenti raro contingens dicitur fortuna vel casus: vnde fortuna vel casus est causa per accidens ex parte effectus non intenti, raro autem contingens: & hoc est, quod modò dicit Aristot. nempe effectus isti raro contingentes, cum per accidens fiunt, à fortuna dicuntur.

Ostendit autem effectus esse quosdam per se, quosdam per accidens argumento ipsarum causarum: nam etiam causæ & per se, & per accidens dicuntur, nempe quæ cum per se causa iunguntur, per accidens causæ sunt, vt ædificator est per se causa statuarum, per accidens verò, albus Musicus; & alia, quæ ædificatori insunt: ita similiter, effectus per se est respectu causæ per se, & effectus per accidens, qui cum eo coniungitur.

Attende hic maximè, ne decipiaris, quod non dicit has causas per accidens, quæ ex parte causæ sunt, esse fortunam: hoc enim falsum est, nec hætenus ipse quicquam dixit de fortuna, sed de effectu ipsius. Verum hic solum vtitur argumento hoc à simili, effectus dici & per se & per accidens, nempe ea, quæ effectui per se coniunguntur, esse per accidens effectus, sicut etiam causa duplex, & per se, & quod ei adiungitur, quod est causa per accidens, & vterius assimilatur, sicut causæ per accidens indeterminate sunt, quia multa vni accidunt, causa verò per se, vna est: ita effectus per se vnus & vnus rationis, at effectus per accidens multi sunt: vnde cum huiusmodi sint à fortuna, effectus fortuiti sunt indeterminati.

Nota 4.

Ipsa autem ad inuicem.

Text. LI.

Differentiam inter casum & fortunam. In quibuscunq; nam posterius tradendam dicit, at nunc ea, quibus, quæ à casu, & quæ à fortuna sunt, conueniunt, tradit. Hæc autem sunt tria. Primum quod vtraque sunt in his, quæ agunt propter finem, vnde tam casualis, quàm fortuitus effectus est respectu causæ agentis propter finem, & hoc probat: quia effectus huiusmodi

est aptus, ut sit intentus, ut finis à tali causa, V. g. si quis veniat in forum emendi gratia, & recipiat pecunias à debitore, casus est, & fortunæ effectus illa receptio: & licet modò non sit intentus, potuit esse intentus, nam si ille seivisset se recepturum pecunias in foro, venisset utique propter illud.

Secundò.

Conveniunt, quòd uterq; effectus accidit, id est, non est per se intentus, sed finem intentum consequitur.

Tertiò.

Quòd non consequitur finem intentum, seu effectum per se semper, aut frequenter, sed rarò.

Quartò.

Vnum tamen præter hæc inest effectui à fortuna, nempe quòd ipsius causa non est natura, sed intellectus, & electio, ut reportatio pecuniæ est effectus per accidens huius, quòd est venisse in forum, hoc autem ab electione procedit, quòd est clarus dicere. Effectus fortuitus non est, nisi ab agente rationali, nec consequitur, nisi actionem, quæ sit secundum electionem, & intellectum, & hoc est dicere, non habet causam in se ipso, id est, non est à natura, sed à electione.

Nota.

Et adverte hic multum, quòd effectus non dicitur fortuitus, quamvis nò sit interius à causa, sed consequitur effectum per se, hoc enim non sufficit, sed rarò, ut diximus, debet consequi, aliàs non dicitur fortuitus, nec casualis.

Manifestum itaq; quòd fortuna. Text. LVII.

Quid fortuna.

Irabili methòdo Arist. postquam effectum fortuitum indagavit, quid ipsa fortuna sit, ostendit, dicitq;: Fortuna est causa per accidens in his, quæ rarò fiunt, & propter finem secundum electionem, ac si dicat, fortuna est actio aliqua secundum electionem procedens, quam consequitur finis aliquis non intentus, & rarò contingens. Diximus enim, quòd causa per se illa est fortuna respectu per accidens effectus, siue talis sit actio, siue ars, vel intellectus, ut in finem tendunt, vnde colligit, quòd fortuna est in his, in quibus est intellectus & electio, hæc definitio nota est ex his, quæ præcedimus.

Indefinitas igitur causas.

Text. LVIII.

Varia epitheta fortunæ per definitionem hanc declarat. Primò: Fortuna dicitur occulta & immanifesta hominibus, cuius ratio est, quia cum effectus fortuitus nò habeat causam per se, nisi per accidens, potest multas habere causas, quia varijs effectibus per se potest coniungi, ut occurrere potest in via, potest esse, aut quia deambulatum ieras, aut negociatum, aut emptum, aut alijs ex causis. Cum igitur non habeat determinatam causam is effectus, à qua per se procedat, meritò dicitur occultus.

Secundò.

Vterius à fortuna possumus dicere, quòd nihil fit, & quòd aliquid fit, utrumq; enim verè, & cum ratione dicitur. Nihil enim fit per se à fortuna, fit autem per accidens, hoc autem est, secundum quid, fieri.

Et est causa ut accidens.

Text. LVIII.

Prosequitur attributa declarare, dicitq;: Fortuna quòdammodo est causa, & non est causa: Non est quidem causa simpliciter, sed est causa secundum accidens: & repetit has causas per accidens esse infinitas, id est, numero indefinitas, & exemplo utitur. Ut enim causæ per accidens ex parte causæ sunt indefinitæ, quia multa possunt accidere causæ, ut domificator est causa domus per se, multa tamen per accidens, ut tibicen, albus, musicus, ita & causæ per accidens ex parte effectus multæ sunt, & indefinitæ, quia effectus fortuitus ex multis causis huiusmodi potest provenire, ut recipere pecuniam à debitore, potest esse, quia ei occurrit, dum fugerem ab aliquo, vel dum persequerer aliquem, vel dum inuiserem aliquem.

Tertiò.

Vbi semper attende, quòd non vocat fortunam causam per accidens ex parte causæ, ut notat Themist. & supra nos diximus.

Nota.

Et dicere aliquid esse præter rationem, Text. LV.

Aliud.

Aliud fortunæ attributum declarat: dicitur enim fortuna sine ratione: & meritò, quia ratio intendit finem, qui aut semper, aut frequenter sequitur: at fortuna est alicuius non intendi, & rarò contingens, huiusmodi autem causæ indefinitæ sunt, ob id fortuna irrationalis & indefinita meritò dicitur.

Attamen etiam in quibusdam dubitabit utique.

Dubium Arist. quid potius dicendum, fortuna causa ne per accidens propinqua, an remota.

Vbi movet, quòd tale est: Illa dicitur fortuna, quæ est causa per se alicuius effectus, alterius verò cum eo coniuncti per accidens, esse potest, quòd sunt multæ causæ huius effectus, quædam proximiores, quædam remotiores effectui per se: tunc dubium est, quæ illarum esset fortuna, ut si quis totonderit caput, & ventus seu æstus aliquis superuenit, & præter opinionem sanatus est, utra causa erit fortuna, tonitruum quæ est remota, an vēsus, quæ est propinqua? Et vult secūdam Philo. quæ proxima magis dicitur fortuna, vel casus. Et ponit exemplum Philo. Aliquis it ad forum emendi gratia, occurrit amico, cum quo moram facit, postea it in forum, & occurrit tunc ei debitor, à quo pecuniam recipit: duplex huius receptionis est causa (& moram cum amico), si enim prius veniret nò occurreret debitori, & etiam ipsa itio in forum & utraque dicitur fortuna, sed magis fortuna est, quòd venerit in forum, quia magis propinqua, & potuit etiā venisse illo tempore alia ex causa, etiam si eum amico moram non fecisset.

Fortuna autem bona.

Text. LVI.

Alia epitheta fortunæ declarata, quæ nota sunt, fortuna dicitur bona, vel mala ab effectu, qui accidit, si bonus vel malus sit, quòd si magnum bonum acciderit, dicitur eufortunium: si verò magnum malum, dicitur infortunium.

Et nota, quòd sicut, si bonum magnum accidit, eufortunium, seu prospera fortuna dicitur, ita si magnum malum euadere acciderit: Similiter, erit infortunium,

magnum bonum casu perdere, & non solum, quando mala vel bona præsentia sunt, sed quando proxima sunt; quòd enim parum distat, quasi non distare videtur, vnde à magno malo imminente liberari, eufortunium est, & à spe proxima magni boni decidere, casu tamen, infortunium est. Vterius eufortunium est incertum, sicut & fortuna, quòd enim rarò accidit, incertum est.

CAPVT VI.

Sunt igitur ambo causæ.

Text. LVII.



ODO differentiam causæ, & fortunæ indagare contendit, ac repetit ea, in quibus conveniunt. Sunt enim utraq; causæ per accidens, & effectuum rarò contingentium, & in his, quæ sunt, & agunt propter finem. Sed differentia est, quòd casus est superior, omnis enim fortuna est casus, sed nò omnis casus est fortuna. Hanc differentiam (quantum mihi videtur) triplici argumento ostendit, primò sumitur à denominatione sic: ijs inest fortuna, quæ fortunata dicuntur: sed non omnibus inest casus, convenit fortunata dici, ergo non sunt idem casus, & fortuna. Maior est nota. Minorè declarat dicens, quòd fortunata dici inest ijs, quibus inest actio, id est, libera operatio, & humana, quæ hominibus inest solis, ac ob id solū hominibus inest fortuna secundum actiones liberas, & secundum electionem, ut sit sensus; non est fortuna, nisi cum agens secundum electionem intendit aliquid, ad quod aliquid rarò contingens præter intentionem ipsius consequitur.

In quibus differat casus, & fortuna. Primò. Omnis fortuna est casus, sed non contra.

Ratio.

Quocirca & necesse est.

Text. LVIII.

Minorè probat, quòd fortuna non inest, nisi in quibus actio, id est, operatio, secundum electionem inest. Fortuna autem est felicitas, cum est prospera, aut propè felicitatem: sed felicitas est quædam actio secundum electionem.

Probatio minoris, quòd si fortuna non inest, nisi in ijs, qui secundum electionem agunt.

ergo fortuna etiam est, vbi talis est actio.

Nota.

Nota, quod fortuna dicitur felicitas secundum eos, qui in voluptate, & bonis externis felicitatem constituerunt, dicitur propè felicitatem secundum Aristot. qui non nisi in contemplatione eam posuit: bona autè externa, vt instrumenta felicitatis posuit, quæ bona externa dicuntur à fortuna: quia maximè sunt fortuitis casibus exposita: felicitas autem non consistit in quacunque actione, sed in actione libera, & secundum rationem, vt dicitur i. Eth. ca. 7. vnde cum fortuna sit coniuncta felicitati, sequitur, quibus inest felicitas Aristotelica, solis inesse fortunam.

Ob id neq; inanimatum quippiam. Tex. LIX.

Carentia vsu rationis non dicuntur fortunata, nec in eis est fortuna, nisi Metaphoricè, & passiuè.

Ex hoc inferit, quod inanimata, brutata, pueri carentes vsu rationis, non dicuntur fortunata; nec eis inest fortuna: non enim agunt propter finem secundum electionem. Duo tamè modi sunt: quibus fortunata dici possunt. Primò metaphoricè, sicut Protarchus Philosophus lapides, ex quibus altaria fiebant, vocabatur fortunatos: alios verò cum ipsis copulatos, id est; eiusdem speciei, ex quibus solaria fiebant, infortunatos, eò, quod illi honorarentur, hi conculcarentur: sed hoc est fortunata esse per metaphoram, ac si illi lapides per electionem operati fuerint.

Altero modo dicuntur ista fortuna passiuè, eò, quod secundum electionem agentibus secundum fortunam accidit, vt quia accidit Cicero consul, quod tunc Catilina mala machinatus fuerit, qd Cicero euerit, vrbèq; liberavit, Roma dicta est fortunata, passiuè; & deniq; ea fortunata dicitur, quibus fortunati sumus, sed non quod fortunam habeant actiuè, ita vt secundum fortunam agant.

Sed casus, & alijs animalibus.

Tex. LX.

Casus etiam conuenit inanimatis, & irrationalibus.

Quod autem pluribus se extendat casus, vt minor illa sumpsit, probat, nam in animalibus, & in inanimatis inest casus: quibus, vt dictum est, fortuna

na non inest, & probat. Nam si equus in praelio sitiens, praelium deserat ad fluuium confugiens, & accidat, omnes equos tunc qui erant in praelio, occidi, casu iste saluatus, & liberatus dicitur: non enim intendebat saluari, sed bibere. Vterius: si subfellium aliquod tripes cadat ex alto, & super pedes steterit aptum ad sedendum, casu profectò ita stetit: non enim cecidit, vt sic staret. Vide igitur casum his inesse, quibus non inest fortuna: ille ergo est superior.

Quare manifestum est.

Text. LXI.

Colligit argumenti conclusionem, quæ est definitio casualis effectus, vnde definitio casus extrahitur. Ille est casualis effectus, qui prouenit à causa agente propter finem, siue secundum electionem, siue non, cum à tali causa non est intentus, sed per accidens consequitur causa effectum per se, & rarò, & hoc est dicere, cuius extra est causa, vt dicit Philop. causa enim dicitur extra effectum, cum ipsum per se non facit, nec intendit.

Ex quo possumus definire casum; est causa per accidens in his, quæ agunt propter finem eorum, quæ rarò contingunt. His autem superaddit fortuna, quod ea, quæ eueniunt, sint eligibilia, & in habentibus electionem; hoc exponit bene Philop. dicit, quæ à fortuna eueniunt, dici eligibilia, vt intelligas non omnia, quæ hominibus à casu proueniunt esse à fortuna; sed ea, quæ accidunt, cum secundum electionem operantur, nam multa accidunt à solo casu, sicut in brutis, & inanimatis, vt si cadens vulnere sanatus fuerit, casus est. Vterius dicitur fortuna esse in habentibus electionem, ad excludendum ea, quæ passiuè à fortuna dicuntur, vt supra declarauimus.

Signum est autem ipsum frustra. Tex. LXII.

Secundum argumentum est ab etymologia, pro cuius declaratione aduerte primò. Quod nos dicimus frustra, Græcè dicitur μάτην, & quod nos dicimus à casu, Græcè dicitur ἀτύχην, quasi

Quid sit casus.

Diferentia casus, & fortunæ ex etymologia. Nota i.

Nota secunda.

si ipsum frustra factum. Aduerte ulterius, quod frustra dicitur: quod non consequitur finem, propter quem est factum, vt si quis deambulet gratia ventris purgandi, si non purget, frustra dicitur deambulatio; dummodo tamen illud quod fit, sit aptum ad talem finem consequendum, alias non dicitur frustra, si enim quis lauet manus, vt sol eclipsetur, si postea non eclipsatur, non ob id lotio dicitur frustra: quia nihil faciebat ad illum finem.

Nota 3.

Aduerte ulterius, quod vbi est casus, ibi est frustra, licet non omninò, nã causa respectu finis non intenti frustra dicitur quamuis possit esse, quod simul cum fine non intento consequatur intentum, vt potest lapis cadere simul in locum suum & casu percutere aliquem; tamen respectu finis non intenti, frustra dicitur, cum intentum in eo non consequatur.

Diferentia colligitur.

Ex his colligitur argumentum ab etymologia; cum frustra, & casus secundum nominis significationem & vocem conueniant; frustra autem sit superius fortuna, etiam erit & casus. huius argumenti Aristot. sola duo notabilia superiora; vnum in hoc textu, alterum in sequenti, id verò, quod concluditur, notatur in illo verbo, signum huius est, scilicet, quod casus sit superior fortuna. Vocat signum argumentum à posteriori, quale hoc est.

Sic igitur casus iuxta nomen. Tex. LXIII.

Quid frustra esset, declarasset, nunc casum secundum nomen à frustra denominari dicit, vt superius explicuimus: vt cum lapis cadit, & percutit, casu ea percussio est; & quodam modo respectu ipsius lapidis frustra cadere dici potest: quod si dicas, non percutit casu, quia quæ casu fiunt; apta sunt; vt fiant tanquam finis: Respondet id etiam his euenire, nam illa percussio potuit esse intenta ab aliquo, nam lapis potuit proijci ab aliquo intentione percutiendi, quãuis modò non sit proiectus.

Maximè autem est separatū. Tex. LXIII.

Tertium argumentum est, quo dicitur maximè cognosci diuersitatem inter casum, & fortunam. nam casus aliquando procedit à principio intrinseco naturali; vt fit in monstris, quæ à casu sunt, & casus in ipsis est causa interna, puta materia, vt dicemus post: at quæ à fortuna eueniunt, causam habent extrinsecam: non igitur idem sunt. Fortuna enim est actio humana, cui accidunt multa externa præter intentionem: ob id effectus fortuiti dicuntur habere causam extra se, casualis verò non semper, vt diximus.

Quid igitur sit casus.

Tex. LXV.

Repetit duas questiones superiores; In quo genere quæ solutæ iam sunt, nempe; quid sit casus, & fortuna, & quomodo inter se differant, tertiam autem soluit, nempe in quo modo causarum sint, dicitque esse in eo modo causarum, in quo est causa, vnde principium motus, id est, efficiens, sunt enim causæ efficientes per accidens, & probat, nam effectus horum, aut est natura, aut intellectus, agens naturale, aut agens secundum electionem, vtrunque verò est causa efficiens, quamuis huiusmodi causæ, cum per accidens sint, non habeant determinatos effectus, vt iam supra declarauimus.

Quoniam autem casus.

Tex. LXVI.

Non vult ostendit, quo maximè fortunam, & casum declarat: dicit, quod intellectus, aut natura, id est, agens naturale, aut secundum electionem respectu effectus per accidens dicitur fortuna; vel casus. At quia omne per accidens sequitur aliquod per se, oportet; quod illa agentia sint primò per se causa alicuius effectus, quod est dicere: cum causa per se agit effectum, & alium per accidens attingit; rarò tamen, fortuna est; vel casus, vnde vt fit fortuna vel casus, prius natura debet esse alicuius causa per se, & hoc est pulchrum documentum.

Nota, quid sit casus, & fortuna.

Posterior itaque casus est. Text. LXVII.

Nota ante omne casu & fortunam debere esse in effectum & naturam.

Concludit fortunam & casum esse posteriores intellectu, & naturam sensus iste est. Prius natura intellectus, & agens naturale, sunt in aliquo fine per se intentum, quam in effectum per accidens, respectu cuius casus, & fortuna dicitur: Ex quo egregie impugnat Democritum: si enim ipse caelos dixit a fortuna factos, oportuit ponere aliquod agens naturale, aut secundum electionem, quod prius faceret aliquid per se, cum non sit effectus fortuitus, nisi agens aliud per se intendat: cum ergo Democritus tale non posuerit, non debuit dicere caelos a fortuna factos fuisse. Hæc Arist. dicit de casu & fortuna, & bene: de omnibus tamen disputandum est gratia declarationis.

An sint fortuna, & casus. Quæstio IX.



Vanius in textus enarratione, satis casus & fortuna fuerint explicata, tamen quia aliæ super sunt difficultates, quæ de terminatione maiori indigent, non erit inutile rursum hanc aggredi materiam, & quia aliqui etiam post tempora Aristotelis fortunam esse omnino negant, ipsorum argumenta proponemus, ut veritas manifestetur.

Argumentum.

Primum sit, omne per accidens reducitur ad ens per se: ergo omnis effectus per accidens, reducitur ad causam per se: sed tales effectus fortuiti sunt per accidens: reducendi sunt ergo ad causam per se: non ergo fortuiti erunt, cum causam habeant per se.

Secundum.

Secundo, omne quod verè est, & non est causa, causam habet verà: sed tales effectus dicti fortuiti verè sunt, & habent esse: ergo verà habent causam: non ergo sunt a fortuna, hæc enim est causa non vera.

Tertium.

Tertio, Vna est causa vniuersalis concurrens ad omnes effectus, ut dictum est, ergo nullus est effectus præter illius intentionem, vnde non erit fortuitus.

Quartum.

Quarto: quia videtur contra fidem ponere fortunam: Vnde Aug. i. lib. retract.

in principio, accusat se, quod aliquando vltus fuerit hoc vocabulo fortuna.

Quintum.

Quinto, etiam si esset fortuna, ut vult Arist. adhuc non videtur tradenda scientia de ea: eorum enim, quæ per accidens sunt, non est scientia: at fortuna, & casus sunt causæ per accidens: ergo ipsorum non est scientia. Hæc sunt præcipua argumenta in hac parte.

Fundam. duplex causa, per se, & per accidens.

In cuius declarationem sit primū fundamentum inter causas efficientes, quædam sunt per se, quædam per accidens, ut dictum est. Per se illa est, quæ secundum se, & secundum suam virtutem effectum operatur, ac ipsum attingit, sicut ignis est causa per se alterius ignis. Per accidens vero est, quæ secundum se non attingit effectum, sed quia coniungitur causæ per se attingenti, vel quia ipsa attingit aliquem effectum, ad quem alius effectus consequitur.

Duplex est causa per accidens.

Vnde iuxta hoc duplex est causa per accidens, & causa per accidens ex parte causæ, & causa per accidens ex parte effectus. Dicitur causa per accidens ex parte causæ illa, quæ ob id dicitur causa effectus, quia inest causæ per se illius talis effectus, quo modo, musicus, & albus, & Philosophus, sunt causa per accidens statuaræ, si accidat, quod statuaris, qui est causa per se, sit albus, musicus, & Philosophus. At causa per accidens ex parte effectus est illa causa, quæ ob id alicuius effectus est causa, quia iste talis effectus coniungitur cum effectu per se ipsius causæ, ut fossio terræ est causa per accidens inuentionis thesauri, quia inuentione thesauri est effectus coniunctus cum effectu per se ipsius fossionis: effectus enim per se illa terræ apertura.

Quo differunt illa duo genera causarum per accidens.

Differunt autem hæc causæ per accidens. Prior enim, puta ex parte causæ, habet eundem effectum cum causa per se, at posterior habet alium effectum ab ipso effectu per se; hæc enim sunt duo effectus, illic verò vnus solum: nam eadem causa per se respectu vnus effectus, est per accidens respectu alterius; at causa per accidens ex parte causæ habet vnum effectum, cuius dicitur causa, ob id, quia coniuncta est cum causa per se, ut notum est.

Huius causæ per accidens ex parte effectus

Quinq; modi causæ per accidens ex parte effectus. Primus.

fectus quinq; sunt modi obseruandi, quorum primus est, quo vna causa dicitur esse remouens prohibens, nempe, quando attingit alicuius separationem, quod impediens effectum, sicut qui remouet columnam, qua innitebatur domus, est per accidens causa ruinæ domus: & medicina, quæ remouet impedimentum aliquod motus, est causa motus.

Secundus.

Alter est modus, quo vna causa dicitur causa contrarij sui, nempe cum remouet aliquid, quod debebat operari contrariū illius effectus, v. g. scamonea est calida, & tamē dicitur corpus infrigidare: quia remouet choleram, quæ calefacit: & sic sal dicitur conferuare carnes, quia remouet humiditatem, quæ corrumpit.

Notandum.

Et aduerte, quod multum distat hæc causa a præcedenti, nam remouens prohibens per solam impedimenti ablationem, effectum facit, at ista causa non per solam contrarij ablationem facit effectum, sed relinquit alijs causis, ut ipsum efficiant dicitur autem causa, quia facit, ut tales causæ operentur & applicentur ad opus, vnde scamonea non est, quæ secundum se infrigidat, nec sal conferuat, & hos duos modos causarum per accidens docet Alber. tract. 2. c. 8.

Tertius.

Tertius est, cum aliqua causa attingit aliquam dispositionem, quæ requiritur ad effectum, sed non ex ipsa sola sequitur effectus, sed ipsa absq; effectu poni potest & ista causa dicitur occasio, ut tyranni fuerunt occasiones martyrij: quia infligebant mortem, quæ erat necessaria dispositio ad martyrium, non tamen mors sufficiebat, nisi fides & patientia ad martyrium accederent, & poena quibusdam inflicta est occasio aliorum emendationis.

Quartus.

Quartus est, cum causa effectum aliquem operatur, quem alius non intentus sequitur, & talis dicitur casus, cum ille effectus non intentus raro sequitur, ut satis est in textu dictum, quæ causa si fuerit secundum electionem procedens, dicitur fortuna, & erit quintus gradus causæ, vnde sit, quod casus & fortuna sint causæ efficientes per accidens ex parte effectus in his, quæ raro contingunt, & propter finem agentibus.

Sit secundum fundamentum; in quo magis declaratur natura effectus casualis. Ad effectum casualem semper conueniunt duæ particulares causæ, quarum vtraq; aliquando est casus, aliquando fortuna, aliquando altera casus, altera fortuna, aliquando altera causa per se, altera fortuna, vel casus, v. g. si quis eat in forum emendigratia, & occurrat amico, vel debitori; a quo recipiat pecuniã, tunc receptio pecuniæ est effectus fortuitus, habens duas causas, nempe aduentum huius, & illius in forum, si neuter intendebat talem pecuniæ receptionem, vtraq; causa est fortuna: si alter intendebat, alter non, vna est fortuna, altera verò per se causa.

2. fundamentum. Ad effectum casualem semper duæ causæ particulares concurrunt, & quæ illæ se habeant.

Vterius fodit quis vineam, & inuenit illic aurum, huius inuentionis duplex est causa, & fodiens, & producens illic aurum illud, tunc vna causa est fortuna, altera casus, casus enim illic aurum productum est, ut ille inuenire posset.

Vterius si equus currens ad fontem bibendi gratia percutiatur a lapide cadente, percussio vtraq; causa est per accidens, & casus, cum non sit secundum electionem, ex quo habetur, quod fortuna a vel casus non est sufficiens causa effectus fortuiti, aut casualis, nisi duæ conueniant causæ particulares, ut dictum est.

Sit tertium fundamentum. differunt valde ista casus seu fortuna, frustra, tunc re, vanum: casus enim, & fortuna dicitur causa, quam sequitur effectus aliquis non intentus, licet differat casus: quia vniuersalior est, ut supra diximus, at frustra dicitur causa, quæ suum effectum non consequitur, vnde ratio, ut sit frustra, consistit in hoc, quod non consequatur effectum: ut autem sit fortuna, vel casus, quod consequatur effectum, non tamen intentum.

3. fundamentum. Quid casus & fortuna, quid frustra, quid vanum.

Potest autem esse, ut sit aliqua causa simul frustra, & fortuna, & quod nec sit frustra, nec fortuna. Et quod sit frustra, sed non fortuna, & quod sit fortuna, sed non frustra, v. g. si aliquis eat, ut alloquatur amicum, & occurrat Pontifici, non tamen amico, tunc illa via frustra est, quia non est consequta suum finem: & est fortuna.

ituna, quia attingit finem non intentum: At si occurrat amico solum, tunc nec esset frustra, nec fortuna: at si utrunque fieret, & occurreret Pontifici, & alloqueretur amicum, tunc esset fortuna, sed non frustra, quod si neutrum fieret, esset frustra: sed non fortuna. idem dico de casu, & intelligenti exempla satis nota sunt.

Verum est, ut in textu diximus, ubi est fortuna, dicitur aliquo modo frustra, quatenus effectus non intentus, non est effectus intentus.

Temerè dicitur actio, quæ in illum finem dirigitur, in quem de se non est ordinata, ut si quis bibat vinum ad expellendam febrem: & effectus dicitur temerè factus, qui actionem sequitur, quam non est aptus consequi.

Vana verò dicitur actio, quæ non ordinatur in finem, in quem ordinari posset, unde vanus labor est, qui non ordinatur in requiem veram, in quam ordinari posset. his igitur suppositis fundamentis sit prima conclusio.

1. Conclusio

Fortuna non est aliqua vna causa communis diuina, à qua effectus omnes fortuiti proueniant. Antiqui enim considerantes effectus fortuitos incertos, & occultos, ac ob id difficiles ad consequendum, vel cauendum, ad diuinum fauorem, & auxilium recurrerent, quasi per se non sufficerent à talibus se effectibus liberari, cum mali sint, nec eos obrinere, cum boni sint, sed errantes Deam quandam huius gratia constituebant.

Imago fortunæ apud Antiquos.

Quam ut notat Alber. sic depingebat, nempe in rota stantem ad significandam varietatem & inconstantiam, quæ in effectibus appareat: cæcam, ad denotandam imprudentiam effectuum fortuitorum: non enim secundum electionem sunt, similiter dimidiam albam, & dimidiam nigram, ad exprimendos effectus, & felices & infelices.

Istorum sententia falsa est, & erronea, & hanc etiam Aristoteles rejicit. non enim diuina agunt quicquam inconsideratè, & imprudenter, nec est numerus Deorum multiplicandus, & in hoc sensu Doctores sancti prohibent quicquam tribuendum fortunæ.

Secunda conclusio. Effectus casuales & fortuiti non sunt respectu Dei gloriosi & causarum vniuersalium, sed respectu causarum particularium tantum. Explicatur hoc. Cum accidunt aliqui effectus casuales, licet non sint intenti à causis particularibus & præuisi, ac ob id casuales sint ipsis, tamen à glorioso Deo præuisi sunt, & si fuerint naturales, sunt etiam intenti à causis vniuersalibus, ob id respectu ipsarum non sunt casuales, V.g. Cū Petrus it ad forum emendi solum gratia, à fortuna recipit pecuniam, quam non intendebat, ob id illa receptio illi est casualis. At gloriosus Deus mouens Petrum ad forum, sciebat optimè illum effectum, ob id Deo non fuit casualis. Cū autem Deus omnium absq; exceptione sit præsciens, fit ut ipsi, & ipsius actioni, qua cum omnibus causis particularibus concurrat, nihil sit fortuitum, aut casuale. Fortuita enim sunt in his, in quibus est imprudentia ali quid, secundum quam minus præuidet, quæ futura sunt. Vnde Arist. 8. cap. 2. lib. magn. moral. dicit: Ibi minus esse fortunæ, ubi plus est intellectus.

Nota ibi minus esse fortunæ, ubi plus est intellectus.

Similiter effectus naturales, qui non à casu, sed à natura sunt, non sunt à casu respectu cælorum, ut monstra. Hæc enim respectu particularis agentis non intenduntis illa, sunt à casu, quod scetus sit duorum capitum, vnius oculi, & similia, hæc à generante vniuersali, puta cælis, & motoribus ipsorum intenduntur, quia talis materia, ex qua illa monstra fiunt, ad talem monstri figuram est disposita, vel quia abundans, vel quia deficiens, vel alijs de causis, ut dicemus. Cæli aut, & vniuersales causæ id intendunt, ad quod materialis ordinatur, vnde ex tali materia talis effectus, puta monstrum intendunt, non autem causa particularis, quæ solum sibi simile intendit.

Respectus causarum vniuersalium effectus naturales non sunt à casu.

Vtitur S. Tho. hoc exemplo ad ostendendum, quomodo non sit effectus fortuitus respectu Dei, sed respectu causarum particularium. Si quis dominus haberet duos seruos, & mittat vnum ad locum quendam, postea alterum mittat ad aliud locum, quo iste non perueniet, nisi alteri occur-

Nota exemplū D. Tho.

occurrat, & dominus quidem sciat id, sed neuter seruus id sciat, nec intendat: tunc quod vnus alteri occurrat, illis quidem fortuitum est, sed non domino talem occursum præsciens: ita deus gloriosus cum omnium euentuum sit præsciens, & causa, nihil habet fortuitum.

Alterum exemplū.

Possumus etiam uti alio exemplo ad ostendendum, quod in casibus naturalibus non sit casus respectu cælorum. Sit sartor, qui tales vestes facit, qualem accipit pannum ab alijs. Sit autem quidam, existimans se offerre pannum albu, offerat pannum nigrum, tunc præter intentionem suam & à fortuna accipiet vestes nigras, tamen respectu sartoris, non est fortuitum id, quod vestes vestes sint: ita sunt causæ vniuersales, quæ secundum materiam subiectam operantur effectus, ob id cum de se ad monstrum est apta, monstrum intendunt, & modò sufficiant ista.

2. conclusio.

Tertia conclusio, fortuna est causa efficiens particularis respectu effectus non intenti, similiter & casus. Eadem conclusio est contra Boetium lib. 1. de consol. profa 1. effectus ipse præter intentionem euenientes censet esse fortunam, aut casum: Non autem ipsam causam respectu effectus non intenti contra Aristotelem. Est autem eadem conclusio satis in textu exposita, ubi & casus, & fortunæ definitiones explicuimus.

Modò solum hoc aduertendum est, quia cōducit pro disputatione sequenti, nempe casum, & fortunam esse efficientes causas, per accidens tamen, & in hoc sensu optimè, & sine errore concedimus fortunam esse, & casum, multa que fieri à fortuna, & casu, & per hoc patet quæstionis solutio. In hoc enim sensu casus est, & fortuna, sed superest, ut ad argumenta proposita respondeamus.

Ad primū.

Ad primum argumentum oportet declarare illam maiorem, omne per accidens reducitur ad ens per se, habet enim triplicem sensum, & verum. Primus est: omne accidens reducitur ad ens per se, id est, non est vllum accidens, quin sit substantia, cui tale in nixum sit accidens. Alter sensus est cōpositè intelligendo: quod alicui conuenit per accidens, debet alicui

alteri conuenire per se. Tertius sensus est in causis, omnis causa per accidens innititur causæ per se, seu omnis effectus per accidens presupponit aliquem effectum per se: & hi sensus veri sunt, & multum obseruandi, sed nihil concludit argumentum, nam effectus per accidens sunt quidem resoluendi in causam per se, non que sit causa per se illorum effectuum, sed aliorum, quibus hi per accidens coniunguntur, ut receptio pecuniæ reducitur in causam, per se, nempe in itionem ad forum, quæ est per se causa alterius, non illius receptionis, vnde semper manet fortuitus effectus, & hoc nota.

Ad secundā

Ad secundum, Respondeo cum Alber. tract. 2. c. 21. est distinguenda maior, scilicet nim sit sensus de veritate pro esse reali, nempe omne quod realiter est, & non est causa, habet realem causam, est concedenda, sed nihil concludit, nam fortuna, & casus reales sunt causæ, quod si faciat sensum, omne quod verè est, id est, realiter, habet causam veram, id est, propriam & per se, hoc falsum est, nam effectus per se causam habent per se, & effectus per accidens, causam per accidens.

Ad tertiam.

Ad tertium facilis est solutio ex conclusione secunda. Non enim effectus casuales ponimus, nisi respectu causarum particularium.

Ad quartā.

Perindè patet solutio ad quartum: esset enim contra fidem ponere fortunam iuxta primam conclusionem, quo modo antiqui ponebant, ut dicit August. 4. Ciuit. cap. 18. & id August. reprehendit, sed fortunam ponere, ut diximus, verum est, & licet.

Ad quintā.

Ad quintum dicimus, quod fortuna non est scientia ad hunc sensum, quod fortuna non est causa per quam vllus demonstratur, & sciatur effectus: nam effectus per causas per se demonstrandi sunt, non per causas per accidens, nec sic vtitur Philosophus fortuna: at fortunæ est scientia, quantum ad hoc, quod quid ipsa sit, & qualis cognoscimus. Hæc enim per se sunt, & non per accidens: definitio enim fortunæ, & ipsius passionis ipsi per se insunt, & huius est scientia, & hæc satis sint de quæstione hac.

An qua nec semper, nec frequenter sunt, sint à casu. Quaestio X.

Sensus quaestio- nis.

Difficultas haec est circa textum, nam Aristot. fortunam, & casum dicit esse eorum, quae nec semper, nec frequenter eueniunt: cum autem haec sint duo, nempe quae raro eueniunt, & quae ad vtrumlibet, quod enim thesaurus inueniatur, raro euenit, sedere verò, aut stare, ad vtrumlibet est: non enim frequentius vnum accidit, quam alterum. Dubium igitur est, an in vtrisque sint casus, & fortuna, tam in his quae sunt raro, quam in his quae sunt ad vtrumlibet, cum neutra sint semper aut frequenter.

In qua difficultate est summa discordia inter Auicem. & Auerr.

Sententia Auicem. Nota 1.

Existimabat enim Auic. i. lib. suffici. c. 13. quae sunt ad vtrumlibet, etiam esse à fortuna, & casu. Et quia ista sententia est obscura satis, declaratione opus est. Ob id, aduerte, quod sunt aliqua potentiae, quae de se non magis determinantur ad vnum, quam ad alterum oppositorum, vt potentia corporis ad colorem, nō est magis ad album, quam ad nigrum.

Potentia motiua animalis nō est magis ad standum, quā ad sedendum, ad motum, quam ad quietem. Cum autem determinantur potentiae haec ad vnum oppositorum, ab altero determinantur, vt ab agente vno determinatur corpus ad albedinem, ab altero ad nigredinem. animal ab appetitu determinatur ad sedendum, vel standum, comedendum, vel non comedendum.

Nota 2.

Aduerte vterius, quod isti effectus possunt dupliciter considerari. Primo modo respectu ipsius potentiae indifferentis, & aequaliter se habentis ad oppositorum vtrumque, & tunc ad vtrumlibet dici possunt, vt album respectu corporis potentiae, non plus est, quam nigrum, & respectu potentiae motiuae in se, non est magis sedere, quam stare. Altero modo possunt considerari respectu agentis seu potentiae determinatae, vt album respectu suae causae propriae, & sedere respectu appetitus determinati ad seden-

dum, & comedere respectu voluntatis inclinatae ad comedendum, & tunc, aut semper, aut frequenter sunt: ex huiusmodi enim causis, aut semper, aut frequenter tales sequuntur effectus. Similiter si consideretur respectu materiae proxima, & non indifferentis, non sunt ad vtrumlibet: ex proxima enim materia actus proprius, aut semper, aut frequenter sequitur. Hinc sequitur, vt quae sunt ad vtrumlibet respectu vnius principij, sint semper aut frequenter respectu alterius.

Nota 3.

Quibus suppositis aduerte, quod Auic. vult, quod si tales effectus respectu causarum propriarum considerentur, non sint à casu, quia à causis determinatis procedant, & frequenter, aut semper eueniunt: & si respectu potentiarum indifferentium considerentur, tunc esse à casu, vt respectu ipsius corporis absolute à casu est, quod album sit: & respectu potentiae motiuae absolute à casu est, quod animal sedeat, & respectu voluntatis, & potentiae indeterminatae à casu est, quod homo comedat, cum tales potentiae ex se indeterminatae sint ad vnum, aut alterum oppositorum.

1. ratio Auic.

Hanc sententiam probat Auicem. primo ex Aristot. cuius opinionem esse hanc existimat: dicit enim Aristot. quae nec semper nec frequenter sunt, à fortuna vel casu esse: cum autem haec sint quae raro, & ad vtrumlibet eueniunt, profecto haec vtraque à casu dicentur, quod si Aristot. per ea, quae nec semper, nec frequenter eueniunt, tantum intellexit ea, quae raro accidunt, tunc ipsius diuisio esset insufficientis, nempe quaedam semper, quaedam frequenter, quaedam raro euenire, cum praeter haec quaedam ad vtrumlibet eueniant.

2. Ratio.

Probat secundò, ex communi modo loquendi, quem dicit reiiciendum non esse: dicimus enim accessi visurus regem, & à casu comedebat, vel deambulabat: sunt autem ista ad vtrumlibet, ergo in his aliquo modo etiam est casus. Haec est sententia Auicem. fideliter expressa, & est notanda, non enim passim intelligitur.

Auerr. autem hoc libro, com. 48. c. 6.

Sententia Auerr. quam ipse sumptit ex Ale. & Themist. 1. Ratio.

set oppositum, nempe tantum, quae raro eueniunt à fortuna, vel casu dici, quae sententia est communis Graecorum, Themist. Alexand. & aliorum. Est etiam Albert. tract. 2. cap. 12. & S. Tho. & aliorum Latinorum. Ratio istius sententiae duplex, praecipua est prima. Fortuna, & casus est causa vnum intendens, quod consequitur aliquid non intentum: sed potentia illa indifferentes non intendunt aliquid, ad quod sequatur effectus non intentus, vt potentia corporis non est ad aliquid, quod consequatur album, nec potentia motiua est ad aliquid, quod consequatur sedere, aut stare: ergo tales effectus non sunt casuales respectu harum potentiarum, nec tales potentiae casus, & fortuna sunt: quod si effectus ad sua agentia comparantur, iam non à casu, sed intenti sunt. quo argumento vtitur Albertus. Vide igitur quomodo illi effectus non sunt vltimo modo dicendi casuales. Altera ratio est: Fortuna & casus sunt efficientes causae, at potentiae indifferentes oppositum non sunt effectiuae, sed passivae ex parte materiae se habentes: nō ergo sunt casus, aut fortuna. haec tamen ratio paulo post examinetur. ista est Auerr. sententia, & D. Thom. & Graecorum, ac Latinorum communis, & mihi etiam placet.

2. Ratio.

Vt tamen magis hoc manifestum fiat, oportet aliquot conclusiones proponere, quarum prima sit.

1. conclusio.

Non omnes effectus qui raro eueniunt, à fortuna vel casu sunt, sed qui per accidens respectu causa per se eueniunt. haec conclusio est Auicem. loco citato, & est vera.

Nota dupliciter aliquem effectum proprie raro.

Pro declaratione aduerte, duplici modo effectum aliquem raro prouenire. Vno modo, quia causa eius raro ponitur, tamē ipse per se ex tali sequitur causa, quales sunt eclipses solares, multae meteoricae impressiones, & huiusmodi alia: haec enim raro eueniunt, quia ipsorum causa raro ponuntur: sed cum eueniunt non à casu, aut à fortuna accidunt, sed per se, si fuerint causa ipsorum per se, per accidens vero, si fuerint causa ipsorum per accidens ex parte causa, vt iam dictum est.

Altero modo, effectus raro eueniunt

ex parte efficiētis causa, & per accidens, quia raro sequuntur ad effectum per se illius causa, vt inuentio thesauri raro euenit, quia raro iungitur cum effectibus per se causarum, possuntque poni effectus per se, qui hi ponantur, & tales effectus raro accidentes à casu, vel fortuna dicuntur.

Dubium est, si effectus posita causa raro eueniant.

Dubitabis, vnde est, quod isti effectus etiam posita causa raro eueniunt: dico, quod id ex eo fit, quod talis causa non est per se illius effectus, nec secundum se ipsum attingit, vt de ratione fossionis non est quod sit inuentio thesauri, quod si talis effectus sequitur, est, quia alia etiam causa concurrat ad illum, & raro concurrat, vt si inuentio thesauri est, non solum est fossio, sed etiam praecessit causa ibi ponens thesaurum, quae rara est.

Cum autem effectus causam habet per se, posita causa sequitur effectus, aut semper, aut frequenter, vt dicit Albert. ca. 13. tract. 2. Si enim est causa per se, & nō habens vllum contrarium impediens effectum ipsius, effectus semper sequitur, ipsa posita, vt sequitur eclipsis, sequitur dies, nox, & alij immutabiles effectus: si verò est causa, quae habet contrarium, id est, quae operatur circa materiam, quae receptiua est multorum, tunc accidit ipsius effectum impediti, sed frequenter euenit effectus, licet aliquando deficiat, quomodo homo nascitur aliquando cum sex digitis in vna manu, sed raro, frequenter verò cum quinque, & naturales effectus cum impediti possint, hi nempe, qui circa materiam sunt, frequenter eueniunt, sed non semper.

Quando effectus proprie raro, semper aut frequenter.

Secunda conclusio, nulla potentia naturalis proxima est actiuum principium effectus ad vtrumlibet. Haec conclusio est ad declarandum argumentum, in quo dicitur, quod potentia effectus ad vtrumlibet non est actiua: hoc autem declaratione indiget.

2. conclusio.

Tu igitur aduerte, quaedam esse potentias actiuas, quaedam verò passiuas. Passiuae sunt, secundum quas recipitur aliquid. Actiuae secundum quas agitur. Passiuae sunt, aut proxima, aut remotae. Proximae sunt

Nota varia genera potentiarum passiuarum.

sunt determinata ad unum actum, & formam, ut materia proxima cuiuslibet compositi ad unum est; puta ad formam illius compositi: & ita forma respectu sue materię proximę non est ad vtrumlibet, sed semper loquitur, aut frequenter eod, quod talis materia ad ipsam inclinatur. Potentia verò passiuę remotę equaliter se habent ad opposita, cum non magis ad unum quam ad alterum aptę sunt; ut potentia materię primę ad formas, & potentia corporis in cõmuni ad album, vel nigrum, vnde tales formę respectu materię remotę sunt effectus ad vtrumlibet, cum ipsa materia non magis ad unum, quam ad alterum apta sit, & hoc inest omni potentię passiuę remotę, ut equaliter, & ad vtrumlibet se habeant respectu formarum & effectuum.

Nota varia genera potentiarum a-ctiuarum.

Potentię autem actiuę similiter se habent: Quędam enim sunt proximę, quędam remotę. Proximę sunt, quę sunt principia actionũ per se, ut potentia ignis ad cõburendum. Remotę, quę non sunt per se, & sufficientia principia ad actionem, ut potentia motiua non mouet animal nisi accedente appetitu ipsius animalis.

Aduerte vterius inter has potentias actiuas esse quasdam rationales, quę libera principia sunt, ut voluntas humana: quasdam naturales, ut potentię aliorum agentium sine libertate. Potentię actiuę naturales proximę nõ sunt oppositorũ, sed vnus, ut potentia ignis tantum est ad cõburendum, non est ad non cõburendum: ab extrinseco enim accidit non cõburene defectu obiectę materię: similiter potentia oculi ad videndum est, non ad non videndum.

Vterius potentię actiuę remotę naturales actiuę esse possunt al. quando ad vtrumlibet, ut potentia motiua est ad mouendum, & sedendum, sed hęc remotę dicuntur, quia nõ agunt, nisi determinante eas appetitu, ac ob id aliquid habent passionis, ut possit dici, nulla potentia naturalis est omninõ actiuę effectus ad vtrumlibet: & hoc quod diximus in conclusione secunda, ac propterea bene dicitur in documento, quod talis potentia

non est efficiens, nec fortuna, vnde cum federe, stare, comedere, non sint a sola potentia, nisi determinante appetitu, illi effectus sunt comparandi non ad solam potentiam, sed simul etiam cum appetitu, & tunc non sunt ad vtrumlibet, nec præter intentionem.

Sed nota quod diximus de potentia naturali, nam voluntas, quę dicitur potentia rationalis, est ad vtrumlibet, & est principium proximum, sed de ea dicendum est alibi.

Tertia conclusio, quę ex his sequitur, est. Illi effectus ad vtrumlibet non sunt fortuiti, aut casuales: & hæc est propositio communis: ratio est. Si enim comparantur ad solam potentiam indifferentem, tunc ex ea non sequuntur, quia non est sufficiens per se operari: si verò comparantur ad principium proximum, est iam potentia determinata, & tunc non sunt ad vtrumlibet.

Ad primum argumentum Auicennico cum Alber. & Auerr. quod per ea, quę nec semper, nec frequenter eueniunt, intelliguntur, quę fatõ accidunt: nec est insufficientis diuisio, illic enim diuiduntur effectus procedentes a causa agente & efficiente: proxima, & hi sunt tres, nam ad vtrumlibet effectus ad materiam referuntur.

Ad secundum dico; quod ille dicitur a casu deambulare non respectu sui, sed respectu huius inuenientem ipsum deambulantem, hoc enim præter intentionem huius, & raro euenit, quauis respectu deambulantis id potuerit esse ex ipsius intentione. Hęc satis de questione.

An sit fatum. Quest. XI.

Quia fortuna aliquam videtur habere conuenientiam cum fatum, ac fatum soleat ascribi, quid ipsum sit, & an sit, & quę sub ipso sint, breuiter explicabimus.

Fatum autem variè definitum est a multis. Appuleius enim, & Firmitius, & Ptolemęus, vt refert Alber. tracta. 2. c. 19. dicunt fatum esse causarum colligantiã ex astrorum motibus, ac vi efficiã trahentem: existimant enim omnes infē-

Ad primũ.

Ad secundũ.

De quibus: agendũ, ac quid sit fatum.

rio.

1. definitio fati.

riores effectus a cælis tanquam a causa vniuersali prouenire, sed non immediate, sed mediãtibus causis particularibus, vt autem sunt effectus particulares determinati, ita etiam sunt causę particulares determinatę ad tales effectus: ordo igitur iste causarum vniuersalium; & particularium ad effectum quemlibet conueniens dicitur apud hos fatum, qui ordo pendet a virtute astrorum influente in hæc inferiora, & per certas causas particulares operante effectus particulares.

2. definitio.

Alij aliter definiunt, Seneca 2. lib. q. natur. cap. 36. dicit, Fatum est inuitabilis necessitas rerum omnium, & actio- num, quam nulla vis potest irrumperẽ eod, quod secundum scientiam a Iouis dispositione, & a consilio definito deorum dependeat.

Nota.

In cuius declarationem aduerte duo: Alterum est, Deum ab æterno omnes futuros effectus præcognouisse simul: omnia enim, quę successiuè per totum tempus futura erant, Deo simul ab æterno fuerunt præsentissima, imò ab ipso ordinata, vt essent.

Alterum est, quod sic Deus voluit hæc omnia esse, vt quędam mediãtibus causis particularibus, & vniuersalibus essent, ac ob id præcognouit; & ordinauit eas causas, vt quędam communes essent, quędam particulares, quędam horum, quędam illorum effectuum, ac iste ordo constitutus in causis particularibus, & causis extra se ordinatis ad effectus, dicitur fatum, quasi factum, & præordinatum.

Hanc duplicem veritatem coniunxerunt Stoici cum quodam errore, dicebãt enim ob id; quod istę causę in effectus proprios præordinatę sunt, & præuisę a Deo, omnes effectus necessariõ prouenire, vnde fatum ponit necessitatem in rebus, & aufert libertatem nostram, quod quidem falsum est, vt dicemus modõ. Ex hoc patet definitio Senecę proposita.

3. definitio.

Alij attendentes illas duas veritates aliter definiunt; nempe, Fatum est cõplexio causarũ a prouidentia primę causę depẽdens. Ita definit Hermes Trimeg; vt quidam illi tribuunt.

At omninõ optima est definitio Boet. 4. definitio lib. 4. de consol. prof. 6. Fatum, inquit, est inherens mobilibus dispositio, secundum quã diuina prouidentia suis quęq; necit ordinibus. Ac si dicat; est ordo in causis naturalibus cõstitutus ad effectus a deo glorioso præordinatus, & præcognitus.

Nota.

Vbi nota, quod ordo causarũ iste potest considerari; vt est in diuina mēte ordinante omnia, & sic prouidentia dicitur. Altero modo, vt est in ipsis rebus ordinatis & dispositis; & sic dicitur fatum. Ac ob id dicitur talis ordo dispositio rebus inherens, vt illic exponit Sanctus Thomas.

Et ista est optima definitio fati: Prima enim, quę erat Astrologorum, non sum. aliarũ definitio primam originem, & radicem fati, quę Deus est, sed secundam, puta cęlorum virtutem: hæc enim, licet vniuersalis causa sit horum naturalium, sed non est prima, quia etiam ipsa est præordinata a deo. Definitio autem Senecę miscuit falsum cum vero, puta necessitatem esse in fato. Tertia definitio bona est, sed non ita clarè fatum explicat, sicut ista Boet. ob id istar recipienda est.

Dubitabis tamen; an fatum verè sit, nam videtur Christiano nõ licere loqui biũ, an verè de fato, dicit enim Grego: in homi. Epi. sit fatum. pha. absit a fidelium cordibus, vt fatum aliquid esse dicant.

Dico, quod fatum esse nulli dubium est, & id a Theologis conceditur: quod tamen Christiana veritas negat, est fatũ fatũ imponere necessitatem rebus omnibus, hoc enim falsum est: Deus enim gloriosus ad effectus contingentes causas præordinauit contingentes, ad necessarios autem, necessarias, & hoc est; quod dixit Boet. in definitione, suis quęq; necit ordinibus. Vnde Deus præsciens, & præordinans causas & effectus, non imponit ob id rebus necessitatem, quia quamque causam agere secundum modum sue naturę, & effectus pariter modo sue naturę prouenire permittit, & hæc etiam est sententia Peripateticorum, vt videre est apud Simp: Themi. Philo. sic & Ammõ. primõ, Perihier. ca. de fut. contingentib. & Pfellium, & Magentiũ, ibid. Theo.

de fortuna, item Metochit. hic, & Alex. Aphro. in lib. de fato. Plutarchum in opere de fortuna. Plotinum in lib. de fato. Vide item Gregorium Nisenum, in lib. de fato, & inter recentiores Iulium Sirenium, in opere quod de fato cōscripsit.

Triplex error defato. Primus. Ex quo colligitur triplex quorūdam error. Quidam enim existimantes si tale fatum esset à Deo præordinatum, omnia prouentura necessariò, dixerunt nō esse fatum, nec Deum esse futurorum omnium præscium, in quo grauiterrauerunt, & hi fuerunt Auer. & Cicer. lib. de natura deorum, quem reprehendit Aug. 5. ciuit. cap. 9.

Secundus. Alter fuit error Chryssippi, vt refert Aulus Gcl. lib. 6. c. 2. & quorūdam Stoicorum, qui Deum præscium dixerunt, & fatum esse, sed tamē omnia prouenire necessariò, vnde ab homine libertatem abstulerunt, in quo etiam errauerunt, se vt bruta necessaria in suis actionibus constituentes.

Tertius. Tertius error fuit quorūdam Stoicorum, qui effectus fatales posse mutari dicunt, nō alia ratione, nisi placādo deū, qui suam sententiā potest mutare, sicut sapientes homines sepe faciunt, ob id dicebant propter hos euentus esse ferendū Deo caput agnæ albę: caput, ad notandū Deum esse sapientem: agnę, vt notetur, quōd sit mansuetus: albę, vt mutet euentum ex malo in bonum. Sed hi errarunt: non enim Deus mutatur. hanc sententiā refert Alber. tract. 2. cap. 19.

Veritas autem est, q̄ effectus mutari possunt, non ob Dei mutationem, sed quia cause, quę applicātur secundum se mutabiles sunt, & impedibiles.

Secundū dubium, quoniam fatum subiacet. Dubitatur, quę dicantur subiacere fatum: dico omnia, quę sub cęlo sunt: hęc omnia motibus, & mutationibus, & alijs passionibus à cęlo & elemētis proueniētibus subduntur: cęlum verò, cum non ab alia naturali causa corporea dependeat, non dicitur esse sub fato: non enim generatione & mutatione factum est.

Vtiterius, homo, quantum ad suas actiones humanas & liberas, non subditur per se fato, quia non à cęlo, sed à Deo ipso hominis voluntas regitur: per acci-

dens verò mouetur à cęlis corpus, in quo ipsa est, alterantibus, ac ob id ipsam per corpus ad aliquos effectus inclinantibus, non tamen cogentibus, & ista satis de fato, nunc ad textus interpretationem redeamus.

CAPVT VII. Quōd autem sint causę, & quōd tot numero.

Text. LXVIII.

Dostquam causas, & ipsarum numerū, ac modos exposuit, nunc tot causas esse, puta quatuor genera, & per ea omnia physicum demonstrare probat. primò aut ostēdit, quōd nō sint plura genera, quàm quatuor, assignata, idq; ratione logica, vt notat Auerr. sic, Tot sunt causę, quorū propter quid, & media, & vltima, & immediata, in quę resoluuntur, & causę reducuntur demonstrationes: sed hęc propter quid non sunt, nisi quatuor: ergo & quatuor sunt. Maior est nota. Minorem probat inductione exemplari. In rebus immobilibus, puta mathematicis vtimur pro vltimo, & immediato, & propter quid definitione ipsa, vt quid rectum, quid commensurabile, & huiusmodi: at definitiones huiusmodi formę vicem gerunt.

Et nota, quōd Geometria non semper vtitur definitionibus pro medijs, sed per passiones quasdam probat alias: sed vltimum medium, & immediatum definitio extremi est.

Aut ad mouens primum. Text. LXIX.

Prosequitur complere inductionem. Fit, inquit, reductio aliquando ad mouens primum, id est, ad efficiētem causam, vt propter quid certauerunt efficiēs causa est, quia furati sunt. alludit ad exemplum 2. Post. nempe bellū Thebanorum contra Phocenses, cuius efficiēs causa fuit, quōd Phocenses inuaserant Thebanorum templum, illudque

Quod non plura, quā quatuor causarū genera assignata.

Nota. Tot r. ratio le-

Nota.

spe.

Atque omninò quęcunq; mota. Text. LXXI.

VNum iacet fundamentum probaturus Physicum vt quatuor causas in demonstrando, & inuestigando rerum suarum naturas, quod fundamentum etiam conducit ad declarandum, quo pacto Physicum vtatur efficiēti causa; dicit igitur, duplex esse efficiēs. Alterum, quod motum mouet, id est, dum alia mouet, ipsum mouetur, sicut ignis, dum agit in aquam, repetitur ab aqua, & manus dum mouet aliquid, mouetur & ipsa: alterum est mouens immotū, sicut Deus, & intelligentię: mouet enim alia absque eo, quōd moueantur in se, vel ab ipsis motis. Id ergo efficiēs, quōd motū mouet, physicę est cōsiderationis, quod verò immotum mouet, nō est Physicę, sed Metaphysicę, secundū se: secundum quid enim ad Physicum spectat, non tamen secundum ipsius essentiam.

Fundamentū ad inuestigandū ex quibus causis demonstrat. Physicus. Duplex efficiēs: alterū mouens motū, alterum immobile.

Scientiarū diuersitas ex diuersitate mouentię.

Vnde distinguuntur tria negocia, id est, tres cōsiderationes, & scientię iuxta varia mouentia. Quędam enim sunt immobilia prorsus: sicut Deus, & intelligentię, quę nullo Physico motu mouentur, & talia ad Metaphysicā pertinent. Quędam mobilia, sed incorruptibilia, sicut cęli, & hęc ad librum de cęlo pertinent, vt notat Philo. quędam mobilia, & corruptibilia, & hęc ad reliquā Physicę partem spectant, quę amplissima est.

Dices, quare scientiam de cęlo, cum physica sit, distinguit à reliquis partibus. Puto ob id esse, quōd cęlum vnicū participat motum, puta localem, qui causa est vniuersalis aliorum, & reliqua omnia naturalia, omnes motus species participant, ab eo quę dependent, nec dicas cum Auerr. quōd per negocia & cōsiderationes intelligit res cōsideratas, id enim est contra Græcorum expositionē, & literam Aristotelis peruertit.

Dubium.

Solutio.

Nota legitimum sensum contra Auerr.

Quare ipsum propter quid. Text. LXXII.

Ex fundamento proposito componitur rationem Arist. ad probandum

Ex fundamento proposito componitur rationem Arist. ad probandum

Cōcludit rationē Arist. Physicum per oēs causas demonstrare.

spoliauerant. Ponit rursus exemplū causę finalis, vt propter quid certauerunt finis fuit, vt dominarentur eorum: alludit ad bellum regis Persarū contra Gręcos, vt sibi eos subiceret. Rursus ponit exemplum materię, dicēs in rebus, quę fiunt, & producuntur, illic materiā esse vnum ex propter quid, vt quare ferradura est? quia est ex ferro: & per ea quę fiunt, tam naturalia, quàm artificialia intelligit secundum Philop.

Cum autem causę quatuor sint. Text. LXX.

NVmero causarum probato, alterum probare aggreditur, nempe Physicum omnia hęc causarum genera considerare, & per ipsa demonstrare, & id vt Physicus est, & non medicando causas ab alijs scientijs. At ne existimaret quis, dum audit has causas semper diuersas esse, & realiter distingui, dicit, quōd plerumque tres causę, puta forma, finis, & efficiēs vnum sunt, forma quidem & finis idem numero, nam forma rei genitę finis est generationis, est igitur eadem res, & forma & finis, sed ratione diuersa: dicitur enim finis respectu ipsius generationis, quę est gratia formę introducendę, dicitur forma, vt dat esse ipsi genito, & forma rei generantis est efficiēs causa formę genitę, cumque illę duę formę sint eiusdem speciei, simile enim sibi simile in forma generat, ob id efficiēs causa, & forma, & finis, vna res specie sunt, finis enim & forma vnum numero, sed cum efficiente vnum specie.

Ad Physicū spectat cōsiderare omnia causarū genera, & ipsa demonstrare.

An causę semper inter se differant.

Nota.

Nota.

Nota, quōd dicit, plerumque: quia vt notat Philop. id non semper fit, nam in agente æquiouoco, qualis est sol respectu horum inferiorum, non est efficiēs eiusdem speciei cum effecta forma.

Vtiterius dicit Alex. quōd formę mathematicę non sunt finis: quia ibi non consideratur generatio vlla, hoc locum habet in formis generalibus tantum, hęc enim sunt fines generationum, sed non rerum genitarum, finis enim rei genitę: est sua operatio.

Phy.

Physicum considerare, & demonstrare per omnes causas, sic Physicus generationes rerum considerat: sed in generationibus hæ causæ conueniunt: ergo per eas demonstrat, & ad ipsas reducit propter quid, & demonstrationis medium. Minorem explicat, & probat: nam in generatione considerat, qd fiat, post quod, nempe, an ex igne, vel aqua fiat aer, & hoc est forma: similiter, quid primum facit, generationem, & hoc est efficiens: similiter, quid passum est, id est, substantiæ, & hoc est materia, & sic semper vna causa post aliam queritur secundum ordinem, quem inter se causæ habent, vt superius diximus.

Duplicia autè sunt principia. Text. LXXIII.

Quod sit illud motus immotum.

Repetit distinctionem superiorem duplicis efficientis, alterius, quod motum mouet, alterius, quod immotum mouet, sed vtrumque mouet alia motu Physico, vt motus, quo inferiora à Deo mouentur, ex parte ipsorum physicus est: & in ipsis est: modo tamen explicat, quod sit mouens immotum, dicitq; id esse id, quod non habet in se motus principium, sed alia mouet, & hoc est primum ens omnium principium.

Nota.

At quia nondum probatum est tale ens esse, quod moueat immotum vsq; ad lib. 8. Physic. ob id loquitur conditionaliter, non tamen quod de eo dubitet.

Et ipsum quid est, & forma. Text. LXXIII.

Quod sit motus motum de quo proprie Physicus.

Multipliciter locus exponitur, sed mihi cum Philop. dicendum videtur, vt cum Aristot. posuisset duo esse mouentia, & vnum assignasset, nunc velit alterum assignare, & hoc physicum est, quod motum mouet, atq; ob id non inutiliter repetit hanc diuisionem mouentium, quam iam text. 71. posuerat. Illic enim non explicuerat, quæ essent illa mouentia, sed cuius considerationis, nunc quæ sint, docet: cumque dixisset esse mouens immotum, quod est omnium primum ens, hic dicit alterum mouens motum esse formam.

Ne quis autem diceret, quomodo formæ mobiles sunt, nam formæ Mathematicæ, & Metaphysicæ non mouentur, nec per se, nec per accidens, id declarat dicens se loqui de formis in materia, quæ fines sunt generationum, ac ob id mobiles, & mutabiles sunt: intellige, non per se, sed ratione compositorum, quorum formæ sunt.

Quare cum natura propter aliquid.

TRES causas solum probauit in generatione esse, ac ob id à Physico considerari, finem reliquerat, hinc verò modò probat sic. Natura agit propter finem: sed hæc scientia naturam speculatur: ergo, & finem ipsum. Vnde ex omnibus his infert Physicum considerare omnes causas, & per eas demonstrare, vt quod hoc fiat: quia hoc est, id est, per causam efficientem, & quod hoc fiat, sicut conclusio ex præmissis, id est, per materiam, & quod quid erat esse, id est, per formam, & quia melius est propter rem hanc, id est, per finem. Et nota, quod finis dicitur optimum, & melius, non simpliciter, id est, respectu omnium rerum, sed secundum quid, respectu eorum, quæ ad finem sunt, hæc omnia clara sunt ex præcedentibus.

Quid Physicus etiam demonstrat per finem, & illud considerat.

CAPVT VIII.

Dicendum igitur primum quidem. Text. LXXV.



DVAS quæstiones admodum præfenti instituto conuenientes proponit determinandas, altera est, an natura propter finem agat, id est, an actiones, & res naturales, quæ factæ sunt, propter aliquem finem factæ sint, & hæc quæstio oritur ex eo, quod in præcedenti textu dictum est, naturam esse propter aliquid.

Quæstio, an natura agat propter finem, & vnde necessarium proueniat.

Altera quæstio est, vnde sumatur necessarium in rebus naturalibus, id est, cum res naturales sint necessaria, puta quod oculi

oculi huiusmodi sunt, quod animal tali modo, quod planta tali, quod diuersæ partes modis diuersis, an id proueniat à materia, vel ab aliquo fine.

Opin. antiquorum quod natura non agat propter finem.

Antiqui enim ad solam materiam recurrerant, puta ad calidum, frigidum, & elementa, vnde non aliam rationem redderant, quare res essent tales, nisi propter materiam, ex tali enim materia necesse hoc fieri, quod si dicas antiquos præter materiam aliàs posuisse causas efficientes, posuit enim Empedoclem, & amicitiam. Anaxagoræ mentem. Respondet Aristot. quod non posuerunt has causas in generationibus, & rebus particularibus, sed in sola mundi constitutione, postquam nullam ponunt efficientem causam. Et iste est sensus illorum verborum. Tangentes valere sinunt, id est, à principio ponentes talem causam, postea permittunt, & remouent. Ista quæstio utilis est ad cognoscendum, quomodo potissimè demonstrandum, an à fine, an à materia.

Habet autem dubitationem. Text. LXXVI.

Primam quæstionem determinatam prorsus ponit rationem pro parte negatiua, dicens hoc facere dubitationem, vt dicamus naturam non agere propter finem, quod antiqui existimabant dicentes res omnes tales esse propter materiam, quod autem materia talis sit, à casu dicebant fuisse, vt dentes sunt tales, & oculi tales propter materiam talem, quod verò talis fuerit materia, & quod dentes acuti in parte anteriori, oculi in loco superiori sint, à casu factum est.

Arg. ad probandum naturam non agere propter finem.

Argumentum autem hoc erat, cum sit pluuia, tunc fit, quia vapores ascendentes infrigidantur, & graues facti cadunt in terram: non autem pluuia fit, quia frumentum crescat, nisi per accidens. Nam si frumentum fit in area, & non seminat, adhuc plueret, & tunc potius nocuum, quam augmentum illi fieret: si igitur in his non est finis aliquis, propter quem pluuia fit, nec erit in ipsis animalium partibus, sed solum per accidens, vt sicut pluuia per accidens est ad augmentum frumenti, ita per accidens oculi sunt

in loco eminenti ad videndum, & reliquæ partes per accidens factæ sint tales ad actiones, & fines suos: non enim intenditur finis in rei generatione per accidens.

Obiectio.

Quod si quis obijciat, quod res non conseruantur, nisi cum aptæ sunt ad tales fines: ergo sunt intenti à causis. Dicitur posset, & dicebant illi philosophi, verum est, quod res non conseruantur, nec sunt, nisi ad tales fines aptæ sint, sed non ob id à natura intenduntur, sed per accidens, sicut in exemplo de pluuia.

Solutio.

Vnde citat Empedoclem, admittentem non conseruari res, nisi sit apta ad taliter operandum, puta secundum naturam suam: cum enim nascitur animal dimidium habens tauri, & dimidium hominis, tunc non conseruatur, cum non possit propriam exercere operationem, dicebat tamen, quod non sit animal tale propter operationem, nec propter finem, nisi per accidens, hanc igitur dicit esse rationem dubitandi, & si qua est alia similis.

Ratio igitur, quæ dubitauerit. Text. LXXVII.

Multis rationibus redarguit opinionem, probatq; naturam agere propter finem, ac facit argumentum primum in secunda figura, vt dicit Philop. Quæcunque à casu, vel fortuna sunt, nec semper, nec plerumq; fiunt: at res naturales semper, aut frequenter tales eueniunt: ergo res naturales à casu non sunt, sunt igitur propter finem, quæ enim à casu non sunt, propter finem sunt. Maiorem ostendit exemplis, quod enim pluuia fit in hyeme, non videtur à casu, cum plerumq; fiat: sed si fiat, cum sol est in cane, puta in æstate: similiter quod cauma, id est, estus fit in æstate, non est à casu, sed si fiat in hyeme, illud enim plerumque, hoc non, plerumq; fit: quæ igitur plerumque fiunt, non à casu, sed propter aliquem finem fiunt: huiusmodi sunt naturales effectus: natura ergo propter finem est, ipsi enim met philosophi admittunt effectus naturales fieri plerumque.

Quodnam agat propter finem. Prima ratio.

Amplius in quibuscunque. Text. LXXVIII.

T Lo-

Secundū argumentum.

Locus hic aliter à Themist. & Simp. aliter à Philop. aliter ab alijs exponitur, omnes tamen conueniunt esse nouum argumentum secundum: quod autem sit, non eodem modo docet: mihi videtur sine dubio sic esse componendum, ommissis illorum expositionibus: quæ nõ consonant toti textui. Est igitur argumentum hoc sumptum ex arte, in qua constat res agi propter finem, cum secundum intellectum fiant, & electionem. Vbi finis est aliquis, illic & priora, & consequentia aguntur propter finem: sed in arte finis est: ergo in ea tam quæ fiunt prius, vt fundamēta, muri, domus, quàm quæ fiunt consequenter, vt tecta, & reliquæ partes, aguntur propter finem, Totum hoc verum est, sed vltius colligit. Quæ aguntur propter finē, apta sunt ex natura sua esse propter finem, & contra: ergo illæ res artis, quæ ab arte propter finem aguntur, aptæ sunt propter finem esse secundum se natura, ergo rei propter finem est. Quod verò sit res apta fieri ex natura sua propter finem, sicut agitur ab arte, probat: quia si natura domum faceret, non aliter, quàm ars faceret: & si ars hominē, aut plantam, vel aliā rem naturalem faceret, sicut natura faceret, vtraque igitur propter finem est. Et aduerte hanc argumenti huius expositionem.

Et omnino ars alia.

Text. LXXIX.

Tertium argumentum.

Tertium facit argumentum ad idem probandum. Ars aut perficit naturam, aut ipsam imitatur. Sed ars propter finem facit: ergo & natura, Vocat artem perfectiorem naturam, quæ ipsam iuuat, vt medicina, agricultura, naturæ operationem iuuant, siue quæ facit ea, quæ natura non facit, sicut vestes, domos & similia. Vocat artem imitantem naturam, quæ similitudines effectuum naturalium facit, vt ars pictoria, sculptoria, & similes. Possset etiam dici hoc non esse nouum argumentum, sed præcedentis confirmationem.

Maximè autem manifestum est. Text. LXXX.

Quartū argumentum, quod Vartum facit argumentum, quod est velut inductio quædam. In animalibus comperimus illic actiones, & res propter finem esse, vt in araneis telas constructentibus, & in hirundinibus nidum facientibus, & in alijs animalium mirandis actionibus, quæ propter finem apparent esse, adeo, vt talia animalia videantur habere intellectum, & artem, & re vera nõ habent. Vltius in plantis si scrutamur ipsarum opera, propter finē videntur: producant enim folia, quibus fructus defendat ab extrinsecis nocentibus: mittunt radices deorsum, quibus terrā fugant: ramos sursum, quæ omnia videntur non temerè, sed gratia alicuius fieri: agit ergo natura propter finem, etiam in alijs, licet non ita appareat.

Et quoniam natura duplex.

Text. LXXXI.

Quintū argumentum est. Duplex est natura, materia nempe, & forma: sed materia, & reliqua sunt propter formam, quæ finis etiam est: ergo natura propter finem agit.

Peccatum autem fit, & in ijs.

Text. LXXXII.

6. Argum. Vixta expositionem Themist. & Philop. S. Thom. & aliorum, Aristot. soluit rationem antiquorum, qua naturam non agere propter finem existimabant, ita tamen soluit, vt solutio simul sit argumentum nouum ad probandum intentum, & etiam sextum argumentum: dicebant ergo illi. Si natura ageret propter finem, non erraret à suo fine, sed errat aliquando: fiunt enim multa monstra: Respondet Arist. quòd sicut in arte etiam errare contingit, non tamen eb id ars non agit propter finem: ita in natura.

Et argumentum ex hoc sumitur. Non contingeret peccatum, & error in arte, nisi propter aliquem finem ageret: hic enim est error, & peccatū artis, cum finem intentum non attingit, vt Medicum cum nõ bene portionē ministrat, vt sanitatē consequatur & Grammaticū, cum non bene scribit, peccare dicimus: ergo ita similiter in natura nõ error, aut peccatū accideret, nisi ipsa finem intenderet, quem nõ consequens, errat.

Vnde

Nota 1.

Vnde dicit contra Emped. qui in prima compositione mundi homines natos esse dicebat dimidium habentes bouis, & alia huiusmodi, & hoc à casu fuisse, non quòd natura propter finem ageret. Dicit autem Arist. illa monstra tunc accidisse, quia natura intendebat finem aliquem, & ob id alicuius defectum non attingens eum, errauit, sicut modò natura intendit animalia rectè constituta, ac ob defectum feminis monstra fiunt, hoc tamen arguit naturam propter finem agere.

Amplius necesse est.

Text. LXXXIII.

7. Argum.

Prosequitur intentum confirmare, dicta antiquorum simul reprehendendo, quod à casu fieret res naturales, & facit argumentum septimum. In quibus ordo certus, & constitutus inuenitur, illic vnū est propter aliud, & propter finem: sed in generatiōe animalium ordo constitutus est: fiunt enim animalia ex femine præcedente, & non statim ex semine fit animal, sed mollescit, & disponitur prius semeni: igitur generatio hæc secundum aliquem finem fit, & non à casu.

Amplius, & in plantis.

8. Argum.

Argumentum octauum facit præcipue contra Empedo. qui dicebat monstra ex varijs animalibus composita fieri: quia natura agit à casu, & nõ propter finem, argumentum est hoc. Si ob id illa monstra sunt, pura bouigena viriprora, id est animalia ex medio bouis & medio viri consistentia, quia natura agit à casu, sequeretur, quòd vbi minus apparet finis, & magis videtur casus, essent illa monstra frequentiora, puta in plantis: sed id non est, nõ enim est monstrum ex duabus speciebus plantarum, virigenum oleoprora, id est, habens, dimidium vitis, & dimidium oliuæ: non ergo ob id monstra eueniunt.

Nota.

Et nota, qd non negat Arist. monstra esse in plantis, sunt etenim, sed talia monstra, qualia in animalibus ponebat Emped.

Nota 2.

Nota etiam, quòd hic loquitur de naturali generatione, in qua partes geniti continuantur, nam per insitionem tales plantæ compositæ inueniuntur, sed illæ

partes non sunt ita continuæ.

Nota etiam, quòd hæc nomina sunt simul legenda, nempe bouigena, viriprora, id est, bos habens anteriorem partem hominis, similiter vitigena oleoprora, i. vitis habens superiorem partem oliuæ.

Nota 4.

Vbi aduerte, quod quando accidit ali- quod monstrum in natura, non est prorsus alienum ab effectu intento: non enim homo pro homine equum, aut equus pro equo lapidem generat, sed aliquid accedens ad effectum intetum, & hoc arguit naturas etiam deficientes in effectibus suis, propter finem aliquem agere.

Amplius oportebat, & in feminibus.

Text. LXXXIIII.

Nono probat argumento. Si enim casu accidunt res naturales, vt isti dicunt, posset etiam casus esse in feminibus, vt ex quolibet fieret quodlibet, cum nullum propter finem sit, quod tamen impossibile est: non ergo à casu eueniunt ista naturalia.

9. Argum.

Et quæ finem auferunt, ac dicunt naturam non intendere finem, profecto & tollunt naturam, & entia naturalia, & hoc est argumentum aliud decimum. Et probat id. Hæc enim sunt entia naturalia, quæ ab aliquo interno principio mota non cessant, quousque finem attingant, & quiescant in eo, nec ipsum transgrediuntur, nec in omnibus vnus est finis, aut quilibet finis in singulis, sed in his vnus, in illis alius, quem si non semper, saltem frequenter attingunt, & semper attingerent, nisi impedirentur: sunt ergo naturalia, & natura propter finem, & hoc experimur in motibus elementorum, & animalium, plantarū, & reliquorum, quæ non nisi certo obtento fine cessant, nec ipsum transgrediuntur.

10. Argum.

Id autem cuius gratia.

Text. LXXXV.

Aliud dictum antiquorum reijcit: dicebant enim antiqui, quòd effectus naturales sunt à casu, quia nõ sunt intenti à natura, licet sequantur à natura, sicut si quidam veniret huc, non vt lauaretur, tamen reuerà lotus est, tunc esse lotum sequitur ex eo, quòd iste ve-

Solutio rationis cuiusdam antiquorum.

T 2 nit, sed

nit, sed quia non intendebat id, à casu dicitur. Reijcit hoc Aristot. dicens, quod nō fatis est, quod non intenda tur ab illo, sed quod nec sit semper, nec plerunque: cūm autem naturales effectus semper aut plerunque sūt, à casu non sūt, sed intenti: effectus enim semper aut frequēter prouenientes à causā secundum intentionem sūt.

Inconueniens autem est non opinari. **Tex. LXXXVI.**

Solutio alterius rationis antiquorum potissimum.

Vltimum motuum, & maximum antiquorum redarguit: dicebāt enim naturam non agere propter finem, quia non deliberat, & utitur cōsultatione, non enim agentia naturalia cognoscunt, & in hoc decipiebantur, cūm aliud sit agere propter finem, aliud agere ex proposito: Agere propter finem solum dicit actionem ex se, & res ex se in aliquē finem tendere: Ex proposito verò agere superaddit cognitionem illius finis in eo, quod agit, hoc autem solum est in homine, ut dicemus.

Alteria solutio Aristot.

Aristot. tamen hac via reijcit dubium, dicens, quod nec ars utitur cōsultatione, non enim cōsultat faber lignarius, an ex ligno fiat arca, sed absque deliberatione ex ipso ligno facit, vnde si in ligno esset illa ars, non secus faceret arcam, ac modo, cūm est in mente artificis. Et in hoc differt actio artis ab actiōe naturæ, quod hæc à forma interna, illa ab externa procedit, vnde assimilatur actioni naturali, cū medicus se ipsum sanat, dicit non sit verè ars natura.

Nota.

Nota, quod ars sæpè deliberationem, aut cōsultationem non habet in his, quæ effectus sūt, sed certā materiam sumit absque deliberatione. Prudentia cōsultat de tempore, de circumstātijs, quibus effectus fieri debet.

CAPVT IX.
Quod autem ex necessitate est.
Tex. LXXXVII.

Secunda quaestio in Arist. qualis necessitas requiritur in naturalibus.

RI O R I quaestione determinata, posteriorem aggre ditur, nempe, quo modo necessitas sit in effectibus natu-

ralibus, & aduerte, quod in presenti duplex est necessarium, Vnum quod à materia proficiscitur, ut necesse est ferram esse duram, quia ex ferro facta est, & hoc dicitur simpliciter necessitas: Alia est à fine, ut cibus dicitur necessarius animali propter vitæ cōseruationem, & tale necessarium dicitur ex suppositione.

Est igitur quaestio, an res naturales necessario tales sūt à materia, vel à fine, postquam iam finis in natura constitutus est.

Citat opinionē antiquorum: hi enim nō ponentes finem in natura, totam necessitatem materiæ tribuebant, ut si petres ab eis, quare domus habet quasdam partes superiores, quasdam inferiores necessario. Respondebant: quia constat ex partibus grauioribus, quæ locum inferiorem petunt, quales sūt lapides: & constat ex leuioribus, quæ locum superiorem appetunt, qualia sūt ligna. Idem in rebus naturalibus dicebant, semper necessitatis causam totam materiæ reddentes. Non enim à iam causam cognoscēbant, ut superius dictum est.

Attamen non sine his.

Tex. LXXXVIII.

Questioni responder, dicens necessitatem quidem esse à materia, tamen adhuc materia sumit necessitatem à fine, quod alij dicunt, necessitas est à materia: ratio verò necessitatis est à fine, ut domus quidam talis est, quia talem materiam habet, ut dicunt ipsi, tamen adhuc talem habet materiam, quia ad talem finem est, puta ad defendendum se, & occultandum à noxijs externis: similiter ferra necessario est dura, quia ferrea est, ferrea tamen est à fine, quia ad sciendum est.

Vnde concludit necessarium esse à materia, sed non ut in fine, in forma verò, ut in fine est, rationem enim vocat dit, formam, quia à forma ratio, & definitio procedit.

Est autem necessarium, & in disciplinis. **Tex. LXXXIX.**

Vtitur comparatione quadam, qua necessitatem finis explicat similitudine.

Sensus quaestionis.

Antiquorum opinio à sola materia sumi necessitatem.

Arist. sententia quod non solum à materia sumatur necessitas, sed etiā à fine.

Primò exemplo ostēdit.

Secundò similitudine.

tudine necessitatis, quod est in syllogismis, & discursibus, seu demonstrationibus, quas doctrinas vocat, in quibus præmissæ inferunt conclusionem sic: quod si præmissæ sūt veræ, conclusio vera est, nō tamen si conclusio vera est, ob id præmissæ veræ sūt, sed negatiuè valet, si conclusio non est vera; nec præmissæ veræ sūt. Ita similiter est necessarium in fine, & materia, sed finis habet locum præmissarum & principij, materia verò similatur conclusioni, vnde si finis est vel futurus est, & materia est vel erit, nō tamen contrā, sed si materia non est, nec erit finis; & forma nec est, nec erit.

Nota, principij in speculatiōe est, finis in operatione.

Quomodo finis sit principium.

Vnde fit, quod eundem locum in actionibus teneat finis, quem principia, & præmissæ in syllogismo: Ob id dici solet, principium in speculabilibus est finis in operabilibus, id est, finis in actionibus tenet locum principij primi.

At quia posses dubitare, cuius est finis principium? Responder, finem non esse principium actionum & operationum, quibus res agitur, aut fit, sed ipsius cogitationis, quæ non est actio, qua fiat aliquid: ac si dicat, finis nō est principium factiōnis rei, puta domificationis, sed est principium, quod præcognoscitur antequam domus fiat, & mouet appositum, ut fiat domus.

Nota.

Nota hic, quod per rectum esse intelligit præmissas vnius demonstrationis: Per triangulum habere tres angulos, intelligit conclusionem. Quæ autem sit demonstratio ista, scire parum presenti loco conducit, & ijs, qui Euclidis elementa didicerunt, notum est.

Quare si erit domus.

Tex. XC.

Exempla eorum, quæ dixit.

Exempla ponit eorum, quæ dixit. Sumamus enim finem, puta domus formam, si forma est, & lapides, & ligna, ac materia est, non tamen contrā, nisi negatiuè, sicut à negatione cōclusionis ad negationem principiorum proceditur: Similiter ferra nō erit, nisi ferrum sit, & si ipsa est, ferrum est, non tamen si ferrum est, ipsa est.

Aduerte duplicem esse finem. Alter generationis, & hic est forma geniti, ad quam materia ordinatur, & hoc vtitur hic Aristoteles. Alterum rei genitæ, & hic finis est operatio rei ipsius, ut finis oculorum est videre, & ignis comburere, & tunc tota res ordinatur ad finem, ac ita debemus uti, & procedere in hoc fine ad rem, & contrā, sicut à forma ad materiam, ut dictum est: Vnde si habitatio & visio sūt, & domus & oculi sūt, non contrā, nisi negatiuè: non est oculus, ergo nec visio: non est domus, ergo nec habitatio.

Nota. Finis duplex generationis, & rei genitæ.

Vnde concludit esse necessarium in rebus naturalibus à materia & motionibus ipsius, id est, mutationibus, & alterationibus, quæ in ipsa sūt: non solum enim necessarium ad materiam refertur, sed interdum etiam ad ipsius mutationem, ut quare verecundiam patiens rubefactus est, quia mutatio sanguinis facta est: hæc necessitas à motione materiæ est, quæ etiam à materia dicitur.

Necessariū est à materia, & à mutationibus ipsius.

Et vtrumque quidem Physico.

Tex. XCI.

Dvabus causis necessitatis positæ, dicit vtramque ad Physicum pertinere, sed magis finē & formam, quàm materiam, quod dupliciter probat. Primò: quia adhuc causa necessitatis materiæ forma est, & finis, non contrā, ut diximus. Secundò: quia in demonstratione potius vtimur forma tanquam principio, quàm materia, & hoc, tam in naturalibus, quàm in artificialibus, ut exemplo de domo, & sanitate explicat, & texus notus est.

Vtraque necessitatis causa ad Physicum pertinet, finis & materia, sed finis potius ac formæ.

Fortassis autem, & in ratione.

Tex. XCII.

Materiam non excludendam dicit, nam etiam demonstratio eam sumit, ut si ferra est demonstranda, quod secet, mediū sumi potest, quod dentes tales, puta duros habeat, hos autem, quia ferrea est, hæc Aristot. sed oportet ista examinare, multa enim notata digna occurrunt, quæ declaratione maiori indigent, ob id textus expositione breuiter

T breuiter

breuiter propoſita, queſtiones aliquot ad ipſum attingentes determinare oportebit, ſicut in alijs fecimus.

An natura agat propter finem.

Quæſt. XII.

1. Argumēt.



AEC queſtio eſt, vt aliqua dubia, quæ in textu prætermiſimus, exponantur, ob id ſingulis argumentis ſingula proponemus. Primum eſt contra tex. 70. vbi dicitur finem, & formam idem eſſe re, videtur hoc falſum: finis enim cuiusque rei operatio eſt ipſius, vt finis ignis calefacere, & hominis intelligere, & oculi videre, at operatio & forma idem non ſunt, igitur nec forma & finis.

2. argumētū

Secundum contra tex. 75. vbi dicit antiquos reducere effectus ad cauſam materialem, vt ad calidum, & frigidum: ſed iſta ſunt actiua, calor enim, & frigiditas, actiue ſunt qualitates, igitur falſo, dicit Ariſt. illa eſſe materialem.

3. argumētū

Tertium contra text. 77. Illic enim dicitur, quod non ſunt à cauſa eſſe propter aliquid, & propter finem, videtur nõ eſſe ita, nam corruptio non eſt à cauſa, cum ſit frequenter, nec eſt propter finem: non enim natura intendit corruptionem.

Quartum.

Quartū contra tex. 73. ſuperiorem, dicitur enim, quod principium immotum mouens non eſt Phyſicum, videtur hoc falſum, cum in lib. 8. Phyſic. de tali principio agatur, & in Metaphyſica per rationes Phyſicas diſputatur de eo.

Quintum.

Quintum contra tex. 80. quod non oportet araneus per artem & intellectū: opera araneorum, & huiusmodi animalium ſunt magis artiſcioſa, quàm opera procedentia ab aliqua arte: ergo ſunt illa ſecundum artem, & præterea, quia talia animalia dicuntur habere prudentiam.

Sextum.

Sextū contra tex. 91. vbi finem, & formam cauſam materialem non contrà dicit eſſe, videtur hoc contra id, quod diximus ſuperius text. 30. de mente Auerr. quod materia & forma ſunt ſibi inuicem cauſæ. Hæc ſunt argumenta præcipua in hac parte.

Ad 1.

Ad primum igitur aduerte, quod duplex eſt finis, vt notant Simplic. Auerr. &

S. Thom. finis rei genitæ, & finis generationis. Finis quidem rei genitæ operatio ipſius eſt, finis verò generationis eſt forma rei genitæ. Si fuerit generatio ſubſtantialis, erit forma ſubſtantialis, ſi verò accidentalis, erit forma accidentalis. Hic autem in communi ſumit finem, nec dicit Ariſt. omnem finem eſſe idem cum forma, ſed plerumque finem, & formam idem eſſe: hic autem pro fine generationis verum habet.

Cum verò dicitur, quod à fine ad materiam, & ad ea, quæ ad finem ſunt, licet affirmatiue procedere, contra verò negatiue, non ſolum finem pro forma reſpectu materialem, ſed pro operatione reſpectu compositi ſumit, & in vitroque verum habet, vt in text. 90. expoſitum inuenies.

Ad ſecundum, reſpondet Auerr. quod in agente duo poſſumus conſiderare, & actionem ipſam, & rationem agendi formalem. Actio ipſa eſt ille motus, quo agens agit. Ratio actionis formalis eſt, quod actio ſit in finem, & quod agens ad agendum moueatur à fine. cum autem antiqui negaſſent rationem formalem actionem auferentes finem, reliquerunt actionem materialiter, ob id dicitur, quod ad materiam reducebant.

Sed mihi hoc non placet, quia ratio actionis, quod ſit in finem, nõ eſt ſubſtantia ipſius actionis, vnde ablata etiam relatione ad finem, actio manet.

Ob id aduerte cauſam agentem duplicem eſſe. Alteram purè agentem, quæ rem facit non componendo ipſam, vt ignis facit ignem, ſed non ſeipſo facit ignem. Alteram non purè agentem, quæ ſic agit, vt rem ſe ipſa componat, quomodo elementa ſe habent ad mixtum: agunt enim inuicem, & mixtum faciunt, ipſum componendo, ac ipſius partes materiales efficiuntur, & huiusmodi agentia materialem locum reſpectu mixti facti obtinent, & ſic antiqui reducebant effectus factos ad elementa, vt ipſam rem componunt.

Vt patet ſolutio argumenti. Licet enim vera ſolutio tamen mixtum materiale componunt.

Ad tertium Auerr. dicit corruptionem eſſe

eſſe ex materia tantum, & non ex fine, nec hoc mirum eſſe debet, cum corruptio ſit quid priuatiuū: ſed ſine dubio dicendum eſt, quod corruptio dupliciter conſideratur. Vno modo ex parte ipſius corrupti, & ſic non eſt propter finem. Altero modo ex parte corrupti: & ſic propter finem eſt, non quod ipſa ſit intenta tanquam finis, ſed quia agens corrumpit, vt generare poſſit, ac ob id in finem eſt ordinata: vnde bene dicit Ariſt. Quæ à cauſa non ſunt, eſſe ex intentione.

Ad quartū.

Ad quartum reſpondetur, duplex eſt cognitio, an ſit, & quid ſit. Quantum ad cognitionem an ſit Deus, & intelligentie pertinet ad Phyſicam conſiderationem, quia non eſt medium naturale aliud ad oftendendum talia entia eſſe, niſi res ſenſibiles, motus & mutationes, quæ omnia Phyſica ſunt, ac ob id in 8. Phyſic. de tali ente aliqua ex parte tractatur. At quantum ad cognitionem quid ſit, ad Metaphyſicum pertinet, & hoc dicitur in iſto textu, vbi traditur duplex agens, vt expoſitum eſt: & idem dicitur 2. libr. de gene. animal. cap. 3.

Ad quintū
dubiū, quomodo moueatur bruta ad ſuos fines.
Prima ſententia.

Circa quintum eſt diſſiultas de principio, quæ mouentur animalia bruta ad ſuos fines conſequendos, & ad ſua opera exercenda. Fuerunt enim multæ ſententiar. Quidam dixerunt, quod naturaliter habent inſitam præcognitionem finium, ad quos mouentur, quod enim homo diſcurſu & intellectu præcognoscit talia animalia, à natura præcognoscunt.

Confutatio primæ ſententia.

Sed hoc non videtur verum. Oportet enim fines præcognoscere, aut in vniuerſali, & hoc non eſt conſeſſum brutis, puta vniuerſalia cognoscere: aut in particulari: & tunc non ſufficeret: non enim ſemel operantur, & ſua faciunt opera, ſed ſæpè.

2. ſententia.

Alij dicebant, quod operantur ſecundum intellectum, & artem, & huius operationis meminit in textu Ariſt.

Confutatio ſecundæ ſententia.

Hoc autem falſum eſt, quia quæ ſecundum artem operantur, temporis ſuccurſu perfectius operantur: & præterea non æquè perfectè omnia indiuidua ſpeciei illius artis operantur: non ſic in brutis: ſem-

per enim æquè bene, & perfectè ſua opera faciunt, vt araneus ſuam orditur telam, hirundo ſuum componit nidum: non igitur arte operantur.

Alij dixerunt, quod operantur per memoriam, quam habent præcedentium eſſe. & eius conſuetum. Sed nec hoc videtur verum. Hirundo enim nidum componit, nec vquam vidit alteram nidum componentem: non igitur memoria operantur.

Alij dixerunt, quod operantur inſtinctu, & impuſſione naturali. Sed nec hoc videtur verum, quia non differret modus agendi horum animalium, à modo agendi inanimatorum & inſenſibilium, quæ ſolo inſtinctu aguntur abſq; aliqua cognitione.

Ob id aduerte, quod animalibus à natura eſt quædam conceſſa facultas, qua ſibi conuenientia, vel diſconuenientia percipiunt, quæ dicitur phantasia, vel æſtimatione, vel imaginatio ſecundum hanc omnia animalia, quæ ſibi vtile, vel nocuum eſt, iudicant abſq; vlllo diſcurſu, & ratiocinio, ſed ſolum ſimplici cognitione: hæc autem ſemper fertur in præſentia obiecta, & quæ ſenſibus ſubſtant, vel ſubiecta fuerunt, vnde nunquam animal vllum de futuro iudicat.

Tamen ſunt animalia in duplici diſſerentia. Quædam percipiunt conuenientiam, vel diſconuenientiam præſentem, ita, vt nullo modo de futuro prouideant, ſicut animalia, quæ cibo præſenti paſcuntur ſemper, nec nidum, nec quicquam aliud, quod futuro tempore eis ſit vſui futurum faciunt. Quædam alia conuenientia futura percipiunt, nõ ſub ratione futurorum, ſed ea in præſentia iudicant, quæ poſteà vſui futura ſunt, licet non id percipiant ipſa animalia, & talia dicuntur prudentia animalia.

Et illa imaginatio ipſorum, vt fertur in conuenientia futura, licet non futura cognoscant, dicitur per analogiam prudentia, hoc igitur eſt principium, quo animalia ſua opera faciunt. Semper enim præſentia cognoscunt operantur, nec quicquam de futuro cogitant, dum præſentia ſemper operantur, ad ſuos fines perueniunt.

In his

Non agunt animalia libertate, aut consultatione, sed inclinatione imaginatiua.

In his autē operibus non libertate aliqua, & consultatione feruntur, sed inclinatione ipsius imaginatiuæ, quæ naturalis est, sicut oculus in colores naturaliter tendit, & ob id dicuntur moueri instinctu naturæ. Concurrit etiam aliquando memoria ad hæc opera, nam formica aliquam memoriã habet, per aliquod tempus cumuli, à quo grana sumpsit & regreditur, & hæc memoria magis lucet in animalibus, sed non sola memoria hæc facit opera, nec ipsa est semper necessaria.

Discrimē in modo quo agunt propter finem animalia, & insensibilia, & homo.

Vnde est notandum discrimen inter modum, quo animalia agunt propter finem, & insensibilia, & homo ipse, quod notauit S. Tho. 1. 2. q. 1. Insensibilia enim dicuntur agere propter finem, quia ex se, & ex natura ipsorum ad tales fines inclinantur, nulla finium in ipsis cognitione existentem. Bruta verò agunt propter finem, quia naturaliter feruntur in finem, quem aliquo modo cognoscunt, puta materialiter, cognoscunt enim ea, quæ ad finem sunt, & faciunt, sed quod ad finem sint, non cognoscunt: Homo verò finem præcognoscit sub ratione finis, & media per electionem in finem ordinat, & hoc dicitur agere propter finem secundum propositum.

Dubium.

Dices, quomodo potest esse, quod aliquid in certum finem tendat, & non præcognoscat illum: non enim poterit ipsum attingere, sicut qui clausis oculis aliquod tendit.

Solutio.

Dico, quod hoc cõuincit esse aliquam vniuersalem causam, omnes omnium fines præuidentem, atque facientem, & inclinantem omnia in proprios fines, & hic est gloriosus Deus: ut enim sagittarius scopum inspiciens impetum sagittæ impertit, quo illum attingat, sic Deus gloriosus omnibus naturam dedit, qua etiã non præuisis finibus absq; errore vsq; ad eos perducerentur, & hoc est, quod dicit Arist. 2. Physic. 58. & 59. & 1. Ethic. cap. 13. & 10. Ethic. cap. 10. hominem agere, cæteras res naturales, potius agi, quam agere, id est, ab aliqua intelligentia, quæ ipsarum fines cognoscit, ad illos dirigi: ob id dicitur opus naturæ esse opus intelligentiæ non errantis.

Vnde isti antiqui negantes naturam agere propter finem, in alio principio peius errabant, non enim existimabãt Deum omnium esse causam vniuersalem omnia prouidentem, ac disponentem, vnde Auerr. Com. 75. dicit hanc quæstionem naturam agere propter finem, vtilem esse pro cognitione diuinæ prouidentie, qua tamen ipse postea nesciuit vti ad eandem Dei opr. prouidentiam dignoscendã, vt suo loco explicabitur. Hoc enim argumento non solum concludit in Deo cognitionem, & prouidentiam rerum omnium in vniuersali, qualem ipse ponit, verum cum hi fines particulares sint, etiam in particulari.

Quasi ex ipsa prouidentia sequatur, quod vnumquodque in suum propositum finem sine vilo errore dirigatur.

Vnde patet solutio quæstionis, & declaratio, nempe naturam propter finem agere, nec opus est hoc argumentis alijs probare, quàm his, quæ in textu ab Arist. posita sunt.

Ad sextum dico, quod materia & forma adinuicem sunt causæ, si forma consideretur, vt forma est: at si vt finis est, tunc non habet causam: finis enim, vt finis, est prima causa antecedens omnes alias, & hoc etiam indicauit Aristot. in textu dicens (materia non est causa illius finis) vbi finem, non formam eam vocat: si enim finis causam habet, tunc non finis, sed effectus rationem habet, & hæc satis de quæstione.

An monstra sint in natura.

Quæst. XIII.

Circa hanc materiam de monstris, de quibus tria tractanda sunt, primum quid agendum, sit monstrum: alterum, quibus ex causis monstra procedant. Tertium, an monstra sint à natura intenta per se.

Quid autem monstrum sit, definit Arist. in 4. de gen. animalium in cap. 4. esse ob læsionem rei præter naturam eius, in ijs, quæ non semper, sed vt plurimum agunt, ex text. etiam 82. hinc talis alia descriptio colligi potest. Est peccatum naturæ agentis ob aliquem finem, à quo frustratur aliquo principio corrupto: Cuius etiam

Ad 6.

Definitio monstri.

etiam naturam ego commodè existimo describi posse. Monstrum est effectus naturalis à recta & solita secundum speciem dispositione degenerans. Dicitur, effectus naturalis, nam in arte non est propriè monstrum, nisi similitudine, & analogia ad res naturales. In arte contingit peccatum, & error, cum à recta regula artis deuiat, sed talis effectus monstrum non est. Dicitur, degenerans à dispositione recta: quia effectus naturalis non dicitur monstrum, nisi sit aliquis defectus, aliqua obliquitas, aliqua deuiatio ab eo, quod futurum erat secundum rationem illius effectus, ac ob id monstra dicuntur peccata naturæ, quasi deficiat & erret natura in illo effectu faciendo. Dicitur etiam, solita: tunc enim monstra sunt, quæ do raro, & non secundum similitudinem aliorum effectuum, quæ frequenter procedunt. vnde modò apud nos gigantes monstrata essent, quæ olim non erant. Dicitur, secundum speciem: quia tunc monstrum dicitur, cum similitudinem specificam non seruat cum sua proxima principali causa: vnde si canis ex semine humano procederet, monstrum esset.

Nota.

Aduerte tamen, quod etiam si monstra præcedant à causæ similitudine, non tamen ita in totum recedunt, vt nullam similitudinem obseruent, non enim ex homine nascitur oliua, nec ex arboris semine animal, aut lapis, sicut error artis nunquam est tantus, vt in totum deuiet ab effectu recto artis.

Quot modis contingat effectus in monstris.

Hæc autem obliquitates effectuum monstruorum sunt tripliciter. Primò secundum quantitatem, vt cum exceditur propria quãtitas, aut totius, aut alicuius membri: vel deficit, tam in continuã quantitate, quã in discretã, quo ad numerum partium, & membrorum. Secundò, cum non est debita qualitas, quæ attenditur in figura, & colore, & dispositione, ac ordine membrorum & partium. Tertio, cum tempus non obseruatur, etiam si reliqua sint, vt puta, nascitur animal cum dentibus, puer cum capillis, & barba, vt refert Alber. omnes hæc obliquitates effectuum naturalium, aut omnes aut singulæ monstru reddunt: vnde patet declaratio descriptio nis.

Sed quare dicatur monstrum, colligi potest ex Cicer. 2. de natura deorum, à monstrando, quasi aliquem futurum euentum monstraret, & nunc scribit enim his verbis. Monstra prædictiones, & præsentiones rerum futurarum, quid aliud declarant, nisi hominibus, ea, quæ futura sunt, portendi, & prædiciat quia non semper monstra notabile quid ostendunt futurum, dicunt alijs monstrum dici quasi quod digitis monstratur ab omnibus: cum enim aliquid in consuetum apparet, tunc ab omnibus signari solet, sed hoc parum refert ad institutum.

Circa causas autem aduertere oportet in generatione animalis conuenire quinque. Primum est virtus seminalis, quæ dicitur formatiua, & hæc est in ipso semine ab animali decisa. Alterum est materia ipsa, ex qua futurus est scetus. Tertium, qualitates elementales quatuor, & calor, & humiditas naturalis, quorum contemptamento consistit animalis corpus. Quartum est locus, & contentiuum seminis, puta matrix sceminæ. Quintum est circumsans extrinsecum, & per hoc intelligo virtutem calorum, & aëtorum, quæ ad generationem conuenit: similiter aërem, & locum circumstantem: similiter imaginationem ipsorum generantium. Hæc enim omnia multum ad proles generationem faciunt: hæc quinque ad effectum rectum, & debitum generandum debent inter se maximè habere proportionem, quæ si non seruetur, monstrum, & defectus in effectu contingit, quæ cum multa sint multipliciter, & error provenire potest, vnde monstrorum diuersitas procedit.

Primò fit error ex parte materiæ in quantitate quo ad defectum. Est enim aliqua materia pauca nimis ita, vt virtus tercia non possit omnes partes formare, & tunc homines nani parua statura procedunt. Aut defectus non est nisi in parte materiæ, & tunc fit obliquitas in aliquo membro, puta quod manus breuior est altera, aut caput paruum, & corpori improporcionatum. Fit etiam error in numero quo ad paruitatē. Nascitur n. homo, aut vno oculo, aut quatuor digitis, aut aësq; membro aliquo ex defectu materiæ illius membri. V Propter

De causis monstrorum.

Primò: Ex defectu materia.

Propter quod aduerte semen virtute esse ethiogeneum, constat enim ex partibus virtute diuersis. Non enim qualibet partes sunt aptæ, vt sint ossa, vt sint nerui, vt sint alia partes: sed sunt partes virtute, & potestate diuersæ. Vnde patet quod defectus vnus partis non poterit suppleri altera parte, ob idq; monstrum ex defectu prouenit nõ vno modo semper.

Ex defectu virtutis.

Iste error in defectu etiam prouenit, ex defectu virtutis seminalis, cum debilis est, siue sit materia deficiens, siue nõ, cuius signum tradit Albert. quod monstrum frequenter accidit in partibus distatibus à corde, & iecore, vbi residet virtus hæc, puta in manu, in pede, in partibus capiti inexistentibus: virtus enim minus agit in distantia.

Secundo ex superabundantia materia, vel multitudinc.

Secundo fit error in quantitate, secundum magnitudinem & pluralitatem ex materia abundantia, cui si adiungatur virtus formatiua fortis, sicut effectus magnæ stature, & immodicæ, sed tamen bene proportionati. Si verò accedat debilis, & per totum semen sparsa, fit effectus magnæ quantitatis, sed membra indebitè sunt proportionata, quod si ista materia abundantia vni accidat membro, vel aliquibus, fit in eis impropertio, aut secundum quantitatem, aut secundum numerum membrorum, vt plura sint, quàm oporteat; & hoc pendet ex diuersitate, quæ partes seminis in se habent, vt diximus.

Tertio ex qualitatibus inopia intentione, vel remissione.

Tertio fit error in qualitatibus. Cum enim calor vehemens est, vel valde remissus, & idem in cæteris qualitatibus, necesse est totam corporis, & partium eius constitutionem, quæ ab illarum temperamento pendet, euertere. Aliquando etiam in foetu ante tempus abundat a deo calor cordis, vt faciat euaporationem partium terrestrium, & generentur capilli, & barba: & est in maxillis aliquando calor cum aliqua copia materia, vt generentur dentes.

Quarto ex separatiõne, vel coniunctione materia in loco vbi res generatur.

Quarto fit error ex parte loci, vbi res generatur. Nam accidit materia loci diuersitate separari, & postquam generari incipiunt postea confundi materias, & nasci bicorpora multis modis, aut parte superna, aut inferna, vt accidit coniungi

aliquando, ex motu materiae, vel motu loci ipsius accidit materiam diuidi ita, vt multiplicentur partes rei, & oculi, & ora, & nasus. Et Albert. narrat de quodam monstro habente vndecim ora, & vndecim linguas, & alia huiusmodi.

Quinto accidit error ex parte impressionum caelestium, & aliorum externorum, & fiunt monstra habentia capita, & pedes diuersorum animalium, & multa huiusmodi, quæ accidere solent: Cum enim multa requirantur ad perfectionem effectus, quæ deficere possunt, absq; dubio error multipliciter potest accidere. Sed satis sit de hac materia: non enim ulterius procedere presentis est instituti, sat sit causas in generali attingisse.

Quinto ex impressione corporum caelestium & aliorum externorum.

Circa intentionem naturæ, an natura intendat monstrum: sunt multæ opinioniones: Aliqui dicunt esse intenta de per se, propter pulchritudinem vniuersi, quæ maior fit ex effectuum varietate: sed hoc non videtur verum: illud enim est, cum effectus perfecti sunt: sed monstra sunt imperfecta, nec diu durant: & sunt adeo rara, vt sua varietate nullum speciei addant decorem.

An natura intendat monstrum.

Alij dicunt, quod sunt intenta per se secundario: cum enim primum effectum attingere non possunt, illum attingunt eum defectu.

1. Sententia.

Nominales dicunt, quod natura non intendit monstrum, sed monstrum intendit, ac si dicant, quod effectum, quo ad ipsius substantiam, intendunt, sed nõ quo ad illius obliquitatem, & defectum. Idem Themist.

2. Sententia.

3. Sententia.

Sed mihi videtur in hoc esse dicendum monstrum dupliciter posse comparari, & ad causam proximam efficientem, puta ad generans particulare: & ad causam vniuersalem, siue etiam ad causam particularem impediens effectum per se, nam vbi monstrum est, sibi causa fuit impediens, ne effectus perfectus produceretur: si comparatur ad generans proximam, tunc est effectus fortuitus, nec per se intenditur, vt respectu hominis generantis monstrum non per se intenditur: at si ad impediens causam comparatur, dicitur per se intentum, nam licet causa impediens

4. Sententia authoris.

primò

primò illam deformitatem non facit, tamen quia id facit, ad quod frequenter deformitas sequitur, dicitur monstrum per se ab ea intentum eodem modo respectu causarum vniuersalium, quæ concurrunt ad modum causarum particularium, vnde de qua parte cum impediens causa concurrunt, monstrum intendunt.

Dubium, quomodo se habeat ratio Dei optimi & concursus eius in monstrorum procreatione.

Dubitabis tamen, quomodo gloriosus Deus concurrat cum causa impediens, & cum causa generante: si enim cum generante concurrat, quomodo ipsius concursus impediens potest?

Solutio.

Dico non esse dubium, quin cum omnibus causis concurrat, tamen concurrat ad modum naturæ ipsarum, vnde cum causis fortioribus fortius concurrat, cum debilioribus debet illius, & hinc prouenit, quod concursus in hac causa impediatur à concursu cum altera causa, non ex parte concursus, sed ex parte causarum, ad quarum modum Deus ipsas iuuat, & hoc maxime ad Dei prouidentiam spectat.

Simile.

Sicut si esset supremus Imperator sub se habens varios reges, quæ ab ipso, & arma, & exercitus peterent, ac acciperent pro ipsorum conditione, & modo, ac postea vtriusq; inter se dimicantibus, alter corrueret, quia debilior erat, sic Deus omnium primum, ac supremum principium omnia sustentat, omnibus dat virtutes ad operandum, & iuxta datas virtutes ad operandum iuuat, quod si congregiantur, fortius vincit, quamuis omnia à Deo iuuentur, inæqualiter tamen pro modo naturæ, & virtutis ipsorum, & hæc de questione.

An finis sit causa, & principium.

Questio XIII.

D

ubium hoc tractandū erat in eo loco, quo de efficiente causa, formali, ac materiali disputatum est: at quia in fine lib. de fine erat sermo, huc usque distulimus.

Ratio in oppositum.

Difficultas igitur est. An finis sit causa. Et ratio præcipua difficultatis est, quia quod non est, non est causa: sed finis, antequam efficiens operetur, non est: nõ ergo potest esse causa.

Quod si dicatur finem, vt est in intentione, & apprehensione esse causam, putantur in mente infirmi concepta dicitur causa, licet nondum sit in rebus, tunc est argumentum, quia illud esse in intellectu est intentionale, & rationis: at ens rationis nõ est causa entis realis: nõ ergo illo modo finis est causa, & præterea, quia in carentibus cognitione, vel in nõ valentibus finem præcognoscere, puta in brutis, non esset causa finalis, quod falsum est.

Sententia communis.

In hac questione est responsio communis: non. n. puto esse quod ad rem multas doctorum opiniones, licet in modo dicendi videatur aliqua controuersia.

Aliud est principium operandi, aliud conditio operandi.

Aduerte pro declaratione, esse in aliqua operatione duo, & principium operandi, & conditionem operandi, verbi gratia. In calefactione principium est operandi, puta ignis. Conditio similiter est, puta approximatio agentis, & passus in operatione: ergo finis hæc duo sunt, & id quod operatur, & hoc est ipse finis, secundum esse, & realiter habet, vel habiturum est, vt sanitas secundum esse reale suum mouet infirmum, at quod sit in apprehensione, est conditio, vt finis moueat, vnde esse in intentione non est principium operandi, sed conditio. Hæc est communis opinio, quæ vera est, tamen declaratione indiget.

1. fundam. Duplex finis quo, & gratia cuius.

Primò nota esse duplicem finem, vt tangit Arist. text. 24. & ibi Simpl. Philop. D. Tho. & quo, & gratia cuius. Finis gratia cuius, est illa res ob quam operamur, sicut Deus est, gratia cuius nostrarum actionum bonarum, & si quis profectus esset Mediolanum ipsum videndi gratia, tunc Mediolanum diceretur finis gratia cuius. Finis quo, est illa operatio, qua obtinemus ipsum finem, gratia cuius: sicut visio qua Deum videbimus, est finis quo, & visio qua etiam Mediolanum videt ille, finis est quo: gratia enim videndi venit.

Finis gratia cuius, duplex.

Finis gratia cuius, duplex est. Alter, qui fit per illam actionem, quæ dicitur finis quo, sicut edificatoris finis gratia cuius operatur, domus est: & ipsa operatio causa est domus: similiter forma est finis gratia, cuius generat viuens, vel agens naturale: & forma effectus est generationis. Alter est finis gratia cuius, qui præexistit

& antecedita actionem agētis, sicut Deus qui est, antequam nos ipsum consequamur, & Mediolanum antequam ille veniat. De omni fine puta quo, gratia cuius hoc, & illo est quæstio quomodo sit finis, sed præcipua difficultas est de fine quo, & gratia cuius non præcedente: quia cum hi non sint, cum efficiens operatur, quomodo causæ sint.

Prima con-
Nota pri-
mò finis cõ-
sideratur
duobus mo-
dis, & ut ob-
iectum, & ut
gratia cuius

Ob id sit prima conclusio, modus cau-
sandi finis est, ut sit id gratia, cuius ali-
quid sit.
Circa quod nota diligenter, quod finis
dupliciter consideratur. Vno modo in ra-
tione obiecti mouentis in intellectu, &
appetitum nostrum ad operandum, & re-
spectu huius motionis non est finis, sed
habet rationem causæ efficientis: nã obie-
ctum ad potentiam apprehensiuam, &
appetitiuam se habet ut agens, & hoc est
quod dixit Auerr. 12. Mete. Com. 36. bal-
neum in anima se habere ut causam agē-
tem, vnde in hoc non consistit ratio finis,
aliter finis non esset, nisi ubi apprehen-
sio est. Altero modo consideratur, ut est
id gratia cuius aliquid fit, ita ut non esset
operatio rei, nisi tenderet in illud, & iste
est modus causandi finis, puta, ut ipsius
gratia reliqua sint.

Nota secun-
dò.

Ex quo sequitur vnum, quod iste mo-
dus causandi non est realis, sicut agens a-
git, vnde Arist. gen. tex. 35. hunc motum
finis Metaphoricum vocat.

Nota tertio

Sequitur etiam vnum notandū, quod
ad istum causandi modum non opus est,
quod finis præexistat actu, sed quod sit
ens reale, quod possit actu esse, & actu ob-

tineri, siue præexistat, siue non.

Secunda conclusio: finis aliquo modo 2. Concluf.
præexistit ante motionem efficientem.
hec conclusio est notanda: finis enim nec
sic posset mouere, ut dictū est, nisi aliquid
finis præexistet, hoc autem in agentib.
secundum intellectum est præcognitio,
& appetitus finis: nisi enim ista in homi-
ne essent, finis non esset id, gratia cuius
operatur.

In his verò, quæ intellectu carent, præ-
cedit quædã proportio, & inclinatio natu-
ralis ad finem, & ratione huius agunt
propter finem, sed causalitas finis non a-
lia est, quàm esse id, cuius gratia operatio
fit, uti diximus: nec aliam definitionem.
Arist. inuenit, & est optima.

Vnde ad argumentum patet solutio, Ad argum.
dicimus enim quod finis secundum id,
quod causat, non est opus quoddã actu pro-
cedat, quia cuius sit quædam conditio ad
causandum, quò illo modo procedat, puta
sub apprehensione, aut sub propensione,
& proportionem rei ad ipsum finem.

Tertia conclusio, potest finis multis 3. Concl. de
modis diuidi, sicut reliquæ causæ, quos diuisione si-
modos assignauit superius Ari. in per se, nis.

per accidens, vniuersalem, particularem,
& alios, qui ex his, quæ illic diximus, no-
ti sunt, & faciles: Et sufficiant ista de quæ-
stione hac, nam in Metaphysic. profun-
dius examinanda est, hic tamen ve-

ritas breuiter est posita, &
declarata, atque
hæc de 2.
lib.

FINIS SECVNDI LIBRI.

Hæc commentaria vnà cum Quæstionibus in duos primos libros Physicorum Aristotelis, Doctoris Francisci Toleti societatis I E S V, nil continent contra fidem vel contra bonos mores, sed sunt utilia, ut adolescentibus prælegantur. Atque, id eod poterunt typis excudi.

† D. Ledesma. † M. Antonius Lissus. † M. Hieronymus Hurtadus. †
Imprimantur, si videtur etiam R. P. Magistro Sacri Palatii. A Vicis.

Poterunt imprimi. Datum 16. Iulij. A. 1572.

Frater Thomas Maracis Sacri Palatii Magister.

IN LIBRVM
TERTIVM
DE PHYSICO AVDITV.
CAPVT I.

Quoniam autem natura quidem. Text. I.

De quibus
agit Arist.
in hoc li. nẽ
pẽ de motu,
& infinito.



NON opus est intentio-
nem Arist. præmittere,
quam ipse dilucidam, &
claram ponit: se igitur
aliqua tractaturum pro-
ponit. Primum est, mo-
tus quid sit, cuius causam talem dat. Phy-
sico de natura differere cõuenit: at natu-
ra cognosci nequit sine motu: ergo scien-
tiam de natura quid sit motus, tradere o-
portet.

Dubium.

Sed statim fortẽ dubitabis, quomodo
ignorado motu dicit naturam ignorari,
cũ suprã dictũ sit naturã esse per se notã.

Solutio.

Respondeo, quod natura duplicem ha-
bet cognitionẽ, & an sit, & quid sit. Ipsam
esse per se notum est: quid aut sit, non est
per se notũ, sed ignorari potest: & de hac
cognitione definitiua dicit, quod qui ig-
norat quid sit motus, ignorabit etiam
quid natura sit. Per motum enim natu-
ra definitur.

Alterum proponit se tractaturum, pu-
ta in finitũ, cuius causam dat. Motus est:
quid continuũ: sed continuũ sæpe per in-
finitum definitur: ergo de infinito oportet
tractare. Sicut ob id etiã dicimus oportere
tractare de motu, quia natura definitur
per motum, ponit definitionem conti-
nui per infinitũ, nempe Continuu est,
quod est diuisibile in infinitum.

Nota.
Quomodo
continuũ de-
finiatur per
infinitum.

Aduertendũ est aut, quod dicit plerun-
que definitur per infinitum, quia non sem-
per, id est, ut dicit Auerr. vnde notat hic
Alber. quod dupliciter cõtinuum defini-
tur: Vno modo per ordinem partium ad
ipsum, quo pacto in prædicam. quantita-
tis dicitur: Continuum est, cuius partes:

copulatur ad vnicum terminum cõmu-
nem. Altero modo definitur per ordinẽ
ipsius ad suas partes: & sic per infinitũ de-
finitur, ut dictũ est. Adde etiã, quod ali-
quando per ipsum motum definitur à po-
steriori, quomodo ab Arist. definitur. 5.
Metap. ca. 6. continuum est, cuius motus
per se vnus est.

Ad hæc autem sine loco.

Text. II.

EA etiam, quæ post hæc tractaturus De quibus
est, nempe in li. 4. proponit, ea sunt, postea actu-
Locus, Vacuum, & Tẽpus: & reddit rus sit lib. 4.
huius duas rationes. Prior est: quia motus de loco, va-
non est sine his: qui ergo motum cognos-
cere intendit, ista tradere oportet. Non cuo & tẽpo-
re, & cur de
illis.

enim motus est, nisi in tẽpore, & in loco:
& secundum opinionem Antiquorum
erat locus vacuum, ideo secundum hos
non erat sine vacuo. Altera ratio est: quia
in hoc libro traduntur communia, quia
scientia communium debet antecedere
eam, quæ est particularium, & ista com-
munia sunt omnibus entibus naturalib.
puta locus, & tẽpus. Oportet ergo hic tra-
dantur in speculatione ipsorũ cõmuniũ.

Primum autem sicut diximus.

Text. III.

INTER ea, quæ dicenda, & tractanda pro-
posita sunt, primum motus est, quia
ipse est, ad quem cætera sequuntur, & de motu,
quæ in definitione naturæ constituitur, deinde de
Post motũ verò de infinito prius dicit, quod
de vacuo, loco & tempore, quia (ut dicit
S. Tho.) infinitum est motui intrinsecũ,
reliqua verò extrinseca: illa autem sunt
his priora. V 3 Est.

Estigitur eorum, quæ sunt a-
liud quidem actu.

GRæci, & Arabes conueniunt Ari-
stotelem præmittere quatuor sup-
positiones necessarias ad ea, quæ de
motu dicenda sunt, quarum prima est di-
uisione quædam, nempe eorū, quæ sunt: A-
liud est actu, Aliud est potentia; in quib.
verbis est multa differentia, eod. quod lite-
ra Græca passa est varias lectiones, & vt
dicit Simplic. in vno codice legitur vno
modo, in alio verò aliter, vnde etiam La-
tinæ interpretationes variæ sunt: ob id
non est certa Aristotelis lectio: magis sen-
sus est attendendus.

Prima sup-
positio ad
tractationē
de motu: il-
la quæ sunt,
alia sunt a-
ctu, alia po-
tentia.

Prima expo-
sitiō Auerr.
& aliorum
& eius con-
fatiō.

Sed imprimis expositio Auerr. & Al-
bert. & aliorum nulli lectioni, nec Græcæ
nec Latinæ quadrat: Nam ipsi has duas
diuisiones faciunt, eorum, quæ sunt aliud
actu, aliud est potentia. Iterum eorum,
quæ sunt aliud substantia, aliud quantū,
aut vnum ex reliquis prædicamentis. Cō-
stat aut, quod ista secunda non est diui-
sio, sed subdivisio, nam Græcè bifariam
legitur textus. Aut sic: Eorum quæ sunt,
aliud actu, aliud est potentia, & eorum,
quæ sunt actu, aliud est substantia, aliud
quale, & reliqua, & sic vertit Boetius no-
ster, & Vatablus. Aut etiam legitur sic. Eo-
rum quæ sunt, aliud actu solum, aliud po-
tentia, & actu, & horum aliud substantia,
aliud quantum, &c. & sic vertit Argirop.
non ergo illa secunda diuisione, sed subdivi-
uisione facienda est.

Illam tamen priorem diuisionem ex-
plicat Alber. vt quædam dicatur in actu,
vt omnia prædicamenta cum existunt,
album in actu, cum existit album, quan-
tum in actu, homo in actu, & reliqua: &
etiam dicantur in potentia, cum nondū
existunt, sed esse possunt.

Secunda ex-
positio Por-

Græci verò omnes sequentes literam,
qua illa secunda fit subdivisio, variè ex-
ponunt, Porphy. enim sequitur literam,
quam Boet. vertit, & tunc explicat benè,
& dicit, quod per actum intelligitur for-
ma omnis prædicamentalis, per potenti-
am verò intelligi materiam ipsam, quæ
est in potentia ad quamlibet formam: vt
sit sensus, in entibus aliud est actus, puta

forma, aliud est potentia, puta materia.
Et quia potentia vna est ad actum quem
libet, actus verò multiplex est, ideo post-
eà subdividit actum, secundum decem
prædicamenta, non quod in omnibus
prædicamentis non sit potentia: est enim
in omni prædicamento actus, & poten-
tia, vt dicit. s. Metaph. cap. 7. sed quod po-
tentia non multiplicetur, sicut actus, at-
que ista est sententia Porphy. fidelissimè
exposita.

Alij Græci legentes literam aliter, quæ
modò Græcè habetur, puta. Eorum, quæ
sunt aliud actu solum, aliud potentia, &
actu: Aliter exponunt, nempe entium quæ-
dam sunt actu tantum, quales sunt intelli-
gentiæ, & separata à materia: alia potē-
tia & actu simul, & hæc sunt omnia præ-
dicamenta, substantia, quale, & reliqua.
Hæc autem dicuntur potentia, & actu si-
mul esse, sed respectu diuersorum, nam
actu dicuntur respectu eorum, quæ habet,
potentia respectu eorum, quæ habere pos-
sunt, vt homo actu est respectu formæ,
quam habet, potentia respectu caloris,
quem non habet.

Ista expositio est magnæ autoritatis
propter eos, quorum est, est enim Them.
Alexan. Simpli. Philop. Michaelis Pselli
Græci, qui omnes literam Arist. sic legen-
dam dicunt contra Porphy. & mouentur
ad hoc, quia plures Codices ita habent.
Et quia dicitur aliud est actu tantum, oportet
ergo aliud membrum sumere, aliud
est actu, & potentia, aliter illud, tantum,
esset inutile.

Et propter tantam horum Græco-
rum autoritatem, quos credendum
est Codicem verum habuisse, forsitan ita
legendum est, sed ipsorum expositio mi-
hi in hoc non placet, quia non dant in v-
noquoque prædicamento, quod sit in a-
ctu, & potentia simul, nam quantum,
quale, non videtur ad quid sint in poten-
tia in illo genere. Ipsi enim dicunt, quod
respectu vnius est in actu, respectu alteri-
us in potentia, sed album, vt album, ad
nihil est in potentia, sed in actu solum,
quod si dicas.

Quod est in potentia, vt sit nigrum, iā
illa potentia non est ipsius albi, sed subie-

Tertia expo-
sitiō Them.
Alexan. &
cæterorum.

Reijcitur
horum ex-
positio.

Si, quod substantia est: & ipsum album se-
cundum se, non est in potentia, & hæc
præsertim in relatiuis, & alijs prædica-
mentis, in substantijs quidem id videtur
magis verum, homo enim actu est secun-
dum se, sed in potentia ad accidens: hoc
autem est, quia substantia est receptiua
accidentium, at accidentia nō omnia sunt
receptiua aliorum accidentium.

Quarta alia
expositio.

Melius fortasse per id, quod est actu,
& potētia, intelligi potest quodlibet præ-
dicamentum, non tamen quod simul, sit
in actu, & potentia, sed quod successiue,
& diuerso tempore, vt album in potētia,
& album in actu, calidum in potentia, ca-
lidum in actu, & hoc in vnoquoque prædi-
camento inueniri potest, & tunc est sen-
sus diuisionis: Entium quædam sunt actu
tantum, id est, quædam semper actu sunt
vt intelligentiæ, & immaterialia: quædā
quandoque actu, quandoque potentia, vt
sunt omnia prædicamenta.

Reijcitur
hæc expo-
sitiō.

Sed nec mihi videtur ista expositio bo-
na, quia re vera nihil facit ad motus defi-
nitionem: ob id enim diuiditur ens in a-
ctum, vt motus ostendatur esse actus, at
actus immaterialis est profus extra mo-
tum.

Quæ sit veri-
or lectio li-
teræ Arist.

Itaque si licet, quid mihi videatur, ape-
rire, existimo non esse mutandam literā
nostri textus, & sufficiat auctoritas Por-
phy. Græci, & illorum consentientium co-
dicem Græcum, etiam sic aliquando le-
ctum fuisse, & etiam Boet. auctoritas: &
quod magis est, veritas, & contextus ipse
qui magis admittit lite. am hanc.

Primū fun-
damentum.
Aliud est ef-
fectum, ali-
ud esse in
actu, ita ali-
ud esse potē-
tiam, aliud
esse in potē-
tia.

Igitur aduertendum primò, quod ali-
ud est esse actum, aliud esse in actu: aliud
esse potentia, aliud esse in potentia. Esse
actum, est esse aliquam formam acciden-
talem, vel substantialē, successiuam, aut
permanentem: loquimur autem in sensu
bilibus, nam in perperuis immaterialib.
idem est esse actum, & esse in actu: in istis
verò sensibilibus esse in actu est partici-
pare aliquam formam, vnde propriè in
actu est compositum aliquod tam substā-
tiale, quam accidentale: actus verò for-
ma ipsius est, vt homo in actu est, ipse for-
ma actus est, album in actu est, albedo a-
ctus est, & sic in cæteris.

Esse autem potentiam, est esse princi-
pium agendi, aut patiendi aliquid, id ve-
rò, quod in potentia est, est habens tale
principium, vt lignum dicitur in poten-
tia ignis, at principium, quo fieri ignis po-
test, potentia dicitur. Ista autem potētia,
vt notant hic Græci benè, & Alber. num-
quam est sola, nisi fundetur in aliquo a-
ctu, ob id non est potentia nisi adiuncta
actui, quod totū dicitur ens in potentia.
At actus de se nō est opus, & sit in aliqua
potentia, cum possint actus esse separari,
quales sunt intelligentiæ, licet in sensibi-
libus actus per se non sint, nisi in aliqua
potentia, vt patet in ipsis formis.

Aduertendum vltèrius, quod Arist. nō
diuisit entia in actum, & potentia, vt su-
mebat Porphy. sed in ens actu, & ens in po-
tentia, & quia ens in actu, puta calidum,
frigidum, homo, animal, & reliqua de se in ens actu
non necessariò habent potentiam ad ali-
ud, ob id dixit esse actu solum, Et quia ni-
hil est potentia, nisi necessariò simul ha-
beat actum, sicut in altero mēbro parti-
culam exclusiuam.

Aduerte etiam, quod cum audis ens in
actu, & ens in potentia, ne existimes esse
profus diuersa, sed ens in potentia dicit
subiectum expers actus illius, & formæ,
ad quam est: ens verò in actu dicit subie-
ctum cum illa forma, vt corpus est album
in potentia, cum nōdum albedinem ha-
bet: at cum albedinem habet, actu album
est, similiter in alijs omnibus.

Hinc patet diuisio Arist. Eorū, inquit
quæ sunt, quædam in actu, quædā in po-
tentia. Id est, omnium, quæ dicuntur esse
secundum aliquam formam, aut id est,
quia eam in actu, aut quia eam habent in
potētia, vt quod calidum dicitur, aut est
potētia calidum, aut actu calidum, simi-
liter homo, aut est aliquid, quod homo
in actu, vel homo dicitur in potentia. Si-
militer vnumquodque, cum enim forma
iam adest subiecto, in actu tale est: cum
nondum adest, potentia est. Postea subdivi-
uidit ea, quæ actu sunt, id est, quæ talia
sunt secundum formam aliquam, in de-
cem prædicamenta.

In quo dubium occurrit. Cum sit ve-
rum, & quodlibet compositum, cuiusque
prædi-

Secundum
fundamen-
tum qualis
fuit illa di-
uisio Arist.
& ens potē-
tia.
Tertiū fun-
damentum.
Non esse om-
nino di-
uersa ens a-
ctu, & ens in
potentia.

Prima Solutio Porph.

prædicamenti, ut sit actus, aut potentia, quare per actum diuisit prædicamenta. Porphyrus respondebat superius: quod actus multiplex est, secundum prædicamentorum numerum, sed potentia una est, puta materia, quæ est quodlibet in potentia.

Confutatio eius Solutio nis.

Sed ista responsio non videtur mihi vera, est enim contra Arist. & veritatem: nam sicut sunt plures actus, & formæ, ita sunt plures potentia proxime ad illas formas: proprius enim actus propriam habet potentiam. Et probatur ex Arist. qui paulo inferius diuersam potentiam ponit alterabilis ad qualitatem, & augmentabilis ad quantitatem, & generabilis ad generationem, & hoc profecto satis est notum, nam potentia ad substantiam in materia est, ad quantitatem vero in composito, ad qualitatem vero in composito quanto, & sic in alijs. Præterea 12. Meta. cap. 4. ponens principia prædicamentorum actum, potentiam, dicit non esse vnum actum numero, nec vnâ potentiam, sed esse eadem proportionem, proportio vero multitudinem dicit.

Primò.

plures potentia proxime ad illas formas: proprius enim actus propriam habet potentiam. Et probatur ex Arist. qui paulo

Secundò.

inferius diuersam potentiam ponit alterabilis ad qualitatem, & augmentabilis

Tertiò.

ad quantitatem, & generabilis ad generationem, & hoc profecto satis est notum, nam potentia ad substantiam in materia est, ad quantitatem vero in composito,

Quartò.

ad qualitatem vero in composito quanto, & sic in alijs. Præterea 12. Meta. cap. 4. ponens principia prædicamentorum actum, potentiam, dicit non esse vnum actum numero, nec vnâ potentiam, sed esse eadem proportionem, proportio vero multitudinem dicit.

2. Solutio vera.

Dicendum est igitur, quod quamuis potentia multiplex sit, sicut & actus, tamen per potentiam non distinguuntur prædicamenta, sed per actus. Potentia enim non multiplicat prædicamenta, nam potentia ad actionem, qualitas est, similiter potentia ad ipsam passionem, imò ferè omnes potentia ad qualitatem pertinent: at actus in prædicamenta diuiduntur, ob id, licet ad quemlibet actum cuiusque prædicamenti sit sua ferè potentia, tamen prædicamentum per actum constituitur, propterea ratione ipsius facta est diuisio ab Arist. Vide igitur sensum Arist. manifestum esse secundum lectionem Porph. & Boet.

Eorum autem, quæ sunt ad aliquid.

1. Suppositio Arist. ad tractationem de Motu.

Secunda suppositio est ista, quamuis Auerr. existimans subdiuisionem illarum, prædicamentorum esse diuisionem, constituat hanc tertiam suppositionem, & illam diuisionem pro secunda. At nos cum Græcis omnibus istam

tertiam facimus, quæ talis est. Quædam ad aliquid referuntur dupliciter: aut secundum excessum, vel defectum vnus ad alterum, sicut sunt relatiua, quæ fundantur in quantitate. Quædam vero ad aliquid referuntur, quia se habent sicut mouens, & mobile actiuum, & passiuum.

Nec numerat alia, quæ adinuicem dicuntur, quia ut notant Græci, non oportet ad præsentem tractationem, solum enim vult motiuum, & mobile dici adinuicem, ut ostendat postea motum esse in ter duo.

Est autem notandum, quod actiuum, & passiuum vocat ea, quæ secundum qualitates elementares agunt: mouens vero, & mobile superius est comprehendens quemcumque motum, localem, alterationem, & alios.

Non est autem motus præter res. Text. IIII.

Tertia suppositio est: motum non esse præter res. Explicant Græci motum non esse extra ea, quæ mouentur & mouent, & addit S. Tho. & Auerr. quod non est alterius generis, quam res, & forma, quæ motu acquiritur: sed hoc posterius examinabitur, intendit autem ex hoc ostendere non esse motum aliquem communem præter hos, quos esse experimur circa hæc prædicamenta, quæ sunt quatuor, puta secundum substantiam, ut generatio, corruptio: secundum quantitatem augmentatio, diminutio: secundum qualitatem alteratio: secundum locum, latio. Quod autem non sit alius motus communis, probat: non est motus præter res, quarum est motus: sed sunt hæc res, quarum est motus tantum, & nulla res est eis communis: omne enim ens aliquod prædicamentum est, & nihil est eis commune: ergo nec motus vllus est communis.

In quo Simplic. & Pfellus volunt hoc esse contra Platonem, qui ponit separatum motum ab his: vnde dicunt motum esse æquiuocum, nec quicquam commune dicere: idem dicit Auerr. hoc tamen examinabitur.

Vnum.

Vnumquodque autem dupliciter. Text. V.

4. Suppositio.

Quartam ponit suppositionem. In quoque prædicamento esse duplicem actum, & formam, puta duo opposita, secundum quæ duplex est motus in quolibet prædicamento; & secundum vnum contrarium perfectum, quod dicitur forma; & secundum alterum contrarium, quod dicitur priuatio: ut in substantia est generatio & corruptio. In qualitate sunt multi motus secundum multa contraria. In quantitate augmentatio, & diminutio, secundum locum motus sursum, & motus deorsum: ille motus est secundum leuitatem, hic secundum grauitatem. Vnde colligitur tot esse species motus, quot sunt entis species, intellige, quot sunt entis species, in quibus est motus, sunt enim quatuor, & in singulis sunt duo opposita, tot ergo motus species sunt.

CAPVT II.

Diuisio autem secundum vnum quodque genus.

Text. VI.

Definitio motus ex prima suppositione collecta.



OTVS definitionem ponit ex prima suppositione collectam, dicens, cum in vno quoque genere sit aliquid in potentia, & aliquid in actu, actus illius, quod in potentia est, ut tale est, id est, ut potentia est, est motus, & ponit exempla. Actus alterabilis, ut alterabile est, alteratio est, & actus augmentabilis ut tale est, est ipsa augmentatio. Similiter generatio est actus generabilis, ut generabile est, & latio mobilis localiter, ut tale est, actus est: omnis ergo motus est actus existentis in potentia, ut in potentia existit.

1. Expositio definitionis motus. Duplex est actus potentia secundum Them.

Circa declarationem definitionis notandum. Alter est perfectus, qui auferat totam rei potentiam, & iste est ipsa forma, ad quam res est in potentia. Alter est imperfectus, non auferens omnino potentiam,

cum adhuc possit manere, & iste actus est operatio secundum formam, ut calefactio, frige factio, & reliquæ operationes, hæc enim non auferunt totam rei potentiam, sed adhuc restat potentia ad ipsam formam, & talis actus dicitur motus. Et ad denotandum esse actum imperfectum non auferens totam rei potentiam, fit illa reduplicatio, prout in potentia est.

Dubium.

Quod si dicas, calor remissus & alia huiusmodi forma, esset motus, etiam si qui eferret in subiecto, cum subiectum adhuc sit in potentia, quod tamen videtur falsum, tunc enim non est vllus motus.

Solutio S. Thom.

Respondet S. Tho. quod ille calor non est motus, quia tunc habet rationem formæ. Alius actus: ut autem motus sit, debet etiam esse actus respectu ipsius existentis in potentia, & potentia respectu alterius gradus caloris, quod fit, cum est in successione, & in fluxu ad ipsum: hæc est communis explicatio definitionis, & bona.

Sed possumus adhibere aliam explanationem sine dubio non spernendam.

2. Alia expositio, definitio motus.

In cuius gratiam aduerte, quod omnis potentia Physica, aut est actiua, aut passiuua. Ut dicitur 5. Met. c. 12. potentia actiua, ut ibi dicitur, est principium transmutandi alterum, vel ipsummet in quo est, ut alterum est, ut potentia ignis, qua lignum in ignem conuertit, actiua est: similiter potentia animalis, qua se mouet actiua est, licet non sub eadem ratione, qua se mouet, mouetur.

Nota 1. Duplex potentia, actiua & passiuua.

Potentia vero passiuua est principium alicuius ab altera transmutandi, vel a se, ut alterum est, id est, principium, quod in aliquo est, ut ab aliquo, vel a se mutetur, & moueatur.

Ex hac potentia natura, & definitione vnum colligo notandum, quod omnis potentia Physica est per se ad operationem, & transmutationem, tam actiuam, quam passiuam, & per operationem tendit in ipsas formas. Huius autem duplex est signum. Alterum quod nomina: quæ potentiam subiecti exprimunt, aut actio, aut passio, aut passionem significant, & a verbo trahuntur: potentia enim calidum dicitur calefactibile, potentia ad calorem ex parte agentis, calefactiuum, & reliqua huiusmodi.

Nota secunda. Omnis potentia Physica est per se ad operationem, & transmutationem, tam actiuam, quam passiuam.

Alterum signum est magis Philosophi- eum. Nam potentia dantur, solum ad o- peratione, sicut sensationes, politiones, & huiusmodi, quae operationes sunt, & non formae, in quo apparet, potentiam vt potentiam respicere operationem tan quam immediatam, & proprium suum actum. Ex hoc vide definitionem motus: est actus potentiae, vt potentiae, vt actus calefactibilis, vt tale est, calefactio est, & non calor: actus enim potentiae transmu tatio est, siue actiua, siue passiuua: haec au tem motus est.

Nota. Quid deno- rat illa parti- cula prout in potentia.

Et nota, quod illa reduplicatio, vt in potentia est, non ponitur, nisi ad notan- dum, quod illud, quod mouetur, potest etiam esse alia via in actu, sed motus non ei inest, nisi vt in potentia est, quod in se- rius ipse Arist. explicabit.

Quod autem hoc sit motus. Text. VII.

Probatur motum esse actum.

Definitione motus constituta, ipsam probare ac declarare aggreditur, ac primo ostendit, priorem partem puta, quod actus sit. Sic autem probat. Id quo posito, quod in potentia erat, in actu est, actus est, sed motu posito quod erat in potentia, est in actu, ergo motus est actus. Minorem exemplis ostendit varijs. Aedificabile est, actu est, cum aedificatur: at aedificatio motus est: similiter in alijs. Nota, quod per adolescentiam augmen- tationem, per senescitiam diminutio- nem intelligit, vt dicit S. Tho.

Quoniam autem quaedam. Text. VIII.

Eidem non resp. eiusdem potest esse si mul in actu & potentia, idem si resp. eiusdem, non in eodem tempore.

Alteram partem explicat, nempe, quod sit actus entis in potentia, vt in potentia. P. amittit tamē ad idem vnum fundamentum, nempe: Vnū & potentia, posse esse actu, & potentia, sed non respe- ctu eiusdem: vel si respectu eiusdem, non simul, & eodem tempore, vt idē corpus potest esse calidum in actu, & calidum in potentia, sed tempore diuerso. Similiter eodem tempore, sed respectu diuersoru, vt potest esse calidum in actu, & frigidū in potentia.

Ex hoc infert, quod mouens Physicū

mouet, & mouetur, agit, & patitur: qua- parte enim est potentia patitur, qua parte actus, agit, vt calidū in actu, frigidūq; in potentia, qua parte frigidū in potentia est, patitur ab alio, sed qua parte calidū est, agit in alterum, ac ob id agendo pati- tur, & patiendo agit. An tamen omne a- gens sit huiusmodi, vt quidā Philosophi dicunt, posterius dicit esse tractandū: nō enim omne agens patitur, est enim mouens immobile, puta ens immateriale.

Heracli. & Democri. qui negabant en- tia immaterialia, omne mouens moueri dicebāt, sed id falsum est, vt dicitur in 8. lib. Est igitur fundamentum aliquid si- mul actu esse, & potentia, sed respectu di- uersorum, & pati, vt potentia est.

Eius autem quod potentia exi- stit. Text. IX.

Infert quod motus est actus existentis in potentia, qui motus procedit ab a- ctu existente, tanquam ab a- gente, siue ipsum agens agat in aliud, si- ue in se. Est autē motus eius, quod est in potentia, non qua parte actu est, sed qua parte potentia est, vt aēs actu, est cō, sed sta- tua in potentia: motus igitur nō est ipsi- us, vt actu aēs est: sed vt potētia est statua, ac ob id ponitur illa particula, prout in potentia est. Quod autem non sit motus- actus aēs, vt aēs est, probat, quia tunc idē esset re, & ratione, esse aēs, & esse potētia ad statua, quod falsum est.

Motū esse a- ctum existiē- tis in poten- tia pbatur.

Perpende autem, quod sensus verbo. Nota. rum in principio textus secundum literā ita ordinandus est, vel motus est actus e- ius, quod est potentia, quatenus mobile est, quando aliquid actu existens opera- tur aut in se, aut in alio. Est enim varietas in lectione Graeca, vt notat. Simpl. Hanc lectionem sequitur Alex. quam noster vertit Boet.

Manifestum est autem & in cō- trarijs. Text. X.

Et ipsa contraria ostendit non esse idem ratione esse in actu, & esse in potentia in eodem: demus enim, quod aliquod actu subiectum sit in potentia & actum, & in potentia sanum: tunc si i-

Nō est idem ratione esse in actu, & po- tentia, licet sit idē sub- iecto: vbi no- de in

ta nō omnia quae sunt i- dem subie- cto & re, esse ratione etiā

dem est, ratione hoc subiectum actu esse & esse in potentia agrotum: tunc simili- ter idem erit esse tale subiectum, & esse in potentia sanum: erit ergo idem ratione esse potentia sanum, & esse potentia æ- grum: & tunc idem ratione esset sanum, & ægrū, vt enim actus diuersi sunt, ita & potentiae: non ergo dicendū est, idē esse actu, & esse in potentia in eodem, secun- dum rationem: sed quod sunt idem sub- iecto, sed non ratione, ob id meritō poni- tur illa particula, prout in potentia.

Obiectio.

Dubitatur, quomodo potentia dici- tur diuersa contrariorum.

Solutio.

Respondet Auer. 1. cali, com. 120. Po- tentiam propinquam esse vnam vnus contrarij, aliam alterius, remotam verō eandem.

Ob id supra diximus Porph. dist. ngue- re etiam potentias, sicut & actus, quod docuit Philop. benè tex. 14. sequenti, vbi ad singula praedicamenta singulas con- stituit potentias.

Nota.

Aduertendum, quod subiectum sani- tatis, & aegritudinis, dicit sanguinē, aut humiditatē, id est, phlegma, humores vo- lens designare. Dicit etiā, quod calor, & esse visibile non sunt idem ratione.

Quod igitur est hic, & quod ac- cidit tunc moueri. Text. XI.

Probatur motū esse ta- lem actum, qualis defi- nitus est.

Cum definitionis partes probauerit nunc definitum de definitione pro- bat, ostendens, quod talis actus mo- tus sit, ac inde cum suo definito conuer- ti constabit, probat verō sic. Cum talis a- ctus est, res mouetur, nec ante, nec post mouebatur: igitur actus ille motus est: id enim motus est, quo posito mouetur quid. Sed antecedens probat: aedificabile aut mouetur ante aedificationē, aut post, nempe cum domus iam est, ante non mo- uetur, cum potentia tantum sit: post ve- rō moueri non potest, quia non amplius aedificabile est: igitur mouetur, cum aedi- ficatio est, quae actus est imperfectus: ta- lis igitur actus motus est. Idem est dicen- dum in quocunque alio motu cuiusque mobilis.

Quod autem benè dictum sit. Text. XII.

Definitione motus constituta, ostendit eam esse bonam, quod dicitur tripliciter posse cognosci dicit. Pri- mō ex definitionibus antiquorum, quae non sunt bonae. Secundo ex eo, quod diffi- cile inuenimus aliam definitionem eō, quod motus non possit sub alio genere constitui, quam sub genere actus, vt di- citur. Citat autem aliorum definitio- nes: quidam enim motum alteritatem ef- se dicebant: quidam inaequalitatem: qui- dam non ens: sed nullus ex his benè dice- bat, quod tripliciter probat.

Primō, quia inuenimus alteritatem, inaequalitatem non ens, vbi tamen non est motus. Vbi tu aduertere, quod ista ra- tio procedit, ac si illi nihil aliud dixissent motum, nisi aut alteritatem, aut inae- qualitatem, aut non ens, quod an verū sit, parum refert: fat sit id Aristotelem supponere.

Sed nec mutatio, aut ad haec. Text. XIII.

Vtitur secunda ratione ex parte ter- minorū, ad quos motus tendunt, quia potest esse motus, quin id, quod motum est, sit alterum, aut inaequale, aut non ens, quia motus tendit aliquando ad simile, ad aequale, aut ad ens.

Tertia ratio est ex terminis a quibus: non enim omnes motus ab inaequali, aut ab altero, aut a non ente procedunt, sed ab oppositis: nō ergo per ista motum de- finiri oportuit.

Rationes haec non sunt admodum effi- caces, & solui ab aduersarijs possunt. Di- cent enim motum alteritatem, & inaequa- litatem esse, quia quod mouetur, secun- dum vnam formam aliter, & aliter se ha- bet, quia illa in fluxu est.

Subdit Arist. causam, quare isti esse nō ens motum existimabant, nempe quia e- rat indeterminatum quid, cum nec sub- stantia, nec quale, nec aliquid ex his sit, ob id in coordinatione indeterminato- rum ipsum ponebant.

Fuit enim diuisio praedicamentorum X. 2 Pytha.

1. Ratio con- tra veter.

2. Ratio con- tra veter.

3. Ratio.

Nota quan- tam habeat vim ista ra- tionem ad- uersus veter. res.

Nota dupli- Pythagorica in duas partes, & in vna en-
cem coordi- tia, & determinatæ naturæ ponebat, in
narionem altera non entia, & indeterminata: entiu
prædicamen erat ista finitum, impar vnum, dextrum
torum apud erat ista finitum, impar vnum, dextrum
Pythagoræ. masculinum, quiescens, rectum, lumen,
bonum, quadratum. Non entium coordi-
natio erat ista in finitum, par, multa, si-
nistrum, femininum, motum, curuum,
tenebræ, malum, altera parte longius, sic
ponit Arist. l. i. Metaph. Vide igitur, quo-
modo motum in coordinatione inde-
terminatorum constituentes, ipsum esse
non ens ponebant & inæqualitatem, &
alteritatem.

Cur autem videatur.

Tex. XIII.

Nota natu- Vbdi ad huc rationem, cur naturæ
ram motus indeterminatæ visus sit istis motus:
videri inde- hæc autem erat causa: quia nec poten-
terminatam tiam esse motum comperiebant, cū quæ
potentia solum sunt, non moueantur,
nec actū esse, quia quæ actu sunt, iam nō
mouentur, quod enim quantum est, non
mouetur ad quantitatem, nec reliqua,
quæ actu sunt: ob id igitur, cū nec actus,
nec potentia sit, non ens est, & inter inde-
terminata computandus visus est.

Et motus actus quidem.

Tex. XV.

Nota quō- A risto. verò non esse determina-
motus sit. tum motū docet, quamuis enim
ens determi- non sit actus perfectus; nec sit po-
natum, & tentia pura, est actus imperfectus, qui par-
quomodo tem potētæ, partem habet actus: & quā-
non. uis talis actus difficilis sit cognitu, verè ta-
men est. Reddit autem causam, quare mo-
tus sit actus imperfectus, nempe, quia ens
in potentia, cuius actus ipse, motus est, im-
perfectum quid est.

Obiectio. Sed obijciēs, hoc pacto qualibet forma
substantialis esset imperfectus actus, quia
est materiæ imperfectæ.

Solutio. Respondetur sensum Aristot. esse actū
hunc, puta motum, esse imperfectū, quia
id possibile, quod per talem actum, fit in
actu, imperfectum est, & inconsummatū:
ita, vt non sumat solum possibile, seu ens
in potentia, sed simul cum ipso motu, pu-
ta calefaciens, frigeiens: talia enim en-

tia actu imperfecta sunt, cum nondum
terminum attigerint: ergo & ipsi actus,
puta motus imperfecti sunt.

Mouetur autem & mouens.

Text. XVI.

Varijs modis hic textus, & conne-
cti antecedētibus, & exponi solet.
Crediderim sensum esse, vt Arist.
velit explicare cuius subiecti sit motus a-
ctus, & quia intendit docere, quod per se
est actus mobilis, vt mobile est, præsuppo-
nit, quod mouens etiam mouetur, sed nō
qua ratione mouens est, nisi per accidēs:
vt autem mobile est, per se mouetur.

Nota de cō-
nexionem hu-
ius textus
cum antecē-
dentibus.

Mouens in
quantū mo-
uens moue-
tur, non per
se, sed per ac-
cidens.

Explicat igitur, quod mouens sit hoc
quod mouendo moueatur, & quomodo
per accidēs, vt tale est moueatur. Dicit
illud mouens mouendo moueri, quod
aptum est moueri, quod propter mouen-
tia immaterialia dicitur, quæ cū non
sint apta moueri, nec in potentia ad mo-
tum, mouent, sed non mouentur. Addit
autem quod ista, quæ moueri sunt apta,
quando non mouentur, dicuntur quie-
scere: non moueri enim in his, quæ in po-
tentia sunt, ad motum quiescere est.

Hæc autem verba existimo sensum
hunc facere, quod illud agens mouendo
mouetur, quod mouere, & quod quiesce-
re est aptum, & hoc est propter calos, qui
mouent aliquando alterando, & non al-
terantur, licet enim localiter moueatur,
non tamen omni motu mouentur, sicut
omni motu mouet: ecce igitur, quid mo-
uens sit, quod mouendo moueatur.

Quæ sint q̄
mouendo
& quæ non.
Cælum agit:
alterando &
non altera-
tur.

Explicat modò, quomodo per accidēs
moueatur, & non per se: quia mouens, vt
mouens solū agit in aliquod mobile, vt
tale, & sic agere mouere est: at quia non
agit, nisi tangendo ipsum mobile, hinc
ratione tactus prouenit, quod mouea-
tur. Cū igitur mouens, vt mouens non
moueatur, fit vt motus sit per se actus
mobilis, & si est mouentis, id est, per acci-
dens, & vt ipsum mouens mobile est.

Quo intelli-
gendū sit,
motus est a-
ctus mobi-
lis, vt mobi-
le est vt in
subiecto.

Omnes ferè hic existimant esse nouam
aliam definitionem motus hanc: motus
est actus mobilis, vt mobile est, sed profe-
ctò mihi non placet, imò dico Aristoteli
solū hic concludere, quod est motus in
mobili,

mobili, vt in subiecto. Præterea, quia si il-
la esset, definitio esset mala: quia motus
etiam est actus agentis, & mouentis, vt
mouens est, & est in potentia actiua, so-
lū: ergo hic docemur, motum esse actū
mobilis, vt subiecti: & tota expositio hu-
ius textus est consideranda.

Accidit autem hoc tactu.

Text. XVII.

Metus est in mouente per accidēs. I Sta priora verba sunt continuanda cū
superioribus, vt cū dixerit motum
esse in mobili, dicat modò, quod per
accidēs est in motiuo, & mouente, quan-
tenus tacta agendo patitur. Nec intelli-
gas, quod idem motus est tunc in mobi-
li, & in mouente, quod per accidēs mo-
uetur: sunt enim duo diuersi, vt cū fer-
rum candens agit in aquam, alio motu
mouetur aqua, puta calefactione, alio
ferum, puta frigectione, vt alibi dicen-
dum est.

Ratio cur mouens, vt mouens non mouetur, nempe: quia mouens, vt tale, semper est in actu secundum aliquam formam, aut hanc, id est, substantialem, aut talem, id est, qualitatem, aut tantam, id est, quantitatem, quæ forma est principium motus, cū mouens mouet: mobile verò est in potentia ad talem formam: sed motus est actus existens in potentia: est ergo ipse mobilis. Maiorem ostendit exemplo: homo actu facit ex homine in potentia, hominē actu, similiter calidum in actu facit ex potentia calido, calidum actu.

Statim subdit rationem, quare mo-
uens, vt mouens non mouetur, nempe:
quia mouens, vt tale, semper est in actu
secundum aliquam formam, aut hanc, id
est, substantialem, aut talem, id est, quali-
tatem, aut tantam, id est, quantitatem,
quæ forma est principium motus, cū mo-
uens mouet: mobile verò est in potentia
ad talem formam: sed motus est actus exi-
stentis in potentia: est ergo ipse mobi-
lis. Maiorem ostendit exemplo: homo ac-
tu facit ex homine in potentia, hominē
actu, similiter calidum in actu facit ex po-
tentia calido, calidum actu.

Nota. Obserua verbum illud, moueatur, le-
gendum actiue, moueat.

CAPVT III.

Et quod dubitatur.

Tex. XVIII.

Aggreditur Arist. probare motum non esse in mouente, sed in mobili. X prædictis dicit solu-
tum esse dubium, nem-
pe motum esse in mo-
bili, vt in subiecto, qd
declarat. Motus, inq̄,
est actus huius ab hoc,
id est, motus duo ha-
bet in se: est quidem actus, sed ab vno pro-

cedit, vt à principio: in altero recipitur,
vt in subiecto mouentis est actus tanquā
principij: mobilis verò vt subiecti.

Ex quo inferitur vnum esse actum v-
triusq̄, nempe mouentis, & moti, sed ra-
tione diuersum: nam potentia mouētis,
& moti diuersa est: mouentis enim potē-
tia est posse mouere, & actiua: moti verò
posse moueri, & passiuā. Ille igitur actus,
vt per eum mouens, quod poterat moue-
re, mouet, actio est, vt verò per ipsum mo-
tum mouetur, passio est, tamen re vnus
actus est, licet ratio, & ordo duplex sit,
sicut idem est spacium duorum ad vnū,
& vnus ad duo, ratio diuersa est, nā duo
rum ad vnum dupla est proportio, vnus
verò ad duo, subdupla: similiter idem est,
spacium accliuæ, id est, sursum, & decli-
uæ, id est, deorsum, sed ratio diuersa, ita
idem motus, & actus mouentis, & moti,
sed ratio diuersa ex parte illius actio est,
ex parte verò huius, puta moti, passio.

Habet autem dubitationem rationalem. Tex. XIX.

Circa id, quod dixerat, nempe eun-
dem esse actum agentis, & patien-
tis, modò logicè pro vtraq̄ parte p-
babilitat; disputat. Primò probat, quod
non sit vnus actus vtriusque, duplici ra-
tione, Prior est, agentis actus est actio, pa-
tientis actus passio est: sed actio, & passio
non sunt idem, nec ipsum agens, nec pa-
tiens: ergo non est vnus vtriusq̄ actus.

Disputat in
vtraq̄; par-
tem, & i. pro-
bat non esse
eundem a-
ctum mouē-
tis, & mobi-
lis.
r. Ratio.

Secunda: finis, & effectus actionis est. Secunda:
alius à fine passionis: ergo non sunt idē
actus, antecedes patet, finis enim, & effe-
ctus actionis est factum ipsum, finis ve-
rò passionis est effectus, id est, receptum:
differt autem factum à recepto: ergo nō
est idem actus.

Cū igitur vtraque sint motus.

Ex opposita parte argumentatur, ac
probat, quod non sint duo actus, & actum vtri-
usque. Vtitur autem hac diuisione.
Si duo sunt motus, actio & passio, vel v-
terq̄; in agente, vel vterq̄; in patiente, vel
actio in agente, passio in patiente, vel e-
contra actio in patiente, passio in agente,
quo-

Probat e-
undem esse
actum vtri-
usque.
vel actio in
agente, pas-
sio in patiente,
vel e-
contra actio in patiente,
passio in agente.

tra actio in patiente. Explicat primum membrum rationis.

quorum nullū fieri potest. Arist. non explicat primum membrum, quod vterq; sit in agente, quia superius probatum est motum in mobili esse, saltem vnum motum in eo esse, si duo sunt motus.

4. membrū.

Quartū verò excludit, vt exponit The mist. nempè, quod passio in agente, actio sit in patiente. Tunc, inquit, erit æquiuocatio in nomine, vt actionem pro passione, & contra sumamus.

2. membrū.

Quod si tertium membrum sumamus, quod actio sit in agente, & passio in patiente, id etiam non potest esse, & probat vnicū argumentato. Si actio est in agente, cum actio sit motus, sicut passio, motus erit in agente: ergo omne agens mouetur, quod falsum est, vt diximus, quod non omne agens mouetur. Cum autem motum habeat, sequetur, quod aliquid habens motum non mouetur, quod impossibile est, sicut quod habeat aliquid albedinem, & non sit album.

Si autem vtraque in motu sunt.

2. Membrū rationis.

Secundum membrum, quod restabat, nempè, quod vterq; actus sit in mobili, impugnat dupliciter. Primò, quod actus alicuius nō erit in ipso: actio enim, quæ agentis actus est, non erit in agente, quod absurdum videtur. Secundò, quod vnum mouebitur duobus motibus tendentibus ad vnam formam, puta motu actionis, & motu passionis.

Et nota, quod dicit vnus, & ad vnam formam: quia motibus secundum diuersas formas potest vnicū subiectum moueri, vt sanationis, & calefactionis motu. Præterea duo subiecta duobus motibus ad vnam specie formam tendentibus, vt duabus calefactionibus moueri possunt: at vnum subiectum, & secundum vnam formam numero moueri duobus motibus fieri nequit: non igitur actio, & passio, si in mobili sunt, duo motus esse possunt.

At irrationabile est duorum specie.

Objicit Arist. hoc contra

Terum redit ad impugnandum hoc, quod non sit vnus actus, probat mul-

tupliciter. Primò: quia diuersorum vnus actus, quod est actus, puta agentis, & patientis, quæ diuersa sunt.

Secundò, si vnus est actus actio, & passio, docere actio, & disciplina erunt idē.

Tertiò idem erit agere, & pati, docere, & discere.

Quartò, docens erit discens, & discens docens, & agens patiens, & contra, cum vnus sit actus vtriusq;.

Aduertendum est autē, quod rationes superiores, quibus probauit non esse duos motus actionem & passionē, sunt veræ, & firmæ: hæc verò sunt contra veritatem, ob id statim soluantur ab Arist. in sequenti.

An neq; alterius actum.

Text. XX.

Rationes has vltimas soluit, & duas etiam primas, quæ allatæ fuerunt contra veram determinationem, puta, quod vnus sit actus actio, & passio, isq; sit in patiente, & mobili.

Respondet igitur non esse inconueniens, vnum actum esse duorum, vt doctio (si ita licet dicere) est actus doctentis, & discantis, quando talis actus nō est sic in vno, quod ab altero pendeat. Cum verò vnus actus est in aliquo simul, etiam est ab alio procedens: tunc duorum vnus potest esse actus re: sed ratione diuersus.

Ac si dicat. Motus sic est in mobili, non sit decus, & separatus à mouēte, id est, est in mobili, sed à mouente procedens, & dependens, ob id duorum est vnus actus, & motus, sed vt à mouente est, habet aliam rationem: vt in passio, & mobili est, rationem aliam, sicut id, quod est potētia, simul potest actus esse, sed diuersa ratione. At si vnus esset ratione, vt vestis, & tunica: tunc non posset vnus esse duorum actus.

Aduerte igitur, quod motus est actus inter duo, videlicet mobile, vt subiectū, mouens, vt principium, nec sine vtroque potest consistere, ob id vnus potest esse duorum, ac ob id superius supposuit mouens, & mobile ad aliquid dici.

Neq; necesse est docentem discere. Text. XXI.

Nota.

Soluit obiectiones.

Ad 2.

Motus est actus inter duo, mouēs vt principium & mobile, vt subiectū.

Soluit

Ad tria alia argumenta. Hinc etiam nota duo alia quæ posse esse idem re, diuersa ratione.

Soluit alia tria vltima argumenta, discens, quod si vnum esset re, & ratione actio, & passio, ita, vt vtriusque esset eadem essentialis definitio, tunc argumenta concluderent. At cum ratio diuersa sit, licet vnus actus sit, non ob id tales prædicationes sunt veræ. Hæc enim non insunt, nec competunt his, quæ quolibet modo sunt idem, sed quæ sunt idem re, & ratione.

Et ponit exemplum, quomodo actio & passio dicantur eadem re, sicut à Thebis ad Athenas, & ab Athenis ad Thebas eadem via est, sed ratio diuersa est, vt est ab Athenis, & vt est à Thebis, & propter id non dicimus idem esse distare ab Athenis, & distat à Thebis, sic idē nec sunt ratione actio, & passio, nec agere, & pati, licet vnus re sit vtriusque motus.

Omniñò verè dicere est.

Text. XXII.

Nota absolute negandū esse hanc propositionem, actio est passio.

Concludit propter diuersitatem rationis, quæ est inter actionem, & passionem: licet motus, cui istæ rationes diuersæ accidunt, vnus sit, esse absolute negandas illas propositiones, actio est passio, doctio est disciplina: & dicere oportet actionem non esse passionē, cum actio sit motus ab hoc, passio motus in hoc, quæ duo ratione differunt.

Quid igitur motus sit.

Text. XXIII.

Concludit Arist. motū esse actum potentie actiue, & passiuæ, sed diuersimodè.

Pilogat dicta, nempè, quid sit motus in generali se dixisse, & ex tali definitione facile esse singulos motus in specie definire, vt alteratio actus est alterabilis, vt tale est: & augmentatio actus augmentabilis, vt tale est: & sic in reliquis.

At quia in definitione motus superioris non erat declaratum, de qua potentia esset sermo, de actiua, an de passiuâ, cum dictum est, motū esse actum entis in potentia. Constat autem, quod vtroq; modo illic sumitur potentia, ob id dicit modo, quod clarius procedet definitio motus sic: motus est actus actiui, & passiuui, vt tale vnum quodque est.

Simili modo singulas species definire

poterimus: alteratio enim actus alterantis: & alterabilis, vt talia sunt, & simile in alijs: & hunc existimo esse verum Aristotelis sensum in hoc textu.

Quæstio prima. An motus sit per se in aliquo Prædicamento, & in quo Prædicamento. An videlicet sit qualitas fluens, vel fluxus ipse qualitatis, & via, an sit actio, vel passio, vel quid aliud.

M

Utra, quæ de motu dici possent, ac ipsius speciebus, ad alios pertinent Physicorum libros: hic solum ea, quæ ad ipsius naturam, & essentiam pertinent, tractabimus.

Est igitur non parua difficultas, ad quod genus motus spectet, & quæ eius sit essentia, quod dubium tractauit D. Thomas hic in digressionem tex. 22. Albertus tract. 1. c. 3. & Auic. 2. lib. sufficiency, c. 2. & Simplicius in præsentibus.

Sunt autem variæ de hoc sententiæ, & omnes penè in hoc conueniunt, esse fluxum quandam: sed tamen variæ ratione differunt, & in diuersis prædicamentis collocant.

Dubitandi autem causam præbent aliqua Aristotelis loca inter se, vt videtur non ita consentientia. Nam in Prædicamentis motum connumerat inter species quantitatis: deinde extra prædicamentum reponit in Postprædicamentis. Hoc loco viderur dicere esse actionē, vel passionem, actum, videlicet actiui, vel passiuui. At in Metaphysicis ait motum esse quantum per accidens.

Prima igitur opinio est Auerrois, hoc libro comment. 4. qui dicit motum considerari posse dupliciter: vno modo pro forma ipsa fluente secundum acquisitionem partis post partem, vt est calor imperfectus, qui in acquisitione est successiuus: & ista est, inquit, consideratio vera, & ad locum præsentem pertinet, vbi res secundum veritatem tractatur, & sic motus non est in Prædicamento alio, quam vbi est sua forma: nam forma imperfecta, quæ motus est, non differt essentialiter à forma perfecta, vnde sit, quod motus

Variæ sententiæ circa essentiam motus.

Arist. loca, quæ causam præbeant dubitandi.

Opinio Auerrois.

ut sit analogum ad istas motus species, quæ sunt secundum diuersas formas Prædicamentorum, & in hoc conuenit Auerroes cum Simplicio, & cum quibusdam alijs Græcis, & cum Alb.

Altero, inquit, modo motus pro via in formam consideratur, & sic ab Aristotele in prædicamentis ponitur in prædicamento passionis: & dicit hoc esse secundum sententiam communem, & famosam: sed non ita veram. Hæc est horum opinio.

Reijctur A. uer. sententia. Sed contra hoc illud est. Primò, quod si formaliter loqui volumus, forma fluens duo includit, formam, & fluxum: esset igitur ens per accidens ipse, si esset forma fluens.

Secundò. Secundò quia fluxus, vt fluxus, formaliter non est forma, cuius est fluxus: oportet igitur assignare, in quo propriè sit prædicamento fluxus, vt fluxus: atq; aded non effugitur difficultas, si dicatur secundum antiquorum communem sententiam esse passionem: sed oportet secundum veritatem dicere in quo sit prædicamento.

Tertiò. Tertiò, quia localis motus non potest dici forma fluens, nec spacium fluens, nec locus fluens, sed esse solùm videtur ipse fluxus per spacium.

Quartò. Quartò, quia generatio motus est, & non est forma imperfecta fluens secundum partes, cum in instanti acquiratur.

Solutio pro Auer. Ad hoc respondet Iandunus, quæst. 2. quod generatio dupliciter sumitur: Vno modo pro ipsa mutatione substantialis formæ, quæ in instanti fit, & sic motus non est. Altero modo pro alteratione præuia generationi: nõ. n. est generatio, nisi præcedat alteratio secundum qualitates disponentes, & sic est motus generatio pro illa alteratione, & tunc est ille fluxus in qualitatibus.

Ita respondent etiam quidam alij, qui dicunt cum secunda opinione sequenti, motum non esse qualitatem fluentem, sed esse fluxum, & tendentiam formæ imperfectæ ad perfectam.

Confutatio solutionis. Sed hæc solutio mihi non placet, imò primò. generatio ipsius substantiæ motus est dicenda: vt in præsentia definitur motus; actus entis in potentia; & actus actiui, &

passiui: & paret aperte: nõ hic distinguuntur quatuor motus, quorum vnus est generatio, & corruptio, qui si pro alteratione sumitur, non esset distinctus essentialiter ab ea.

Præterea Simpl. 5. Phy. & S. Tho. dicunt Secundò. quod motus hic definitus est in genere, latè sumpto vocabulo, vt omnem mutationem includit.

Præterea, quia generatio est vera actio & vera passio, & generare agere est, generari moueri: ergo motus est; nõ esse actum actiui, & passiui essentialiter motus est: non igitur sententia hæc videtur vera.

Secunda sententia est Gilberti, libr. 6. Principiorum, putat motum esse in prædicamento actionis: quia motus est forma procedens, sed hæc primò ab ipso agere procedit: ergo motus ad actionem potius pertinet. Sed hæc opinio satis fuit ab Arist. in textu reprobata, cum motus sit potius actus mobilis, & in ipso mobili, non in mouente.

Alij tertiò ad passionem referunt, cum motus in patiente subiectetur.

Sed nec hæc sententia est vera, quia motus tam est actus actiui, quam passiui: non ergo magis ad hoc genus, scilicet passionis, quam ad illud genus actionis referri ab his debuit. Secundò. Deinde, quia motus inter postprædicamenta, aut in prædicamento quantitatis collocatur: at actio, & passio diuersa constituunt prædicamenta. Tertiò; quia si passio est motus: ergo & actio eius correlatiuum erit motus, ita erunt duo motus vnum correlatiuum alterius, quod est absurdum.

Alij sunt in quarta sententia, nempe, motum formaliter, videlicet pro fluxu, & fieri esse genus quoddam superius actione & passione.

Sed hæc sententia nõ est tenenda, quia iam actio, & passio non essent duo prædicamenta, quod est contra Arist. & modo id verum esse supponimus: in Logica enim numerus prædicamentorum probatus est.

Quinta opinio est cuiusdam, quod ratio prima motus nõ est forma, nec ad formam via, sed quod sit actus existentis in potentia: via igitur illa in formam, &

Tertiò.

Secunda opinio Gilberti.

3. Opinio aliorum.

Reijctur vtraq; sententia.

4. Opinio.

Reijctur hæc opinio.

5. opinio.

teriale est motus, & hoc videtur esse Aristotelis, qui definitione sua nõ aliud esse motum dixit, quam actum potentia, vt potentia est: At definitio formale rei explicat.

Ex hoc infert, quod cum esse actum potentia non sit vniuocum, nec vnà dicens rationem: alius enim est actus actiua, alius passiue potentia, quod etiam motus erit analogus, id enim docet Aristoteles, 7. Phy. tex. 26. nec inconueniens est, quod analogum definitione definiatur analogo, vt hic docet Simplicius, cum igitur sit motus analogum, ait, non exquirendam in eo aliquam rationem communem actioni, & passioni, sed sola est communitas nominis, nam actio est actus potentia actiua, passio, passiuæ, quando verò actum potentia in communi aliquis sumit, seu motum, analogum quid, & solà vocem communem sumit: & idem in quouis motu particulari considerandum ait, vt calefactio est analogum ad calefactionem actiuam, quæ est actio calefacientis, & actus actiui, & ad passiuam, quæ est actus passiui, scilicet, passio, atque in cæteris motibus.

Vnde concludit, quod actio, & passio formaliter sunt motus, & quod formaliter sunt duo motus, & duo actus, sed re nõ nisi vnus, puta vna via in formam, & vnum medium inter agens, & patiens.

Hinc, ait, quod si motum materialiter consideremus, reducit ad prædicamentum ipsius formæ: est enim sic via in formam, vt communis dicit opinio: at si formaliter, vt actus est potentia, duo illa prædicamenta facit, quia sunt duo actus formaliter, actio & passio, quæ vniuocè non conueniunt: alios aut, asserit: quod materiale est motus, puta viam in formam seu fluxum, formale esse, putasse.

Reijctur hæc quinta opinio. Primò: quia si in motu hæc opinio distinguit materiale, & formale, iam faceret motum esse aliquid compositum ex duobus accidentibus, ex illo, inquam, materiali, & formali, videlicet fluxu, & actione, vel fluxu, & passione, atque aded, nec vnum esset accidens, neq; ens per se, sed aggregatum ex duplici accidentali ratione, ma-

Reijctur 5. opinio. Primò.

terialis, & formalis, vt album in concreto, & alia accidentium concreta.

Secundò. Quia superest adhuc per se de illo ipso materiali difficultas, nempe de fluxu per se, vt fluxus est, si nõ est per se motus: quæ ergo res sit per se, vt talis, & cuius prædicamenti: nil autem per se, vt talis esse videtur, nisi ipsemet motus: similiter, & de ipso per se formali, scilicet actione, vt actio; & passione, vt passio, etiam secluso fluxu, quæ sint res.

Tertiò: quia si formale motus est actio, & passio, ergo duo sunt motus formaliter, nam actio formaliter non est passio, nec passio formaliter est actio: ergo in quouis motu duos simul esse motus formaliter dicemus, quod est absurdum, & paradoxo, vt duos simul motus locales, cum res mouetur localiter, duas simul augmentationes formaliter, cum res augetur, & ita in cæteris: nam si motus est actio, & passio, & vbicumque est actio, est passio, & econtra: ergo vbicumque vnus erit motus, erunt duo formales motus, quod est absurdum, quod absurdum cum concedat hæc opinio, est planè reijcienda.

Quartò, sequitur etiam hos formales motus esse correlatiuos, si sunt formaliter actio, & passio, siquidè actio & passio sunt formaliter inter se correlatiua.

Quintò, sequitur etiam quod motus, vt motus, non sit res absoluta, sed res relatiua: nam actio, & passio res sunt formaliter relatiua, & sibijnuicem opposita.

Sextò, quia actio, vt actio, per se non dicit successione, cum possit esse actio in instanti, & similiter passio, vt passio, sed abstrahunt à successione, & ab instanti, at motus saltem propriè acceptus per se, & in se dicit successione, vt successiue fiat, & quod nunc mouetur, antea mouebatur, & post hoc mouebitur, vt latè ostendit Aristoteles superius. Ac quod agit non est necesse, quod prius egerit, & post hoc etiam agat: neque quod patitur etiam patiatur postea, & antea pateretur, cum (vt diximus) esse possint actiones instantanea, neq; in sua intrinseca ratione hoc per se includet ipsum agere, vt antea, & postea sit actio.

Secundò.

Tertiò.

Quartò.

Quintò.

Sextò.

Septimò.

Septimò, hinc etiam fit contra eadem opinionem, motum non esse analogum superius ad actionem, & passionem: quãdo quidem aliqua est actio, quã propriè non est motus: præsertim, quia si concederetur esse quid commune ad actionem & passionem, vniocum potius censeret posset, quã analogum: nam nõ apparet analogia actionis ad passionem, vel contrã, non magis, quã inter alia quauis correlatiua, vt patris ad filium, & contrã: non enim vni propter alterũ conueniet, aut per alterum, nec prius vni quã alteri, cum sint correlatiua actio, & passio.

Octauò.

Octauò, quia in motu, imò etiam in omni mutatione alij sunt, & aliter assignantur, & diuersa longè ratione terminantur à quo, & ad quem, & id, quod per motum fit, vel acquiritur, quã in actione, vel in passione.

Nam primò motus præsupponit mobile: quod moueatur: & in quo sit motus, vt in subiecto: at actus, seu effectus nõ præsupponit in quantum talis, subiectũ: nam etiã agens potest sibi fabricare subiectum, & in subiecto postea operari, & agere, vt in creatione Deus, & artifices pleriq; sic parant materiã, in quã agant.

Deinde in motu sunt hæc tria. Est quod mouet, scilicet, mouens, verbi gratia, ignis & quod mouetur, nempe mobile, verbi gratia, aqua: & calor, quo aqua mouetur, quo videlicet calefit. Si actionis verò terminos consideremus, reperiemus esse diuersos: erit quidẽ ignis agens, sed tamen aqua non est, quẽ agit, seu efficiunt: est autẽ aqua, quẽ verè mouetur, & fit aqua calida, sed nõ mouetur aqua calida.

Et in motu locali idem reperitur, nam mobile, vt puta corpus, mouetur, sed nõ dicitur fieri id mobile, pura corpus: & mouens mouet illud, sed nõ dicimus mouens facere mobile.

Dicimus item agens, vt ignem facere calorem in aqua, & fieri motũ in mobili: nõ autem moueri motum, vel mouens mouere calorem.

Quamobrem perspicuè apparent alij termini à quo, & ad quẽ, & id quod fit, & aliter in motu, aliter in actione, & pas-

sione assignari. Non ergo dici potest, motum formaliter idem esse, quod actionẽ, & passionem.

Sexta sententia est D. Thomæ, & Aui-cennæ, quam sequuntur multi ex discipulis D. Thomæ, & est modò cõmunior, motum dupliciter posse cõsiderari: Vel pro forma fluẽte, quẽ acquiritur, & hæc modo est in Prædicamẽto ipsius formæ, Sicut & ipsa forma permanens: Vel pro ipsa acquisitione, & fluxu formæ, & hæc est vera ratio, & intrinseca motus ipsius. Hæc sententia quoniam & verior est, & Aristoteli conformior, à nobis erit fusius explicanda.

Aduertẽdum est ergo primò, quod in motu physico sunt omnia ista, agens, patiens, (siue hæc duo sint supposita, siue vnum, habens tamen rationes, & principia diuersa, vt cum aliquid mouet se, ad vltterius est forma acquisita, est via, & medium, quo acquiritur, & hæc ipsa est motus formaliter, nec enim motus est agens, nec patiens, nec forma, sed illa via, vt via in formam est.

Itaq; motus formaliter est illa via, & medium, & operatio, qua forma acquiritur, quatenus est actus potentis, siue actiua, siue passiva, id est, quatenus per talẽ viam, & operationẽ agens, siue patiens dicuntur esse in actu imperfecto.

Aduertẽdum secundo, quod ista via, quam formaliter dicimus esse motum, non est opus, quod sit successiua, licet enim in instanti sit, ad huc medium est inter agens & patiens, & id sufficit, vt actio vel passio, & motus sit. Vnde, vt supra dicebam, generatio verè est motus, lato accepto vocabulo: quod si aliquãdo, nẽpe in libro 5. Aristoteles dicit Generationem non esse motum, illic motum, non vt hic definitus est, sumpsit, sed strictè, vt supra ex Simplicio, & S. Thoma notauit, pro motu cuius subiectum est aliquid in actu perfecto, & præterea habens contrarium aliquod, quod resistit introductioni illius formæ, qualis motus est alteratio, augmentatio, & latio.

Tertiò aduerte, vt deueniamus ad motum propriè dictum, in ipso esse quadruplex diuisionem diuisibilitatem, ex quibus videntur

6. opinio vera D. Tho. & cõmunis.

1. fundamẽt. in motu sunt agens, patiens, forma, & via ad formã.

2. fundamẽt. via ad formã potest esse, successiua vel instantanea.

3. fundamẽt. Quadruplex diuisibilitas in motu.

dam est, quã nam insunt ipsi per accidens, vt illis exciusis remaneat propria, & intrinseca ratio motus.

Prima.

Prima diuisibilitas est, quã possumus vocare subiectiuam: cum enim motus accidens quoddam materiale sit, non potest non extẽdi ad extensionem subiecti in quo est, & de hac diuisibilitate agit Arist. 6. Physic. à tex. 13. vsq; ad 30. hanc certum est ipsi per accidens competere, vt & ceteris accidentibus, quare non erit ipsius ratio formalis.

Secunda.

Secunda est, quẽ sumitur ex spatio, vt prima pars motus sit illa, quẽ fit in prima parte spaci; & quod dico de spatio in motu locali, dico etiã de latitudine illa intensiua in qualitate, & extensiua in quantitate. Et hæc etiã diuisibilitas nõ est dubium, quin nõ sit ratio formalis motus, datur enim illa, & in spatio, & qualitate ante, & post omnem motum, & de hac agit Arist. 4. Physic. text. 99.

Tertia.

Tertia est, quẽ est propria motus, nẽpe successio illa, vel acquisitio successiua diuersorum situum in latitudine, vel terminorum in qualitatibus, & quantitativibus, quam esse ab illa secunda distinctam est manifestum, cum illa possit sine hac reperiri, & hæc est, quam dicimus, intrinsecè esse motum, de qua agit Aristoteles hic.

Quarta.

Quarta est successio motus penes moram, vt fit vnius horæ vel duarum, &c. & hæc est formaliter tempus, quam esse ab illa tertia distinctam est manifestum: acquisitio enim successiua eiusdẽ spaci; vel qualitatis modò fit in hora, modò in duabus horis, &c. verbi gratia, vt homo egrotus in duabus, vel tribus horis sanatur, & simile. cum ergo illa diuisibilitas sit eadem mora variata, non est dubium quin distinguatur, & de hac agit Aristoteles 4. Physic. à tex. 100. vbi hanc morã constituit esse tempus.

4. fundamẽt. In quo sint prædicamentum illæ diuisibilitates.

Quartò aduerte illam primam diuisibilitatem esse in prædicamento quantitatis, vt manifestum est. Secunda verò, si est latitudo spaci; est in eodem prædicamento quantitatis. At si est latitudo in qualitate, cum sit modus quidam ipsius, erit reductiue in qualitate. Quarta autẽ

quoniam habet propriam & completã rationem entis, & est diuisibilitas distincta à ceteris, debet habere sedẽ propriam, vnde constituit propriã speciem quantitatis, vt videre est in prædicamento, & 5. Metaph. ca. de quantitate. At tertia illa diuisibilitas, licet sit à ceteris distincta, non tamen habet completam rationem entis, vnde non potest esse distincta species quantitatis.

Pro quo quinto aduerte, vt aliquid fundamẽt. faciat speciem in prædicamento, nõ sufficit, quod requiritur esse prædicamento a ceteris distinctã, habentem materiam, & formam, tamen non sunt in aliquo prædicamento, vt habeat esse completum, vt nõ sit pars, vel via, vel modus alterius. Hinc ergo differunt mora illa temporis, & successio motus: quod mora illa in ratione moræ non est via ad aliud, nec pars alterius, sed passio: esse aut passionẽ non tollit rationem speciei: at verò motus, licet habeat illam propriã diuisibilitatem, tamẽ quia illa est in ratione viæ, est in ratione entis imperfecti, vnde nõ potest cõstituere nouam speciem prædicamentalem.

Sextò aduerte hinc cõciliari loca Aristotelis. Hic enim videtur tribuere verã diuisibilitatem propriam quantitatis, at in prædicamento cap. de quantitate, & in 5. Metaphysic. capit. de quanto, ait esse quantum per accidens, quod rectè factũ est: hic enim, quia agebat de diuisibilitate abstracta ab ente perfecto, & imperfecto, eam illi tribuit: at verò in illis locis, quoniam querit eam diuisibilitatem quã queritur ad constituendam nouam speciem, & hanc non habet motus, nisi per accidens à subiecto, spatio, vel tempore, idè illum connumerat inter quanta per accidens.

His suppositis sit prima cõclusio. Motus intrinseca ratio est esse viam ad formam, seu fluxum formæ, quã si sit successiua, erit propriè motus, si in instanti, erit mutatio.

Quod ergo sit ille fluxus, & via ad formam, ex dictis maximè in tertio notabili manifestum est, cum illa diuisibilis, & fluxus formæ nullius alterius rei possit

6. fundamẽt. Quo conciliantur loca Aristot.

1. cõclusio.

Primò.

si esse propria. & necesse sit assignari cuius sit.

Secundò.

Et ex communi etiam modo concipiendi: omnes enim motum cum fluxu quodam à termino ad terminum intelligunt.

Tertiò.

Et præterea impossibile est ad terminum peruenire, nisi via præcedente, nec aliud potest intelligi, quam per viam ad terminum accedere, saltem ratione distinctam: nam aliud est ire, aliud peruenire.

2. conclusio.

Secundà conclusio. motus propriè dictus, prout distinguitur à mutatione intrinsecè, & essentialiter includit, quòd ille fluxus sit successiuus, & non instantaneus.

Primo.

Probatur primò. Nam aliàs peto de illo fluxu formaliter, an habeat esse permanentem, vel successiuum. Si secundum, habeo intentum. Si primum, contrà, sequeretur id; quod habet totum suum esse simul, & est permanentem intrinsecè, posse extrinsecè recipere contradictorium suæ essentia: quod mihi magis videtur implicare, quam id; de quo disputat Aristot. primo de celo, à tex. 110. Implicare videlicet; vt quod est incorruptibile per naturam, extrinsecè possit corrumpi.

Secundò.

Secundò, id; per quod aliquid à ceteris essentialiter differt; per id; etià formaliter constituitur, ex Porphyrio in ca. de Differentia: sed in nullo possumus fingere differre motum à mutatione instantanea, nisi per hanc successione: ergo. Probatur minor: non enim differt in diuisibilitate subiectiua: habet enim eandem illuminationem: non in diuisibilitate latitudinis, quòd videlicet motus sit via ad rem habentem latitudinem, est enim idem in illuminatione, quæ tamen propriè est mutatio: non in successione temporis, probaui enim iam illam esse extrinsecam motui: ergo non etiam in diuisibilitate intentionis formæ, seu graduum, qui acquiruntur: nam etiam hoc cernimus in illuminatione: ergo superest in hoc solo distinguatur motus à mutatione, quod in illo fluxus ipse est successiuus intrinsecè, at in mutatione instantaneus.

Tertiò.

Tertiò accipiamus hanc successione,

quam dicunt esse intrinsecam, & separamus illam à motu, seu fluxu: quæro. Aut esset sic considerata, mutatio propriè dicta. & hoc non, vt supponimus: Aut esset instantanea, & sic rursus esset propriè dicta mutatio. Aut abstraheret à successione, & instantaneo, & tunc esset mutationis tertiæ quædam species, nec successiua, nec instantanea. Præterea si motus propriè dictus abstrahit in sua ratione à successione: ergo etiam mutatio propriè dicta abstrahet ab instantaneo: quare rursus relinquetur eadem prorsus intrinsecæ ratio mutationis propriè dictæ, & motus proprii dicti, quod est absurdum, & falsum: igitur per fluxum abstrahendo in vniuersum à successiuo, & instantaneo, explicatur essentia ipsa motus in communi, latè accepto vocabulo, que postea per successiuum contrahitur ad motum proprium, & per instantaneum contrahitur ad mutationem propriam: nam sicut instantans, & tēpus differunt specie, ita etiam motus propriè, & mutatio propriè, licet in communi conueniant.

Sunt tamen præcipua quædam dubia, & obiectiones aliquot contra hanc communem opinionem, quas oportet dissoluere. Prima obiectio. Actio etiam ipsa agentis est successiua, & passio, scilicet, ipsum agere, & pati: ergo iam erunt tres fluxus, vnus formæ, seu spatij, qui est motus, alter actionis, alter passionis. & ita erunt tres fluxus.

Obiectioes
cōtra positā
sententiā.

1. Obiectio.

Respondendum est, quod est solus vnus fluxus formæ, seu spatij formaliter: qui est ipsemet motus, à quo extrinsecæ denominatione denominatur successiua hæc omnia: & mouens moueri dicitur successiuè, & mobile moueri successiuè, & formam fieri successiuè, seu spatium pertransiri, vel acquiri successiuè, & agens producere formam successiuè, & patiens recipere formam successiuè, & ipsum motum esse successiuum: sed motus quidem formaliter, & intrinsecè: alia verò extrinsecæ ab ipsa denominatione: ac de his hæc tenentur.

Solutio.

Secundà obiectio. Videtur aliud esse fluxum formæ, aliud verò esse viam in formam ipsam: nam si formalem rationem

2. Obiectio.

nam

ipsum per se spectemus, via est ante terminum saltem natura prior: nam est ad terminum: & ita via ad vbi, ad calorem idè erit ante calorem, & ante ipsum vbi, quod acquiritur, saltè natura: at fluxus formæ videtur quid cōsequens ad formam, & esse posterius natura: nam vt aliquid fluat, oportet prius sit, & si nō sit, fluere non potest.

Solutio.

Respondeo. Duplex est fluxus formæ, seu duobus illis modis possumus imaginari. Vnus modus est, sicut fluit aqua, oleum, vel butirū liquefactū, & hoc modo prius est forma, & deinde fluxus, vt in argumēto obieciatur, siue fluat motu locali, siue fluat deficiendo paulatim. Alter modus est: vt sit fluxus formæ, sicut dicimus, fluxum specierum visibiliū ex obiecto, & fluxū luminis ex luminoso, in quo vna species post alteram emanat, & fit; & in priori natura hæc illam præcedit per spacium se diffundendo, & vnum lumen post alterum, licet in eodem instanti temporis, sicut etiam est fluxus sonus successiuus, & fluxus etià odoris per medium, & talem fluxū possemus commodè vocare acquisitionem formæ successiuam, siue emanationē successiuam: hic autem via ipsa est ad formam, & ante ipsam formam, saltem natura prior, & talis formæ fluxus, est motus. Et nota solutionem.

3. obiectio

Tertia obiectio. In motu locali apparet quidè esse viam ad vbi, quod per illum acquiritur: sed non apparet, si fluxus sit, cuius rei sit fluxus: non enim mobilis, neq; spacij, nec vbi, nec loci fluxus, nam hæc omnia sunt permanentia, vel in instanti acquiruntur: ergo non videtur hic saltem motus esse fluxus, sed via ad terminum, videlicet ad vbi. Confirmatus fit, quia fluxus dicit successione: at generatio fit in instanti: ergo generatio nō esset fluxus, sed solum via ad formam substantialem.

Solutio.

Respondeo. Non omnes motus habent eandem rationem fluxus, sed vt differunt natura sita & fluxu. Dicimus ergo motū localem esse fluxum nō formæ alicuius: sed termini successiuam esse acquisitionem alterius, inquam, & alterius vbi, at-

que adè vbiationem ipsam paulatim succedere, & fieri successiuè. Potest autè hic fluxus propriè vocari, fluxus per spacium, sicut alij motus, fluxus per formam. Sed in hoc differunt, quòd in illis acquiritur forma, & manet acquisita, & augetur eadem, vel contrà aucta minuitur: at in hoc fluxu terminus acquisitus, videlicet vbi, nō manet: sed corrumpitur, & ad aliud transfitur.

Quarta obiectio. Fluxus dicitur successione: at generatio, & corruptio fit in instanti: ergo generatio, & corruptio nō esset fluxus, & ita non esset motus, si motus est fluxus.

4. obiectio.

Respondeo. Quòd (vt antea diximus) motus propriè acceptus dicit successione: at motus largè, vt cōplectitur mutationes etià instantaneas, non dicit successione, sed abstrahit à successione, & ab instanti. Diximus autem generationē, & corruptionem esse quidè motus largè accepto vocabulo, vt sunt actus entis in potètia, sed non strictè, cum fiant in instanti. Ita ergo nūc dicimus fluxum esse duplicem, & successiuum in motu propriè dicto, & fluxū instantaneū, quæ est illa emanatio instantanea, seu acquisitio instantanea; in mutationibus, seu motibus impropiè dictis, qualis est generatio, & corruptio: ac de his hæc tenentur.

Solutio.

An actio sit in agente, & qua ipsa res sit actio. Quastio II.

NON est hic questio de actione immanente, hanc enim certū est non esse extra suum principium effectiuū, quales sunt volitiones, & cognitiones, quæ in ipsis fiunt potentijs: sed est questio de actione transeunti, puta de actione, per quam fit mutatio subiecti exterioris, vt de calefactione, qua calefit aqua; an sit talis actio in igne, an in aqua; quæ patitur: similiter de alijs huiusmodi actionibus.

Sensus questiois.

1. opinio.

Circa hoc tres existunt præcipuè sententiæ: Prima est quorundam Thomistarum, qui putant in agente esse quatuor, est videlicet ipsa substantia; puta ignis: est virtus actiua, nempe calor: est relatio ad ipsum passum: & est entitas inter ip-

Y 3 virtus

virtutem actiuam, & relationem, quæ entitas absoluta est fundamentum relationis, & talis est actio, quæ in agente est. Vnde primum est ipse ignis: secundo virtus, scilicet calor: tertio ipsa actio, quæ est fundamentum relationis superuenientis.

1. ratio huius opinionis.

Primum argumentum huius sententiæ est ex Aristot. 8. Physic. tex. 15. quod si Deus de nouo produceret mundum, quod mutaretur. Est igitur argumentum. Si Deus producendo mundum mutatur secundum Aristot. sententiæ: ergo aliquid in se recipit. non videtur quod hoc sit, nisi ipsa actio: est ergo actio in agente: si nihil enim reciperet, non mutaretur.

2. Ratio.

Secundum. Sit vnus ignis, qui comburat duo ligna, tunc vel est vna actio vel duæ: dicere quod duæ, videtur absurdum: cum vnicum sit agens: si verò vna: ergo est in agente: si enim in patiente esset, non vna, sed duæ essent, cum sint duo passiva.

3. Ratio.

Tertium. Esse agens, est effectus formalis, sicut esse album: sed esse formale non est, nisi à forma inherente: ergo agens non dicitur, nisi per actionem sibi inherentem, sicut nec esse album, nisi per albedinem in se.

4. Ratio.

Quartum. Cuius est potentia, eiusdem est actus: sed potentia, & virtus actiua est in ipso agente: ergo etiam actio ipsa.

5. Ratio.

Quintum. Perfectio est in eo, cuius est perfectio, sed actio est perfectio agentis: ergo est in ipso. Hæc sunt argumenta præcipua pro hac sententiâ.

6. opinio.

Secunda sententiâ est Scotistarum, qui dicunt in agente esse duas relationes. Vnam ad ipsum effectum, vt ignis ad calorem, & aquæ ad frigiditatem, alia est relatio ipsius agentis ad subiectum patiens, dicunt hæc relationem posteriorem esse actionem, quæ in ipso agente est.

7. ratio p se ad op. opin.

Mouentur ad hoc: quia actio & passio formaliter relatione distinguuntur. ergo actio formaliter relatio ipsa est, nam motus est in passio, vt in subiecto, sed actio, quæ relatio est, & causa illius motus, in agente est, sicut etiam passio, quæ relatio est etiam, in patiente est: hæc est horum opinio.

Tertia opinio est communis Thomistarum, quam habet Sonzi. 5. Meta. q. 37. dicunt, quod actio dicit fluxum formæ, qui motus est formaliter, relationem tamen agentis, minus principaliter, & in obliquo: vnde constituunt ista, quod forma, si consideretur in esse quieto, dicitur aut qualitas, aut quantitas, aut vbi: si verò vt est in fluxu, & tendentia ex imperfecta ad perfectam, & sic est motus: si verò consideretur vt est in fluxu, sed cum relatione agentis ad passum actio est, cum relatione autem passio, & recipientis, passio.

Dicunt igitur, quod actio ratione motus, in patiente, ex ratione verò relationis in agente.

Differt hæc opinio à secunda præcedenti, quod secunda actionem principaliter, & formaliter dicit esse relationem agentis: ista verò principaliter & formaliter motum, secundario, & ex connotatione, relationem importat.

Mouentur ad hoc: quia cum actio & passio vna sint res, eadem, in qua, qualitas, vel quantitas, idemque motus, nisi relationes importarent, distingui inter se non possent: constat autem distingui, cum sint duo prædicamenta diuersa. Hæc sunt opiniones præcipuæ, fideliter expositæ.

Sit prima conclusio. Motus non dicitur rationem vnam communem actioni, & passioni, si motus formaliter sumatur.

Aduertendū enim est, quod hæc quinque sunt in quavis actione consideranda. Agens, Patiens, Forma, quæ sit, Fluxus formæ, & respectus, ac relationes variae, inter hæc consequentes, quocumque inter se modo conferantur, vt agentis ad formam, vel ad patiens, vel ad fluxum formæ, vel contra: item horum, & aliorum inter se varia ratione.

Probat autem conclusio præsertim contra tertiam opinionem, quæ communis est Thomistarum. Si actio & passio dicunt vnum & eundem motum formaliter, tunc vel talis motus est formale actionis, & passionis, vel illa relatio agentis, & patientis: si motus est, ergo non differunt formaliter, nec sunt duo prædicamenta diuersa: si relatio est, ergo iam actio

1. ratio p. opinio.

4. Sententiâ authoris. conclusio. fundamentum.

Probatur conclusio contra tertiam opinionem. primò.

& passio sunt relationes essentialiter, quæ est falsum, & ipsi multum abhorrent: non ergo motus formaliter vnus, & idem est actioni & passioni.

Secundò.

Si actio, vel passio dicunt simul motum, & relationem determinatè ipsum motum: ergo iam non sunt conceptus simplices generalissima illa, cum in conceptum motus, & in conceptum relationis resoluantur.

Tertiò.

Tertio contra Scotum. Si actio, & passio formaliter sunt motus: ergo non sunt relatio, relatio enim motus non est.

Quartò.

Quarto. Relatio agentis cessante actione: ergo illa non est actio, quod si dicant, quod talis relatio non est actio, dicas: ergo non tantum relatio, illa actio erat formaliter.

2. conclusio.

Secunda conclusio. Actio & passio sunt realiter quidem res eadem, videlicet vna via, & operatio, & fluxus seu ipsa forma fluens, ac etiam permanens, res denique facta, & in altero recepta, tamen ratione duplex est: vt enim agentis est, actio, vt patientis est, passio dicitur, & hæc conclusio nota est ex præcedenti. Nam hæc consideratur, vel vt procedit ab agente, & sic est actio eius: vel vt recipitur in recipiente: & sic est passio. Hæc autem conclusio est expressa Aristot. in text.

3. conclusio.

Tertia conclusio. Actio hæc, de qua loquimur, est in patiente per se, in agente verò per accidens, loquimur autem tantum in subiecto. Hæc conclusio satis est nota in textu, & ex ratione Aristot. Si enim actio esset in agente, tunc omne agens moueretur: actio enim motus est: id autem aperte est falsum.

Nota.

Declaratur tamen conclusio, cum dicimus, agens per accidens moueri, non semper intelligas, quod illo motu, quo mouet, sed diuerso, verbi gratia: Cum ferrum candens agit in aqua, mouetur non illo motu, quo agit, nã per calefactionem agit in aqua, & hæc in aqua est, per frigiditatem verò, quæ in ipso est, ab aqua mouetur, vnde vt patiens est, motu in se habet: aliquando accidit, quod eodem motu, quo mouet, moueatur, sed per accidens, vt cum quis mouet seipsum.

4. conclusio.

Quarta conclusio. Ad hæc actionem

dictam, & passionem consequitur quædam relatio agentis ad passum, et ad rem factam, et vicissim patientis ad vtrumque, & contra: quæ etiam ipsdem nominibus actionis & passionis significari solent, quæ non tam actio et passio dici deberent, quam relatio actionis & passionis: certum enim est oriri vicissim inter hæc respectus, & relationes, seu habitudines quasdam inter se, cum non eodem modo se habeant inter se, sicut antea.

Per hæc facile erit ad argumenta respondere. Ad primum primæ opinionis respondeo, quod non dicit Aristoteles, quod illo motu, quo Deus faceret mundum, moueretur, sed quod alio: quia ipse putabat, quod vt de nouo ageret, oportebat mutari voluntatem ipsius, vt de nouo velle aliquid, vnde textus nihil contra nos. Verum est quod in eo decipitur Aristoteles, quia etiam si de nouo faceret, vt re vera fecit, non ob id mutatus est: nam ab æterno voluntatem illam habuit, & ex æterna voluntate tunc faciendi mundum, processit mundus in tempore, sed de hoc aliàs dicendum.

Ad secundum dico, quod ex parte passibilium sunt duo actus, et duæ potentie, ob id duæ passionis, at ex parte agentis vnica potentia, & vnus processus, propterea vna est actio, non enim opus est, quod in sit actio agenti, vt dicatur vna, sed quod ab vno agente sic procedat.

Quamuis nihil vetat ibi duas dicere actiones, vel totales, si separata essent ligna, vel partiales, si sunt cõiuncta, siquidem diuersos numero calores vtrobique producit, & diuersis motibus alterationis saltem partialibus.

Ad tertium dico, quod esse agens, & agere, non est omnino formalis denominationis, sicut esse album, tamen est denominatio formalis non habentis in se formam, sed formæ ab ipso dimanantis, & præcedentis, & à tali forma denominationis sumi potest, etsi non inheret denominationi, vt etiam in textu dixit Aristot.

Ad quartum dico: cuius est potentia, eiusdem & actus est, sed non quod semper illi inheret, sed quod inheret, vel ab ipsa procedat.

Responsum ad argumenta 1. opinionis. Ad primū.

Ad secundū.

Ad tertū.

Ad quartū.

Et si:

Ad quintū. Et similiter respōdetur ad quintum, non enim opus est, q̄ omnis perfectio sit interna, quamuis aliqui dicant actiones transeuntes non esse perfectiones agentium: sed mihi non placet, nam in vniuersum actus agētium naturalium sunt etiam perfectiones, vel certæ viæ ad perfectionem suam: naturalis enim actus perfectio est, & hæc omnia ex ipso Aristotele deducuntur. Verum est autem, quod si actus agentis non tenderet ad propriam perfectionem acquirendam, sed ad perficiendum aliud subiectum, quod quidem posset accidere, cum res in se esset omnino perfecta, vt in perfecto artifice aliquid operante, vt etiam in Deo mundum fabricante, & gubernante cōtingit, tunc per talem actionem non perficeret seipsum, sed aliud, nempe opus, quod facit, atque ita Aristoteles 6. Ethicor. concedit Prudentiam ab arte in eo differre, quod prudentia seipsam perficiat, ars vero alia à se, & res quas facit, & ex dictis liquet solutio ad aliarum opinionum fundamenta.

An motus distinguatur à suo termino.

Questio III.

Diximus motū esse viam in formam aliquam, puta qualitatem, quantitatem, substantiam, & locum: modò dubitatur, an talis via seu fluxus, & motus ab ipso termino, & forma in quam tendit, distinguatur.

opinio.

Et circa hoc est prima sententia Pauli. Ven. dicentis motū esse entitatem quandam successiuam, absolutam realiter distinctam ab ipsa forma, vt calefactio est entitas realiter distincta à calore, & subiecto, & non est relatiua, sed absoluta, & successiua, quæ non permanet, quando forma est acquisita, idem dicit de motu locali: est enim entitas à mobili realiter distincta, similiter generatio, & corruptio sunt entitates realiter à formis distinctæ, licet non sint successiue.

ratio.

Hæc sententia probatur. Primò: motus est quid successiuū reductiuè ad prædicamenta pertinent, at ipsi termini sunt formæ permanentes ad prædicamentum

pertinentes per se: non ergo idem est motus cum ipsis.

Secundò. Ipsa forma manet motu cessante, & transacto: ergo motus non est forma.

Tertiò Motus est causa, & via in formam, seu formæ fluxum: ergo non est ipsamet.

Secunda sententia est ferè communis realium; dicunt motum esse quiddam realiter distinctum à forma, sed esse entitatem relatiuam: vnde fluxus formæ, qui motus est, non est aliud, quàm relatio formæ imperfecte tendentis in perfectam, duarum relationes constituunt, & imperfectæ formæ, & perfectæ, adinuicem.

Tertia sententia est Nominalium, qui motum à forma non distingui putant, sed calefactionem esse ipsum calorem, & motum ipsam rem, & terminum, & motum localem ipsum mobile, quod mouetur: ac propterea propositiones, quibus ista inuicem affirmantur, veras esse docent.

Sit ergo prima conclusio. Ista via, & motus, quantum ad tres eius species, puta quantum ad alterationem, augmentationem, & generationem cum suis oppositis non est distincta realiter à termino, & forma.

Probatur, & sumo generationem. Si generatio est entitas realiter distincta à forma, vel est in eodem instanti, quo est forma, vel in alio. Paul. dicit esse in alio, tunc sic argumetur. Inter duo instantia semper mediat tempus: ergo inter instans, quo generatio est, & instans, quo forma est, datur tempus, quo neutrum est: ergo datur tempus in quo absoluta iam generatione nondum sit forma, & terminus, quod est falsum: non igitur talis entitas distincta realiter est: nec separabilis est ab ipsa forma, & termino.

Secundò. In communi est argumentum. Si motus est entitas distincta realiter à forma suam habens propriam existentiam in subiecto: ergo per aliquam mutationem habet esse, impossibile enim quod sit aliqua entitas absoluta ab alijs distincta, quæ non sit producta aliqua productione, præsertim cum illa talis antè non fuerit, & postea sit: quod si per

per mutationem aliquam habet esse, per tam de illa mutatione, an sit distincta: quod si non sit distincta ab illa entitate producta, idem dicere oportebat à principio, quod mutatio & motus non est distincta entitas à forma producta: si vero sit distincta, tunc erit processus infinitum: non ergo est multiplicanda illa entitas realiter distincta.

Secunda conclusio, motus localis non distinguitur realiter à mobili, quod mouetur, in hac conclusione fuit opinio Greg. 2. sent. dist. i. q. 4. qui putabat motum localem esse ipsum spacium, per quod est mobile, secundum quod aliter, & aliter se habet ad ipsum, quod mouet: vnde cum spacium distinguatur realiter ab eo, quod est in spacio: motus etiam, qui est spacium, distinguetur ab eo, quod mouetur.

Sed communis opinio est in oppositum, videlicet quod motus localis est ipse motus, quod mobile aliter se habet, & aliter ad spacium, & secundum nostram opinionem est via ipsius mobilis, qua se in loco constituit hoc, vel illo, nec est distincta realiter ab ipso mobili, vt in præcedenti conclusione probatum est.

Conclu.

Tertia conclusio: nihilominus motus, & terminus, seu motus localis, & mobile, ratione & definitione distinguuntur aded, vt talis distinctio sufficiens sit ad negandas affirmationes illas, puta calefactio est calor, actio est passio, & similes, quas expressè negat in textu Aristoteles.

Solut. argumentorum primæ opinionis. Ad primum & secundum.

Et per hanc conclusionem soluuntur omnia opposita argumenta adducta, & alia quæ possunt adduci: non enim posse vnum esse sine altero, aut vnum habere prædicata, quæ non habet alterum, arguit distinctionem realem illorum, sed solam distinctionem rationis, vnde 1. Physic. materiam, & priuationem numero idem, ratione duo docet esse Aristoteles. ac propter distinctionem rationis materia dicitur substantia, non autem priuatio: materia incorruptibilis, non priuatio, & alia huiusmodi: ita de motu, & termino: distinguuntur enim ratione: ob id, non quæ de vno dicimus, de altero affir-

mamus, quod tamen non arguit distinctionem realem.

Tertium argumentum est præcipue notandum, & iam nos in questione prima satis fecimus: motus enim natura præcedit formam: sed non quod realiter, sed ratione distinctus sit, hæc de motu satis.

CAP V T IIII.

De Infinito.

Quoniam autem de natura.

Tex. XXIII.



OSTQVAM de motu disputauit, de infinito nunc disserit, ac probat duplici ratione ad Phisicum pertinere de infinito agere. Prior est, Phisicus tractat de magnitudinibus, de motibus, de temporibus: sed horum omnium passio est finitum, vel infinitum: ergo etiam Phisicus de infinito tractat, & an sit, & si sit, & quid sit.

Aduertendum est autem, quod de his Phisicus considerat in ordine ad corpora naturalia: nam agit de magnitudine, vt de termino corporum, & de motibus, & de tempore in ordine ad tale corpus: de magnitudine enim secundum se, & abstracta mathematicus disserit, & de tempore secundum se, & secundum suas dimensiones Astrologus.

At ne quis existimaret omnes passiones Phisicas esse finitas aut infinitas, dicit id non esse: nam punctum, & affectus, nec infinita, nec finita sunt. Vbi nota, quod hic infinitum sumitur priuatiuè pro eo, quod non habet terminos, cum possit habere, & sic priuatum non est infinitum, nec finitum: est enim ipse terminus. Si enim sumeretur infinitum negatiuè pro eo, quod non habet terminum, tunc punctum infinitum dici posset, vt ipsemet Aristot. ipsum vocat inferius infinitum.

Quid sit infinitum prius citat id non esse: nam punctum, & affectus, nec infinita, nec finita sunt. Vbi nota, quod hic infinitum sumitur priuatiuè pro eo, quod non habet terminos, cum possit habere, & sic priuatum non est infinitum, nec finitum: est enim ipse terminus. Si enim sumeretur infinitum negatiuè pro eo, quod non habet terminum, tunc punctum infinitum dici posset, vt ipsemet Aristot. ipsum vocat inferius infinitum.

Quid sit infinitum prius citat id non esse: nam punctum, & affectus, nec infinita, nec finita sunt. Vbi nota, quod hic infinitum sumitur priuatiuè pro eo, quod non habet terminos, cum possit habere, & sic priuatum non est infinitum, nec finitum: est enim ipse terminus. Si enim sumeretur infinitum negatiuè pro eo, quod non habet terminum, tunc punctum infinitum dici posset, vt ipsemet Aristot. ipsum vocat inferius infinitum.

Dices, quid per affectum intelligit. Theophrastus, & Philop. intelligunt qualitates omnes, vt calorem, & albedinem, ac habitus, & potentias, & reliquas, hæc enim nullam habent magnitudinem per se, nisi ratione.

ione quantitatis, secundum quam extensa in subiecto sunt, propterea quanta per accidens dicuntur in prædicamento quantitatis, secundum se verò non sunt quanta: ob id nec finita, nec infinita. Hæc enim quantitatis passiones sunt, non alterius accidentis.

Qualitates non sunt quantæ per se, sed per accidens.

Psellus per affectum intelligit quodcûq; accidens præter quantitatem: his enim per se non competit diuisibilitas, nec finitum, vel infinitum.

At quamuis hoc verû sit, existimo esse dicendum cum Simpl & S. Tho. per affectus intelligi sensibiles solû quantitatis: hæ enim sunt, quas Physicus cõsiderat: de talibus enim affectibus sermo est.

Signû autem est, quod huius. Tex. XXV.

Secunda rō q̄ Philosophus debeat agere de infinito.

Posteriorem rationem ponit, quã ad Physicum pertinere de infinito tractare probat: nempe omnes Physici quibendè de rebus naturalibus tractarût, de infinito mentionem fecerunt, imò ipsum infinitum faciunt entium principiu, licet non eodem modo.

Varijs modis veteres posuerunt principium entium esse infinitum, quorum aliquid dicebat Pythagorei, & Plato. Quidam dixerunt esse per se, alij per accidens.

Ponit autem differentiam inter Philosophos, qui infinitum principium fecerunt, ac prima differentia est. Quidam dixerunt, infinitum esse substantiam non alicuius accidentis, ac isti dixerunt infinitum esse principium per se, & hi fuerunt Pythagorei, & Plato. Quidam dixerunt infinitum esse accidens substantiæ illius, quæ principium erat: ponebant aliquam substantiam esse principium, quæ cum infinitatem haberet, dicebant infinitum esse principium, sed per accidens, ac de his Philosophis inferius dicitur.

Discrimen inter Pythagoræ & Platonem.

Modò ponit discrimen inter eos, qui infinitum per se dicebãt esse principium, nempe inter Pythagoreos & Platonem: ac duplex inter hos statuitur discrimen. Alterum est, quòd Pythagoras non ponebat numerum, nec infinitum separatim, à sensibilibus, sed in ipsis sensibilibus tantam ipsorum substantiam, & præterea ponebat hoc infinitû intra cælû, & extra.

Et vt benè dicit S. Thom. non dicebat duo infinita, quia mundus hic intra cælum infinitatem non habet, sed dicebat

numerum infinitum esse in his, quæ intra, & extra cælum sunt: nam totû quòd extra cælum est, sensibilibus replebat: putabat autè numerum esse rei substantiã.

At Plato nihil dicebat esse extra cælû, nec ipse ideas: Cûm enim hæ non sint corpora, in nullo loco dicuntur, tamen numerum, & infinitû ponebat & in sensibilibus, & in ideis separatis.

Et hi quidem infinitum.

Tex. XXVI.

Alterû discrimen ponit inter hos, nempe in causa infinitatis: Plato enim tribuebat magno, & paruo: hinc enim prouenit infinitas eò, quòd diuisio cõtinui tam versus maiores, quam versus minores partes procedit in infinitum: at Pythagoras numero pari tribuit infinitatem, eò, quòd diuisio secundum duas medietates procedit in infinitum.

Secundum Plato, ex magno, & paruo prouenit infinitas.

Et aduerte: quòd nihil aliud significat hoc, quàm quòd vterque materiam facit causam infinitatis, quæ diuisibilis est in infinitum: at hanc materiam Plato magnum, & paruum, Pythagoras verò numerum parem vocabat.

Nota.

Notat enim Philop. quòd materia vocatur numerus par, forma verò impar: nã vt par est radix diuisionis, forma verò diuisionis, & vnitate, ita materia tribuit paribus diuisionem, forma vnitatem: vnde, quia binarius est primus par, ternarius verò primus impar, materia binarius, forma trinarius, ex vtroq; compositum quaternarius dicitur, ac propterea dicit Aristoteles, quod par coniunctum cum impari tribuit diuisionem, ac infinitatem: ac si dicat, materia est radix, vnde formæ etiam diuisibilitas proueniat.

Not. quam ob causam Pythagoræ vocat materiam numerum par, formam vnitatem.

Ponit tamen rationem, qua Pythagorei vtebantur ad ostendendum, quòd diuisibilitas, & multiplicitas sit attribueda numero pari, vnitas verò numero impari: in cuius gratiam aduerte, quod sicut Geometræ ex lineis figuras constituunt, ita etiã ex numeris Arithmetici. Inter si

Ratio Pythagoræ cur diuisibilitas debeat tribui numero pari.

ita etiã ex numeris Arithmetici. Inter si guras Geometricas vna est quadratula, quatuor rectis lineis constans: similiter est numerus arithmeticus quadratus, qui resultat ex quolibet numero ducto, &


Nota figuram sibi & ex lineis, & ex numeris.

mul.

multiplicato per se, vt bis duo faciunt quadratum, quæ sunt quatuor, & ter tria, & quater quatuor, & similia.

2. Nota. Gnomon, nec in figuris linearibus, nec numerorum mutatur figurã.

Aduerte secundò, quòd hoc inuenitur in quadratis Geometricis, vt tradit Aristoteles in Postprædicamen. quod per additionem gnomonem nunquam deperdant figuram, sed quæ semel est figura quadrata, manet semper talis. Est autem gnomon additamentum, quod fit ad duo latera quadrati super ipsius diametrum, quæ omnia nota sunt vel parum exercitato in Geometria, & nos declarauimus in Postprædicam.



Hoc etiam inuenitur in numeris quadratis, quibus si gnomones addantur, nõ mutant figuram.

3. Nota. In figuris numerorû ex vno numero quadrato addito gnomone, confurgit alterû quadratum, vt etiam in figura lineæ.

Aduerte tertio, quòd gnomones sunt omnes impares dispositi à primo quadrato: primus enim quadratus est quaternarius, reliqua vnitate relictâ, quæ non verè dicitur quadratû, cum in eo, & quadratum, & radix sint idem. Impares sunt gnomones, nempe 3, 7, 9, 11, 13, & reliqui, si ordine addas quadratis tales impares, semper efficiẽt quadrata, vt quaternario adde primum gnomonem, erit nouenarius, qui etiam est quadratus, puta ter tria. vltorius quadrato huic nouenario adde secundum gnomonem, puta septenarium, erunt sexdecim, qui est numerus quadratus, scilicet, quater quatuor; & huic si addas gnomonem tertium, erit quadratus, & sic consequenter. quòd si pares addideris, tunc mutantur figuræ numerorum, vt notum est, hæc ergo de causa, impar formæ, & vnitati similatur, par verò materiæ, & diuisibilitati, ac infinitati.

Hoc est igitur, quòd dicit Arist. (circûpositis gnomonibus circa vnû) gnomo-

nes vocat numeros omnes positos post vnitatem: tam pares, quàm impares, dicitur quòd si circa vnum singuli ponantur seorsum, id est, omnes ordinatè ponantur, tunc ex quibusdam semper fit vna figura, puta ex imparibus modo prædicto, ex alijs verò semper diuersæ figuræ: vt patet, si quadratis addas pares, mutantur figuræ, & hic est sensus huius loci, quamuis alij aliter exponant, est enim obsecurus locus.

Qui autem de natura.

Tex XXVII.

Explicit modò, quo pacto posuerint infinitum ij Philosophi, qui ipsum non per se principium fecerunt, sed per accidens, quatenus alia principia ponebant, quibus accidebat esse infinita, quorum aliqui vnum principium ponebant, puta ignem, aquam, aut ærem, aut medium: qui enim plura elementa ponebant, vt fuit Emped. finita illa facit.

Quomodo ponebant quidam veteres principium infinitum accidebat.

Alij ponunt non vnum, sed plura principia, infinita tamen, nõ continuatione, sed tactu, & coniunctione, ac numero, atque hi fuerunt Anaxagoras, & Democritus. Hi enim chaos posuerunt, in quo congesta erant infinita rerum principia, vt in seminario quodam, ex quo omnia postea facta sunt.

Primû discrimen inter Anaxagoræ & Democritum.

Sed differenter, nam Anaxag. dicebat esse infinitas partes omnium rerum similes, at Democ. figura differentes constituebat, vti diximus in 1. libro.

Atque ille quidem quamlibet.

Tex. XXVIII.

Alterum constituit discrimen inter Anaxagoræ & Democritum, nempe quòd Anaxag. quamlibet particulam existimabat esse sicut totum chaos, & Democ. quia in ea erant contentæ partiæ omnium rerum: ad hoc inducebatur: quia videbat quòdlibet fieri ex quolibet, cumque nihil de nouo fieret, dicebat in quolibet præcedere quòdlibet, sed latere, donec per generationem manifestetur: ac propter hoc etiam dicebat, quòd omnia fuerunt permixta simul in illo chao, vnde postea singulorum fuit separatio.

Secundum discrimen inter Anaxagoræ & Democritum.

Et ita duas ponit separationes: Vna est ab illo chaos, in quo omnia, & simul confusa erant. Altera est à singulis modò corporibus, in quo etiam latent modò, licet aliter sit ista, aliter illa separatio: & hic est sensus illorum verborum (principium segregacionis non solum in vnoquoque, sed omnium) id est, non solum est separatio, & segregatio ista, quæ in vnoquoque est, sed etiam fuit segregatio omnium rerum à chaos illo, & ita explicat Psellus.

r. Ratio. Anax.

Addit autem duas rationes, propter quas Anaxago. putabat talem segregacionem vniuersalem fuisse. Prior est: supponebat vnumquodq; ex suo simili fieri, vt ex materia: quia nihil de nouo fiebat, tunc dicebat, omnia generabilia sunt, licet non simul: ergo oportet ponere aliquod chaos, in quo omnia contineantur, vt omnia possint generari, & fieri, successe siue tamen.

a. Ratio.

Alter ratio est: quia erat vna causa efficiens, puta mens, causa illius segregacionis: ergo vnum erat principium, in quo omnia continebantur, vt omnia posset segregare. Hunc existimo esse loci sensum: & aduerte locum esse obscurissimū, vt omnes fatentur, alia verò expositio. nes mihi nō placent, sed ea solum, quam attulimus.

Democritus autem.

Tex. XXIX.

Explicatur sententia Democriti.

Quid verò Democritus diceret, modò adducit. Hic enim nō dicit in quolibet particula, & atomo esse aliorum omnium particulas, sed esse singulas impermixtas, figura differentes, ex quibus chaos illud compositū erat, tanquam ex multis, & infinitis partibus figura differentibus.

Cōcludit igitur ex hoc discursu Physico conuenire de infinito differere, cum mensi Philosophi de infinito loquantur.

Rationabiliter autem, & principium. Tex. XXX.

Commerdat Philosophos, qui infinitum porentes, confitebantur, quæ ex infinito sequebantur:

non laudat, quia infinitum posuerunt, sed cum ipsum posuissent, ipsum tale posuerunt, quale fuisse, si ipsum esset. Dixerunt autem tria de infinito. Primum, ipsum esse principium, & hoc rationabiliter dicebant: nam infinitum si est, non debet esse frustrā, & nullius virtutis: cum autem omne quod est, aut sit principium, aut principiatum, infinitumque principiatum esse non posset, fuisse principium. Probat autem, quod principiatū esse nō possit, nam si principiatum est, principium habet: non ergo erit iam infinitum, nam infinitum principio caret.

Prisci Philosophi postquam infinitum male posuerunt, bene tria alia de ipso dixerunt. Primum.

S. Thomas dicit hanc esse rationem non ex sententia Arist. sed ex mente antiquorum: est enim æquiuoca, & non conuincit, nam primò sumit pro principio rei, postea pro principio magnitudinis: infinitum verò est id, quod principio magnitudinis caret.

Quid sentiat S. Th. de hac ratione.

Græci verò hanc rationem esse bonam dicunt, vtrumque enim infinitum non habet principium. Demus enim quòd habet materiam, & formam, tunc aut essent finita, aut infinita: si finita: principiatum non posset esse infinitum: si infinita, iam infinitum esset principium, & ita bene dicunt antiqui, ita exponit Sim. & Alex. & Philop.

Quid Arist. Simplicius & Philop.

At Auer. dicit, quòd non possent esse materia, & forma infinita, nec principia illius, quia duo infinita esse non possunt, sed hoc examinabitur postea.

Quid Auer.

Præterea nec efficiens, aut finem poterit habere: quia vel essent finita, & hoc nō, cum infinitum non dependeat, nec fiat à finito: nec infinita, quia iam esset principium infinitum, & quia duo infinita distincta, & separata essent, quod repugnat: vnum enim replet omnia: bene ergo dicebant antiqui infinitum esse principium.

Dicebant secūdo, illud esse ingenerabile, & incorruptibile: si enim generaretur, haberet principium, & si corrumperetur, haberet finem: hæc autem repugnant infinito.

2. Quid dicebant antiqui, qui de infinito.

S. Thomas existimabat etiam hanc rationem æquiuocam, nam à principio temporis procedit ad principium magnitudinis, quod infinito repugnat: at reliqui

qui expositores bonam esse dicunt, & bene: quia si animal vnum nec totum generari, aut corrumpi simul posse videmus, multò minùs infinitum: similiter in reliquis generationibus rerū, vnde si principium generationis habet, saltem infinitum esse non potest.

Tertium.

Dicebant tertio, istud continere omnia, & gubernare omnia: hoc tamen non dicebat Anaxagor. qui hoc menti tribuebat, nec Empedo. qui liti, & amicitia hoc dabat.

Et aduerte, quòd id non laudat Arist. nam materialis principij non est gubernare. Dicebant similiter illi Physici plurimi, qui non nisi male principium ponebant: illud esse diuinum, immortale, & perire non posse.

Essè autem aliquid infinitum. Tex. XXXI.

Argumenta quibus probari possit dari infinitum. Primum à tempore. 2. Ex diuisione continuæ.

Ans fit infinitum disputaturus, ponit quinque notanda motiua, quibus esse infinitum sibi quis posset persuadere. Primum est, quia tempus est infinitum successiuè: nec videtur principium habuisse, nec habiturū aliquādo. Alterum est ex diuisione mathematica, quæ sit continuæ. Hæc enim in infinitum procedit, ac ob id mathematici videntur infinito, diuidentes quamlibet magnitudinem adhuc in alias diuisibiles.

3. Ex perpetuitate generationis.

Tertium est ex perpetuis, & continuis generationibus. Cum enim generatio in infinitum multiplicetur, semper, & generatio ex aliquo principio sit, videtur non posse aliter generatio esse perpetua, nisi infinitum sit principium, ex quo paulatim sumatur pars ad generationem quamlibet.

4. Ex extrinsecis terminis corporum.

Quartum est, quia omne corpus terminatur alio, vt terra per aquam, aqua ab aere, & sic de reliquis: si ergo vnumquodque circumscribi debet, oportet esse infinitum, nec ad vltimum non circumscriptum peruenietur.

Maximè autem.

Tex. XXXII.

5. Ex mente nostra.

Quintum motiuum ponit, quòd omnium præcipuum est. Dicit, cum omnibus dubitationem faciat, & magis ad rem pertineat, ac tempè quòd cogitatio nostra non deficit, nec sistit in aliquo finito: vt dato quouis numero, adhuc maior intelligitur, & data quantitate, & magnitudine, adhuc maior cogitari potest: si ergo cogitatio est eorum, quæ sunt in re: alia cogitatio mathematica esset ficta, nec mens impossibile cogitat per se: erit profectò in rebus numerus, & magnitudo sine termino, & infinita.

Præterea: quia extra cælum est spacium infinitum, ergo & corpus infinitum, & ita vtraque quantitas magnitudo, & numerus erit infinita. Nam illud infinitum spacium, vel est repletum, vel non: si repletum: ergo est corpus infinitum: ipsum enim infinitum est, si vacuū est, cur magis hoc, in quo iste mundus est, est repletum, quàm illud, in quo nihil est, & præterea, quia si vacuum est: ergo est locus aptus repleri: hoc enim est vacuum, puta quod caret corpore, sed aptum est repleri, (at in sempiternis nō differt posse, & esse: quod enim potuit esse, fuit,) sed illud spacium potuit repleri, & sempiternum est: ergo repletum est.

Cōfirmatur ex spatio, quod est extra cælum.

Vbi nota hanc maximam non esse Aristotelis adnotasse Burleum, & Simplicium, & alios ex Græcis, sed Archytæ, & Epicureorum, quorum erat hoc argumentum: imò in Arist. cælum est æternum, & tamen nō est idem in eo posse moueri motione crastina, & moueri modo enim potest, & non mouetur: idem in luna respectu luminis, &c. Alij tamen putant esse Aristotelis, de eius verò sensu in questione sequenti tractabimus.

In æternis id est esse, & posse, nō est maxima Arist. ex aliquorum sententia.

Habet autem dubitationem.

Tex. XXXIII.

Hæc materiam de infinito, siue enim dicatur ipsum esse, siue ipsum non esse, ex vtraque parte accidunt inconuenientia multa, & vltèrius dato, quòd sit, adhuc restant difficultates multæ, nempe an sit substantia, an sit accidens alterius, an neutro modo, sed sit aliquid infinitum magnitudine: aut aliqua infinita numero, & multitudine, quidquid enim dicatur, semper ex vtraque parte sunt difficultates, & inconuenientia. At quis

Concludit Arist. difficile esse tractationem de infinito.

non hæc omnia Physico discutenda sunt, concludit Physicum debere solum tractare, an sit magnitudo aliqua sensibilibus infinita.

An Physici sit de infinito tractare, & de quibusdam alijs dubijs de infinito circatext. Aristot.

Questio IIII.

Væstro hæc proponitur, ut ea, quæ in textu dicta sunt, magis factis obiectionibus declarentur. Prima est circa titulum questionis, apparet difficultas, nam infinitum non solum quanto, sed etiam enti in communi inest, cum ens aut finitum sit, aut infinitum, sed consideratio entis non est Physica, ergo nec consideratio in finiti.

1. Argum.

2. Secunda: quia infinitum non est, & si esset, illud esset incognoscibile, non ergo Physicus tractat de ipso.

3. Tertia: circa id quod dicitur si esset infinitum, non esset principium, videtur falsum, nam si esset aliquid quantum in finitum, non esset summum ens, igitur dependeret ab alio, atque esset principium.

4. Quarta: quia esse infinitum inest quantitati: at quantitas cum accidens sit, non potest esse principium substantiarum.

5. Quinta: circa id, quod dicitur in æternis posse, & esse non differre, videtur falsum, nam secundum ipsum Arist. Luna est quid æternum, & materia, & Luna potest eclipsari, non tamen eclipsatur semper: & materia potest recipere aliquam formam, non tamē semper illam recipit: & intelligentiæ possunt facere, quæ non semper faciunt.

6. Sexta: circa id, quod dicit text. 33. an sit substantia, aut accidens, an neutro modo. Videtur inepta distinctio, omne quod est, aut substantia, aut accidens est: non ergo datur medium, quod nec sit substantia, nec accidens.

Ad primū. Circa primum aduertendum est, multiplex esse infinitum. Primum est infinitum in entitate, nempe quod perfectio- nem in se, ac sua essentia habet illimitatā,

ac totius entis perfectionem compræhensionem, in dit: oppositio verò modo finitum, quod perfectionem in sua essentia limitatam, ac ad genus contractum aliquod habet. Primum soli Deo nostro, secundum omnibus, præter ipsum, cõpetit, ac tale finitum, vel infinitum ipsum ens diuidunt, quo horum nec à Physico considerantur, ut probat argumentum.

Alterum est infinitum in vigore, puta quod potentiam habet operandi infinitā, & tale per se ad Physicum, non spectat, quātum ad quid sit, quia tale infinitum est immateriale: bene tamen quātum ad an sit, eò, quod per motum talis virtus, & vigor probatur, ut dicitur in 8. lib.

Tertium infinitum est duratione, id nempe quod durat tempore infinito, sicut motus, tempus, cælum, & tale infinitum, ut infinitum est, quia in duratione consistit, à Physico consideratur.

Quartum infinitum est per indeterminationem ad recipiendum: sicut potētia materiæ dicitur infinita, quia indeterminatione nata ad formas sine limite, & tale infinitum etiam Physicum est, nullum tamen ex his in præsentia tractatur.

Quintum: est infinitum in quantitate, puta quod extensionis, aut numeri terminum non habet, siue actu, siue potentia, & hoc si fuerit abstractum à materia, est mathematicum, si verò in materia sensibili, est Physicum, & hoc in præsentia tractatur, ut ipse Arist. docet, & per hoc patet solutio argumenti, nō enim infinitū in communi Physicus spectatur.

Ad secundū, respon. duplex esse infinitum in quantitate, aut actu, aut potentia. Infinitum actu est, quod actu habet magnitudinem infinitam, aut multitudinem, quale esset vnum vtrinq; in terminatum continuum, aut vnus illimitatus numerus, & hoc infinitum non est, ut dicitur postea. Actus scilicet est de ipso quantum ad quid nominis, quantum verò ad quid rei ipsius est scilicet per negationē, puta quod non sit, nec esse possit.

Infinitum potentia est, quod ipsius diuisio terminari non potest, nec ipsius augmentum, nec paruitas, qualis est numerus, quia quocunq; dato datur maior,

non

non tamen vnquam actu infinitum est: similiter lignum, & quodlibet cõtinuum, quod nunquam diuisione absumi, & finiri potest, & tale Physicum est, cum est sensibile, ut diximus, & hoc bene cõprehendi potest, quamuis ipsius infinitas non compræhendatur distinctè quo ad numerum partium, ad quas est in potentia, tamen absolute ipsius infinitas intelligitur, dum tale cognoscitur, quod nunquam esset ipsius quantitas: hoc est enim esse potentia infinitum: an verò tale infinitum in rebus Physicis esse possit, discutimus, hoc tamen à Physico consideratur, an sit, & quid sit, & sic soluitur argumentum.

Ad tertium aliqui dicunt, quod si esset vnum infinitum quantum, illud esset infinitum ens, quia haberet infinitas partes quarum singulæ haberent suā perfectionem; vnde haberet infinitam perfectionem, sed hoc esset esse infinitum ens, vnde non haberet vllum principium.

Hoc nullo modo videtur tenendum: quia illa perfectio non excederet genus quātum, at infinitum ens omnem perfectionem omnium generum, quæ sunt, & esse possunt in se habet: non ergo concedendum est illud ens omnino, & simpliciter esse infinitum, sed finitum ens, & limitatæ perfectionis, & haberet principium: imò multi doctores dicunt Deum posse infinitum facere, non tamen ob id docent illud tale infinitum quātum esse infinitum ens, vnde si esset infinitum, nō esset summum ens, sed dependeret à summo ente, imò posset materia, & forma constare.

Quod si Arist. dixit nullum habitum principium, si esset, sed ipsum futurū esse principium, intellige de principijs, quæ ad generationem concurrunt, & ita est re vera, quod non posset esse factum per generationem ex aliqua materia, nec ex forma, nec ab efficiente, nec à fine, sed potius ipsum generationis debuit esse principium, non per generationem principiarum: hic enim est sensus Arist. maxime, quia hoc infinitum cum sit quātum debebat esse in materia, vnde pertineret ad principia quantitatis.

Soluitur igitur argumentū, non enim loquimur, nisi de principio in generatione, & infinitum nullum tale poterat habere, quod si haberet, non infinitum esset eò, quod materia, forma, efficiens, finis, quæ ad generationem cõueniant, finita, omnia necessariò sunt ad singulos effectus: potius ergo infinitum esset materia infinita, ex qua singulas partes detrahendo singulas faceremus generationes.

Ad quartum notandum ex landu. hoc l. 3. q. 8. quod infinitum si esset, tripliciter posset considerari. Primo secundum formale suū, quod priuatio est, puta negatio extremorum, & limitum, & secundum talem priuationem non esset principium. Altero modo secundum quantitatem ipsam cuius terminos non habet, & tunc non esset principium per se, sed per accidens substantiarum. Aut tertio secundum substantiam illam, quæ tali quantitati substaret, & sic esset principium per se, vnde omni ex parte principium esset: non enim quantitas sola per se esset separata: propterea in textu vidimus, quomodo illi Philosophi, qui dicebant substantiam substare in finito, consequenter dicebant infinitum esse principium per accidens.

Quod si nihil subesset infinito, sed ipsum per se stare, tunc dicendum erat illud esse substantiam secundum se infinitam, non ratione quantitatis adiunctæ, & hoc dicebant Pythagoræ & Plato, dicentes, infinitum esse principium per se, sed id esse non potest: non enim tale infinitum secundum extensionem contingit, nisi ratione quātum: hunc soluitur argumentum.

Ad quintum, aliqui illam propositionem, (ut in textu dixi,) non esse Arist. sed Architaræ asserunt, ut Burlæus, Simplic. & alij Græci. Alij verò ipsius Arist. esse dicunt: nam, & ab Arist. concessa est in Metaphysic. text. 17. quam obrem examinanda est: quia aliquid veri cõtinet, & in alio sensu accepta falsa esse potest.

Landu ergo q. 9. huius lib. dicit duplicem esse potentiam, secundum quod duplex est esse. Est quoddam esse accidentale, quoddam substantiale, ut esse hominem, &

Ad argum.

Ad 4. Nota si infinitum esset, tripliciter posset considerari.

Ad 5. dubiū. An in æternis sit idem esse, & potest.

sem, &

rem, & esse album. Ita est duplex potentia, ad esse substantiale, & ad esse accidentale, loquendo de potentia passiva: dicitur ergo immaterialia, si sint sempiterna, non sunt in potentia ad vllum esse, sed potentia illorum est esse.

Potentiam substantialem non esse in æternis, esse tamen accidentalem.

Dicitur secundò, quòd materia etiã sempiterna, vt celi, & materia prima, secundum Arist. non sunt in potentia ad esse substantiale, sed posse in eis esse, nec vnquam fuerunt in potentia tali, sunt tamen etiã secundum Arist. in potentia ad accidentale, vt materia est in potentia ad formas, quæ cum non sint de ipsius essentia, possunt dici velut eius accidentia, & celi, seu calorum partes sunt in potentia ad locũ, & Luna ad eclipsim, & sic patet explicatio illius maxime, & propositionis.

Hæc doctrina vera est, & mihi placet, & Aegid. videtur idem dicere, dum docet illam propositionem intelligi de esse, & potentia substantiali.

Obiectio.

Quod si obijcias non videri sic facere ad rem illam propositionem: nam locus non est in potentia essentiali ad locatum, & corpus, sed accidentali magis, quã materia ad formam, & tamen per hanc propositionem probat Aristot. quòd deberet habere corpus, nam posse, & esse, idem sunt in sempiternis.

1. Solutio secundum veritatem.

Respondeo dupliciter, Vno modo secundum veritatem nostrã, qua tenemus solum Deum æternum. Altero modo secundum Arist. qui multa æterna posuit. Secundum veritatem de Deo dupliciter possumus loqui. Vno modo quãtum ad ea, quæ in eo sunt, & tunc non differt posse, & esse, simul enim, & idem est vtrumque: vnde posse generare suum Filium, & generare simul fuerunt cum ipso Deo: posse esse bonum, & esse, imò nihil est potentialis receptivæ, sed totũ est esse. Altero modo quãtum ad ea, quæ extra ipsum sunt, quorum habet potentiam actiuam tantum: & quia ista potentia actiuã est libera in eo, non sunt simul posse, & esse, sed posse est æternũ: quia est ipse Deus, creare verò, & esse, quæ in creaturis sunt, non sunt idem, & simul cum posse creare: non enim cum potuit creare, creauit, sic enim ab æterno crearet.

At secundum Aristotelem, qui multa esse æterna falso putauit, respondeo, quòd potentia, tam actiuã, quã passiuã, siue substantialis, siue accidentalis, fuerunt simul, si comparentur potentia ad proximos actus: Deus enim simul habuit potentiam faciendi mundum, & fecit: materia simul habuit potentiam recipiendi formã, & recepit: Luna simul habuit potentiam recipiendi lumen, vel amittendi, & amisit, vel recepit: vnde si ille locus esset in potentia ad corpus recipiendum, receperet, & recepit iam antea, & ita procedit argumentum. Sed soluitur hoc argumentum, quia illi actus non sunt proximi, & adæquati: proximus enim actus materiae est recipere formã aliquã hanc, vel illam, & hoc simul cum potentia recepit: proximus actus celi, & causarum vniuersalium est motus in communi, & productio particularium, & hic cum ipsis potentijs fuit.

2. Solutio secundum Aristot.

Itaque in particularibus actibus, & motibus, & formatum particularium receptionibus, non est idem esse, & posse, etiã si secundum Aristot. essent æterna, sed in communi solum, vt explicauimus. Posset tertio dici, in vniuersum simpliciter, & per se, in æternis, idem est esse, & posse, intelligẽdo formaliter, id est, in eo, in quo est æternũ, siue sit essentia, siue accidens eius.

Itaque quicquid sit sempiternum: si essentia, in ea esset simul esse, & posse esse: si accidentalis ratio eius esset æterna, simul esset, esse tale, & posse esse tale: & hoc modo maxima illa vniuersaliter, & per se esset vera, formaliter eam intelligẽdo: atque hoc diligentius adnota.

Ad 6. expositio Alexã.

Ad sextum, Alexand. vt refert Simpl. aliter exponit illum locum, & mihi placet expositio, quòd illud verbum, neutro modo, sit negatio duarum illarum partium, substantia, & accidentis, singularũ per se, vt sit sensus: an sit substantia, nec ne: iterum, an sit accidens, nec ne, & ita exponit etiã Alber. & est bona expositio. Sed tunc videtur secunda quæstio inutilis, quia si non est substantia, est accidens, & si est substantia, non est accidens.

2. Solutio aliorum.

Alij dicunt, quòd non dixit, an sit accidens,

dens, sed an sit accidens per se, & passio alicuius subiecti, & inter proprium accidens, & substantiam, datur medium, puta commune accidens. Hæc doctrina vera est, sed non videtur ad propositum.

3. Solutio verior.

Propterea respondeo duo. Alterum est quòd per substantiam, & accidens intellexit ea, quæ sensibilia sunt: & per ea, quæ neutro modo sunt, intellexit separata. Alterum est, quòd non ponit hanc secundam partem tanquam concessam, sed tanquam dubitatã: qui enim dicit, an sit homo, nec ne, non ob id dicit non esse hominem, sed dubitat, ita in quæstione hac. Atque de his tractenus.

Maximè autem Physici est. Tex. XXXIIII.

Ponuntur diuersæ notiones illius vocabuli, infinitum.

CVm de infinito opiniones Philosophorum recessisset: ac rationes dubitandi de infinito posuisset, nunc disputationem aggreditur: at quia infiniti vocabulum est multiplex, ipsius significationes exponit prius. Et quamuis S. Thom. aliter in his numerandis procedat, tamen Græcorum omnium, & Alb. expositione sectabimur. omnes hi quinque modos, & significationes infiniti faciunt.

Prima acceptio.

Prima est. Infinitum dicitur, quòd non est pertransibile eò, quòd non habet spatium aliquod, & quantitatem, quomodo punctum, & omnia, quæ quantitate carent, sic infinita dicuntur. Et ponit exemplum, vox dicitur inuisibilis, non solum, quia non videtur, sed quia etiam caret potentia, vt videatur.

Secunda.

Alterata est. Infinitum dicitur, quòd cum spatium habeat, & transitum, sed is est inconsummabilis, & hoc (vt notat Simpl.) dupliciter provenit, aut propter spatium ipsum, quia nimirum est quantitas non habes terminum, propter interminatam extensionem aut multitudinem eius, & sic propriè dicitur infinitum. Aut propter figuram, quo pacto circulus dicitur infinitum: quia ratione figuræ non est terminus assignabilis.

Tertia.

Tertia est. Infinitum dicitur, quòd habet transitum, & finem, sed vix consummari potest: aut quia cum difficultate per-

agitur propter longitudinem spatij, quomodo via longa dicitur infinita: aut quia etiam difficile peragitur, propter figuram, vt Labirynthus dicitur sic infinitus, & sic exponunt hunc modum Pselus, & Philopon.

Quarta.

Quarta est. Infinitum dicitur, quòd cum possit habere transitum, non tamen habet propter aliquod impedimentum, vt via pelagi in profundum sic est infinita, quia ratione aquæ transitum non habet, & ita explicant Themist. Alexan. & Albe. similiter via à tropico in tropicum dicitur infinita, ratione enim æstus non potest transiri.

Quinta.

Quinta. Infinitum dicitur, quòd nunquam terminatur ipsius quantitas, aut in appositione, vt in additione cõtinui, aut in diuisione, aut vtroque modo, vt tempus, motus, & continua, quia nec maximam partem, nec vltimam diuisionem accipere possumus.

Nota.

Hic notandum ex Simpl. quòd dicit, omne infinitum esse huiusmodi, non quia ista significatio comprehendat alias, sed quod huiusmodi infinitum sit in rebus, & propriè dicatur: reliqua autè non sunt, aut impropriè infinita dicuntur: in præsentem verò disputatio fit de infinito secundo modo, vt propriè sumitur.

CAPVT V. Separabile igitur esse. Tex. XXXV.



Aggreditur modò disputatione de infinito secundo modo, ac probat non posse esse substantiam solam, & hoc est quòd dicit, non esse infinitum separabile à sensibilibus, vt Græci exponit: illo enim modo Pythag. & Plato dicebant esse infinitum, ac facit argumẽtum: nullum indiuisibile est infinitum eo modo, quo hic disputamus: at omnis substantia est indiuisibilis: ergo nulla substantia est infinita. Minorem hoc argumẽto probat: omne diuisibile aut est magnitudo, aut multitudo: nulla substantia est magnitudo,

De infinito quantitate in substantijs abstractis. Probatur non dari infinitum, in quantitate, in substantijs abstractis. Ratio.

aut multitudo : ergo nulla substantia est diuisibilis: ergo indiuisibilis.

Nota.

Vbi nota omnia hæc argumenta concludere solum de infinitate quantitativa: hanc enim probant nõ dari in abstractis: vnde nec de infinitate Dei, nec de numero animarum, vel Arist. vel aliquis ex Græcis interpretibus constituit in hoc libro: quare licet, & Deus sit infinitus secundum Aristot. vt est, & animæ hominum sint immortales, nullum hinc sumi potest argumentum, vel contra veritatem, vel contra ipsum Aristot. cum hic de sola infinitate quantitativa ipsius substantiæ loquatur.

Si verò secundum accidens.

Text. XXXVI.

Nota, quomodo sit intelligendus Aristot. Probatur, nec abstracta esse infinita per accidens.

Quod si respondeatur illam substantiam non esse per se diuisibilem, sed per accidens, puta ratione quantitatis, & sic poterit esse infinita per accidens, argumentatur contra hoc, sequitur, quod non erit principium, & elementum entium secundum id, quo infinitum est, sicut vox secundum id, quo indiuisibilis est, non est materia dictionis, & ita nõ erit infinitum principium per se, vt Plato volebat.

Amplius, quomodo contingit.

2. Ratio.

Secundo probatur, quod illa substantia non sit secundum se infinita. Minus est separabile infinitum à quantitate, cum sit ipsius passio, quàm quantitas ab infinito, cum sit subiectum: passio autem magis dependet à subiecto, quàm subiectum à passione, sed non est quantitas sine finito, vel infinito: ergo nec ista sine quantitate, non ergo infinitum est per se substantia. Et nota quod loquitur de infinito secundum extensionem, vel multitudinem, de quo illi etiam Philosophi loquebantur, ponentes principium infinitam substantiam.

Manifestum aut & quod non contingit. Text. XXXVII.

3 Ratio pro eodem.

Tertio probat, quod infinitum non sit secundum se substantia: pro de-

claratione notandum. Primum, quod in simplicibus, & compositis entibus aliter se habent esse, & id quod est: in compositis enim, tã substantialibus, quàm accidentalibus, aliud est esse, aliud quod est: esse enim præcipue à forma est, vt albedo dat esse albi, & anima dat esse hominis: at id quod est, est totum compositum ex materia & forma, aut ex subiecto, & accidenti, vt homo, & album. At in simplicibus substantijs nõ inuenitur huiusmodi distinctio, sed idem est esse, & id, quod est propter ipsarum simplicitatem.

1. Nota.

Aduertendum secundò, quod cum infinitum secundum hos sit principium, debet esse substantia simplex, ac consequenter idem est esse, & id, quod est, sicut idem est forma, & esse formæ: quia simplex est. Ex his sumit Arist. quod si istud infinitum est substantia per se, & non est accidens alterius, cum sit principium, erit simplex, & ita idem erit in eo esse infiniti, & infinitum. Vnde quicquid habet esse infiniti, erit infinitum.

Tunc ergo sic nequitur argumentum: Illa substantia, vel est diuisibilis, vel indiuisibilis. Si indiuisibilis, non erit infinita, vt notum est. Si diuisibilis: cum sit simplex, quælibet partes participabant esse totius, hoc autem est infinitum: ergo quælibet partes habebunt esse infiniti: ergo ex fundamento quælibet pars erit infinita, sicut quælibet pars aeris est aer: quia partes sunt eiusdem rationis cum toto: id autem absurdum est: non ergo infinitum secundum se est substantia, nota rationem hæc, quæ est Metaphysica, ac ob id obscura.

Secundum ergo accidens.

Text. XXXVIII.

Continuat rationem.

Continuat rationem. Cum non possit esse substantia per se infinita, erit per accidens, id est, mediante aliquo accidenti, tunc autem iam infinitum non erit principium, sed potius illa substantia, cuius accidens est infinitum: vnde reprehendit Pythagoreos, qui dicunt infinitum per se esse substantiam, & infinitum hoc partibile ponunt, cum tale infinitum sit secundum quantitatem.

Sed

Sed fortassis hæc quidem.

Text. XXXIX.

De qua infinitate agat Arist.

At quia quæstio ista, nempe an substantia secundum se possit esse infinita, transcendebat limites Physicos, contrahit sermonem, dicens, an in vniuersum sit infinitum. In mathematicis, & intelligibilibus tractare non est Physicum, sed solum disputare, an sit infinitum, quantum in corpore sensibili, & hoc determinare, præsentis est disputationis.

Sed dubium non est, nullam substantiam intelligibilem posse infinitam esse, nec ipsam substantiam secundum se, nisi ratione quantitatis, loquendo de infinito extensiuè: quia extensio, est ratio propria magnitudinis, quæ ab ipsa nequit separari, & nos supra docuimus in lib. I. vbi non est quantitas, nullam esse posse extensionem.

Nota.

Vbi iterum aduerte, quod superius diximus de solo infinito in quantitate hoc loco tractari.

Logicè igitur speculantibus.

Text. XL.

De infinito sensibili, quod nõ sit, disputat rationibus dialecticis.

Incipit modò circa infinitum sensibile rationibus logicis disputare, ac primò probat, non esse corpus sensibile, imò nec intelligibile, id est, Mathematicum, & abstractum infinitum sic: Corpus est, quod superficie, aut superficiebus terminatum est: ergo infinitum non est: infinitum enim non est terminatum. Antecedens est notum: hoc enim est esse corpus quantitatis: dicitur, superficie contentum, propter corpus: circularè dicitur superficiebus, propter alia corpora.

Notandum autem, quod hic argumentatur contra eos, qui ponunt substantiam infinitam, sed per accidens, nempe ratione quantitatis.

Obiectio. Solutio.

Dices, quare hæc ratio logica probabilis dicitur, cum à definitione procedat, Respondeo Philop. & bene: quia illa corporis definitio non est data ab his, qui infinitum ponunt, imò negaret ipsam, sed probabiliter est sumpta.

At verò neque numerus.

Text. XLI.

PONIT secundam rationem logicam de numero, ac præmittit (vt dicit Simplicius,) numerum non esse separatum, sed in ipsis rebus numerabilibus. Est autem huiusmodi ratio. Numerus autem habens numerum, numerari, & computari potest: hoc enim est esse numerum, vel numerabile, sed infinitum non potest computari: ergo non est numerus: non igitur est infinitum in numero.

Physicè autem magis speculantibus. Text. XLII.

Rest rationes logicas ad rationes Physicas se conuertit, ac nullum sensibile corpus infinitum esse posse probat, atque huiusmodi facit argumentum, si esse posset tale corpus, vel illud esset simplex, qualia sunt elementa: vel mixtum, vel esse finitum. Sed neutrum esse potest: non ergo possibile est infinitum corpus.

Aduerte autem, quod loquitur de corporibus ad generationem attinentibus: nam de cælo alia est ratio, pertinens ad libros de cælo.

Probat singulas partes illius minoris, Probatur & primò, quod non sit mixtum. Si esset mixtum, tunc vel componeretur ex infinitis elementis, & principijs multitudine, & hoc iam reprobatur est in lib. I. contra Anaxag. vel ex elementis numero finitis, puta ex his quatuor, igne, aqua, & cæteris. Quod autem hoc fieri non possit, probatur: vel omnia erunt infinita in continuo, vel vnum tantum infinitum, vel nullum infinitum: hoc tertium clarum est fieri non posse: ex finitis enim non constat infinitum.

Secundum verò, quod vnum sit infinitum, reprobatur. Mixtum componitur ex contrarijs æquali proportionem se habentibus ita, vt vnum nõ conuertat in se aliud: non enim sic mixtum fieret: sed si vnum esset infinitum, ipsius virtus omnia alia vinceret, ac in se conuerteret: nõ igitur ex vno infinito, & alijs finitis fieri potest mixtum.

Nota posset vnum esse infinitum, & cætera finita.

Et ponit exemplum. Sit ignis finitus alicuius virtutis: sit aliqua aeris pars correspondens igni, qui sit minoris virtutis, quam ignis: re vera si aer infinitus sit, ignis autem finitus, quantumcunque ignis vincat singulas partes aeris per se, tamen à toto aere infinito vincetur.

Nota.

Vbi nota, quod crescit a ctiuitas, & fortitudo agentis, ex additione quantitativa rei, quamuis non admittat hoc Philopon. sed hoc posterius est examinandum: solum hic notandum erit, quod in mixto vnum elementum non vincit aliud, vt in se conuertat, sed ad temperiem omnia redacta inuicem se corrumpunt, & mixtum tertium componunt, idque est in mixtione: in hoc enim differunt mixtio, & generatio.

Vnumquodq; autem infinitum esse. Text. XLIII.

1. Non possent omnia esse infinita

Reijcit aliud membrum, quod omnia sint infinita: quia tunc cum corpora sint, singula secundum omnem dimensionem essent infinita: cum non maior esset ratio, quare secundum vnam potius, quam secundum alteram, essent infinita: & præterea, quia corpus, vt corpus, trinam dicit dimensionem, si ergo vnum illorum vndiq; esset infinitum, omnia replet, nullumq; alium relinqueret locum, & iam plura esse possent, nec esset mixtum infinitum.

At verò neque vnum, ac simplex. Text. XLIII.

2. Probat altera pars argumenti. 1. Non possent dari corpus simplex infinitum.

Superioris argumenti alteram partem probauit, puta non esse infinitum corpus aliquod mixtum, modò probat alteram, quod nec sit corpus simplex, ac probat, quod non sit corpus simplex aliquod ex his elementis, nec quale posuit Anaximander, vt refert Themist. & Philopon. hic enim dixit principium esse corpus quoddam infinitum, non elementum aliquod ex quatuor, sed mediam substantiam inter ignem, & aerem, ac simplicem, ex qua etiam elementa sunt facta.

Ponit autem rationem, qua mouebatur Anaxim. vt tale corpus poneret. R. a.

tio autem erat: quia cum principium sit infinitum, si esset aliquid ex elementis, quia in eis est qualitas actiua, & contraria, tunc vinceret, & corrumpere omnia, atq; ad sui potius naturam traheret: posuit igitur corpus medium expertillarum contrarietatum, vt quamuis infinitum esset, non tamen omnia corrumpere.

Impossibile autem est esse tales. Text. XLV.

Reprobat non posse esse tale corpus infinitum, ac primò reprobatur non de facto ratione infinitatis, sed quia tale corpus non est in natura: nam qua parte dicitur infinitum, simul impugnabitur, dū in communi probabitur etiam de alijs simplicibus non esse infinita.

Ratio autem, qua probatur non esse illud corpus, est hæc. Omne mixtum resoluitur in elementa, ex quibus componitur: at solum sentimus quatuor corpora, nullo autem sensu experimur illud: non ergo compositio est ex illo corpore vlla. Et hæc ratio bona est, nā Physicus, quamuis rationalis sit, non debet in vniuersum destituere sensum, præsertim quod si illud esset sensibile corpus, sentiretur utiq; ac elementa in illud resolverentur, & verterentur, quod non apparet.

Neq; igitur ignis, neq; vllum. Text. XLVI.

Probat autem modò, quod nullum simplex elementum possit esse infinitum, & dicit, quod præter inconueniens supra positum, nempe quod si esset infinitum, non relinqueret alijs locum vllum, est adhuc aliud impossibile, quod omnia conuerteret ad se, quod esse non potest, quamuis Heraclitus dixerit, omnia, & mundum ipsum, cum finitus sit, tandem in ignem esse conuertendum, quod falsum est: non ergo aliquod ex elementis infinitum est.

Eadem autem ratio est. Text. XLVII.

Dicit hoc idem esse si corpus illud esset medium: nam si esset elementum, haberet aliquam contrarietatem:

Probatur 1. de facto tale corpus non dari.

2. Ex loco, corp enim infinitum lo. cum alijs relinqueret & præterea ex conuersione omnium in se.

3. Nec illud corpus posset esse naturæ cuiusdam media.

ratem: non enim generatio fit, nisi secundum contrarietatem: cum autem infinitum sit, omnia etiam conuerteret in se: at quia de igne mentionem fecerat, concludit per has rationes non solum de igne, aut de medio corpore, sed de quouis elemento probari posse non esse infinitum, ita Philop.

Dubium.

Dubitatur quomodo principium generationis debet habere contrarietatem, nam nec materia habet qualitates contrarias secundum se, non ergo elementum hoc habebit.

Solutio.

Respondeo, si materia secundum se non habet contrarietatem, in se tamen recipit formas contrarias, vnde generatio fieri possit: & materia cum illis contrarijs & formis, quæ se inuicem transformant, facit elementa. At cum isti Philosophi ponerent substantiam simplicem elementum, tenentur dare contrarietatem illi elemento, sicut modò dicit Arist. elementis: vnde non debent comparari materiæ primæ: hæc enim sola non facit generationem, sed per contraria, quæ debent admittere hi, qui elementum simplex faciunt.

Quod autem omninò impossibile. Text. XLVIII.

1. Ratio principalis non posset esse in communi corpore infinitum.

Probat modò in communi nullum posse esse sensibile corpus infinitum, & facit hoc argumentum. Vel illud esset homogenum, & simile, cuius partes essent eiusdem rationis cum toto, vel dissimilare, & eterogenum: neutrum autem esse potest: probat in hoc textu, quod non sit simile, & supponit duo. Alterum est, omne corpus sensibile esse in loco proprio naturali, ac esse locum etiam cuiusq; corporis sensibilis. Alterum est, quod idem est locus naturalis totius, & partis, vt locus terræ, & glaciæ, & locus ignis, & scintillæ, quæ est pars ignis.

1. Suppositum

2. Suppositum

Si pars infiniti sensibilis separatur, nec esset mobilis nec immobilis. Probat id primò.

Est modò argumentum ingeniosum de parte huius infiniti aliqua separata, & abscissa à toto. Si esset infinitum sensibilis, ipsius pars nec esset mobilis, nec immobilis: hoc autem est falsum: ergo non est infinitum. Probat sequela, demus illam particulam: probò quod sit immo-

bilis. Si moueretur, moueretur ad locum totius: sed locus totius cum infinitum sit, & occupet omnia, & sursum, deorsum & vndiquaque, illa igitur particula non magis ad locum sursum, quam ad deorsum, quam ad latera est inclinata: non ergo mouebitur, cum non habeat vllam de terminationem.

Præterea: quia si moueretur, tenderet in infinitum, quia locus suus infinitus est, nec ipsa replet totum: mouebitur ergo sine termino, quod est impossibile: non igitur est mobilis. Quod verò nec sit immobilis.

Patet: Locus ipse est totum spacium totius: cum igitur non sit occupatum, non magis quiescet hic, quam illic, non ergo immobilis erit: si enim esset immobilis, alicubi quiesceret: at non est maior ratio, cur hic, quam illic quiescat: non igitur erit mobilis, nec immobilis, & consequenter nec ipsum totum, quod est eiusdem rationis cum parte, & hoc procedit ex natura ipsius rei, quæ verè non esset mobilis, nec immobilis.

Quod si dicas, eadem est ratio modo de partibus elementorum. Dico non esse, quia elementa habent determinatum locum sursum, aut deorsum, & terminos loci determinatos, quos ipsa nec ipsorum partes transgredi possunt.

Si verò dissimile sit. Text. XLIX.

Alteram prosequitur argumenti partem, nempe, quod non sit dissimilare: vocat autem dissimilare cuncti argumenti tale corpus posset esse eterogenum. in hoc loco, quod partes habet diuersæ speciei, sicut simile quod partes habet eiusdem speciei: & facit hoc argumentum. Si partes illius infiniti sunt diuersarum specierum, vel sunt finitæ species, vel infinitæ, vtrunq; autem esse non potest.

Probatur primò. Si enim sunt finitæ species, necesse est, quod vna pars ad minus sit infinita in quantitate, nam ex finitæ.

Probatur aliter pars se cuncti argumenti tale corpus posset esse eterogenum.

Illæ species partium non possunt esse finitæ.

atque ad se traheret, unde non esset dissimulare, sed vnius speciei, illius nempe, quæ esset infinita, hæc enim aliàs in se cõuerteret, vt dictum est superius.

Si autem infinita, & simplicia.

2. Non pnt esse infinita.

REprobat alteram partem, puta, quæ sint infinitæ species, quia tunc essent infinita elementa, & infinita loca: pro diuersitate enim rerum specifica est locorum diuersitas: at elementa, & loca infinita esse nõ possunt, vt alibi, puta 2. gen. & 2. de celo probat: non ergo tale corpus esse potest infinitum.

Nota tale corpus non posse esse cõtinuũ.

Et notandum, quod hoc corpus si esset, non posset esse continuum, sed continuũ, & vnum per aggregationem, vt in principio textus dixit: quia res diuersarum specierum non possunt esse continuæ.

Solutio, quam quis posset afferre. Refellit.

At posset quis dicere, quæ inuis locus sit finitus, potest tamẽ corpus infinitum esse. Hoc reijcit docens, locum debere esse æqualem locato, cuius rationem subdit, si enim esset minor, non posset locatum solum in eo consistere, & ita locatum esset extra locum naturalem suum, si verõ esset maior, non repleretur à locato suo naturali, & sic maneret vacuum ex parte, quæ duo fieri nequeunt.

Et propter hoc nullus eorum.

Nota hanc partẽ textus vltimo esse loco ponendam in eo textu 49. vt clarus fiat textus.

HÆC verba magnam difficultatem afferunt expositoribus Græcis & Latinis, nec aptam inueniunt expositionem, ad eò, vt Philop. arbitretur deficere aliquid textui, rediderim esse transponenda verba aliquot, quod nõ facimus, videlicet ab illo loco (& propter hoc nullus eorum) vsque ad illum (si autem infinita, & simplicia) sunt collocanda in fine ipsius text. 49. & apparet sensus ita clarus, & distinctus, vt manifestõ cõuincamus id debere fieri, & scriptorum iniuria prouenisse difficultatem.

Cum igitur dixisset, nihil esse extralocum naturalem proprium, laudat antiquos quosdam, qui ponentes infinitum elementum, non posuerunt illud ignem, aut terram, quia experientia ostendit hæc loca certa habere sursum, aut deorsum,

quod si infinita essent, nec ad sursum, nec ad deorsum determinarentur: sed posuerunt aquam, aut aerem: quia ista partim sursum, partim sunt deorsum, nec extrema determinant sibi: vide clarissimũ sic reddi sensum, est autem id obseruatione dignum.

Anaxagoras autem inconuenienter. Text. L.

Reprehensio Anaxagoræ, qui dicebat infinitũ immobile esse ex se.

FACTO argumẽto hoc bimembri, puta, quod nec corpus infinitum posset esse simile, nec dissimilare, arguit Anaxagoram, qui circa priorẽ argumenti partem dicebat, quod infinitum ex natura sua est immobile, & se quietescere facit, quia est in se ipso.

Addit autem Arist. parithesim (aliud enim nihil continet) ad denotandũ non esse in se ipso, sicut amphora vini, est in se ipsa, ratione vini, quod continet, vt dicitur in lib. 4. infinitum autem nõ sic dicebatur esse in se ipso, ab Anaxag. nihil enim continet, sed in seipso, per se.

Reprehendit primõ ipsum, quia dicebat: quia in seipso est, ex natura sua, esse immobile, & esse in se, nõ enim valet argumentum, corpus est in hoc loco, ergo natura sua apertè esse in hoc loco, quia corpora sunt sæpè, vbi non naturaliter, sed violenter sunt, vt corpus graue quod detinetur in aerẽ, non ibi naturaliter est: non ergo, vbi res est, statim ibi naturaliter est: nec si in seipso infinitum est, ob id naturaliter est, & in hoc errauit Anaxag.

1. Reprehensio causæ cur esset immobile.

Si igitur quàm maximè non mouetur. Text. LI.

REprehendit secundõ Anaxag. quia etsi verum sit, quod in seipso est, moueri non posse, tamen non inde colligitur, quod ex natura sua est immobile, nam aliqua manet immota, quæ ex natura sua moueri sunt apta. Vnde oportuit aliam assignare rationem, cur ex natura sua est illud immobile, & ponit exemplum. Si terra esset infinita, & celi, & reliqua ita, vt maneret terra, sic sita, infinita tamen, tunc esset in seipsa, quia infinita, nõ tamen ob id esset ex natura sua immobilis, sed quia grauis, & graue natura

2. Reprehensio causæ cur esset immobile.

raliter est in centro, quod est immobile. Sic igitur oportebat reddere rationem aliam naturalis immobilitatis illius infiniti, & nõ solum, quia infinitum, quam rationem nõ dedit Anaxagoras, sed arbitratu est se euasisse periculum, & conclusisse, dicendo: quia infinitum ex natura sua immobile est, & non valet.

Et non quia infinitum.

Text. LII.

3. Falsum Anaxagoræ sumpsisse infinitũ esse in seipso.

VERBA prima textus cum precedentibus copulantur, vt notum est, in reliquis verõ probat, quod illud infinitum non sit in seipso. Partes sunt eiusdem rationis cum toto, si ergo totum in seipso est: ergo etiam partes in seipsis erunt: vt enim totum est in loco, ita & partes: at in seipsis esse nõ possunt, nam si partes cum finitæ sint, in se ipsis sunt, etiam quodlibet finitum in se ipso erit, & non ratione infinitatis aliquid in seipso dicitur esse.

Omninõ autem manifestum est. Text. LIII.

3. Ratio principalis, ad probandum non dari corpus infinitum ex loco talis corporis.

TERTIUM argumentum Physicum principale facit, quod huiusmodi est. Omne corpus naturale sibi proprium locum vendicat: at impossibile est infinitum proprium habere locum: ergo non potest corpus naturale esse infinitum. Probat maiorem: Omne corpus naturale, aut est graue, vel leue, (loquitur autem de his, quæ in generatione sunt): ergo determinat proprium locum, graue deorsum, leue quidem sursum. Minor probatur: quia infinitum omnia replet, & tunc totum non determinat sibi naturaliter sursum, aut deorsum.

Solutio, & eius confutatio.

Quod si dicas dimidium est deorsum, dimidium verõ sursum: hoc dici non potest: nam infinitum non habet medium, nec vltimum, nec principium, ob id nunquam dabitur, quid sursum, quid deorsum sit.

Si enim duæ partes æquales signari possent, tunc singularæ, aut essent finitæ, aut infinitæ: finitæ non, nam totum finitum esset: nec infinitæ, quia eadem esset difficultas vbi esset: & præterea, quia vni

infinitum duobus constaret infinitis, Arist. non intulit hæc inconuenientia, quia certum est infinitum in duobus æqualia diuidi non posse, eum medio careat.

Amplius omne corpus.

Text. LIIII.

QUANTUM ponit argumentum, & quantum existimo videtur hoc esse. Supponit enim, quod si infinitum esset in loco, locus esset infinitus, & probat locum non posse esse infinitum. Loci species, & differentia sunt, antè, retrò, sursum, deorsum, dextrum, sinistrum: sed hæc in finito signari non possunt, cum talis partium diuisio fieri nequeat, ergo locus non potest esse infinitus.

Quartum etiam ex loco.

Declarat autem, quod illæ differentia non sunt respectu nostri, vt illud dicitur sursum, quod est supra nostrum caput, illud deorsum, quod est sub pedibus, & sic de reliquis, sed illæ differentia sunt ex natura rei nobis etiam mutatis.

Quo autem modo hæ differentia intelligenda sint, dicemus satis in lib. 4. vbi id expresso traditur.

Simpliciter autem impossibile. Text. LV.

HÆC priora verba textus ad rationem precedentem pertinent, quibus vniversaliter concludit, si locus infinitus esse non potest, quod nec corpus naturale.

Quintum etiam ex loco.

Et tandem quintum facit argumentum. Quod in loco est, in aliquo loco est, & quod in genere, in aliqua specie, aut indiuiduo: sed si corpus infinitum est: ergo in aliquo loco, puta sursum, aut deorsum est, si est in loco, & præterea bicubitum, aut tricubitum, aut aliquid ex his est: hæc tamen repugnant infinito: non ergo corpus vllũ naturale infinitum est.

CAPVT VI. Quod igitur actu non sit corpus. Text. LVI.

ROSTQVAM ad partem negatiuam quaestionis est argumentum, ac probauit non esse corpus actu infinitum, regreditur Aristot.

Exprobatur de re pro parte affirmatiua probabiliter p-
ri corpus in bare esse infinitum, vt eas soluat obiectio
finitum nes, idque ex tribus probat. Primum ex
Prima ex te tempore, quod nisi infinitum esset, ha-
pore. beret principium, & finem, quod esse no
potest.

2. Ex diuifio- Secundò: quia si non est infinitu ma-
ne contiuui gnitudinis, diuifio terminabitur, & non
semper magnitudo in magnitudines di-
uidetur, sed perueniet ad indiuisibilia, vt
dixerunt antiqui Philosophi.

3. Ex nume- Tertio ex numero, qui non augebitur
ro, qui auge in infinitum, ex quibus apparet esse infi-
tur in infini- nitum: cum ergo vtrique sint diffi-
tum. cultates, concludit opus esse iudice de-
terminante.

Atque manifestum est, quod
quodammodo,

Pro solutio- Soluit propositam difficultatem di-
ne predicto- stinctione preposita. Duplex est infi-
rum dubio- nitum, actu, & potentia. Actu qui-
rum primu- dem, quod habet actu magnitudinem,
fundamen- vel multitudinem interminabilem, nec
tum. in fini- limite vilo circumscripam: potentia ve-
tum esse du- ro, quod licet actu finitum sit, ipsius po-
plex actu, & tentia est inexhausta, vt non sit tantum,
potentia. quin adhuc maius fieri possit, siue sit ap-
positio, sicut numerus dicitur infini-
tus potentia: quia non ei tanta fiet addi-
tio, quin maior fieri possit, siue diuifio-
ne, quomodo continui diuifio est infini-
ta: quia non fit in tot partes, quin in plu-
res fieri possit.

Solutio da- Supposita igitur distinctione, respon-
biorum. det, actu infinitum non esse, & hoc pro-
bant rationes priores: potentia vero in-
finitum est, & hoc conuincunt rationes
posteriores, vnde quodam modo infini-
tum est, quodam modo non: potentia in-
finitum est, actu non: loquimur autem de
infinito quantitatis.

At quia infinitum esse secundum di-
uifionem dixit, cuius oppositum dicebat
Platonici, vt dicitur lib. 6. docentes diui-
sionem finiu, & peruenire vsq; ad indi-
uisibilia; dicit facile esse hoc rejicere, &
negare, id enim non est necesse, vt
larius dicitur libro al.
legato.

Relinquitur igitur potentia.
Text. LVII.

Declarat qualis sit ista potentia in-
finita, dicens, quod non oportet sic
intelligere esse infinitum in potē-
tia, quod aliquando erit in actu perfecto,
sicut domus potentia, aliquando erit a-
ctu, non sic est infinitum in potentia, vt
actu sit totum infinitu: sed dicitur in po-
tentia, sicut certamen, & Olympia, & dies:
hæc enim dicuntur in potentia, a te quā
fiant, sed non vt acta sint tota simul, sed
successiue: vnde certamen esse est, quod
fiat: ita est potentia infinitum, non vt to-
tum actu sit, sed continuè, & incessan-
ter fiat, vnde semper quod fit, & quod fi-
et, finitum est, quod restat faciendum est
infinitum, & hoc modo dicitur diuifio,
& numerus esse infinita potentia, quod
actus diuifionis, & augmenti nunquam
cesset.

Vbi aduertendum duplicem esse potē-
tiam. Alteram ad actum perfectu, vt po-
tentia ignis; potentia domus. Alteram
ad actum imperfectum, qui semper in cō-
tinuo fluxu consistat, & sic est potentia
infinitum.

Diuerfa infinita ponit. Vnum in con-
tinuo successiuo, vt est tempus, motus.
Alterum in discreto successiuo, vt in ge-
nerationibus hominum, & aliorum, Ter-
tium, in diuifione permanentis totius
Dicit, quod hæc omnia conueniunt in
hoc, quod semper, quæ sumuntur, finita
sunt, vt quotquot dies, quotquot homi-
nes sumpleris, finita sunt, quotquot se-
cueris partes finitæ sunt, tamen semper
plures, & plures incessanter sumi possunt.
Quod igitur restat, finem non habet,
quod est, finitum est, ac propterea non
est actu infinitum.

Tamen differentiam horum infinito-
rum ponit in fine textus sequētis: in suc-
cessiuis enim quæ sumuntur, transeunt,
& recedunt, in diuifione verò permanen-
tis partes manent, quamuis semper, quæ
actu sunt, finita sint.

Amplius ipsum esse.
Text. LVIII.

Cum

Qualis sit illa potentia infinita in potentia.

Nota dupli- cem esse po- tentiam in rebus: alteram ad actum perfectum, alteram ad actum im- perfectum. Varia gene- ra infinitu- rum in potē- tia.

Quomodo habeat esse infinitum in potentia

Quomodo habeat esse infinitum in potentia
C Vm dixisset, qualiter potentia infi-
nitum est, modò docet, qualiter i-
psum esse dicatur: & dicit ipsum
non dici esse, sicut substantiæ permanen-
tes, quæ totæ simul sunt, sed sicut res suc-
cessiuæ, quarū aliqua parte actu existen-
te dicimus ipsas esse, vt dies est, motus
est, cœna est: sic infinitum est, quia diui-
sio, vel fluxus, qui nunquam finitur, se-
cundum aliquid fit, vnde ipsius esse in
continuo transitu consistit, licet quic-
quid transit, finitum sit, & quamuis nō
semper id, quod transit, permaneat, vt
declarauimus in textu præcedenti.

Quod autem est secundum ap-
positionem. Text. LIX.

Quomodo se habeat in finitū in po- tentia, quo ad diuifio- nem, & quo ad diminu- tionem.

Quomodo se habeat in finitū in po- tentia, quo ad diuifio- nem, & quo ad diminu- tionem.
C Vm superius duplex infinitum sta-
tuerit, vnum secundum diuifio-
nem, quod ad paruitatem, & dimi-
nutionem fit, alterum secundum apposi-
tionem, quod ad magnitudinem, & se-
cundum additionem fit, vtrumque autē
in potentia, vt dictum est: nunc quomo-
do vtrumque se habeat ostendit, ac dicit
idem esse quodammodo vtrumque.

Pro cuius declaratione aduertendum
est, quod in vnicō subiecto actu finito re-
peritur simul vtrumque infinitum, sed
nō modo eodem, verbi gratia. Sumatur
continuum pedalis quantitatis, & diui-
datur in duas medietates, ita, vt altera
medietas semper in alias duas, & illa in
alias, & sic consequenter diuidatur, atq;
medietates, quæ nō diuiduntur iterum,
semper apponantur primæ medietati to-
tius, quæ indiuisa materia sit.

Tunc in hoc erunt duo. Alterum est,
quod quantò diuifio vnus primæ medie-
tatis procedit in minores partes, tantò al-
tera medietas indiuisa sit maior, quia ei
adduntur nouæ medietates, quamuis mi-
nores & minores. Alterū est, quod quia
diuifio illius medietatis in infinitū pro-
cedit: quia non peruenietur ad aliquam
medietatem, quæ non possit iterum in a-
lias duas diuidi, ita alterius medietatis
in infinitum quantitas augebitur, quia
semper ei fiet additio. Cum igitur vna
crescat in infinitum, altera diminuatur,
fit vt sint duo infinita, vnum appositio-

ne, illius nempe partis, quæ augetur, alte-
rum diuifione, illius, quæ minuitur; cūq;
hæc duo sint circa vnum continuū, me-
ritò dicuntur idem. Sed cum non sit mo-
do eodem, nam alterum est diuifione,
alterum appositione, non dicuntur ab-
solutè idem, sed quodammodo.

Hoc igitur est, quod hic docet Arist.
nempe, quod infinitū appositione fiat,
simul cum infinito diuifione, licet non
secundum eundem modum, ac dicit v-
trumque infinitum esse idem quodam-
modo. Et declarat, quare idem: quia cir-
ca eandem quantitatem finitam actu fiat
vtrumq;. Declarat, quare quodam modo
idem: quia videlicet infinitum secundum
appositionem fit è diuerso. Quid autem
per è diuerso intelligat, ipse explicat: quia
quantum demitur ex diuisa parte, per di-
uifionem in infinitum, tantum apponi-
tur alteri determinatæ parti, quasi dicat,
Vnum infinitum est per diuifionem vni-
us partis oppositæ: alterum per apposi-
tionem eorum, quæ ab opposita parte re-
mouentur, & alteri determinatæ, & fini-
tæ apponuntur.

In magnitudine enim fi-
nita.

Explicat, quomodo sit ista diuifio fa-
cienda in aliquo finito, vt in infinitū
procedat, & nunquam terminetur.

Aduerte autem, quod dupliciter po-
test fieri diuifio alicuius totius finiti. V-
no secundo, & separando partes æqua-
les primis separatis in quantitate, vt si ab
vno ligno separet vnā pedalitatem, &
à residuo alteram pedalitatem, et à residuo
alteram, & sic consequenter, & talis diui-
sio dicitur secundum magnitudinem, &
nō secundum proportionem æqualem:
quia pedalitas secūda, quæ auferitur à re-
siduo, non est in eadem proportione ad
suum totum, sicut pedalitas prima ad su-
um, licet pedalitates sint æquales, simili-
ter nec tertia, nec aliæ sunt in eadem pro-
portione.

Verbi gratia, sit lignum duodecim pe-
dalitates habens, auferatur vna, & à resi-
duo, quod vndecim habet, auferatur alia
& à residuo, quod decem habet, alia, &

Quomodo debeat fieri diuifio continui, vt procedatur in infinitum.

Nota partes posse esse æ- quales, vel secundum quantitatem, vel secundum proportionem.

Bb sic

sic consequenter, constat has pedalitas ablatas esse equales, sed proportiones, secundum quas se habent ad sua tota, non sunt æquales: nam duo decim ad vnum, aliam habent propositionem, quam vndecima ad vnum, & quam decem ad vnum: ob id ista diuisio dicitur secundum magnitudinem, sed non secundum rationem, & proportionem.

Altero modo potest fieri diuisio secundum eandem proportionem, sed non secundum eandem magnitudinem, vt si partes non æquales, sed in æquali proportione se habentes ad residua, secueris.

Verbi gratia, ab aliquo toto demerum medietatem, et ab ista medietate iterum suam medietatem, & ab hac iterum aliam, & consequenter à residuis medietatibus medietate secunda, tunc diuisio erit secundum eandem proportionem: quia id, quod secatur ab eo, à quo secatur, se habet in dupla proportione, cum sit sua medietas, tamen medietates non sunt æquales, sed maiores, & minores, sicut & tota: ob id talis diuisio dicitur secundum proportionem, sed non secundum magnitudinem æqualem.

Iam ergo: si priori modo diuidas quodcumque finitum, nempe sumendo semper magnitudines æquales, non procedet semper diuisio, quantumcumque minime sint particule, finietur enim: quod si posteriori modo diuisio sit, in infinitum diuisio procedet.

Et hoc est, quod dicit Arist: nempe si quis accipiat in aliqua continui finiti diuisione determinatam, & finitam particulam in eadem proportione, non absoluet finitum diuidere, quod si e contra in diuisione acceperit, eandem magnitudinem absoluet.

Nota 1. Nota verò discrimen inter sumere magnitudinem in eadem proportione, & inter sumere magnitudinem eandem in proportione: hoc enim faciens absoluitur finitum: quia omne finitum per ablationem æqualis finiti consumetur, illud vero si fiat, non cessabit diuisio.

Nota 2. Nota deinde illud verbum, (Augeat) quod annotauit bene Philop. cum enim æquales sumimus magnitudines à resi-

duis, augentur, & sunt maiores proportionem, verbi gratia: Si à ligno duodecimpedum auferas vnum, & iterum à residuo auferas alium, & à residuo alium, semper crescunt proportionem: nam prima erat duodecupla, secunda vndecupla, tertia decupla. Maiores autem sunt proportionem multiplices, quando à minori numero denominantur, vt omnium maxima dupla est, & post hanc tripla: quia maior est medietas, quam tertia, et tertia, quam quarta, & minores secundum numerum maioribus.

Aliter igitur non est, sed sic est infinitum.

Explicat ex superioribus concludendo infinitum non aliter esse, quam modo, qui dictus est, puta in potentia, & aliquo modo in actu, et in diuisione: exemplisq; duobus explicat vtrūq;. Dicitur in actu, vt dies in actu dicitur, non quod tota dies simul sit, sed quod in fluxu est, & partem habet actu, ita infinitum non enim totum simul est, nec erit, sed secundum continuam diuisionem actu dicitur. Vltimus dicitur in potentia, sicut materia prima, cuius potentia partem habet actus: quia cum forma est, nunquam tamen perfecte ad actum completum reducitur, vt omnes simul habeat formas, sed in continua est illarum generatione, ita infinitum.

Et secundum appositionem igitur. Text. LX.

Ostendit Aristoteles qualiter sit infinitum secundum appositionem in potentia. Posset enim aliquis existimare, quod dicitur in potentia secundum appositionem infinitum, quia absolute potest excedere quameūq; magnitudinem datam, vt non detur tanta, quin maior fieri possit; hoc autē non ita est, nam dabitur tanta quantitas, vt maior esse non possit, puta quantitas totius orbis finita, non enim est infinitum actu, extra cælum, vt illi Philosophi dicebant.

Cum ergo audis esse infinitum potentia secundum appositionem, intellige non esse separatum ab infinito secundum diuisionem, nec alio modo crescit secundum appo-

Infinitum in potentia a quo modo esse in actu.

Infinitum secundum appositionem, esse in potentia & non actu, sicut etiam secundum diuisionem.

CAPVT VII. Accidit autem contra. Text. LXII.



Definitionem, quam Aristoteles dedit, tiqui de infinito dabat, reprehendit. Dicebant veteres assu gnabant infinito. si omnia comprehenderet, & nihil ipsius esset extra ipsum. Aristot. verò non sic, sed aliter esse definiendum docet, puta infinitum est, cuius aliquid semper extra est. Id est, est id, cuius quibuscumque partibus sumptis, aliqua alia semper accipi possit. Et probat, quod sic sit definiendum, etiam ex his, que ipsi met dicunt. Nam annulum dicunt esse infinitum: quia sumptis quibusque partibus, propter vniuniformem, et circulem eius figuram, adhuc ipsius partes sumi possunt: non enim in eo, secundum se, terminus est vllus, propter figuram.

Vide igitur, quomodo ipsi infinitum dicunt, cuius aliquam partem semper est accipere. Declarat tamen, quod antiqui non dicebant annulum proprie esse infinitum, sed ratione figuræ, vt enim esset proprie infinitum, non debent eadē partes multoties sumi, quod in annulo fit. Non inuenientes enim terminum eundem, sepe diuidimus, & ipsius eadē partes sepe signamus. In infinito autem diuersas oportet sumere semper partes: ac ob id additur illa particula extra.

Notandum circa literam, quod vocat annulos non habentes palam, illos, qui sunt vniiformes, nec habent illam partem distinctam, cui solet apponi gemma: hi enim annuli, videntur actu principium habere: at cum vniiformes sunt, actu finē & principium non habent, ob vniiformitatem figuræ.

Infinitum igitur, id est. Text. LXIII.

Concludit etiam ex antiquorum dicto, infinitum esse, cuius secundum quantitatem accipientibus semper aliquid.

appositionem, quam per additionem partium, quæ sunt secundum diuisionem modo prædicto: talibus autem partibus crescit infinitum secundum appositionem, non tamen intantum crescit, vt omnem finitam superet magnitudinem, cum non possit æquare illud continuū in quo est, si enim additio fieret secundum partes æquales semper, superaret omnem magnitudinem: sed id non fit, quia diuisio non fit secundum partes æquales in infinito, nec aliter crescit infinitum secundum appositionem, nisi per talem diuisionem.

Vnde in hoc differt infinitum secundum diuisionem, ab infinito secundum appositionem. In illo enim non datur pars, nec quantitas ita minima, quin minor esse possit, tamē in infinito secundum appositionem, datur quantitas ita magna absolute, quæ non possit æquare ipsum infinitum secundum appositionem, nec maior esse possit. Hæc omnia eò tendunt, vt intelligas, sicut infinitum secundum diuisionem non fit secundum partes æquales, (sic enim esset actu infinitum) ita nec infinitum secundum appositionem, sed vtrūq; fit secundum partes inæquales in eadem proportione sumptis, vt dictum est in textu præcedenti. Consideratione autem digna est expositio horum textuum.

Quoniam & Plato. Text. LXI.

Confirmat hoc duplex genus infiniti ex Platone, & illud reprehendit. Hoc duplex infinitum confirmat ex Platone, qui ista etiam intellexit, per magnū enim infinitum secundum appositionem, per paruū secundum infinitum denotauit. Sed reprehendit Platone, qui cum duplex posuisset infinitum, nullo vtitur: quia numerū, quæ dixit esse rerū substantiā, finitū posuit: & secundum paruū, quia vsq; ad vnum decreuit: nec quo ad magnū, quia vsq; ad denariū crescit: vltimū enim numerū dicebat denariū, reliquos verò numeros compositos ex denario, & præcedentibus dicebat: ob id non sibi constat. Si enim principium infinitum est, & numerus principium est secundum ipsum, debuit esse infinitus, quod tamen ipse negabat.

Reprehendit Arist. definitionem, quæ veteres assignabant infinito.

Nota, definitio infiniti in potentia est, in quo semper est sumere aliquid extra.

Nota.

Confirmatur illa definitio etiam ex antiquis.

aliquid accipere est extra. Id est, cuius partibus quantitatis quibuscumque sumptis adhuc diuidentes, & accipientes possunt præter illas accipere alias: cum ergo ita definiendum esse probasset, probat non esse definiendum, ut illi definebatur, & efficit rationem hanc.

Illa definitio est totius, sed totum, & infinitum sunt valde diuersa, nec simulantur: ergo non potest esse definitio infiniti. Maiorem ostendit in hoc textu, dicens totum non esse aliud, ut dictum est. 5. Meta. ca. 26. quàm cuius nulla pars abest. Quod inductione patet: totus enim homo dicitur, cum nulla pars hominis deest: tota cistella, cuius nulla pars cistellæ deest, & sic quodlibet singulare totum definitur: ergo in communi etiam definitur totum, cuius nulla pars abest, & extra ipsum est: nam cum aliqua pars abest, & extra est, totum non dicitur: id ergo est totum, cuius nihil est extra.

Totum autem & perfectum. Text. LXIII.

Minorem probat: totum, & perfectum, aut idem omnino sunt, aut proxima in natura: sed infinitum nullo modo est perfectum: ergo nec totum. Et minorem probat: quia perfectum est, quod finem habet, & terminum: hoc autem repugnat infinito: non ergo est perfectum.

Et notandum est, quod maiorem efficaciam habet hoc Græcè, nam perfectum Græcè à fine denominatur: dicitur enim τέλος à τέλος, quod est finis, & Latine ferè idem etiam est: nam perficere, est usque ad finem facere.

Nota totum & infinitum esse valde diuersa.

Idem esse totum quod perfectum.

1. Nota.

2. Nota. Totum & perfectum sunt idem re, differunt tamen ratione.

3. Nota totum & omne quomodo differant.

Et ulterius notant Simplicius & Philoponius, quod totum dicit partes cum quadam coniunctione, & copulatione: at omne, dicit solum ipsas partes nulla deficientes.

Quapropter melius existimandum est.

Ex dicta doctrina commendat Parmenidem, qui melius dixit, quam Melissus. Ille enim vniuersum dixit totum esse, & finitum, cuius partes æqualiter distabant à centro. At Melissus dixit esse totum infinitum. Errauit autem in hoc, quod copulauit ea, quæ nequaquam possunt esse simul, puta, esse totum, et esse infinitum: hæc enim non coherent, nec connectuntur, sicut linum lino: sunt enim illa opposita valde.

Scias autem illud esse proverbium, ut notat Philo. quo denotamus dicta alicuius esse contraria vel implicantia: cum enim implicent, & inter se repugnant, non ut linum lino coherent dicimus.

Quoniam hinc quidem. Text. LXV.

Causam ostendit, propter quam antiqui ita definirint infinitum. Hæc autem est: quia putarunt infinitum esse totum quoddam: at cum totum continet, hinc etiam dixerunt infinitum continere, et gubernare, ut supra etiam dictum est. Quod si quæras, quare hi existimauerunt infinitum esse totum? dicitur: quia similitudinem habet cum ipso toto: hæc verò similitudo consistit in hoc: quia sicut totum suas partes comprehendit, ita infinitum suas.

Hoc autem Arist. rejicit, docetque infinitum non esse totum actu, sed materiã perfectionis & magnitudinis, id est, formæ, & totius, ac est totum in potentia, quod patet ex diuisibilitate. Nam totum aliquod cum diuiditur, non ratione formæ, sed ratione materiæ diuisionem habet, cum videamus formam eiusdem rationis manere in omnibus partibus: infinitum ergo, quod diuisionem continet, materiæ potius locum habet.

Præterea secundò: quia totum finitum est, et completum, at infinitum non completur secundum se, sed secundum aliud, puta secundum formam, ut apparet in partibus, quæ in vno toto secundum formam aliquam colligantur: potius ergo est ma-

Reprehensio Melissi, qui dicebat esse totum infinitum.

Proverbiū Græcū, lino lino annectere.

Qua ratione inducunt veteres: ratione definiunt infinitum, eiusque reprobatio.

Infinitum hoc potius se habere ut materiam, quam ut totum.

est materia: & hinc est quod secundum se ignotum est, sicut materia sine forma. Et nota, quod in omnibus his hoc docemur, quod materia quantumcumque habeat partes secundum se, non tamen idè dicitur totum, sed habet rationem partis: quia cum forma vnum construit totum.

Quare manifestum est. Text. LXVI.

Concludit (ut dicebam) infinitum magis habere rationem partis, quàm totius, cum locum habeat materiæ, materia autem sit pars.

Et iterum probat, quod infinitum non contineat, nec sit totum, præsertim secundum opinionem Platonis. Hic enim infinitum ponebat etiam in ideis intelligibilibus: si ergo infinitum continet: sequitur, quod in ideis etiam contineret: hoc autem absurdum est, quod indeterminatum, & ignotum, quale est infinitum, dicitur continere intelligibilia, & determinare, cum tamen ab ipsis potius determinetur, quàm causæ sint formales.

Secundum rationem autem. Text. LXVII.

Vædam theorematum notanda de infinito ponit, atque primum est illud, quod supra dixit, text. 60. Infinitum diuisione sic procedere, ut quæcunque parua quantitas superetur, puta, cum diuidimus, non peruenimus ad quantitatem ita parua, quin minor esse possit: at cum est infinitum in appositione, non transgredimur quamcunque magnitudinem absolutè, sed solum transgredimur illam magnitudinem, quæ sit ex diuersarum partium additione, non tamen ex tali additione poterit crescere quantitas ita, ut excedat etiam cælum.

Obiectio.

Posses tu dicere, quare diuidendo superamus absolutè omnem minimam quantitatem assignatam dando minorem: at in apponendo non superamus omnem magnitudinem: quia saltem non superabimus magnitudinè illius totius, quod diuidimus, & in quo apponimus.

Solutio.

Respondet Arist. quia materia continetur, & est intra rem, infinitumque ma-

teria est: forma continet, ac si dicat, quod cum diuidimus procedimus ad materiã, quæ indeterminata est, & infinita, cum autem apponimus, procedimus ad formam, quæ continet, & determinata est.

Notat S. Thom. circa explicationem, quod totum habet rationem formæ respectu partium, partes verò rationem materiæ, & merito: nam forma determinata est, materia verò indeterminata, & indifferens: ita totum determinatum: singula enim per se vnum totum sunt, tamen partes multis modis sumi possunt, puta, maiores, minores, & hoc multis modis. Hoc verò interest inter infinitum secundum appositionem & secundum diuisionem; in infinito enim secundum appositionem à partibus ad totum procedimus, in infinito verò secundum diuisionem à toto ad partes descendimus: ob id in hoc à forma ad materiã, in illo à materiã ad formam peruenimus.

Hinc fit, quod cum forma, & totum determinatum sit, quantumcumque partes diuisas in infinito apponamus, non excedemus illud totum, cuius partes sumimus: at cum à toto ad partes procedimus, & partes indeterminatæ sint propter multiformem ipsarum diuisibilitatem, cum ad ipsas prouenimus diuidendo in infinitum, non datur vllus terminus, nec vlla quantitas ita minima, qua non posset esse minor.

Rationabiliter autem. Text. LXVIII.

Alterum constituit Theorema, puta. In infinito esse in numero, & in magnitudine, differenter tamen accipitur in numero, & in magnitudine, & quomodo differunt inter

non procedit. At magnitudo non sic: datur enim maxima quantitas actu, cum non sit infinitum in actu: at non est dare minimam magnitudinè, unde minimus numerus datur, sed non maximus potentia: at datur maxima quantitas, & magnitudo potentia, sed non minima.

Cur diuisio numeri terminetur, datur

Nota ex D. Th. quomodo se habeat totum & partes, & infinitum secundum appositionem, & diuisionem.

Quomodo accipitur in numero, & in magnitudine, & quomodo differunt inter

causam: quia numerus ex indiuisibilibus unitatibus componitur, ad quas numerus perueniens iam non amplius diuidi potest: at magnitudo cum non sit composita ex indiuisibilibus, sed ex diuisibilibus, ipsius nunquam cessat diuisio.

Cur numerus augeatur in infinitum.

At cum numerus crescat ex diuisione, & partitione continui, qui in infinitum procedit, hinc est, quod numerus augeatur in infinitum, quamuis non sit actu infinitus, sed potentia superans quamcunque datam, & determinatam multitudinem.

Quomodo numerus componitur ex indiuisibilibus.

Quo autem modo numerus ex indiuisibilibus componatur, ostendit: quia numerus est ex vnis, & numerus non aliud est, quam plura vna, & ita numeri ab vnis denominantur, ternarius enim, qui tria vna est, quaternarius qui quatuor, et sic consequenter: at vnum indiuisibile est, vt vnus homo, qui in plures homines diuidi non potest: & vnus leo, & reliqua: si ergo numerus ex vnis est, & indiuisibile vnus est, nam vnum indiuisibile est.

At non separabilis est numerus hic bipartitionis.

Numerus non esse aliquid separatum à rebus numeratis, nec actu infinitum.

Cum numerum ex diuisione continui crescere dixisset, ne quis putaret, numerum esse quid separatum ab ipsis continui partibus, vt putabant Platonici, ponentes numeros separatos, huic obuians dicit, numerum non esse separatum ab ipsis continui sensibilibus partibus: non enim aliud est numerus, quam plura vna, & plures continui partes. Nec etiam est intelligendum, quod numerus actu infinitus vnquam sit: non enim est eius infinitas, nisi potentia, sicut motus, & tempus, & numerus temporis partium, quæ dicuntur esse, non tamen tota simul: ita est numeri infinitas.

Philop. vult, Aristot. velle hic compari rare numerum tempori, vt enim tempus dum fit maius, & maius, non habet partes permanentes, sed quædam recedunt, quædam de nouo adueniunt. Ita numerus dum crescit, non permanet: nam cum fit quaternarius, non manet ternarius, nec cum fit alius numerus, manet alius: & idem videtur Auerro. dicere.

Sed S. Thom. hoc non placet, & merito: quia si formaliter loquatur de numero, etiã hoc fit in infinito secundum appositionem, nam cum additur aliqua magnitudo alteri, iam altera non manet formaliter, cum inuat rationem alterius totius, & alterius mensuræ. Vt si primus erat pedalis, postea additione mutatur. Quod si materialiter loquantur de numero, re vera etiam manet numerus præcedens, puta, ipsius unitates, sicut in infinito secundum appositionem, at temporis, & numeri partium temporis, nec formaliter, nec materialiter partes manent, quia tempus nullo modo permanet, nec ipsius partes, similiter nec motus.

Explicatio vniuersalis Thomæ.

In magnitudinibus autem.

Text. LXXIX.

Cum dixisset numerum sursum in infinitum tendere, deorsum vero stare in indiuisibile, modò non sic in magnitudinibus fieri docet, imò oppositum: versus enim maius datur vltimum, eò quod sit maxima quantitas, quæ possit esse naturaliter, vt quantitas, & magnitudo orbis: vnde magnitudo tanta actu est, quanta potentia esse potest. At versus minus non est terminus, sed diuisio in infinitum procedit. Si autem magnitudo non esset determinata, tunc esset corpus actu infinitum, quod nullo modo esse potest.

In magnitudinibus contrario modo se habere augmentum, & decrementum, quæ in numeris in infinitum.

Dices, quomodo magnitudo determinata est, cum sit infinitum in additione, quod sit secundum magnitudinem? Si enim in infinitum additio esse potest, erit etiam magnitudo, tendens in infinitum.

Obiectio.

Hoc dubium facile est intelligenti, quæ dicta sunt superius. additio enim duplex est. Altera, quæ fit secundum partes proportionales, per quas etiam in infinitum fit diuisio, v. g. Diuidis lignum in duas medietates, iterum aliam in duas, & sic semper procedendo per eandem proportionem: tunc si partes vnus diuisæ medietatis apponas alteri, crescit in infinitum. Et quia nunquam cessabit diuisio alterius, nec cessabit augmentum prioris: tamen ipsius magnitudo, quantumcunque crescat, non superabit quantitatem totius ligni.

Solutio.

Nota duplex genus additionis. Primum.

ligni: quia nunquam finietur diuisio, & ita nunquam habebit partes totius ligni. Hoc igitur modo dicimus esse infinitum per appositionem, & sic magnitudinem crescere in infinitum.

Secundum.

Alter a additio est, quæ fit secundum partes æquales, & si ista fieret in infinitum, re vera magnitudo perueniret, vt superaret caelos, & quodcumque corpus: sed talis additio non potest esse in infinitum, nec sic magnitudo potest secundum appositionem in infinitum crescere.

Et hoc est, quod hic dicitur, quod absolute loquendo datur maxima magnitudo, quæ possit esse, & quæuis in infinitum in appositione sit secundum ipsam magnitudinem, non tamen ob id perueniet, vt quæcumque magnitudinem datam superet. Infinitum autem non est idem.

Text. LXX.

Infinitum non est genus ad motum, tempus, & magnitudinem.

Cum de infinito in motu, tempore, & magnitudine locutus sit, posset quis arbitrari, in finitum esse genus quoddam ad illa tria. Hoc autem non ita est, imò analogum quoddam. Infinitum enim prius magnitudini, & per magnitudinem morui, & per motum tempori in est. At quia hoc explicare non est presentis loci, sed ad librum quartum pertinet, se illuc remittit, & nos etiam id ibi tractabimus, quod faxit Deus.

Dubium Aristot.

Vltius dixerat, numerum terminari deorsum: quia peruenit vsque ad indiuisibilia: at non magnitudinem, hæc enim semper in magnitudines iterum diuisibiles diuiditur: posset quis huius petere rationem, quare nempe magnitudo in magnitudinem semper diuidatur. At quia hoc in lib. 6. demonstratur est latè, hoc etiam in presenti supponit, & probationem pratermittit, & nos etiam suis in locis ista examinabimus.

CAPVT VIII.

Non remouet autem ratio.

Text. LXXI.

Obiectio ex Geometria, quod illa videtur lineis infinitis, &



tertium theorema ponit, diuio satisfaciens. Cum enim actu infinitum non sit, videntur theoremata aliqua geo-

metrica destrui. Dicunt geometra datam lineam rectam in infinitum protendere, quod esse non posset, nisi actu sit infinitum, aut excedatur quæcumque magnitudo sensibilis.

ita sit actus infinitus.

Huic respondet Aristoteles, dicens. Ratio, qua negatur esse aliquod actu infinitum, non destruit vllum theorema geometricum: & huius reddit rationem. Nam geometra non indiget infinito, nec vtitur actu infinito in vlla demonstratione, quod si vtitur linea infinita: id non est: quia sumat actu infinitum in demonstratione, sed vt habeat quamcunque finitam lineam.

Solutio Aristot.

Nota, quomodo geometra egeat & vtitur infinito.

Ac si dicat. Mathematicus finitis vtitur lineis semper, ac cum lineas sumit, ne quis ipsum limitaret, dicendo, non posse lineas maiores, aut minores esse, sumit lineas continuè produci posse: vnde illud infinitum, & continuum non extenditur, nisi ad lineas, quibus vtitur, quæ omnes finitæ sunt.

Quod verò non indigeat lineis infinitis geometra, probat. Quia lineæ minimæ æqua proportione diuidi possunt, sicut maxima, quod demonstrat Euclid. li. 6. theo. 10. ob id, quæ in maximis probat, etiam in minimis potest ostendere: non ergo lineis infinitis indiget: vnde dicit, nihil differre ad demonstrationem mathematicam, quod sit in lineis minimis, aut maximis, imò etiam aliquando fictis, & extensis ultra id, quod naturaliter possunt esse, vt cum lineæ extra caelum imaginatur, tamè esse, & id verum, quod mathematicus probat, solum reperitur in quantitatibus existentibus, & veris, quæ finitæ sunt: id est, quamuis lineas aliquando maiores fingat, quia æquè poterat probare per lineas veras, ob id verum probatur, & id quod est.

Quoniam autem est.

Text. LXXII.

Quartum theorema est. Cum quatuor sint genera causarum, vt dictum est, infinitum habet rationem materię, & priuatę materię formę. Vnde infinitum dicitur duo: vnum formale.

Nota infini- rum dicere duo, vnum materiale, alterum for- male. formale, & id priuatio est, puta (negatio actus perfecti, & cõsummati mixti cum potentia,) est enim actus imperfectus in successione continua consistens: mate- riale verò est quantum sensibile, hoc e- nim est, quod diuiditur, & in quo talis est infinitas: vnde infinitum rationem habet materiæ.

Et hoc etiam antiqui posuerunt di- centes, & vtentes infinito, vt materia: sed reprehendendi sunt. Cum enim infi- nitum posuissent materiam, dixerunt ip- sum continere, quod quidem nõ ita est: materia enim potius contentum, & de- terminatum quid, quàm cõtinens, & de- terminans est.

Nota.

Aduerte autem, quòd infinitum non est sola materia: nã materia secundum se non dat rebus diuisionem, sed materia cum quantitate: radix ergo prima diui- sionis infinitæ materia est, proxima ve- rò quantitas, totalis autem materia cum quantitate.

Reliquum est autem aggredi. Text. LXXIII.

Soluuntur argumeta, ponentium infinitum.

Quid infinitum sit, & quomodo ve- re sit, elucidatis, nunc soluere ra- tiones aggreditur, quas in princi- pio c. 4. proposuit textus 31. ad proban- dum infinitum esse, non solum potètia, vt determinatum est, sed etiam actu, atq; harum rationum quasdam dicit nõ esse necessarias, nec demonstrare, quod in- tendunt: quasdam verò habere obiectio- nes veras, id est, ipsarum rationũ opposi- tæ sunt veriores, & certiores.

Soluitur tertia ratio.

Incipit autem soluere tertiam ratio- nem, quæ sumebatur ex infinita serie ge- nerationum. Cumq; ex nihilo generatio non fiat, videtur aliquid esse futurum principium, Hoc soluit, docens esse satis principium, & materiam finitam, quæ vnus corruptione alterius generationis principium est, & ita vna materia potest multarum generationũ esse principium, cum nihil generetur, nisi per corruptio- nem, & expulsionem alterius forme, ser- uata eadem materia, & hoc satis declara- uimus in primo libro.

Amplius tangere, & finitum. Text. LXXIII.

Soluitur quarta ratio.

Soluunt quartam dũbitationem, do- cens, aliud esse tangere, aliud esse fi- niri, seu finitum esse. Tangere est ad aliquid extra se, & tangere est rei finitæ. At finitũ esse, nõ est ad aliquid aliud: sed in se finitur res proprio termino: ac si di- cat. Omne tangens præsupponit aliud ex- tra se, quod tangat: at finitum non sup- ponit aliquid extra se, quo finiat: nam suo termino intrinseco, & extrinseco fi- nitur. Vnde falsum est, omne quod fini- tur, finiri aliquo circūstante: intrinse- cus enim est finiti terminus.

Quòd autem tangere sit ad aliquid, o- stendit, vt explicat Philopon. quia non quodlibet corpus tangit quodlibet, sed quæ materiam communem habent, vn- de cæleste corpus non tangitur ab elemẽ tari corpore: tactus enim propriè est in- ter ea, quæ mutua habent generatio- nem, vt videbitur libr. de gener.

Intellectioni autem credere. Text. LXXV.

Soluitur quinta.

Quintam soluit dubitationẽ, dicens quòd non est credendum illi intel- lectioni, qua absq; termino intelli- gimus, quasi dicat: illa conceptio, & ima- ginatio ficta est: cuius rationem subdit: quia talis magnitudo vel paruitas, sub qua rem sæpè imaginamur, nõ est in re: ob id non est credendum imaginationi. Et id probat: quia nõ ob id res est, vel nõ est: quia ita imaginatur, aut intelligit ali- quis esse, vel nõ esse, sed econtrã: quia res est, vel non est, inde imaginatio, & intel- lectio veræ & falsæ sunt. Cum ergò acci- dat rei, quòd ita intelligat, aut quis ita eam imaginetur, nõ ob id talem esse cre- dendum est, qualem quis imaginatur.

Et ostendit id exemplo, potest enim quis imaginari aliquem numerum mul- to maioris quãtitatis, quàm sit, et quòd extrã vibem sit: non tamen ob id res ita erit. Hinc patet, quòd non est argumen- tum bonum sumere quantitates rerum ab imaginatione, quam hic intellectum vocat, vt notat PSELLUS.

Tempus

Soluitur pri- ma ratio.

Tempus autem & motus.

Soluunt primam rationem de motu, & tempore, cum adiungit intellectionẽ quæ nunquam cessat. Et dicit esse in- finita, sed successiua, & ita nõ tota simul: ob id non actu, sed potètia infinita sunt: quia id, quod accipitur, non est permanens. At magnitudo, nec diuisione, nec additione etiam imaginatiua, est actu in finita: secundæ verò rationis satis ex di- ctis patet solutio.

Ex his omnibus concludit, iam eluci- datum esse, quid sit infinitum, & quomo- do sit, & quomodo etiam non sit, hæc Aristot.

An vnum sit indiuisibile: An verò in infi- nitum etiam possit diuidi.

QVÆSTIO V.

Væstio hæc non aliena est à loco præsentis. nam Arist. do- cet numerum deorsum non tendere in infinitum: quia ex vnis componitur, vnum au- tem indiuisibile est, vt dicitur text. 68. quod profectò difficile videtur: nam ho- mo vnus est, vt ipse fatetur, & tamen di- uisibile est.

Instat 1.

Quòd si dicas, nõ est diuisibilis in du- os homines vnus homo, hoc non satisfacit: sumam enim ignem vnum, qui vnus est, non tamẽ indiuisibilis est, imò in du- os & multos ignes diuidi potest.

Instat 2.

Quòd si dicas: satis est, quòd actu non sit diuisus, quamuis potentia sit diuisibi- lis, non valet tunc ratio Aristote. vult e- nim, quòd numerus non solum non di- uidatur in infinitum deorsum, sed nec di- uidi possit: quia ergo hoc dubium habet aliquid difficultatis, ideò in hac quæstio- ne ipsum tantum enodabimus, in cuius declarationem aliquot oportebit præsup- ponere fundamenta, quorum primum sit. Quod nihil aliud est vnum, quàm qd indiuisum est, & impartitum: dicit enim rem quatenus in partes non est separata, nec diuisa: vnde dicitur vnus homo, qui non est plures: & vna linea, quæ non est facta plures, & vnus ignis, qui non est plures.

1. fundamẽ vnum idem est, quod indiuisum.

Sed hoc vnum duplex est. Alterum, qd dicit partium priuationem. Alterum, qd dicit negationem, quod sic clarius dice- tur. Est quoddam vnum, quod non est actu in partes diuisum, tamen diuidi po- test. aut re ipsa, aut intellectu: parum e- nim refert vt vtrius fiat modo, sicut dicitur vnus ignis, quia cum in multos diui- di possit, actu indiuisus est: & vnum li- gnum, & vnum continuum: & hoc vnũ dicitur per priuationem. Alterum est, quod indiuisum quidem actu est, & etiã potentia, quia tales partes, in quas diui- datur, non habet. Sicut punctum vnum est: quia nec actu, nec potentia partiti- onem habet. Similiter in ratione homi- nis, Petrus vnus est, quia nec actu diuisus nec potentia in duos homines diuidi po- test. Hoc duplex vnum breuissimè qui- dem, sed notanter distinxit Aristote. 4. Meta. tex. 4.

2. Fundam. vnum priua- tiuè duplex transcendẽ- tale, & præ- dicamenta- le.

Sit secundum fundamentum. Vnum 2. Fundam. priuatiuè, id est, quod actu indiuisum est in partes, cum diuidi possit, est duplex. Alterum transcendẽtiale: Alterum præ- dicamentale, quod dicitur vnum quan- titatis. Hoc autem vnum distinguitur se- cundum partes, quæ sunt in duplici differ- entia. Quædam enim partes sunt substantiæ, & essentiæ rei. Quædam sunt partes quantitatiuæ, partes essentiæ, & substan- tiæ, vt materia, forma, genera, & differen- tiæ, actus, potentia, & reliqua ex quibus rei definitionem, & naturam componi- mus: partes verò quantitatis, sunt quæ rei à quantitate procedunt, vt sunt par- tes integrantes, partes secundum exten- sionem, vel secundum discretionem.

Est igitur quoddam vnum, quod dicit actuale indiuisum partium sub- stantialium, & essentialium, & isto mo- do quæq; res, siue materialis, siue imma- terialis, quæ partes habet definitionis, & substantiæ, dicitur vna, vt non est diuisa in eas, siue substantia sit, siue accidens, & tale vnum dicitur transcendẽtiale, & sic quicquid est, vnum est. Huic vno oppo- nuntur multa: multa enim dicuntur, quo- rum substantia, & esse diuisum, & distin- ctum est, vt multa accidentia, multi An- geli, multi homines.

Quid vnum trans- cendẽ- tale.

Cc Alterum

Quid quantitativum.

Alterum vnum est, vnum quantitatis, quod actu indivisum est secundum partes quantitatis, quomodo dicimus vnum continuum: quia suas partes indivisas habet: & vnum numerum, qui non est divisus in suas partes, ex quibus constat, & tale vnum est in rebus, quae quantitate participat, nec in immaterialibus reperitur haec unitas, sed in substantiis, & accidentibus, quae cum quantitate sunt.

Nota partes continui, & discreti non esse eiusdem rationis partem discreti non sunt eiusdem rationis.

Oportet tamen te meminisse continui, & discreti non esse eiusdem rationis partes: nam partes continui habent positionem, cum permanentes sunt, vel in universum copulantur termino communi. At partes discreti nullam habent positionem, nec termino communi copulantur, unde continuum dicitur vnum, cum partes habet termino communi copulatas, discretum vero, cum partes habet non copulatas termino communi, sed sub unica forma numeri, ut ternarii, quaternarii & reliquorum.

Fundamentum vnum quod est principium numeri, est quod est indivisibile ratione discreti.

Sit tertium fundamentum. Vnum quod est principium numeri, & dicitur unitas ex qua numerus componitur, dicitur id, quod est indivisibile ratione discreti. Aduerte enim aliter diuidi continuum, aliter discretum. Continuum enim diuiditur in partes actu copulatas prius termino communi. At discretum in partes, quae ei ante disiunctae, nec termino communi copulatae, unde quodlibet continuum, (si continuum est,) non habet partes discretas, ideoque dicitur indivisibile in ratione discreti, ac vnum, quod est principium numeri, seu unitas, & ex huiusmodi unitate cum multa sunt, numerus constat, & talia vna sic dicuntur indivisibilia.

Conclu.

Sit ergo prima conclusio. Vnum quod est principium numeri est indivisibile, non simpliciter, sed ratione discreti: potest enim esse aliquid vnum diuisibile simul esse, & indivisibile, sed non ratione eadem. V.g. Sumo vnum continuum, ut lignum, aut ignem, hoc potest quidem ratione continui diuidi, puta, quia habet partes copulatas termino communi: at ratione discreti diuidi nequit, non enim habet partes discontinuas, & positionem non habentes, in quas diuidi possit: ut igitur in-

diuisibile est ratione discreti, vnum dicitur, ex quo numerus constat, & de hoc loquitur Arist.

Vnde patet solutio argumenti, vnum enim homo, vnum lignum, & reliqua dicuntur vnum continuum, & vnum, quod est numeri principium, ut vnum continuum sunt, diuidi possunt in partes continui: at ut vnum principium numeri dicuntur, non sunt diuisibilia ratione discreti: quia sic diuidi solius est numeri continentis partes disiunctas, & positionem non habentes, & hoc nota.

Solutio argumenti facti in principio.

Secunda conclusio. vnum; quod est numeri principium, non dicitur entitatem aliquam distinctam realiter a continua quantitate, ut imaginantur multi reales, inter quos est Sonzi. 4. Met. q. 25. dicunt enim quod in continuo sunt duae entitates distinctae, vna est continua quantitas, qua est vnum continuum diuisibile, altera est entitas indivisibilis, qua dicitur vnum principium numeri: ratio ipsius est, quia quantitas continua diuisibilis est, at unitas haec in diuisibilis est.

2. conclusio. vnum quod est principium numeri non dicitur entitatem continuum a qua: Opinio Sonzinar. & eius ratio.

Sed nobis non placet ista entitatum multiplicatio absque ratione, & necessitate, & praeterquam, quod euidentibus posset redargui ista sententia argumentis, ratio ipsorum nulla est: ob id dicimus, quod quantitas continua est, a qua est vnum continuum, & a qua est vnum, quod est numeri principium, sed non eadem ratione. Ut enim a tali quantitate partes habet actu coniunctas, vnum est numero: ut vero a tali quantitate procedit, quod si continua est, non habeat partes discretas, & res per talem quantitatem diuidi nequeat in discreta, principium est numeri, & res ab ea indivisibilis est ratione discreti.

Refellitur.

3. Conclu. Numeri materia sunt ipsae, materia sunt ipsae unitates.

Tertia conclusio, Numeri materia sunt unitates ipsae, forma vero est illarum unitatum certa aggregatio, unde ternarius unitates dicit materialiter, formaliter vero unitatum tantam aggregationem. Sic de quolibet numero.

Quod vltima unitas sit forma, vel det formam numero cui additur.

Hanc intelligitur id, quod dici solet, quod vltima unitas adueniens est forma, reliqua materia, ut in ternario duae unitates sunt materia, tertia determinans forma.

forma

forma, quod videtur dicere Albericus in praedicamento quantitatis. & S. Tho. 3. Meta. quod non ita simpliciter debet intelligi: numerus enim formaliter diuisibilis est, illa unitas vero diuidi non potest. Praeterea: quia cum omnes unitates sint eiusdem rationis, esset eadem forma omnium numerorum, nec specie differrent, quod nemo concedet. nec S. Tho. nec Albe. id dixerunt, ut sonat: sed sensus est, quod illa unitas habet se ut forma: quia ipsa adueniente intelligitur compleri numerus, sed non quod re vera illa esset forma, sed unitatum aggregatio, quae variatur qualibet addita unitate, atque ideo videtur forma, sed non est.

4. conclusio. Numeri diuisio non procedit in infinitum deorsum.

Quarta conclusio. Numeri diuisio non procedit deorsum in infinitum. Haec est Arist. quae patet ex dictis: quia cum numerus diuidatur ratione discreti, & sit deuenire ad vnum indivisibile in ratione discreti, non procedit ipsius diuisio in infinitum, non sic in continuo: non enim in diuisione continui deuenimus ad aliquid indivisibile in ratione continui, cum non sit compositum continuum ex indivisibilibus in ratione continui, sed ex diuisibilibus: ob id ipsius diuisio terminum non habet, ut dictum est.

An numeri multiplicatio procedat in infinitum.

QVAESTIO VI.

argumentum.



Vnum numeri diuisionem deorsum descendendo non in infinitum procedere determinatum sit, consequenter quaeritur, an in multiplicatione sursum ascendendi sit processus infinitus. Et videtur, quod nullo modo. Si enim talis esset processus maximè propter illam rationem Arist. quia numerus creuit ex diuisione continui, haec autem in infinitum procedit: sed haec ratio nulla est, ut videtur. Nam vel loquimur de continuo mathematico, vel de sensibili: Non de mathematico, quia non pertinet haec tractatio ad Physicum. Si vero de Sensibili, ut re vera est, tunc ipsius diuisio non procedit in infinitum: quia, ut dixit in libro 1. Physic. text. 36. datur minima caro, a qua nihil iam est separabi-

le: & nec determinamus dari minimum in his rebus naturalibus etiam homogeneis: non igitur procedit ipsorum diuisio in infinitum, & sic consequenter nec numerus.

Secundo videtur, quod si diuisio in infinitum procedat, quod sit numerus actu infinitus: est enim argumentum. Si lignum aliquod, V.g. pedale, in infinitum est diuisibile: ergo in ipso sunt infinitae partes actu indivisibiles, sed potentia diuisibiles: numerus igitur illarum partium infinitus est: nam dato quouis numero finito, partes plures sunt.

Tertio, si numerus actu infinitus esse non potest: vel esset, quia repugnat propter numeri formam, quia numerus numerabilis est: vel propter numeri materiam: quia res infinita non possunt esse, quarum sit infinitus numerus. Sed neutrum repugnat. Nam secundum Arist. qui mundum ab aeterno possit, potest quis petere, quot homines sint transacti, & quot dies, re vera non est, quid dicatur, nisi infinitus numerus: Si igitur numerus infinitus esset impossibilis, non fuisset praeteritus, quia impossibile ad actum non venit: sed numerus infinitus transactus est, & hoc non nisi simul cum rebus numeratis: non ergo est repugnantia, ut sit numerus infinitus: quod si dicas, non est permanens talis numerus, hoc nihil impedit rationem numeri.

4. tunc membrum argumentum.

Et est quartum argumentum: nam numerus trium motuum, & numerus, V.g. lectionum est verus numerus, tamen non permanet.

Secundo.


Et ulterius secundum Arist. qui tenet animam hominum esse immortalem, & in singulis hominibus singulas animas: tunc si mundus fuit ab aeterno, & homines infiniti transacti sunt, re vera etiam, & animae infinitae, quae cum immortales sint, sequitur actu esse illarum infinitum numerum.

Et ulterius secundum reales, qui dicunt puncta esse in corpore actu, & realiter distincta a quantitate, tunc, cum sint infinita puncta actu existentia in corpore, erit & numerus actu infinitus.

Tertio.

Quintum est etiam argumentum con-

tra tex. 59. vbi dicitur, quod diuisio, quæ fit secundum partes æquales alicuius finiti, non procedit in infinitum. Videtur hoc falsum, & probatur. Sumatur lignum bipedale, tunc in hoc possunt dari infinitæ partes æquales, quarum vna non est altera, sed omnes æquales inter se: ergo diuisio finiti procedit etiam secundum partes æquales in infinitum: & patet. Diuidatur illud lignum in duas pedalitates, & postea singulæ diuidantur in partes proportionales: tunc coniungendo partes proportionales vnus cum coniuncto ex partibus alterius, dabuntur infinitæ pedalitates. Vt si medietas vnus coniungatur cum medietate alterius, & tertia vnus cum duabus tertijs alterius, & quarta vnus cum tribus quartis alterius, &c. vt in exemplo patet infra scripto.



Hæc sunt argumenta, quæ potissimâ habere videntur difficultatem, quæ quidem singularim oportet iam soluere.

Ad 1. solutio Alber. Circa primum Alber. cap. penul. huius libri, dicit quantitatem sensibilem dupliciter posse considerari. Vno modo, vt terminus corporis naturalis, & sic non dubium est, cum detur minimum corporum naturalium: per eam enim mensurabilia sunt corpora: & sic diuisione reali sunt diuisibilia corpora in infinitum.

Reijcitur. Ista solutio mihi non placet, quia cum mensura, qua mensuratur finita sit, & minima, vt dicitur 10. Metâ. re vera mensurabile non mensurabitur, secundum omnes partes, sed sub partibus certæ quantitatis, quanta est mensura: vterius, quia mensura est æqualis, & vna: non igitur mensurabile, vt tale est, diuidetur in infinitum, quia iam haberet partes æquales omnes inter se infinitas, quod esse non potest.

2. Solutio. Aucto. ex Paul. Ven. Paul. Ven. supra tex. 60. Aliter respondet ad hoc de mēte Commen. dicit quod quantitas sensibilis dupliciter considerari potest. Vno modo vt substat formæ naturali, & sic non datur in ea diuisio in infinitum. Altero modo ratione materiæ cui inest, & sic eius diuisio procedit in infinitum.

Ista solutio mihi non admodum placet: quia cum ipse loquatur de diuisione reali, non videtur talis diuisio posse fieri in materia, quia semper est, & erit, cum aliqua forma, quæ impediret talem diuisionem. Dicerem ei ego, quod non debet intelligi de diuisione, quæ dicitur actualem partium separationem, sed de ea, quæ fit per partium signationem, vel considerationis resolutionem, & secundum hæc non datur minimum in homogeneis. Quod enim supra dictum est, intelligi debet de minimo per se existenti, vt illic declarauimus.

Et inducit me ad hoc dicendum ratio: quia ista diuisio sit etiam in tempore, & in motu, vbi non fit talis partium separatio, nisi modo, quo dictum est.

Præterea: quia non potest particula extra modum minima naturaliter consistere, etiâ secundum eos, qui minimum auferunt: dicunt enim posse tam parua esse, vt non consistat, quin à contrario corumpatur: ergo iam talis separatio naturaliter non procedit in infinitum.

Præterea: quia cælo, & lineis cælestibus ista inest diuisio: quæ autem non potest esse, si intelligatur de actuali separatione, cum cælum sit incorruptibile.

Circa secundum argumentum aduertendum erit, quod numerus non dicitur quocumque modo partes, sed distinctas, & positionem, & terminum communem, non habentes, quod si continuæ sint, numerum non faciunt, sed vnum continuum, & hæc est notanda solutio, vnde illæ partes vnus continui numerum non faciunt, nec finitum, nec infinitum actu, sed solum vnum continuum, quousque separantur diuisione, & tunc numerus nunquam erit actu infinitus.

Quod si petas, quot illic sunt partes? dico actu non esse numerum certum, quousque diuisio, vel signatio accedat, quæ nunquam infinita esse poterit in actu.

Circa tertium, landu. quæst. 11. huius tertij, dicit, duplicem esse numerum, quæ non multiplicatur, nisi secundum quantitatem, vt numerus lapidum, hominum, leonum, & aliorum corporum, & talem esse infinitum.

Reijcitur. 2. Solutio. Verio r sit diuisio per imaginationem, & non per naturam. Item diuisio in infinitum.

Probatur solutio. Primò.

Secundò.

Tertiò.

Ad 2.

Numerus requirit partes distinctas, aliter non faciunt numerum, vt in continuo sunt.

Ad 3. Prima solutio.

mitum negat, nec esse posse permanentem: quia tunc occuparet omnia, & non admitteret secum alia corpora. Aliter numerus est rerum, quæ non occupant locum, vt sunt accidentia, quæ per se quantitatem non habent, & horum numerus, dicitur quod de facto modo est infinitus: nam materia prima cuiuslibet habet infinitas potentias actu ad singulas formas, quas recipere potest. Vnde secundum landun. non repugnat infinitum esse, cum sit.

Sed re vera hæc sententia quamuis in alijs accidentibus, vt punctis, habere possit aliquid probabilitatis, de quibus tamen mox dicemus, tamen exemplum aliarum falsum est: non enim est, nisi vnica potentia in materia ad formas, quas recipere potest, loquendo de potentia materiæ primæ: at potentia proximæ sunt variæ pro varijs formis: sed non sunt hæc potentia infinita actu: quia non sunt, nisi cum forma generari debet.

2. Solutio aliorum reijcitur.

Ad 3. & 4. vera solutio.

1. fundam. multitudo, & numerus differunt.

Numerus & multitudo tripliciter differunt. In ente transcendens, in quantitate propius in accidentibus.

Alij dicunt infinitum numerum repugnare ratione formæ: alij ratione materiæ, qui omnes mihi non satisfaciunt.

Pro solutione igitur tertij, quæ quartum argumenti, in quibus de quadruplici numero infinito obiebat, videlicet, dierum, & aliorum successiuorum, animarum, & punctorum, iacenda erunt aliqua fundamenta.

Aduerte igitur primò, quod multitudo, & numerus differunt, nec idem omnino sunt. Multitudo enim solum dicitur partium diuersarum aggregationem: at numerus dicitur ordinem illarum partium secundum prius, & posterius: numerus enim à numerando dicitur: qui numerat autem, ordinem habet.

Iste igitur numerus, aut multitudo tripliciter inuenitur. Primò in ente: vbi enim diuersitas est, & pluralitas entium, quæcumque sint, siue substantiæ, siue accidentia, siue corporea, siue incorporea, ibi numerus est, & multitudo: talis autem numerus, & multitudo transcendentalis dicitur.

Secundò, inuenitur ista multitudo, & numerus particularis in corporibus, & in continuis multis, & iste numerus est

proprius quantitatis species.

Tertiò, numerus est in his, quæ in quantitate sunt, sed non sunt multiplicata per quantitatem, vt est numerus, & multitudo plurium accidentium, quæ in vnico subiecto esse possunt sub vnica quantitate.

Et omnis hic numerus, & multitudo, aut successiuus, potest esse ita, vt non sint simul vnitates, vt numerus hominum, & permanent, aut potest esse permanentis totus, vt facile est intelligere.

Aduerte secundò, inter ferè omnes Philosophos non esse dubium, numerum causarum essentialiter subordinatarum, non esse infinitum: quia cum vna dependeat ab altera in operando, cumque essent infinita, vltima non posset operari, quia ab infinitis dependet, & hoc docet Arist. 2. Metâ. cap. 2.

Similiter, non est dubium, numerum permanentem corporum non esse, nec esse posse infinitum, cum locus omnis naturalis finitus sit: loquimur autem modo de potentia naturali: similiter nec est numerus permanentis accidentium, quæ in corporibus sunt: nam cum corpora sint finita, & accidentia erunt: alias in vno corpore oporteret esse accidentia infinita, cumque non possent differre numero, cum in sit vni subiecto, esset differentia in specie, & infinite essent species, quod non fit naturaliter, nec fieri potest.

At dubium est de numero infinito successiuo, & de permanenti rerum spiritualium.

Dico ergo primò, quod secundum Aristotelem optimè datur multitudo infinita successiuorum, vnde multitudo dicitur, & hominum, & generationum præteritarum, & circulationum, & motuum datur infinita: nec hoc negari potest, licet propriè loquendo illa multitudo infinita non sit numerus, quia numerus dicitur ordinem partium: at in infinito nullus esse potest ordo, cum nec principium eius sit, nec finis, & quia numerus in ratione sua propriè dicitur mensurabilitatem, quæ non conuenit infinito: erit ergo multitudo

Numerus & multitudo successiuus, & permanentis.

Non datur in infinitum numerus permanentis corporum, nec accidentium, quæ sunt in corporibus.

De infinito numero successiuo secū Arist.

titudo infinita, sed non proprie numerus infinitus successuorum.

Vera solutio. Ad illud de infinitate animarum tum toris Aristotelis interpretes, cum secundum eius sententiam mundus fuisset ab eterno, vnde ut illum a contradictione liberarent, in varias inciderunt solutiones parum consentaneas. Alexander ergo impie, & contra ipsum Arist. ei imposuit fecisse animam mortalem, sed ea sententia ab alijs interpretibus reprobatur, & falso id imponit Arist. ut alibi ex Theophrasto, Themist. Simp. Ammon. Philopono, & alijs ostendemus contra Alexandrum.

Secunda Auerri. Hinc etiam delirauit Auerroes cum suo illo unico intellectu communi non minus impie, quam Alexander, imò duplici impietate cumulator, & corruptione animarum, & illa ficta vnitatem intellectus.

Tertia præstantior quorundam aliorum. Alij dicunt, quòd Arist. solum negauit numerum infinitum ex diuisione continui, & in rebus corporeis, non tam negauit numerum infinitum spiritualium & non occupantium locum, & hæc propius ad veritatem accedit.

Quarta Auerri. Alij, vt Auicenna, asserunt, negasse Arist. infinitum numerum entium completorum, & perfectorum, non verò incompletorum, qualis est anima, & partialium entium.

Quinta, aliorum sequentium Pythagoram. Alij fabulosè potius, quam philosophicè dicunt, esse finitas animas, sed mirrare ex corpore in corpus, vt dicebat Pythagoras, & hanc fuisse mentem Aristot. quod tamen ne somniauit quidem Aristoteles.

Sexta. Alij dicunt esse contradictionem in ipso Aristotele, qua cum mundi æternitate non sibi constitit, dum reprobaui infinitum: & merito quidem hoc vexauit interpretes: nam hoc argumento satis efficaciter conuincitur mundum non fuisse ab eterno.

Septima veterior omnium. Respondeo ergo ad illud de infinitate animarum, quòd probabiliter, imò necessario debemus fateri, cum sint animæ immortales secundum Aristotelem: & mundus esset ab eterno, vt ille putauit, esse multitudinem actu infinitam, non quantorum, non tamen numerum prædica-

mentalem, & proprium. Et ista distinctio multitudinis, & numeri, ac numeri duplicis transcendentalis, & prædicamentalis, quanti, & non quanti, multum est obseruanda pro doctrina Arist.

Dicendum secundò, si de veritate sit sermo, infinitum nullum, nec etiam multitudinem processisse, cum mundus ab æterno non fuerit.

Quòd si petas an repugnet ex natura rei, quòd multitudo infinita sit, siue actu simul, siue transacta. Quamuis id solueretur non sit presentis loci, sed octauo libri, existimo tamè multitudinem infinitam actu consummatam implicare, & esse non posse, nec pertransiri posse: vnde non solum infinita hominum multitudo, & aliorum non fuit, sed nec fuit possibilis vilo modo, nec vt videtur imaginatio humana potest capere id, vt infinitum fuerit transactum, & hoc conuincere videtur necessario non fuisse mundum sempiternum.

Et ratio præterea talem multitudinem prohibens hæc est: quia si esset infinita multitudo, multitudo non cresceret additione multorum, nec minueretur ablatione multorum. Patet, nam si homines modo infiniti sint transacti, quæro, an post centum annos plures erunt transacti. Si id neges, videtur stultum. Si verò concedas: quomodo ergo homines illi erant infiniti? quomodo infinita multitudo habet plus aut minus? Et idem quæram, an ante centum annos sint tot homines transacti, quot sunt modo. Re vera si datur infinitum ablatione, vel additione, nec fiet maius aut minus.

Sunt enim, qui dicunt infinitum crescere, & minui posse manens infinitum, quod gratis dicitur.

Alij dicunt vnum infinitum non suscipere plus, quam alterum, & admittunt æquale esse infinitum, siue additis, siue ablati finitis, hoc tamen fateor me credere non posse.

Præterea: quia omnis multitudo ad numerum reducibilis est aliquem, aliàs esset prorsus extra genus, & nihil esset. At quod illa multitudo infinita sit proprie numerus infinitus, impossibile est, vt an-

Secundò. De eodem dubio, secundum veritatem non repugnat ex natura rei esse infinitum numerum. Ratio.

Ratio.

Solutiones quorundam insufficientes.

Ratio.

et c.

et ostendimus: quia numerus dicit ordinem partium, & mensuram.

4. Ratio.

Præterea: quia si infiniti homines sunt transacti, & infinitæ generationes: ergo non sunt infinitæ: infinitum enim non consummabile esset.

Sat scio responsuros aliquos esse transactos infinitos homines, tamen non datur primus homo, qui incepit. Sed hoc mihi difficiliter apparet, quòd detur causa æterna vna productiua hominum, & non detur homines primi, quos illa causa produxit ab eterno, sed satis sint ista in presenti, ex quibus constat repugnare ex natura rei esse multitudinem infinitam. An verò per diuinam potentiam infinitum esse possit, hoc in presenti præmittimus.

Ad illud de infinitate punctorum.

Ad illud de punctis, dico non esse actu puncta realiter distincta, sed potentia: sunt actu per diuisionem, quæ cum infinita non sit actu, nec sunt actu infinita puncta: sed de hoc latius dicitur lib. 6. Atque ita plane satisfactum est argumento tertio, & quarto.

Ad quintum.

Ad quintum facilis est solutio. Non negamus esse infinitas partes æquales omnes in potentia in quolibet continuo: sed id est, quia eadem quantitas multoties repetitur, & sumitur cum alijs, & alijs partibus proportionalibus, quæ dicuntur partes communicantes. At partes non communicantes non sunt æquales omnes inter se, vt diuisio procedat in infinitum.

Nota.

Est autem aduertendum, quòd esse infinitum in diuisione non aliud est, quam quòd nunquam cesserit diuisio partium, hoc est, quòd non sit signabitur minima pars continui, qua non sit alia minor, & minor. Hæc de questione:

Vtrum sit corpus actu infinitum. Questio VII.



Hæc quæstio satis ex ipso textu constat, tamen propter quorundam terminorum applicationem à nobis breuiter est diuicidanda.

Argumentum quod datur corpus infi-

Est argumentum. Infinitum est passio quantitatis: ergo datur subiectum & quantitas actu infinita.

Secundò. Materia est indeterminata in se: ergo ipsius quæritas: ergo est infinita. Aduertendū itaque quòd est distinctio vulgaris apud nominales, vt habet Albertus Saxo, hoc lib. q. 9. de qua etiam ante me minimus, duplex esse infinitum. Categorice, & sine categorice, & quantum ad sensum idem est infinitum categorice, & quòd nos dicimus infinitum in actu, siue secundum magnitudinem, siue secundum multitudinem. Infinitum verò sine categorice idem est, & quòd nos in potentia vocamus.

Et ita exponunt ipsi dicentes infinitus numerus est, cum non sint tot, quin plura possint esse. Ac si dicant, numerus ob id infinitus dicitur, quoniam quouis dato, adhuc alius numerus amplior dari potest. In magnitudine verò infinitum exponunt sic. Non tantum, quin maius, id est, cum quouis data magnitudinis parte, adhuc alia maior per additionem partis proportionalis dari potest, vt explicuimus in textu expositione.

Solent iterum diuidere infinitum categorice in infinitum simpliciter, & infinitum secundum quid, & hoc præsertim in corporibus. Illud dicitur infinitum simpliciter, quòd secundum omnem dimensionem, latitudinem, longitudinem, profunditatem est infinitum, id verò secundum quid, quòd secundum vnâ aut alteram dimensionem, aut ex vna parte esset infinitum, vt si hinc, vbi ego sum, corpus in infinitum tenderet sursum, vel secundum vnâ, vel secundum omnem dimensionem.

At verò notatu dignum est, quòd si corpus, vt corpus est infinitum, simpliciter, & secundum omnem dimensionem, debet esse infinitum: & si naturaliter esse posset corpus infinitum, simpliciter esset eum non esset maior ratio vnus, quam alterius dimensionis.

Sit igitur conclusio. Nullum corpus naturale potest esse actu infinitum. Præter rationes Arist. etiam hæc esse potest. Nam omne quantum figuram necessario habet, at infinitum figuram habere non potest: nam figura est terminus quantitatis, quæ non est, si corpus est infinitum.

Nota. Conclusio. Ratio.

non

non ergo esse potest. Et hæc ratio procedit etiam de corpore Mathematico, & de qualibet dimensione, nã linea necessariò claudi debet termino, aliter non esset vilius figuræ linea, similiter superficies.

2. Ratio.


Altera ratio est partim sumpta ex Aristot. Si corpus aliquod naturale esse posset infinitum, tunc vel esset elementum, vel mixtum ex elementis, vel aliquod aliud simplex corpus: Sed nullum ex his esse potest & patet. Non enim potest esse elementum, nam (vt dictum est in textu) haberet virtutem infinitam, vel tantam saltem, quanta sufficeret reliqua omnia corrumpere & in se trahere, quod naturaliter esse non potest.

Præterea, si esset mixtum, tunc vel componeretur ex elementis numero infinitis, & hoc non: quia vt diximus, multitudo infinita esse non potest, præsertim actu. Aut componeretur ex finitis numero, & tunc necesse esset, quod aliqua, aut vnum illorum esset magnitudine infinitum, aliter enim numero finita non facerent actu infinitum. Si ergo illorum vnum est infinitum, alia in se corrumpet, & non erit mixtum tale corpus, sed simplex.

Quod nullus possit habere motum in infinitum, & non erit mixtum tale corpus, sed simplex.

Quod si sit aliud, tunc, cum naturale sit, vel mouetur sursum, vel deorsum, vel circulariter: Sed nullus motus, ex his potest esse in corpore infinito: non igitur mouebitur, nec erit naturale.

Quod non moueatur sursum, vel deorsum, si infinitum est, constat: quia non potest mutare locum. Sed quod non circulariter, probatur. Corpus circulare non mouetur, nisi mutando diametros, id est ab vna in aliam, vt ab A, in B, & à B, in C, sed non potest hoc fieri, quia A, & B, distant in infinitum, & sic transitus est



inconsummabilis. Quod verò distent in infinitum, patet: quia ab eodem puncto lineæ protractæ, quanto magis tendunt, magis distant. Cum ergo A, & B, in

infinitum distent, & sint protractæ à centro, cum corpus sit infinitum, distabunt in infinitum, nec motus esse poterit.

Obiectio. De motu alterationis. Dico, quod moueri motu alterationis non potest, nisi mixtum, aut elementum sit: At supponitur non esse, quia id probatum est non posse fieri. Cum ergo secundum se totum debeat habere motum aliquem, non erit nisi localis, & hæc sufficiant pro conclusione. Reliqua in textu vide.

Solutio.

Ad primum dico, quod cum infinitum ponitur quantitatis passio, non ponitur actu infinitum, sed in potentia, quia in diuisione consistit, vel ex diuisione provenit, vt fit in infinito secundum oppositionem.

Ad secundum

Ad alterum dico, quod materia non est in potentia ad quantitatem infinitam, vt aliqui putant, sed finitam: non enim recipit quantitatem, nisi cum forma: nec tendit ad quantitatem, nisi per formam, ad quam ipsius potentia terminatur primo: sed forma finita est: ergo, & quælibet quantitas, ad quam materia est in potentia. Et hæc sint satis de quaestione, & de libro tertio Physicorum.

FINIS LIBRI TERTII.

IN LIBRUM
QUARTUM,
PHYSICORUM.
CAPVT I.

Similiter autem necesse est. Textus I.

De quibus agitur in hoc libro Aristot. De loco, in qua, primo, deinde de vacuo, & tempore, & cur eo ordine.



In hoc libro quarto, de loco vacuo, & tempore tractatur. De loco quidem, tanquam de quadam communi corporum proprietate, & de eo, quod ad motum necessarium est: de vacuo, quia antiqui ad motum necessarium esse vacuum, arbitrabantur: de tempore, quia motuum omnium mensura est.

Tractandum de loco, an sit, & quomodo, & quid sit.

Nota.

1. ratio.

Dubium.

Prima tamen de loco sit consideratio, quia locus, & motus & tempus antecedunt. Imò, vt refert Simplicius, ipsum corpus: ac nisi corpus substantia esset, quam Physicus præcipue considerat, prius tractasset de loco.

Constituit igitur Aristot. propositionem, nempe physicum oportere tractare, de loco, an sit, quomodo sit, & quid sit, sicut etiam de infinito ista tradita sunt.

Per quaestionem quomodo sit, intelligit Themist. & Auer. an sit substantia, vel accidens, Simplic. verò, qualis sit locus, & totum est verum.

Quod si dicas, quare præposuit quaestionem qualis sit quaestioni quid sit. Respondet Simplic. quia per ea, quæ per se insunt loco, indagamus quid sit: passiones autem, quæ per se insunt, pertinent ad qualis sit.

Duplici ratione probat oportere Physicum tractare de loco. Prior est: quia omnia, quæ sunt, in loco sunt: & patet hoc, quia quæ non sunt, in loco non sunt, vt chimera, & monstra.

Circa quam rationem offertur statim dubium, quomodo omnia quæ sunt, in loco sint, & ulterius quomodo valeat il-

la ratio, quæ non sunt, non sunt in loco: igitur quæ sunt, in loco sunt. Videtur enim procedere ab opposito antecedentis ad oppositum consequentis.

Sed ad hoc non est difficilis solutio, si intelligas Aristot. hic ex sententia aliorum philosophorum loqui, vt omnes interpretantur, & ipsemet ostendit, de alijs hoc dicens, cum dicit (existimant) nec omnium aliorum est sententia ista, vt dicunt Alex. & Simplic. sed eorum, qui sola corpora esse arbitrati sunt, & nihil incorporeum & spirituale. Hi enim dicebant omne ens esse in loco, quia apud hos ens cum corpore idem erat: est autem omne corpus in loco.

Et hinc patet solutio alterius dubij. Alterum dubium.

Nam esse in loco, & esse ens conuertuntur apud hos: in conuertibilibus autem valet ab opposito antecedentis, vt dicit Simplic.

Respondet etiam secundò Simplic. quod potest illa consequentia apud hos sic formari. Non est in loco: ergo non est, & tunc ab opposito consequentis, est: ergo in loco est. Hoc dicitur secundum horum opinionem, nam secundum veritatem, cum spiritualia sint, quæ in loco non sunt, non omne ens in loco est.

Hinc patet solutio tertij dubij, quod suboriri poterat. Nam si esse in loco omni inest enti, iam non Physici, sed Metaphysici erat de loco tractare. Solutio, inquam, nota est: quia hi ens tantum corporeum ponentes, non separabant Physicam à Metaphysica, vt bene aduertit hic S. Thomas.

Posteriorem rationem adhibet, quia Physicum oportere de loco tractare do-

ccet.

et. Ratio autem est: quia motus omnium communissimus, & maxime proprius, est localis, qui secundum locum fit, & latius dicitur: sed Physicum oportet de motu tractare: ergo etiam de loco. Motus localis dicitur communissimus: primo, quia omne communiter motum localem motum esse cognoscunt, & ita exponit Simp. Secundo: quia omnibus inest corporibus, non solum simplicibus, sed etiam compositis, & ipsis caelis, quibus alij motus non inest, & ita exponit Auerr.

Varia lectio interpretu.

Alij legunt pro communi maxime, primum, ut refert Simpli. de Eudemo, & verum est: motus enim localis est primus, non solum quia caelorum motus est omnium primus, sed quia reliqua agentia mouentur alijs motibus, loco praesupposito, quem motu locali acquisierunt. Dicitur etiam motus localis omnium maxime proprius, id est, principalis, ut Simpli. dicit, quia est dignissimus, cum solus ipse caelis, & astris inest. Similiter dicitur maxime proprius, quia motus localis vere est continuus, ut dicit S. Thomas, vel quia vocabulo motus maxime localem omnes intelligant. Haec igitur sunt cause, propter quas Physicum oportet agere de motu.

Dubium.

Dubitat Simpli. cum locus sit immobilis, ut postea dicit Arist. ut quid de eo Physicum tractet, qui mobilia considerat. Respondet, & bene, quod licet immobilis ipse sit, tamen motus terminus est, & per ipsum motus fit, & hoc sufficit, ut a Physico consideretur.

Solutio.

Habet autem multas dubitationes. Text. II.

Difficultas tractationis de loco. 2. Ratio.

Difficultatem tractationis de loco ponit, atque ab ea difficultate doctrinam commendat. Duas autem difficultatis causas ponit. Altera est, quia cum ex passionibus rei viam cognoscendi ipsam habeamus, tum tales passiones difficile rem indicant, absque dubio quid illa res sit, difficile erit cognoscere. Hoc autem habent loci proprietates, nam modo vnum, modo aliud locum esse ostendunt: quaedam enim ostendunt esse materiam: quaedam formam: quaedam neutrum:

cum igitur tam varia appareat natura loci ex ipsius passionibus, etiam difficile erit quid sit cognoscere.

2. Ratio.

Alteram difficultatis causam ponit: quia nihil habemus, aut traditum, aut dubitatum ab antiquis. Multum enim iuuat aliorum doctrina, vel saltem dubia: pars enim facultatis est bene dubitare, ut dicit Aristot. lib. 3. Metaphy. cap. 1.

Quod igitur locus sit, videtur manifestum. Text. III.

Rationes ad probandum locum esse. Prima ex motu.

Incipit primam questionem discutere, puta, an locus sit: ac rationes aliquot proponit, quibus locum esse probat, quarum prima sumitur ex mutua corporum successione in eodem loco, quae talis est. Vni loco multa succedunt corpora: ergo locus quiddam est distinctum ab ipsis corporibus. Antecedens experientia patet: nam ubi aer erat, aqua succedit aliquando, & contra: & ubi vnum erat corpus, alterum subintrat. Consequenter nota est: quia nisi esset locus quiddam ab utroque corpore distinctum, non posset vnum alterius eidem loco succedere. Et nota, quod argumentum non solum probat locum esse, sed etiam distinctum a corporibus, quae in loco sunt. Hoc enim quaeritur, an sit natura aliqua per se distincta ab his, quae in loco sunt. Hoc genere argumentandi supra vsi sumus ad indagandum materiam distinctam a formis generalibus, & corruptibilibus.

Dubitarur. Cum locum esse, sit per se notum, ut quid probet esse.

Aliqui dicunt: quia sunt tam fortes rationes circa quid est, & est aded difficile quorundam ipsum quid ipsius cognoscere, ut videatur non esse.

Auerr. dicit esse rationes has dialecticas, & hic possumus circa per se nota uer. & aliorum procedere, neutra responsio mihi multum placet.

Verior solutio auctoris.

Mihi videtur dicendum, quod non solum hic locum esse probatur: id enim per se notum est: sed locum sic esse, id est, ut distinctum a corpore locato: & similiter locum vniuersaliter esse pro quocumque corpore sensibili, quod non est per se notum. Et hoc patet: quia post has rationes haec

haec duo infert Aristoteles in textu 6. sequenti.

Amplius autem lationis.

Text. IV.

2. Ratio ex motu grauium, & leuium

Secundum facit argumentum, sumptum ex motu naturali grauium, & leuium: haec enim mouetur sursum, aut deorsum, cum non prohibetur ab aliquo: mouetur autem ad locum suum: ergo locus reuera est, nam motus realis terminum debet habere etiam realem. Addit Aristot. quod ista ratio non solum probat locum esse, sed etiam habere virtutem, et potentiam quandam, qua ipsa locata, & corpora ad se trahat, quod dicebat ille: Nescio, quia natae solum dulcedine cunctos ducit.

Dubium, an locus naturalis habeat virtutem trahendi locatum. Solutio.

Dubitarur, An locus naturalis habeat virtutem, & potentiam hanc circa locatum. Respondet S. Thom. & bene, quod locus naturalis rei cuiuslibet habet virtutem, & qualitatem conseruatiuam locati corporis. Vnumquodque enim naturale corpus in loco naturali maxime conseruatur, & habet etiam locum virtutem, & potentiam hanc attractiuam, non in genere cause efficientis, sicut magnes trahit ferrum, & gutta paleas, sed in genere cause finalis: quia omnia mouentur, & naturaliter inclinantur in proprium suum naturalem locum.

Aristo. ulterius cum dixisset quaedam sursum, quaedam moueri naturaliter deorsum, addit haec etiam loci species, & partes esse, & non solum haec, sed reliqua, puta dextrum, sinistrum, antem, & retrum.

Dubium de partibus, & speciebus loci.

Dubitaris, cur ista partes, & species dicantur.

Aduerte verum ex Auerr. Com. sequenti, quod ista dupliciter possunt considerari. Vno modo, ut sunt termini motuum naturalium, nam latius naturalis pro termino habet locum naturalem, & tunc dicuntur species loci: quia sunt varia vbi, & diuersorum motuum termini, tunc autem non sunt nisi sursum, & deorsum: quia motus naturalis horum corporum non tendit, nisi sursum aut deorsum. Possunt secundum considerari, ut sunt partes integrantes loci vnius, vel corporis existens

in loco aliquo, & sic partes sunt, & sex: ut dicitur in textu. In loco quidem vbi in celo, qui locus est vniuersalis, signatur differentia sex dicta. Septentrio est deorsum. Auster sursum. Oriens a dextris: quia ab eo incipit motus. Occidens a sinistris. Vbi est Zenith nostrum, est ante, vbi Nadir, retrum.

In corpore etiam locato ista assignantur, at in animalibus solis distincta, (ut notum est) sunt haec differentia.

Hic in presenti, ut species loci considerantur. Et quamuis non sint, nisi duae, tamen connumerantur reliquae, quia his coniuncta sunt, non quia corpora naturaliter moueantur ad omnes differentias, ut ad loca naturalia.

Sunt autem talia. Text. V.

Quia sursum, & deorsum loca esse naturalia dixerat, ac potentiam habere, & virtutem circa locata posuit, sed solum relationes, & respectus corporum ad nos, ut dicantur sursum respectu capitis, deorsum respectu pedum, & sic consequenter de alijs differentijs. Hoc in presenti remouet, docens illas differentias esse ex natura rei, & non solum ex parte nostra: quod sic probat. Quae sunt ex parte nostra, sepe mutantur & variantur, sicut quae dextra sinistra, & quae sursum deorsum, cum nos mutamur, & variamur: at ipsa naturalia non mutantur, sed fixa manent, (locus enim quod leuia feruntur, semper est sursum, quod grauia, deorsum, partes enim mundi suae semper seruantur, etiam nobis variatis: non igitur sunt respectu ad nos distincta illae differentiae, sed natura, & virtute.

Remouet obiectiones Arist. ostendens sursum, & deorsum, & alias loci differentias non esse respectu ad nos.

Vnde collige, quod est duplex sursum, & deorsum, & antem, & reliquae differentiae, & naturale, & positione solum. Naturale, non mutatur, nec relatio est, imo contrarie opponuntur inter se sursum, & deorsum, & reliquae. At positione sumuntur in corporibus respectu nostri, & sic variantur, & relatiua sunt, ut columna dextra positione dicitur respectu nostri, & testum sursum respectu nostri, & aer sub

Nota duplex sursum, & deorsum, natura, & positione.

pedibus deorsum positione. Secus autem sit cum ista naturaliter sumuntur: inuariata enim semper manent.

Ostendunt autem, & mathematica.

Exemplum ad idem.

Distingui ea, quæ natura, ab his, quæ positione sunt, etiam exemplo ostendit. Mathematicæ enim figuræ locum non habent naturalem: sunt enim separata de se à sensibilibus, tamen positionem habent ad nos. Nam in triangulo signare possumus, qui angulus sursum, qui deorsum sit, qui ad dextrum, qui ad sinistrum, positione, & ordine ad nos: non igitur ista sunt idem in naturali loco, aliter Mathematica haberent locum naturalem, vt talia sunt, quod falsum est.

Nota.

Et hic sanè est sensus illorum verborum (vt solum intelligatur) id est, consistit tantum positio sine loco naturali: cum igitur separata inueniantur hæc duo, idem non sunt.

Nota artificialibus, vt sic non debetur locus.

Notat verò Simplic. quod naturalis locus non debetur artificialibus, nec mathematicis, nisi per accidens, quatenus in naturalibus subiectis sunt: sicut nec motus naturalis eis per se inest. Ac si diceret: triangulus, & reliquæ figuræ, & artificialia locum naturalem per se non habent, nec sursum, nec deorsum, nisi vt lignea, vel terrea sunt, vel alicui naturaliter insunt subiecto.

Amplius vacuum. Text. VI.

Tertia ratio ad pbandum locum esse.

Tertium argumentum facit, ad probandum locum esse quid præter corpora locata ex antiquorum dictis. Vacuum enim definiunt esse locum priuatum corpore: est igitur locus, & distinctus à corpore locato. Ex his igitur argumentis tribus concludit locum esse distinctum à locato, & vniuersaliter locum esse pro quocunq; sensibili corpore.

4. Ratio ex Hesiodo.

Et superaddit quantum argumentum, ductum ex autoritate Hesiodi, qui docens terram esse factam de nouo, dixit antea terram fuisse chaos, in quod terra reciperetur, vt in locum & receptaculum, ex quo apparet locum esse quid, præter ipsa locata corpora.

Adducit rationem, qua Hesiodus mouebatur, vt ante terram poneret locum, nempe: quia existimabat omne corpus esse alicubi, & esse in loco, quod postea examinabitur.

Si autem tale est. Text. VII.

Concludit Aristot. quod si ita est natura loci, qualem Hesiodus ponit, puta, quod antecedit locatum corpus: miranda profectò est: quia est prior omnium corporum naturis, quod patet. Illud enim prius est, quod sine alijs esse potest, non autem alia sine ipso: at locus sine corpore, corpus non sine loco ponitur, est igitur natura loci prior. Et hoc secundum Hesiodum.

At verò dubitationem habet.

Text. VIII.

Postquam locum esse probauit, nunc ad quæstionem quid est, descendit, & sunt varia in hac parte opiniones. Quidam dicunt, quod velit pro parte negatiua probare modò locum non esse probabiliter, idq; faciat ostendendo nullum quid, nullamq; naturam esse loci, & huius expositionis auctores sunt D. Thom. Themist. Auer. Albert.

Locus secundum Hesiodum prior corpore.

Quid sit locus, an verò omnino sit.

Varia expositiones textus. Prima.

Secunda.

Alij dicunt, quod velit non pro parte negatiua argumentari: quia locum esse, verum est. Non enim est vt infinitum, quod aliquo modo est, & aliquo modo non est, sed quod solum hic circa quæstionem quid sit præsuppositam disputet, & huius expositionis auctor est Simplic. & Philopon.

Et re vera mihi placet, dummodo addamus hoc, quod præcipue, quid est indagat, & circa ipsum versatur, & dum multis modis disputat, & ipsum oppugnat, consequenter etiam minus principaliter disputatio est circa id, an sit, & hanc expositionem videtur probasse text. 15. sequens, vbi hæc vtraque tali modo inferuntur.

Tertia expositio auctoris.

Est igitur primum argumentum circa genus: hoc enim maxime ad quid est factum, ac probat, quod genus loci non sit corpus. Omne corpus habet tres dimensiones, longum, latum, profundum: sed hæc

hæc impossibile est inesse loco: ergo locus non est corpus. Maior est nota. Minorem probat. Locus debet adæquari ipsi locato: sed si haberet tres dimensiones, non posset ipsi adæquari, nisi se penetrando cum ipso locato: quod esse non potest, nam duo corpora in eodem, & penetratiue esse non possunt: non igitur locus est corpus.

Amplius, si est corporis locus.

Text. IX.

2. q locus non sit receptaculum.

Secundum facit argumentum, quod probat locum nec esse receptaculum eorum, quæ succedunt inuicem sibi. Ratio autem hæc est: Si locus esset receptaculum sibi inuicem succedentium, sequitur quod esset locus puncti, & superficialium, & linearum, quia ista etiã succedunt: vt enim aqua aeri, ita aquæ puncta, punctis aeris succedunt: deberet ergo eadem proportione horum esse locus, hoc tamen videtur non ita esse: nam puncti non videtur esse locus vllus, nisi ipsum punctum: pari ergo ratione non esset corporis locus, nisi ipsum corpus, nec aliquid præter corpus, vnde non esset locus receptaculum aliquod.

Quid enim tandem, & nos ponemus. Text. X.

3. q locus non possit habere quantitatem.

Tertium facit argumentum, quo probatur, quod si locus sit talis natura, quod habeat magnitudinem, & quantitatem, quod non possit, quid ipsum sit, assignari: nam vel est elementum, vel ex elementis compositum. Et si compositum ex elementis, vel ex elementis his corporeis, vel ex incorporeis, puta, ex principijs intellectualibus. Sed nihil horum esse potest: non enim est elementum corporeum, aut ex huiusmodi elementis compositum: esset enim corpus, quod esse non potest, vt superius probauimus. Nec potest esse quicquam intellectuale, & incorporeum: quia magnitudinem habet: non igitur videtur compertum, quo in genere sit locus constitutus.

Amplius autem, & cuiusnam.

Text. XI.

Quartum facit argumentum, quod probat locum non esse causam aliquam. Possent enim quis existimare, cum locus sit prior eo, quod est in loco, forsam esse causam. Hoc remouet: quia nulla species causæ est, nec formalis, nec materialis, nec finalis, nec efficiens. Cum enim res non conficiatur ex loco, non videtur quod sit forma, aut materia: ex his enim composita constat. Et ex his apparet, quod nec sit efficiens, aut finis: Hæc enim coincidunt cum forma, ac re idem sunt, vt superius dictum est, in secundo libro: loquitur enim de fine generationis.

4. q locus nulla sit causa.

Et ita cessat dubium, quod poterat occurrere: Quia diximus superius, quod locus naturalis mouet, vt finis: ille enim finis erat externus, hic de proprio, & interno sine sermo est, qui est finis generationis, qui à Phisico consideratur, quod: dubium mouet etiam Simplic. quamuis ipse multipliciter conatur soluere, sed nostra solutio magis conueniens est.

Solutio dubium quod posset occurrere.

Amplius autem & ipse.

Text. XII.

Quintum facit argumentum, quod Zeno vt bebatur contra eos, qui dicebant omne ens esse in loco: dicebat sic. Omne est ens in loco, locus est ens: ergo locus est in loco. Et iterum argumentum fiet de illo loco alio, fietque processus in infinitum, qui non est admittendus. Videtur igitur locus nihil esse, & sic nullius erit natura, nec sub aliquo genere collocabitur.

5. q locus non sit ens esse in loco.

Amplius sit vt omne.

Text. XIII.

Sextum facit argumentum, quo pariter probat locum non esse, & sic non esse. Habere genus, & supponit dicta aliquid de loco, nempe, quod locus sit æqualis locato, similiter quod omne corpus est in loco, & similiter quod in omni loco est corpus, nec detur vllus vacuus corpore. Supponit etiam alterum, quod verum est, nempe corpora augeri, & fieri maiora.

Tunc est argumentum. Si corpus augetur.

getur, locus etiam augeri debet, cum sit æqualis: at locus non potest augeri: non igitur videtur locus esse. Consequētia nota est ex primò supposito, quòd si augetur corpus, locus augetur.

At quia posset dici, quòd nō est opus, sed quòd tale corpus sumat partem alterius loci: ob id posuit tertium principium, quòd omnis locus sit corpore repletus, & ob id dici non poterit, quòd illa pars, quæ augetur, non sit in loco, propter secundum, ubi dictum est, omne corpus in loco esse.

At quòd locus augeri nō possit, ex eisdem principijs patet: quia non est, unde tali loco augmentum proveniat: quia omnia occupata sunt. Est autem notanda huius loci expositio.

Vnde concludit, quòd ex his argumentis non solum dubium est, quid locus sit, quòd disputare præcipue intendebat, sed etiam dubium manet, an sit.

CAPUT II

Quoniam autem aliud.

Text. XIII.

Affert rationes Arist. quibus probari possit locum vel esse formam, vel materiam.



VM superius dixisset locum nec esse formam, nec materiam, ostendit modò rationes, quibus forma, aut materia esse videri poterat, ac ipsas refutat. Supponit tamē distinctionem de loco, quæ vulgaris est.

Duplex enim locus dicitur, alter communis, alter proprius, & primus.

Loci distinctio. Quid locus communis.

Locus communis dicitur, qui continet locatū, & alia plura præter illud, quo pacto aliquis nostrum dici potest esse in celo, quia est in terra, & terra est in aqua, & aqua in alijs, quæ sunt in celo: sed locus talis communis est huius corporis. Sic etiam nos dicimur singuli esse Romæ, ut in loco communi.

Quid proprius.

Alter locus est proprius, & primus, qui non nisi rem talem continet, quo pacto locus hic, quo ego sum, proprius dicitur, & primus. Et nota, quod locus commu-

nis dicitur respectu eorum, quæ particulari loco continentur: nam celum non dicitur locus communis ignis, sed proprius: quia ipsum solum propriè continet. Hinc patet, quòd locus proprius est, qui continet, & primò terminat locatum.

Ex hoc colligit argumentum, quòd ratio, quæ locus sit forma. Nam forma est terminus, pbatur loci quantitatis, & magnitudinis, & ipsius cum esse materia, cui inest magnitudo: at locus terminus est talis: est igitur forma.

Est notandum, quòd materia terminatur à forma ad esse quoddam substantiale: similiter quantitas materiae determinatur ab ipsa forma: iuxta formam enim est ipsa quantitas.

Hoc argumentum solum afferitur disputationis gratia: nam forma continetur, & terminat intrinsecè, locus extrinsecè, & ut circumscribens, ut dicitur postea.

Nota cum Simplic. qui bene dicit. Aliud esse secundum aliud continere, aliud

secundum accidens. Vnde locus communis secundum aliud, puta per proprium continet: sed non secundum accidens. Per se autem continere, est primò continere. Et proximè, & hoc etiam in logicis est verum: nam potest quoddam prædicatum secundum aliud competere subiecto, quòd non tamen per accidens, ut sensibile inest homini per se, & secundum aliud, puta per ipsum animal: idem enim est hic per se, & secundum aliud, quòd immediate, & mediatè: hoc etiam docet Aristot. lib. 5. Metaph. c. 18.

Sic ergo considerantibus.

Text. XV.

Verba hæc prima textus cum superioribus sunt copulata, quibus locum formam esse infert, si sic consideretur, puta ut terminus & continens. Ex alia verò parte probatur esse materiam, nam locus non videtur aliud esse, quàm interuallum, & spacium, in quo magnitudo, & quantitas totius continetur, ut locus vini interuallum, & distantia magnitudinis vini, quæ tanta est, quantum interuallum inter latera interna vasis: quòd si hoc est, locus est materia ipsa totius compositi: hæc enim est distantia à quantitate,

2. ratio, quæ pbatur locum esse materiam.

& in ea recipitur quantitas & forma, quæ ipsam materiam determinant, cum secundum se sit indeterminata. Quòd autem sit materia locus, & non aliud, patet: nam si auferamus formas, & quantitatem, non videtur quicquam superesse, quòd sit tale interuallum, nisi ipsa materia.

Nota.

Aduerte verò, quòd non loquitur de illo interuallo externo, quòd est inter latera vasis, ut imaginatur Philo. sed de interno ipsius rei; nam cum vinum est in vase, illud tale interuallum non videtur quid sit, nisi materia rei, cum non sit corpus aliud. Et hoc est argumentum Arist. quòd si locus sit interuallum à quantitate rei determinatum, quòd locus non sit aliud, quàm materia: quia nihil ibi est præter ipsam, quòd determinetur.

Quamobrem, & Plato.

Confirmat locum esse materiam.

Confirmat locum esse materiam, ex Platonis dicto: hic enim, & receptaculum, & locum idem esse arbitratur: Materiam autem, & susceptivum dicebat esse receptaculum, ac consequenter materia erat locus: quamvis materiam non eodem nomine semper vocabat: nam in Timæo hoc nomine materia ipsam vocabat, at in dogmatibus non scriptis, magnum & paruum appellabat.

Nota.

Vbi aduertendum est Platonis tunc temporis duplicem fuisse doctrinam, quandam quidem scripto iam traditam, alteram, quæ solo verbo discipulis tradebatur, quam hic vocat dogmata non scripta.

Dicunt enim omnes aliquid. Text. XVI.

Concludit ex dictis difficile esse agere de loco.

Commendat Platonem, cum enim alij Philosophi omnes tantum locum esse dixissent, ipse solus quid locus esset, declarare aggressus est. Concludit autem ex argumento præcedenti, quòd siue locus sit forma, siue materia, est difficile de loco differere, quia speculatio materiae, aut formæ altissima est, & difficilis valde, & neutra per se absque altera cognosci potest, ob id maior sit difficultas.

tas. Dicit autem non facile esse vnam sine altera cognoscere, quia mutuo materiae, & formæ naturales habitudinem inter se habent.

At verò quid impossibile sit.

Text. XVII.

Contrarie rationes, per veritatem loci non esse formam, nec materiam.

Multis argumentis probare nititur locum, nec esse formam, nec esse materiam, quorū primum est. Materia & forma nequeunt separari à re ipsa manente: at locus separatur à re ipsa manente: non igitur locus est materia aut forma: imò nec pars, aut habitus, aut quicquam à re inseparabile. Maior est certa. Minor patet, nam in locum vnius rei recedens altera succedit, quòd non esset, si locus esset materia, aut forma: sic enim recederet vtiq; cum ipsa re. Vnde concludit perinde esse locum, ac vas, quòd manet recedentibus liquoribus, & nihil est intrinsecum ipsorum liquorum.

Quatenus igitur separabilis.

Text. XVIII.

Prosequitur rationem.

Prosequitur dicere, quòd quatenus est separabilis à re, non videtur esse forma ipsius rei. Et nota, quòd hoc argumentum, quamvis sit commune pro materia & forma, tamen peculiaris applicatur formæ, quia ipsa est, quæ nullo modo potest esse absque re, siue remaneat, siue non: at materia quodammodo est separabilis, quia manet corrupta re. Propterea alicuam exillem similitudinem videbatur habere cum loco: ob idque alio argumento reicit, materiam esse locum: quia nempe materia continetur, & determinatur: forma verò continet, & determinat.

Videtur autem semper.

Secundum facit argumentum sumptum ex vi, & energia locutionis. Cum enim dicimus corpus esse alicubi, & modo loci in loco, re vera non dicimus esse in seipso, sed videmus significare ipsum corpus aliquid esse, & existere in aliquo extra se, & distincto à se: non igitur materia, & forma locus sunt, cum intra se sint.

Interesio
contra Pla-
tonem.

Post hæc digreditur parū contra Platonem, qui non constare sibi visus est: Nam dixit numeros, & ideas non esse in loco. Dixit etiam ideas participari à materia: ipsarum enim participatione composita esse. Dixit etiam materiam, siue magnum & paruum, locum esse; sequitur ex his, quòd ideæ in loco sint, quòd si non sunt; tenebatur horum reddere rationem, & causam.

Amplius quomodo ferretur.
Text. XIX.

Tertia, à mo-
tu.

Tertium facit argumentum ad idem probandum, quod tale est. Si materia, aut forma locus sunt, sequitur, quòd res nō moueretur sursum, aut deorsum, quòd falsum est. Patet sequela: quia habet in tra se, ad quod deberet moueri. Cū igitur videamus sursum, aut deorsum moueri res, habentes tamen suam materiam, & formam; non est materia, aut forma locus: non enim mouetur res ad materiam & formam, motu sursum, aut deorsum. At in his locus querendus est, id est, locus non est alius naturalis, nisi ad quem res motu naturali feruntur.

Nora.

Notandum verò est, quòd loquitur de motu totius rei, qui non potest esse ad materiam, vel formam.

Si verò in ipso locus est.
Text. XX.

Quarta, q̄
aliis loci ef-
fer locus.

Quartum facit argumentum. Si materia, & forma locus sunt, sequitur, quòd loci esset locus, quod falsum est. Patet sequela: nam corpora particularia cū hinc inde moueantur localiter: non est dicendum, quòd in vno loco semper sint, ac permaneant: si igitur locum mutant, cū semper cum materia, & forma perseuerent, sequitur, quòd illarum etiam erit locus: erit igitur loci locus.

Amplius quando. Text. XXI.

Varię expo-
sitiones te-
xus.

1. A. passij.

Non est omnium eadem expositio loci huius. A. passius (vt refert Simplicius) dicit hæc verba esse continuanda cum textu decimo tertio. Illic

enim probatum est locum non posse auferri: in his verò probatur non posse corrumpi, aut diminui. Quòd si esset æqualis locato, diminueretur: nam aliquando locatum fit minus, vt cū ex aere multo fit parua aqua. Et re vera si ista verba illuc transferantur, sensus notus est. Sed difficile videtur tantam verborum facere transpositionem, quam nullus alius antiquus interpretes recepit.

Alia est expositio Alexan. Philop. & 2. Alex. & Pelli. Dicunt hic probare Arist. tantum locum non esse formam; & tunc argumentum est. Si forma esset locus, cū aliquid corrumpetur, vtique locus corrumpetur: nam corruptio formæ est; locus autem corrumpi non potest, cū contrarium non habeat.

Aliter Simpli. exponit, quē sequitur Alber. & S. Tho. nempe, q̄ probetur locum, nec esse formam, nec materiam, q̄ utroque modo contingeret corrumpi locum re corrupta: & vitur exemplo, quo non solum forma corrumpitur, sed materia mutatur, puta cū aer condensatur in aquam. Themistius aliter exponit; sed non conuenit literæ.

Expositio
Authoris.

Mihi videtur ita dicendum, vt Aristoteles velit probare locum non esse materiam, & tunc argumentum clarum est. Cū ex aere fit aqua, non manet locus idem: nam minor est aquæ locus: & præterea quia alius est locus aquæ naturalis. At materia non corrumpitur, sed manet: non igitur est ipsa locus. Vnde non ducit Aristoteles ad inconueniens, quòd locus corrumpatur, vt illi volunt, sed quòd materia corrumpatur, quod esse nequit.

Ex quibus igitur. Text. XXII.

Epilogat rationem, & dicit se posuisse rationes veras, quibus locum esse probatum est, & rationes probabiles, & disputatias, quibus quid locus sit discussum est. Vbi nota, quòd diximus supra: non enim argumenta posuit, quibus probaret locum non esse; sed tantum vera, & necessaria, quibus probatur esse. At circa quid locus sit, solum disputatiuè procedit, nec est quicquam de-

termi-

terminatum circa ipsius naturam, & quid sit.

Circa aliqua dubia, quæ in textibus præcedentibus occurrunt.

Quæstio I.

NE in exponendo textu nimis plixi videamur, non erit ab re, dubia aliquot post expositionem aliquorū textuum cōgere.

Primum ar-
gū.

Primum argumentum primū circa textum quartum, vbi dicitur, quòd locus naturalis virtutem habet aliquam conseruatiuam locati. Nam superficies aquæ concava locus videtur terræ, tamen habet oppositam qualitatem: nā terra sicca est, aqua verò humida. Præterea aer est in superficie ignis: tamen ignis siccus est, humidus autem aer: non igitur conseruat locus locatum.

Secundum.

Secundum circa text. 5. vbi dicitur, corpus Mathematicū non esse in loco, quod videtur falsum. Nam id, ratione cuius in loco est, & ratione cuius occupatur, sunt dimensiones, sed corpus Mathematicum est trina dimensio: ergo ipsum per se, & præcipuè est in loco.

Tertium.

Tertium argumentum est circa text. 6. Laudat enim Hesiodum dicentem locum præcessisse terram, quæ facta est. Videtur hoc esse contra nos, qui ponimus mundi creationem nullo tamen præcedente loco.

Quartum.

Quartū est circa text. 9. vbi dicit, quòd punctus non est in loco, quia nulla esset differentia puncti, & loci eius. Videtur hoc falsum, quia punctus locatus esset in corpore locato, punctus verò locans, seu loci esset in corpore continente: Et sic vnum punctum alterum contineret, & illius esset locus.

Quintum.

Quintum circa text. 11. vbi dicitur locus non esse causa efficiens. Videtur hoc falsum: nā locus est productiuus rerum multarum, vt patet, Quædam enim terra fert vvas, quædam metalla, quædam alia, & alia animalia.

Sextum.

Sextum circa textum 14. quòd forma contineat. Videtur falsum: nam materia habet ordinem ad formas multas, & est receptaculum ipsarum: igitur

tur continet illas, non autem ab eis continetur.

Septimum, circa text. 17. quòd eidem loco multa succedant corpora. Videtur falsum: nam cum ego discedo ab isto loco, locus perit, quia aer continuatur: cū autem alter succedit, locus nouus fit, nec idem est: non igitur est successio corporum in vno loco. Ad hæc oportet eodem ordine respondere: ex singulorum enim solutione tota quæstio dependet.

Septimum.

Ad primum. Aduertendum est, quòd locus naturalis dicitur duo. Alterū est, quod ambiat, & circumscribat exterius locatum corpus, & hoc fit ratione quantitatis: locus enim cum magnitudo sit, potest locatum corpus ambire. Alterum est, conseruare locatum ipsum, quod non est aliud, quàm habere quandam conformitatem, & proportionem cum natura locati, & hoc prouenit à qualitate aliqua, quæ est in subiecto, vbi locus est, vt aqua est naturalis locus piscis, quia ipsa sua superficie ambit, quæ superficies locus dicitur, & similiter, quia aqua naturalis cū ratione suæ humiditatis, & frigiditatis locato. Ad piscium naturæ est proportionata. Similiter de terra, & de alijs locis, respectu locatorum. Locum naturalem cōseruat eorum influ-

Nec solum ista qualitas conseruatiua sua est illa, quæ est ipsius elementi in generali: hoc enim nō est sufficiens ad diuersificanda loca omnia, cū videamus diuersa loca in terra pro diuersis, quæ in ea non vbi que generantur, sed conueniunt etiam aliæ qualitates à cælo fluentes, & à virtutibus astrorum, quæ multum influunt in hæc inferiora.

De loco autem elementorum, licet nō sit modò locus disputandi, dicitur tamen quòd vnum elementum locus est alteri secundum suam superficiem concavam. Dicitur autem vnum ab altero conseruari, propter Symbolas qualitates, quia quæ simul sunt in vna qualitate communicant: & similiter ex virtute cæli, quæ conseruat ipsa secundum certam distantiā, intra quam vnumque idque continetur.

Circa secundum aduertendum, duplex esse

Ec

esse

corpus l-
plex, natu-
le, & mathe-
maticū.

esse corpus. Alterum naturale, alterū ma-
thematicum. Corpus mathematicum est
quantitas ipsa, trinam habens dimensio-
nem, longitudinem, latitudinem, & pro-
funditatem, vt per se consideratur, nuda
ab omni alio sensibili accidenti, sed solum
figura terminata aliqua, quod corpus vo-
cant prædicamenti quantitatis. Imagi-
nantur enim Geometræ, quod sit vnum
punctum in quo tres diametri se interse-
cent ad angulos rectos: non enim plures
esse possunt, vt rectè demonstrat Simplic.
ad initium primi de cælo: tunc vnam dia-
metrum vocant longitudinem, alteram
latitudinem, tertiam profunditatem: hoc
igitur est corpus mathematicum, quod
in re quidem est, sed non tali modo
nudum, vt Geometra considerat. Phy-
sicum verò corpus est substantia ipsa, ta-
les habens dimensiones, sed cum qualita-
tibus sensibilibus, & mutationibus sub-
iectas, & hoc corpus sic est in rebus, & sub-
stantia est.

Corpus ma-
thematicū
quatenus ta-
le caret lo-
co.

Hinc patet, quod cum corpus mathe-
maticum, vt tale, non sit, vt tale etiā non
habet locum vllum: quod si esset, habe-
ret locum mathematicum quidē, id est,
quoad continentiam, sed nō naturalem,
quia nullā habet qualitatem. Et sic pos-
sumus modò dicere, quod cum tale cor-
pus in rebus sit, quamuis non eo modo
vt à mathematico consideratur, sed cum
corpore naturali ratione diuersum, sic il-
li correspondet locus idem naturalis, nō
vt naturalis est, sed tantum vt continuus,
& sic intellige Aristotel. dicit. n. quod nō
est in loco distincto à naturali, cum non
separetur à corpore naturali, nisi solum
ratione, & ei correspondet in re locus, vt
mathematicus, non vt naturalis. Nece-
nim ei debetur sursum, aut deorsum, sed
tantum contineri, & hæc nota.

Ad tertium
Auer. dictū.

Ad tertium Auer. dicit Com. 6. quod
in sua secta, quia ponunt mundum crea-
tum esse, ideo dicunt illi, quia in ea philo-
sophantur, vacuum processisse, in quod
receptus sit mundus, existimat que ipse nō
posse aliter factum fuisse, nisi esset vacu-
um, & Burle. dicit difficile esse, quin con-
cedatur fuisse vacuum spatium in quo
mundus sit factus.

Nos dicimus vtrumque turpiter decipi. Confutatio
Primò, quia si vacuo fuisset opus, id esset. Auer.
ex eo, quod modò mundus secundum se. An ante mū-
totū esset in aliquo loco ambiente, quod di creatio-
falsum est: non enim est in loco secundū nem esset
se totum, sed secundum partes, nec con- vacuus eius
tinetur, aut ambitur loco, vt dicimus po- locus.
stea, & ipsi hoc fatentur mundum per se
totum non esse in loco: non igitur debuit
aliquod præcedere vacuum, cum modò nō
sit totius loci qui dici possit repletū esse.

Præterea, vacuum non est sola caren- Secundū
tia, vel sola negatio loci, vel corporis, a-
liās extra cælum esset vacuum, quod ne-
gat Arist. in lib. de cælo, sed vacuū est pri-
uatio loci, vel corporis, in quo corpus na-
turaliter fuit, vel naturaliter esse potest.
Hoc autem non fuit ante creationem,
cum per diuinam potentiam solam, &
supernaturaliter ibi, vbi est, fuerit vnā
eum ipso loco creatus mundus: postquā
verò factus est locus, & corpore repletus,
si corpus abesset, tunc esset iam corporis,
& loci priuatio, quod ibi erat, & aptū esse
esse naturaliter, & sic esset vacuum mo-
do, non ante creationem, nō secus quā
modò extra cælum, vt diximus, non est
vacuum: quia illud nullum corpus natu-
raliter replere potest modò, licet Deus de
nouo ibi creare nouū corpus, & per con-
sequens nouum locum, posset. Confirma-
tius sit: quia prior, saltem natura, est ha-
bitus, quā priuatio: ergo prior esse lo-
cus debuit, quā sit loci priuatio, quæ
est vacuum: & prius corpus in loco esse,
quā corporis priuatio in loco.

Nec Aristot. ex professo laudat Hesi o. Tertio.
dum, sed secundum apparentiam quan-
dam: quia videtur locum distinguere à
locato.

Et perpende rationē, qua mouebatur
Hesiodus: quia existimabat omne corpus
esse in loco ambiente, quæ ratio falsa est,
vt ipse sumebat. Non enim omne corpus
in loco est ambiente, secundū se totum, de
hoc autem libro 8. dicitur.

Circa quartum Simplic. & Philop. di-
cunt rationem Arist. esse hanc. Si punctus
haberet locum, esse vtique alius punctus
loci: si igitur punctus locus est puncto,
esset ipsū appositus: tunc autem non es-
set

Ad 4. Sola-
tio Simp.

set differentia: quia punctum coniunctū
puncto facit eum eo idem punctum: non
enim sunt duo puncta immediata.

Hoc mihi non placet: nam licet in e-
dem continuo duo puncta immediata
esse nequeant, possunt tamen diuersa pū-
cta diuersorum continuorum per con-
tiguationem esse immediata: ob id, cum
illorum punctorum vnum sit corporis
locantis, alterum sit locati, non erunt
idem.

Solutio Al-
ber.

Albertus sic facit rationem, quod cum
punctus sit locus puncti, punctus erit lo-
cus, & locatum, & sic non erit differentia
loci, & locati. Sed nec hoc placet: quia sunt
diuersa pūcta diuersorum subiectorum.

Solutio Au-
thor.

Ideo dicendum, sensum esse, quod si
punctum haberet locum, vtique esset al-
liud punctum: cum autem vtrumque es-
set indiuisibile, neutrum contineret, neu-
trum contineretur: quia non esset vllum
discrimen, quo magis vnum, quā aliud
contineret, aut contineretur: & hoc est
dicere, quod nulla esset illorum diffe-
rentia.

De vi illius
rationis
Aristot.

Aduertendum verò, quod hæc ratio,
vt Auer. admonuit, non est necessaria,
sed probabilis, & soluitur sic. Admitti-
mus punctum, & lineas nō habere locum
per se: quia, quamuis succedant mutuo
in eodem loco, non succedunt per se, sed
per accidens, cum non per se moueantur:
corpus tamen ipsum succedit per se, quia
per se mouetur. Propterea alia ratio est
corporum, alia aliorum in sua passione:
si enim omnia pariter succederēt, & mo-
uerentur, esset argumentum ab vno ad al-
terum validum, sed non ita est.

Ad quintū.

Ad quintum facilis est solutio. Locus
enim formaliter dicit continētiam, quæ
ratione quantitatis est: & isto modo ni-
hil producit, nullius causa est: quia ma-
gnitudo non est effectiuum accidens. At
ratione qualitatum, quas habet vt locus
naturalis dicitur, productiuus est. Arist.
tamen loquebatur de essentia loci, quæ in
quantitate consistit, ob id dixit, non esse
causam.

Ad sextum.

Ad sextum respondeo, quod id pro-
priè continet, quod ambit, & ad suos ter-
minos trahit aliud, vt vas continet aquā,

quam ad suam figuram internam trahit:
si enim vas triangulare est, talis etiam a-
qua fit. Cum igitur materia terminetur
à forma (nam forma adueniens materiā
ad sui modum determinat, vt patet: nam
aëris forma intrans aquæ materiā, ipsam
dilatari iuxta sui naturam) ob id formæ
est continere. Nec idem est recipere, & con-
tinere: materia quidem recipit omnes
formas, sed ab omnibus continetur: quia
terminatur.

Ad septimum respondeo, quod non ad septimū:
semper corrumpitur superficies, imò ali-
quando manet eadem, vt patet in vase.
Dico etiā, quod licet corrumpatur, vt ar-
gumentum probat, tamen manet præci-
puum formale loci, puta idem situs, & y-
bi. Et quāuis aër ambiens in me mutetur
sæpè, dum modo non mouear ego, dicor
in eodem manere loco, propter situm, &
sic multa corpora succedunt eidem loco,
de hoc tamen dicitur postea.

CAPVT III.

Vno igitur modo.

Tex. XXIII.



VI A loco præcipuè con-
uenit, quod in eo aliqd. Quot modis
sit, describit modò, quot aliquid sit
in alio,
modis contingat esse in
altero, & numerato octo.

Primus est, quo pars
dicitur esse in toto, vt digitus est in ma-
nu, & anima in homine.

Secundus est, quo totum est in suis par-
tibus simul: & ne videretur totum in par-
tibus nō esse, addit, totum non esse extra
partes, id est, in ipsis partibus nō extra est
sicut nec partes extra totum sunt.

Tertius est, quo species est in suo gene-
re, & particulare in suo vniuersali, vt ho-
mo in animali.

Quartus est, quo est genus in specie, vt
animal in homine, & omnino pars defi-
nitionis in ipsa definitione.

Et notat hic bene Simplic. quod totum
dicitur in partibus esse pluraliter: quia
totum non est in singulis partibus per se,
sed in omnibus simul: at genus dicitur in
specie in singulari: quia tota substantia

Ec 2 generis

generis est in singulis per se speciebus, vt totum animal in homine, totum in leone, totum in qualibet specie.

Quintus.

Quintus est, quo forma in materia; vt sanitas in animali composito ex frigidis, & calidis, ex alijsque humoribus. Et notat Alex. quod ad hunc potest reduci modus, quo est accidens in subiecto: non tamen eodem modo existimes formam materiam, & accidens subiecto inesse, vt alibi declaratum est, sed similitudinem quandam habent.

Nota ex Alex.

Sextus.

Sextus est, quo aliquid est in aliquo, vt in causa efficiendi, vt in rege est iudicium regni, & in patre fuerunt filij.

Septimus.

Septimus est, vt in fine, vt amans dicitur esse in amato.

Octauus & maximè proprius.

Vltimus est, sicut aliquid est in vase, & in loco: & hunc dicit esse modum omnium maximè proprium: reliqui enim analogia quadam dicuntur ad hunc, quatenus id quod dicitur esse in loco, conseruatur, & recipitur in eo: hac similitudine reliqua dicuntur esse in alio.

Nota.

Non meminit illius, quod est esse in tempore: quia paulò post dicitur erat de tempore. De his modis diximus in Antepædi.

Dubitabit autem aliquis.

Text. XXIII.

Dubium an aliquid sit in seipso.

Offet quis post tot modos enarratos, quibus vnum in alio est, dubitare, an aliquid sit in seipso, an nò: sed quicquid est, aut ausquam est, aut si debet esse in aliquo, debet esse in alio distincto, & non in seipso, & hoc determinat Aristot. ante cuius explicationem prius est à nobis res explananda, postea textus exponendus.

2. Notandū tripliciter posse esse aliquid tale secundum se, secundum aliud, & secundum accidens.

Aduertendum igitur primò, tripliciter aliquid posse esse tale. Vno modo secundum se, altero secundum aliud, tertio secundum tale secundum se, quod immediatè recipit tale prædicatum, quomodo superficies huius corporis dicitur secundum se alba, quia ipsa est primò, quæ albedinem habet. Id dicitur secundò secundum aliud tale, quod secundum sui partem illud recipit prædicatum, vt homo secundum a-

liud est albus, quia superficiem habet albam, & secundum aliud sciens, puta secundum animam, in qua est scientia. Id dicitur per accidens, quod est in eo, quod secundum se est tale, vt anima per accidens mouetur: quia est in homine, qui per se mouetur. Sunt autem isti modi differentes inter se.

Aduertendum secundò: quòd sicut aliquid est tale tripliciter, ita similiter aliquid dicitur esse in aliquo, & esse in loco tripliciter, & secundum se, & secundum aliud, & secundum accidens. Id est in loco secundum se, quod primò, & proximè in loco est, vt ego sum in hoc loco. Id est, secundum aliud, quod secundum sui partem aliquam in loco est, vt dicitur arbor in fluuio, quæ secundum radicem, vel secundum aliquam partem in fluuio. Id vero dicitur secundum a accidens, quod est in eo, quod secundum se est in loco, vt naua est in mari, quia est in naua, quæ est in mari: & anima est in loco, quia est in homine, qui est in loco.

Aduertendum tertio, quod aliquid esse in seipso tripliciter intelligi potest. Vno tripliciter modo secundum partem, quod non aliud est, quàm quòd totum habens duas partes, quarum vna sit in altera, dicatur esse ratione vnius in seipso ratione alterius: & hoc fieri potest, vnde dicitur amphora vini, est in seipsa. Sensus est, amphora vini secundum vnam sui partem, puta, secundum vinum, est in seipsa ratione alterius, scilicet amphoræ. Altero modo aliquid potest dici in seipso secundum se primò, vt quod in se sit vinum secundum se, & hoc non potest esse, vt probabitur postea. Tertio modo, quod aliquid sit in se secundum accidens, id est, ratione alterius: nec hoc fieri potest, vt in textu explanabimus. Est quidem quartus alius modus, quo Deus benedictus est in seipso: sed de hoc non loquitur hic Aristot. tantum enim agit de loco corporum, & modo, quo corpus potest esse in seipso.

Hæc sunt quæ hic Aristot. docet. Accedamus ad textum. Distinguit igitur primò, dupliciter posse aliquid secundum se in loco esse. Aut secundum se, aut secundum aliud, vt declaratum est: puta, cum

2. Notandū. Aliquid esse in alio tripliciter.

3. Notandū. Aliquid esse in seipso tripliciter.

Explicatio textus Aristot.

secundum totum, aut secundum aliquam sui partem in loco est: & ponit exemplū prædicatorum, quæ secundum partem dicuntur, vt homo est sciens secundum animam in qua est scientia: & homo albus secundum superficiem.

Dicitur igitur: cum aliquid totum habet sic partes, quæ vna sit in alia, & altera recipiat illam sicut locus, tunc illud tale totum dicitur esse in seipso, sed tamen ratione partium, sicut hoc totum amphora vini, in seipso est, ratione partium: per vinum enim est in seipso secundum amphoram: vtrumque enim pars est illius totius.

Sic igitur contingit quippiam.

Tex. XXV.

Nihil potest esse in seipso, primò, sed tantum secundum partem.

Subdit non aliter contingere aliquid in seipso esse, quàm secundum partem, non autem primò: ponit exemplum, quando aliquid secundum partem dicitur in seipso esse, & litera non nihil est obscura. Dicit, albu inest corpori, & huic per superficiem, & scientia est in anima, & ab his appellamus hominem album, & scientem, sed secundum aliud: album enim secundum corpus, & superficiem ipsius: scientem verò secundum animam. Vocat autem corpus alteram hominis partem, quæ ab anima distincta est.

Ac si dicat, homo est albus, & homo dicitur sciens, sed secundum aliud: albus quidem secundum corpus, sciens verò secundum animam. Non tamen diceretur nec albus, nec sciens, si illa essent separata, & non essent partes.

Similiter, cum vinum, & amphora per se sunt, & vinum non est in amphora, nò dicitur amphora vini esse in seipsa, nec vinum per se, nec amphora: at cum simul sunt, & partes sunt illius totius, tunc potest amphora vini esse in seipsa ratione partium, vt dictum est.

Et ad denotandum, quòd est in seipso totum ratione partium. Hoc exprimit exemplo dicens. Est in seipso, vt album in homine: quod idem est, ac si dicat, secundum partem: nam albus est homo secundum corpus: hoc autem secundum superficiem, in superficie autem albedo est secundum se, & primò, & diuersam na-

turam, ac potentiam habet ab ipsa superficie.

Quibus verbis Aristot. denotat subtiliter, cum aliquid est secundum se in aliquo, esse distinctum prorsus ab illo, nec illius pars esse: sicut albedo à superficie distinguitur, in qua primò est.

Nota.

Neque igitur inductiuè.

Tex. XXVI.

Probat, quòd nullo modo aliquid sit in seipso secundum se totum, id quæ dupliciter. Primò per inductionem modorum communium, quibus vnum dicitur esse in aliquo, vbi nullus est, quo aliquid esse dicitur in seipso secundum se.

Probat, quòd nullo modo aliquid sit in seipso secundum se totum, id quæ dupliciter. Primò per inductionem modorum communium, quibus vnum dicitur esse in aliquo, vbi nullus est, quo aliquid esse dicitur in seipso secundum se. Primò inductione. Secundò ratione.

Secundò ratione: Si totum secundum se est in seipso, demus hoc totum esse amphoram vini. Est Argumentum: Si amphora vini est in seipsa secundum se, sequitur, quòd sola amphora est amphora vini, & quòd vinum etià solum est amphora vini: quod quidem falsum esse constat.

Probat autem Aristot. ponendo vnum, ex quo probatio deducitur. Nempe, quòd quamuis ponatur amphoram vini esse in se, tamen hoc est euidens, quòd non sit aliud, quod recipiat, nisi amphora: nec fit aliud quod recipiatur, nisi vinum: nec amphora recipit ratione vini, sed ratione amphoræ, nec vinum recipitur ratione amphoræ, sed ratione vini, vnde ratio vtriusque diuersa est.

Suppositio.

Tunc sic. Si amphora vini secundum se totam est in seipsa: ergo amphora vini est, quod recipit, & amphora vini est, quod recipitur. Aliter in seipsa primò nò esset, sed id quod recipit non est, nisi amphora ratione amphoræ: & id, quod recipitur vinum, ratione vini: ergo amphora vini, & est ipsa amphora per se, & est ipsū vinum per se. Hoc autem impossibile est: igitur nihil est in seipso secundum se, & primò, sed tantum (vt dictum est) secundum partem.

At verò neque secundum accidens.

Tex. XXVII.

Probat tertium, non esse aliquid in seipso secundum accidens, id est, quia seipso per est in eo, quod est per se: quia sequetur, quòd duo corpora essent simul in

Nihil est in seipso per accidens.

eodem loco, & penetratiue, quod naturaliter est impossibile. Quod verò sequatur, non perfecte probat, sed incipit probare. Et aduertit locum esse maxime obsecurum.

s. Ratio.

Quantum existimo ratio est hæc. Demus aliquid, quod sit in se secundum accidens, & sit hoc amphora sola, tunc est argumentum. Amphora est in se secundum accidens, ergo est in se, quia est in alio, quod secundum se est in amphora. Hoc enim est esse in aliquo secundum accidens. Nihil est autem, quod secundum se sit in amphora, nisi vinum, si amphora est vini plena: Amphora ergo est in se secundum accidens: quia est in vino, quod secundum se est in amphora. Tunc ulterius. Cum duo corpora sic se habent, quod vnū est in loco, quia est in illo, quod per se in loco est, tunc quod est per se, est magis proximum loco, vt manifestum est. Amphora autem est in se, quia est in vino, quod secundum se in amphora est: ergo magis est vinū amphoræ proximum, quam ipsa sibi, sed ipsa non occupat, nisi vnum locum, nec est maior se ipsa: ergo vinum, cum sit magis propinquum amphoræ, vnum corpus cum ea faciet, & vnum locum occupabit, quod est impossibile.

Explicatio tex. Arist.

Hæc est ratio integra, & est sine dubio optima, & subtilis, qualis ad veritatem probandam adduci potest. Vide litteram; dicit, quod sequetur duo corpora esse simul.

Offendit quomodo sequatur, dicens. Si cuius natura est susceptiua, id est, si ipsam vas, cuius est suscipere, dicatur esse in seipso per accidens, & id, quod suscipitur, puta vinum. Si illud vas vini est, vel alius liquor, si talis liquoris fuerit vas. Si hoc inquam, quod suscipitur, sit id ratio. ne cuius vas in seipso est: tunc sequetur penetrare se vas, & vinum: quo autem patet id sequatur, non ostendit. Diximus tamen nos, quia & quod est per se, & primo in loco, est magis proximum ipsi loco, quam ea res, quæ est in eo, quod est per se in loco; & nota expositionem. Concludit in seipso nihil esse primum, id est, totum, nec secundum se, nec secundum accidens, sed tantum secundum partem.

Quod autem Zeno dubitabat.

Tex. XXVIII.

Respondet modo argumento Zeno Solutio Anis, quo probabat, si locus esset in aliquo, fore processum in infinitum. Zenonis.

Dicit, quod locus in aliquo est, sed non, vt in loco: non enim omne quod est in aliquo, est in eo, vt in loco. Locus autem in aliquo est, puta in locato, aut in suo subiecto: est enim locus superficies continens, quæ in corpore est aliquo, sed non vt in loco, sed vt forma in materia, vel accidens in subiecto. Est enim locus in locato, vt forma extrinseca: in subiecto vero suo intrinsece, & inhæsiue.

In quibus verbis docemur vnum, non quicquid est, esse in loco: nec quicquid in aliquo est, esse ob id in eo, vt in loco; in quibus deceptus est Zeno in sua ratione cum reliquis Antiquis.

Nota.

Illud autem manifestum.

Tex. XXIX.

Concludit ex his notum esse, materiam, aut formam locum non esse. Locum non enim locum, & id, quod est in loco, sic sunt diuersa, vt neutrum sit alterius pars; at materia, & forma partes sunt ipsius compositi, ob id non possunt esse ipsius locus.

Post hæc, cum in his omnibus, quid locus sit, nondum determinauerit, sed solum disputando processerit, finem dubitationibus & disputationibus imponens, quid locus sit, explicare incipit.

CAPVT III.

Quid autem tandem sit locus.

Tex. XXX.

Locum naturam ex propria sententia inuestigaturus, ea, quæ loco per se insunt, præmittit. Per propria enim, & per se accidentia, optima via est indagandi quid res sit, vt dicitur, i. Arist. per se videntur inesse.

Primum est, continere locatum, hoc est ipsum circumscribere, & terminare.

Secundum.

Secunda.

Secundum est. Non esse aliquid intrinsecum locati, nec materiæ ipsius, nec formam, nec partem, nec accidens inhærens, sed solum externum continens.

Nota.

Hanc proprietatem cum prima quidam coniungunt, & vnam faciunt, nempe, continere sic, vt non sit aliquid contenti, inter quos est Philopon. Alber. S. Thom. & Auerro. Alij diuidunt, & duas faciunt, eum re vera aliud sit continere, aliud non esse contenti partem; & hi sunt Themistius, Simplicius, & Pfellus: & mihi ita placet, saltem vt procedat cognitio distinctior.

Tertium.

Tertium est. Locum primum, & proximum non esse maiorem, aut minorem locato, sed illi æqualem, vt nec plus, nec minus, quam locatum contineat. Dicit autem primum locū, & proprium; communis enim maior est.

Quarta. Nota.

Quartum. Locus non deseritur ab vnoquoque, & separabilis est. Quæ verba dupliciter legunt Simplic. & Philop. Primo affirmatiue, & tunc idem significat, puta, quod locus separari, & desereri possit à locato, vt notum est: Secundo, legunt primum verbum negatiue, vt modò habet littera Græca, & versio nostra, & ita exponit Themistius. Et tunc est sensus, quod locus non est sine aliquo saltem locato isto, vel illo: non enim est vacuum, vt dicitur. Quamuis autem non possit esse sine locato aliquo, à singulis tamen potest separari, siue ab hoc, siue ab illo.

Quinta.

Quintum est. Omnem locum esse sursum, & deorsum. Sensus est, secundum Simplic. Philop. & Themist. quod locus naturalis, aut est sursum, aut deorsum; non tamen, quod omnis locus partem habeat sursum, partem deorsum, vt aliqui exponunt: licet hoc partim verum sit, sed non ad mentem Arist.

Sexta.

Sextum est. Vnumquodque corpus naturale in suum locum naturaliter ferri, ibique manere, & quiescere, puta, sursum, aut deorsum. Loquitur autem de motibus elementorum, & mixtorum ex elementis.

Hanc proprietatem ferè omnes cum quinta copulant. Simplic. distinguit, & sic multiplicat: partim refert, dummodo verus constet sensus Arist.

Suppositis autem his.

Tex. XXXI.

His loci proprietatibus, vt fundamentis prædictis, oportet reliquam speculari: ac docet loci definitionem esse tradendam, quæ talis sit, vt tres habeat conditiones. Prima est, vt quæ proposita sunt, dubia soluantur. Cum enim dubia circa quid est fuerint, ipso cognito, cessabunt. Altera, vt passiones, & proprietates, quæ loco conueniunt, non auferantur, imò per ipsam competere videantur. Tertia est, vt causa difficultatis, & dubiorum aperiatur ita, vt clara omnia relinquuntur. Si enim talis data fuerit definitio, demonstrationi erit aptissima.

Nota r. Tria comoda afferuntur ad rei definitionem.

1.

2.

3.

Primum igitur considerare oportet.

Tex. XXXII.

Ad naturam loci indagandam proponit viam, qua locum esse cognitum est. Hæc autem via, motus est secundum locum. Vt enim ex diuersa formarum successione in eadem materia, materiam substantialem à formis distinctam esse perceptum est, & ex accidentium in eodem subiecto mutatione, subiectum, & substantiam ab ipsis diuersam esse, est compertum; ita etiam ex corporum multorum circa eundem locum successione, & similiter ex vno corpore per motum mutato, & deserente loca, ipse locus, cognitus est quid esse, præter corpora.

Locus cognoscitur ex motu ad locum.

Cōfirmata autem ex antiquis, qui cum per motum locum cognosci comperirēt, cælū maxime esse in loco arbitrati sunt, quia maxime mouetur; sed hoc non est secundum mentem Arist.

Distinguit autem motus, quibus locus cognitus est, in duos. Quidam est latius, vt cum corpus mutat totū suū locum, cognoscitur & ad alium tēdit. Quidam alter est, cum non totum locum mutat, sed partem, puta, dum acquirit maiorem locum, quod fit per augmentationem: aut minorem, & partem loci deperdit, quod fit per diminutionem.

Est autem quod mouetur.

Explicitum est quibus motibus dignoscitur locus, explicat quibus mobilium.

motu cognoscitur loci. Dupliciter aliquid mouetur per se, & per accidens. mobilibus, ac distinguit ea, quæ mouentur. Quædam, inquit, mouentur actu per se; quædam actu etiam, sed per accidens. Illa mouentur per se, quæ ratione sui mouentur; puta, sicut ipsa tota, quibus inest motus; vt homo mouetur per se; ignis per se; & similia. Illa verò per accidens mouentur, quæ mouentur, quia sunt in eo, quo per se mouetur.

Dupliciter aliquid mouetur per accidens. Et hæc subdiuiduntur. Quædam enim sic per accidens mouentur, vt possint per se aliquando moueri; quales sunt partes integrantes: hæc enim dum in toto sunt, ipsius motu per accidens mouentur; post sunt tamen ab ipso separari, & tunc per se moueri. Quædam alia sic per accidens mouentur, vt nunquam per se moueri queant; qualia sunt accidentia, albedo, scientia & similia, quæ à subiecto separari non possunt naturaliter, ob id, si mouentur, per accidens semper mouentur.

Locus proprie cognoscitur per ea, quæ mouentur per se. Cùm igitur tripliciter moueri contingat: & per se, & per accidens, per se vt homo; vt partes; & per accidens, vt accidentia, & inseparabilia; motus proprie cognoscitur per ea, quæ per se mouentur, quamuis aliquo etiam modo per ea, quæ, vt partes mouentur; intellige de parte secundum quantitatem.

Quoniam aut dicimus in celo esse. Tex XXXIII.

Natura loci præcipue consistit in eo, quod non vt pars rei contineat re, sed vt quid externum proximè tangens, & circumscribens ipsam; ob id aggregatur discrimine inter modum, quo continet pars, & quo continet locus, & quando continet, vt pars; quando continet, vt locus.

Aliter continet locus communis, aliter proprius. At quia non est similitudo inter locum communem, & partem (quia locus communis non proximè continet, nec immediatè rem, sicut totum partem; vt vltimum brachij manum, sed similitudo est cum loco proximo, qui immediatè continet) separat locum communem à proprio, vt distinguat hunc à parte. Ob id dicit, dupliciter dici esse in loco. Et communi, vt quisque; nostrum est in celo, quia in aere; & adhuc in aere, quia in hac ipsius parte,

vel in aliquo contento ab aere. Et in loco proprio, vt quisque in suo loco sibi proprio, & adæquato dicitur esse. Quod autem locus communis non sit proprius, notum est. Locus enim proprius est æqualis, & adæquatus; at communis non est æqualis rei; totus enim aer, aut celum non est æquale cuilibet corpori horum, quorum loca communia sunt. Est igitur proprius locus, in quo quid est, ipsi æqualis, & adæquatus.

Cùm igitur non diuisum est. Tex XXXIIII.

Res differentias constituit inter id, quod proximè continet, vt locus, & id, quod proximè, vt totum suam partem; nam pars est im mediata suo toto, & locatum loco proximo & proprio. Prima differentia est, quod pars est continua ipsi toti; at locus non est continuus locato, sed contiguus, & ipsum tangens, ab eo quod continetur diuisus. Ista autem contiguitas est secundum superficies, puta; vltimam continentis, quæ concaua dicitur, & locus est, & primam contenti, quæ connexa, exterior dicitur; atque has duas superficies dicit esse æquales in spacio, vt vna prorsus non aliud, quam alteram ambiat: nec altera ab alio, quam ab illa ambiatur.

Cuius rationem subdit; quia in eodem sunt illæ superficies, id est, simul sunt, vt exponunt Simplicius, & Philop. Quod si sic sit continens, tunc non erit pars contenti, nec aliquid illius intrinsecum; talis autem est locus.

Et cùm continuum sit, non in illo mouetur. Alias duas differentias constituit sumptas ex diuersa ratione contenti, & contigui. Secunda in ordine est: quod est alteri contiguus, mouetur in ipso, id est, suum motum habet per se, etiã illo, in quo est, manente immoto; vt patet de aqua, quæ in vase immoto mouetur. At quod est alteri continuum, mouetur cum ipso, id est, per se non habet motum, nisi cum ipso toto, & nunquam potest moueri, quin mouea-

si moueatur ipsum, in quo proximè est. Tertia differentia est: quod id, quod est alteri continuum, dicitur esse in ipso, vt pars in toto: quod verò est contiguus, est in eo, vt in vase. Hi autem duo modi existendi in alio diuersi sunt, vt dictum est.

Colligitur ex dictis locum esse vltimum continentis æquale contento, & contiguum. Ex quibus patet locum esse vltimum corporis continentis, æquale primò contento, ipsi contiguus, & proximum, nihilque ipsius intrinsecum.

An locus sit æqualis locato.

Questio II.

In loco communi nulli dubium est, quin sit maior, quam locatum; de proprio verò videtur dubium esse.

Est enim argumentum primum, Continens maius est contento, vt communiter dicitur: locus est continens: ergo maior est locato, quod contentum est.

Secundum. Si locus esset locato æqualis, haberet æquales dimensiones cum ipso; hoc autem est falsum: nam dolium non habet æqualem profunditatem cum vino, vt notum est.

Tertium: quia, quod locus pro superficie continente sit æqualis locato, secundum primam ipsius superficiem contentam. Videtur hoc non posse dici; quia si locus esset circularis, tunc supra idem centrum describi duo circuli æquales possent (quod videtur impossibile) vnus supra circumferentiam locati, alter per superficiem loci supra centrum locati. Et ulterius illi duo circuli haberent æquale diametrum; quæ videntur esse contra positiones geometricas.

Circa hæc aduertendum primò, vt diximus, difficultatem non esse de loco communi, sed de proprio, & proximo. Communis autem is est, qui ita locatum continet, vt alia præter ipsum contineat; vt celum & aer, est locus communis omnium nostrum. Proprius autem est, qui nil nisi locatum illud continet. Potest autem esse, quod locus communis sit simul, & proprius, sed respectu diuersorum; vt concauum Lunæ locus est communis nostri re-

secundum. Ex Alber. & Auerr. duplex est æqualitas, altera continentie, quæ dicitur ab Alb. secundum extensionem. Aequalitas dimensionis est, cum vnus alteri æquatur secundum omnem dimensionem, puta, longitudinem, latitudinem, & profunditatem. Constat autem, quod ista æqualitas non est loci, & locati, non enim secundum omnem dimensionem sunt equalia: sic enim cū locus sit ipsius receptiuus locati, penetraret se cum ipso, quæ esse non potest. Altera est æqualitas secundum continentiam, & hæc est secundum latitudinem, & longitudinem solam; qualis est æqualitas, quæ ostenditur in duobus corporibus secundum solas superficies.

De hac est difficultas; puta, an superficies concaua continentis, & conuexa locati sunt æquales. Est autem conclusio vnicuique communis omnium ferè, illas duas superficies esse æquales, ita, vt vna non sit altera maior. Ad cuius probationem oportet præmittere vnus fundamentum, latius in lib. 6. tractandum. Nempe, indiuisibile additum indiuisibili, non facere ipsum maius; nec similiter indiuisibile additum quæto, ipsum augere. Quod est dicere, punctum additum lineæ, non facit ipsam longiorem: & linea addita superficie, non facit ipsam latiore: nec superficies addita corpori, ipsum facit profundius, aut crassius. Et hoc est vnus fundamentum magnæ partis Philosophiæ peripateticæ.

Et probatur: quia si additione horum indiuisibilium crescerent quantitates, sequeretur, quod partes diuise non essent tantæ simul, quantum totum continuum, & sic nunquam posset continuum in duas suas medietates diuidi. Sequela patet; nam per diuisionem, nouæ in diuisis partibus resultant superficies, quæ auerent partes illas.

Præterea: quia experiètia docet, quod diuiso aliquo continuo, si iterum partes coniungantur, & contiguæ fiant, vt nihil maneat intermedium, tunc non occupantur.

Secunda. Ratio quæ probatur illud fundamentum.

cupabunt maiorem locum ob illas no- uas superficies, quam ante, cum erant co- tinuae.

Tertia.

Præterea: quia non quantum, nō po- test augere quantum; & non extensum, non potest augere extensum; & non pro- fundum, non potest augere profundum. Non igitur crescunt quantitates additio- ne illorum indiuisibilium secundum id, quo indiuisibilia sunt.

Ex hoc fun- damento con- clusio.

Stante igitur hoc fundamento, ratio- nis hæc est. Superficies loci con- caua, & superficies conuexa locati, termi- nant æqualem profunditatem: ergo sunt æquales. Cōsequētia est certa: sed ante- cedens probatur. quia superficies conue- xa locati est terminus intrinsecus totius profunditatis locati: superficies verò con- caua locantis pari modo: Vterius tamē circumdat superficiem locati conuexam: sed hæc nullam addit locatō profundita- tem, vt diximus: ergo tantam profundi- tatem terminat vna, quantam altera.

Nota.

Sunt igitur æquales ita, vt ea, quæ est locati, posset æqualiter terminare quan- titatem locantis: & ea, quæ est locus, ter- minare intrinsecè locatum.

Ad r.

Ad argumenta patet solutio. Ad pri- mum dicitur, quod locans est maius lo- cato, & continens contento, secundū su- perficies conuexas vtriusq; cōparatione facta: at si concaua continentis proxima cum conuexa contenti cōparetur, tunc vtriq; inest æqualitas.

Ad secundū.

Ad secundum nota est solutio ex pri- mo fundamento: Non enim hic cōpara- mus profunditatem, nec omnem dimen- sionem corporis continentis, & conten- ti, sed extensionem solam.

Ad r.

Ad tertium dicendum, quod in eadē superficie non sunt duo circuli æquales supra idem centrum: nec vnus diameter diuersorum circulorum concentricorū: tamen in diuersis superficiebus cōtiguis id fit, ac si duo circuli æquales vnus alte- ri superponeretur. Veruntamen esset di- cere vnum esse supra alium, sicut verum est dicere superficiem concauam locan- tis esse supra conuexum locati: sed tamē non occupando diuersum situm loci, sed omnino eundem, quasi alteri superinse- ri

ptum. Nam indiuisibile cum locum non occupet vllum, aut spacium, additum al- teri immediatè, non faciet spacium, in eo- dem verò corpore id contingere non po- test. Et ratio est, quia in vno corpore, & vno continuo nō sunt duo indiuisibilia & vnus su- pra alterum

Quo ab eodē centro pos- sint describi duo circuli eiusdem ma- gnitudinis, & vnus su- pra alterum

Iam igitur manifestum est.

Text. XXXV.

EX prædictis loci proprietatibus ge- nus loci infert, ac ratiocinatur a suf- ficienti quadam partium diuisione, quæ talis est. Locus aut est forma, aut ma- teria, aut interuallum, & spacium inter- ceptum inter latera superficie continen- tis, aut ipsa superficies continens: sed nō est forma, nec materia, nec tale interuallum; est igitur superficies continens.

Cōcluditur, quidnam sit genus loci.

Excludit autem, quod sit forma, sol- uendo rationem, propter quam forma vi- detur locus. Ratio autem est: quia forma est continens, & continens est in eo, quod continetur: Si igitur locus continens est, forma esse debet. Responder Arist. quod tam forma, quam locus terminant, & cō- tinent, sed non eodem modo. Nam for- ma terminat rem ipsam, cuius est for- ma, ita, vt in ea sit: at locus est terminus, & continens extrinsecus, quia est ipsius continentis.

Locus nō est forma.

Vel potest esse sensus, quod locus est etiam forma, sed non locati, sed continē- tis corporis, & respectu cōrenti locus est. Sed sensus prior est melior, quod forma terminet ipsum locatū, locus verò ipsum continens, & simul vtrunq; sit: sed non ob id idem erunt: aliud enim est simul ef- se, aliud esse idem.

Ex eo autem quod mutatur.

Text. XXXVI.

OSTendit locum non esse interuallum: ac primò ponit rationē, pro- pter quam locus videtur esse inter- uallum. Vbi aduerte, quod antiqui existi- mabant inter latera superficiei alicuius continentis esse quoddam spacium inter- ceptum,

Locus non est interuallum. Quid sit interuallum.

reptum, quod asserabant esse dimensio- nes quasdam, & corpus de prædicamen- to quantitatis solum absq; substantia, & iste erant locus, in quē corpus adueniens recipiebatur, & iterū aliud adueniens re- cipiebatur priori recedente; semper enim illæ dimensiones permanent, atq; hæc cū corpore adueniente penetrantur, fiunt- que ipsi æquales, etiam secundum pro- funditatem, & has vocat Aristot. inter- uallum.

Quæ ob cau- sam veteres ponebant lo- cum esse in- teruallum.

Et ponit rationem, propter quam po- test videri locus interuallū. Nempè, quia quolibet corpore contento, & contiguo recedente videtur illud spacium, in quod recipiebatur, idem manere, quod quidē loco inest. Hoc tamen Arist. rejicit, do- cens egregiè, quod inter latera corporis continentis non est vllum spacium, & interuallum reale, nisi quantitas cuius- libet corporis contenti, quod incidit, & succedit. Et spacium inter latera vasis est ipsa aqua, cū plenum est aqua, & aer, cū plenum est aere, vel alio corpore, cū plenum est, ipsum tale corpus est. Nisi enim illud corpus esset, latera vasis iun- gerētur, vt latera vtris subtracto interius corpore.

Est autem notandum, quod dicit spa- cium esse quodlibet corpus eorum, quæ apta sunt tangere. Nam cū est corpus eiusdem rationis cum continente, tunc ei continuatur, & non est locus, nec in- teruallum. Vt cū aeri cohtinenti li- gnum, succedit aer, tunc locus destrui- tur propter continuationem. Vt igitur seruetur locus, & dicat esse interuallum, corpora debent succedere, quæ apta sunt contigua fieri, & latera continentis tan- gere.

Si autem esset aliquod spacium.

Text. XXXVII.

Probat ur lo- cum nō esse interuallū. Ratio.

VPliciter probat tale interuallum non esse locum. Prior ratio est, se- queretur, quod infinita essent lo- ca pro quolibet corpore succedente: Nā qualibet pars per se haberet locum sicut & ipsum totum.

Vbi aduertendū, quod pars non habet locum per se, qui non potest vndiq; am-

biri loco: qua parte enim continua est cū toto, nulla superficie loci circumscribi- tur: quod si ambitur, vtique per se in loco essent singulæ partes. Si igitur da- tur interuallum, quod se penetret cum locato, vtique omnes ipsius locati parti- culæ ambitur vndique, atq; per se in loco essent, quæ cū infinitæ sint, erunt loca infinita per se vnus totius, quod im- possibile videtur; nō igitur interuallum tale locus est.

Simul autem, & locus erit mutatus.

POSTeriorem ponit rationem, dicens, quod loci erit locus per se, & vnus per se multa loca, quod falsum est. Sequela patet; mutetur locus, puta, vas, vbi interuallum est cum aqua, & ipso in- teruallo, & totum simul collocetur in spacio alterius vasis: tunc dimensiones huius spacij penetrabunt se cum vase, & aqua, & attingent ipsam aquam, & dimē- siones, quæ præerant, alterius spacij: & sic locus erit per se secundum spacium i- psius aquæ, & alterius spacij.

Vterius constituitur totum hoc in alio spacio, & in alio, & alio; profectò in- numera loca per se vnus erunt, imò loco- rum erunt loca. Ita est exponendum hoc argumentum, licet non sit expressum in Aristot.

Non est autem locus alius partis.

ACCaburda non sequi ex senten- tia propria Aristoteles docet: & incommo- sensus est. Cū locus aque non sit da non inci- dimensio illa penetrans, sed superficies vasis concaua, in qua modò aer, modò aqua recipitur. Cū vas mutatur, ille lo- cus proprius idem manet, nec locum ali- um proprium acquirit aqua, sed vas est, quod locum mutat, & consequēter locus est aquæ, verum non per se, sed sola su- perficies interna vasis.

Ex contra- rio quid illa da non inci- dant in opi- Arist.

Notandum est autem, quod locum, quem vas acquirit, vocat partem loci cæ- li, id est, mundi. Ac si dicat, esse locū mū- di; & quantum existimo, locum mundi vocat locum, qui non est secundum ali-

Nota.

quod vas, quod est locus aquæ, sed est locus alius, sicut pro alijs corporibus, quæ non in vase sunt; & videtur Philopo. aliquo modo sic exponere. Vnde quod alibi est, & non in vase, dicitur esse in parte loci mundi, id est, in loco mundano, & non arte aliqua factò, vt vas est.

Dicit ergo Arist. cum vas aquæ transfertur, manet locus aquæ, qui est superficies vasis ipsi proxima; sed non manet locus mundi, qui est ipsius totius, id est, vasis, cum aqua; tamen hic locus solum per se tangit vas.

Nota. Nota, quod vocat partem, cum dicit, (locus partis) ipsum contentum.

Hunc locum difficillimum esse continentur interpretes, atq; adeo quisq; exponit, vt intelligit, mihi verò sic videtur exponendus.

Et materia etiam videbitur vtiq; Text. XXXVII.

Locus nō est materia. Consequenter probat nec locū esse materiam, licet aliquā habeat cum ipsa similitudinem, & ponit similitudinem loci cū materia, quæ hæc est. Si locus consideretur, vt quiescens est, & idem manens, ac continuo suscipit corpora, id est, vnū post aliud, vt dicit Philo. nec separatus est ab aliquo corpore, sic videtur materia, quæ eadē manens modò vnū, modò aliud, recipit, nec nuda vnquam inuenitur: vt corpus, quod idem modò album, modò nigrum, modò molle, modò durum. Hæc igitur triplici similitudine, materia locus videbitur, & vocat imaginationem, similitudinem.

Quōmodo conueniat locus cum materia. Ostendit tamen differentiam triplicē. Prima est ex transmutatione, nam in mutatione materiæ dicimus, quod erat aer, modò factum aquam. At in loco aliter, nempe, vbi erat aer, nunc esse aquam: nō igitur eodem modo materia, & locus receptiua sunt.

Secundò. Altera differentia, materia est pars rei, & non est separabilis ab ipsa manente: nō enim aqua manet, materia separata, at manet separata à loco, in quo erat.

Tertiò. Tertia, materia continetur, & determinatur, at locus continet, & determinat, non igitur idem sunt.

Si igitur nihil horum trium.

Text. XXXIX.

Concludit ex præcedentibus. Cum locus non sit aliquid ex tribus, positis. Non enim est forma, non materia, non interuallum, relinqui quartū, quod sit terminus continentis, id est, vltima superficies corporis continentis.

At quia quod continet, aliquid continet, explicat quid sit id, quod continetur, & dicit, esse corpus mobile secundū locum: quod existimo esse dictū, vt intel ligamus res corporeas esse in loco tantū, non tamen omnia quæ sunt: & ex hoc postea soluet vnū argumentum Arist. ex præpositis.

Videtur autē aliquid magnū.

Text. XL.

Quāntum existimo Aristot. hic vult differentiam loci inuenire: nōndū enim tota est loci definitio. tradita, sed solum ipsius genus, quod sit superficies vltima continentis, nondum autē hæc locus est. Vas enim continet, sed nō locus propriè est, vt est vas, & solum continet. Ob id iterum repetit difficile esse locum inuestigare: quia, cum habeat cum multis similitudinem, non ita facile ab illis distinguitur. Videtur enim materia, & forma, & interuallum, propter similitudinem.

Confidera verò subtilem methodum Arist. modò enim ponit similitudinem cum interuallo: ex ea enim colliget differentiam vltimam loci, & totam definitionem. Interuallum locus videtur, quatenus fixum manet, & quiescens motis corporibus, quæ in ipso sunt, ob id non superficies corporis vltima tantum, sed ipsum interuallum locus videtur, quasi locus sit immobile quid.

Ponit autem motiuum horæ, quo inducebantur ad tale interuallum ponendum. Nam cum aer non videatur, & in corporeus appareat, præter latera vasis, esse interuallum illud, in quod corpora recipiuntur, quod idem semper manet, quod re vera non ita est. Est enim aer corpus sua raritate inuisibile, occupans ta-

Concludit locum esse terminum continentis. i. superficies corporis continentis.

Nota.

Inuēto iam genere loci, quarit Arist. differentia.

Nota method. Arist.

Ratio propter quam alidum. qui ponant interuallum.

men

men locum, nec ibi vacuū est, nec aliud interuallum præter aerem cū aer est, sicut cum est aliud corpus erassum.

Vt autem vas locus est.

Text. XLI.

Quomodo differunt res esse in vase & in loco. Differrentiam ponit inter modum, quo in vase aliquid est, & modum quo in loco: & inter ipsum vas, & locum. Et dicit, quod vas similitudinem cum loco habet, & differentia: pariter locus cum vase. Vas enim continet, vt locus, sed vas est mobile. Locus continet, vt vas, sed locus est immobilis. Vnde in hoc differt locus à vase, quod immobilis est.

Quid sit locum esse immobilem. Aduertendum autem, quod locum esse immobilem, est, quod non simul cum re ipsa moueatur, sed q̄ maneat, & quiescat, remota, & recedente. Id enim, quod sic continet, vt simul feratur hinc inde cum re, continet, vt vas, nō vt locus. Proprium autem est loci continere sic, vt nō feratur cum ipsis rebus, sed quiescat ipsis recedentibus.

Ex exemplo explicat. Cum cymba fertur per fluuium, illa aquæ pars, quæ continet cymbam subrus, & cum cymba fertur, non dicitur locus propriè cymbæ, sed vas, quia cū ipsa fertur. At totus fluuius, qui immotus secundū se totum manet, potius dicitur locus, cōmunis tamen. Vnde cymba manet in toto fluuio, vt in loco: & per ipsum fertur, vt per locum. At in aqua illa, in qua fertur, quia mobilis est, manet, vt in vase.

Definitio loci perfecta, scilicet prima superficies continētis immobilis. Colligit ex hoc definitionem loci perfectā. Locus est terminus primus continentis, immobilis. Dicitur, terminus, i. superficies, ad excludendum interuallum, formam, & materiā. Dicitur, primus, ad excludendum locū communem, qui nō secundum se locus est, sed secundum proprium. Dicitur, immobilis, ad excludenda vasa, quæ non continent, vt locus, vt talia sunt, nisi immobilia; & fixa manent; & tunc loci rationem habent.

Atq; propter hoc mediū cæli.

Text. XLII.

Locum esse immobilem. Confirmat immobilem esse, & fixū ex communi sententia. Omnes e-

nim dicunt duo esse loca propriissima omnium. Vnum sursum, alterum deorsum, Vnus locus est vltima superficies cæli versus nos, id est, concauum Lunæ. Alter est medium cæli, puta terræ locus.

Et ratio, quare hæc duo loca sunt propriissima, est propter ipsorum immobilitatem. Nam superficies cæli quantumcūque circumferatur, semper tamen obseruat locum eundem; nec ascendit, aut descendit, nec ad dextram, aut sinistram deuiat. Similiter terra in æquali manet semper distantia; ob id hæc loca maximè loca sunt. Locus igitur fixus debet esse.

Quare cum leue quidem sit.

Ex his duobus locis vter sit sursum, aut deorsum explicat per motū corporum in talia loca, dicit. Cum is locus sit deorsum, quo grauia feruntur, atque ad medium, & ad terram ferantur, sequitur, quod locus ille, qui mediū ambit, qui est concauum aquæ, & ex parte concauū aeris, qua parte terra disco operata est aquis, sit locus deorsum; & ipsum medium, puta, terra, quæ in tali loco est, dicitur esse deorsum.

Vltèrius, cum is sit locus sursum, quod leuia feruntur, & ferantur in cæli superficiem vltimam versus nos; sequitur, quod tale vltimum sit locus sursum, & ipsum vltimū, quod in tali est loco, puta, ignis, est in loco sursum.

Vnde colligit locum esse superficiem continentem, & vt quoddam vas, talia enim loca dicta superficies, & plana continentis sunt. Et huius textus hanc esse expositionem existimo, quamuis nō eodem modo omnes exponant.

Amplius simul cum ipsa re.

Videtur obiectioni respondere. Quia cum locus non sit interuallum per se, nec trans se cum locato, quis dubitauerit, quomodo locatum in loco sit, & cū eo coniungatur.

Respondet quodammodo coniungi, & simul esse secundum superficies. Sunt autem simul, sicut finis est cum eo, cuius est finis, & terminus. Coniunctio enim finis, & finiti secundum extremitates tantum est.

Quid sit locus sursum, & deorsum.

Occurrit A-

CAPVT V.

Cuius corpori est aliquod. Tex. XLIII.

Ex definitio-
ne loci colligit
Aristot.
quæ sint in
loco, & quæ
non.

Hæc loci definitione vult ostendere, quæ dicantur esse in loco, quæ verò non: dicitque illud corpus, quod extra se habet aliquod continens, esse secundum se in loco: quod verò non extra se habet aliquod tale, in loco secundum se non esse, secundum tamen partes esse posse. Et explicat per motum; vt si aqua sit vnum corpus, quod non haberet extra se aliquid, tunc secundum se totum non esset in loco, nec moueretur; secundum partes tamen moueretur, & esset in loco, quia vna pars ab altera contineretur.

Diversa interpretatio
expositio.
Prima D.
Tho.

Hoc in loco est magna controuersia inter expositores, quid sit, quod in hoc textu dicitur, esse in loco secundum partes, non autem secundum se totum. S. Tho. enim vult, quod loquatur de vltima sphaera, & primo mobili, quod quidem est in loco secundum partes continuas, quia vna continetur in altera, non sicut in loco actu, quia sunt continuæ, sed sicut in loco in potentia. Si enim diuisæ essent, tunc in loco essent actu. Vnde vltima sphaera non est in loco secundum se totam, sed secundum suas partes; non quidem in actu, sed in potentia.

Huic expositioni fauet exemplum Aristot. de aqua. At, re vera, non est admodum consona hæc expositio textui, vt videbitur in processu; & exemplum de aqua solum est, vt doceat aliquid esse in loco, & moueri secundum partes, non tamen quod eo modo se habeant partes in hoc toto, de quo loquitur, & in ipsa aqua.

Secunda Græcorum
expo.

Alia expositio est Græcorum ferè omnium, qui per cælum totum aggregatum ex orbibus intelligunt, & hoc dicunt non esse in loco secundum se totum, sed secundum partes. Et vocant partes, orbis contiguos; vnus enim in altero continetur.

Tertia Al.

Tertia expositio est Alber. qui per to-

tum, & cælum, vniuersum mundum intelligit, qui, secundum se totum, in loco non est; est tamen secundum partes. Et reuera huic expositioni admodum fauet textus, & mihi etiam placet, nec videtur ab ea abhorre Simp.

Senfus Arist.

Dicit ergo Arist. quod totum, id est, vniuersum quodammodo mouetur, quodammodo non. Secundum se quod non mouetur, vt mutet locum. At secundum partes mouetur: secundum quasdam circulariter, & non sursum, & deorsum, vt secundum orbis cælestes: secundum alias verò sursum, & deorsum, vt secundum elementa grana, & leuia.

Subdit tamen, quod hic locus est partium, id est, sicut secundum partes mouetur, sic est secundum partes in loco aliter, & aliter pro partium diuersitate; vbi pro se quod expositio nostra nota fit. Si enim per totum vltimam sphaeram intelligeret, nullo modo secundum sursum, aut deorsum moueretur, vt secundum partes, nec etiam si solum aggregatum orbium intelligeretur.

Vt autem dictum est.

Tex. XLIII.

Vult declarare, quomodo sit in loco totum hoc, cum explicuisset quomodo moueatur. Per motum enim locus apparet. Distinguit igitur dupliciter aliquid esse in loco. Vno modo potest; sicut pars inest toti continuo similari, vt loco, non tamen actu, sed potentia, quia diuidi potest, & contigua manere. Et vocat totum simile, quia in hoc est perfecta magis continuitas.

Aliquid est in toto dupliciter, vel in actu, vel in potentia.

Ponit exemplum, quo vna pars contigua est alteri; nempe partes in aeruo ex multis continuis insunt aliæ alijs actu, quia iam diuisæ sunt ad inuicem.

Et hæc distinctio mouit satis probabiliter S. Tho. vt existimaret loqui Aristot. de vltima sphaera, quæ est in loco in potentia, secundum partes. Attamen Aristot. si diligentius consideremus, hoc non dicit, sed solum vtitur distinctione hac ad ostendendum, mundum secundum partes esse quidem in loco, non potentia sed actu, vt patebit in textu.

Atque

Atque alia quidem per se.

Tex. XLV.

Quæ sint in loco actu, alia sunt per se, alia per accidens.

Nota.

Subdiuidit ea, quæ actu sunt in loco. Quædam enim secundum se, quædam secundum accidens. Nec declarat quid vnum quodque sit, quia superius dictum est, nisi exemplis.

Omne corpus, inquit, mobile secundum locum, aut secundum augmentum, vel decrementum, per se in loco est. Et mobile secundum locum vocat id, quod mouendo totum suum locum mutat. Vnde quæ circulariter mouentur tantum, non dicuntur hic mobilia secundum locum, & latior enim talis motus non latior, sed circulario dicitur, vt notat Alexan.

Dicit igitur, quod cælum, id est, vniuersum non sic est in loco per se, cum non ambiatur aliquo corpore, vt dictum est. Partes ipsius sunt quidem sic in loco, quia vna contigua est alteri, & ab ea ambitur; sed non totum ipsum, cum nulli alteri extra se sit contiguum.

Alia verò secundum accidens, vt anima.

Nota. Quæ sint in loco per accidens.

Ponit aliam diuisionis partem. Alia est in loco per accidens, vt anima, & cælum.

Et nota; quod per esse secundum accidens in loco comprehendit ea, quæ superius dicta sunt, esse secundum aliud, id est, per partem; & similiter, esse per accidens, id est, esse in eo, quod est per se; vt anima est per accidens in loco, quia est in composito, quod est per se. Et ob id posuithic duo exempla; puta, animam, quæ est in loco per accidens, quia est in eo, quod per se in loco est; & cælum seu totum, quod etiam est in loco per accidens; verum non eodem modo, sed secundum aliud, & per partes. Et ob id dicit, cælum esse in loco per accidens, quia omnes partes in loco habet.

Nota.

Dicit (quodammodo) quia non omnes. Vna enim in loco non est, puta vltima sphaera continens.

Et attende, quod loquitur de loco in actu, & consequenter de partibus contiguas, quarum vna est in altera, vt in loco;

vt vnum elementum in altero, & vnus orbis in altero.

Et propter hoc omnia in cælo sunt. Tex. XLVI.

Si vniuersum in loco secundum partes est, dubitare quis posset, quæ partes in loco sint; & quæ partes aliarum sint locus. Hæc enim oportet vtrique dare, vt secundum partes suas aliquid in loco sit; loco, inquam, non extra se.

Quæ nã partes cæli, ut sint in loco, & quæ non co sit; loco, inquam, non extra se.

Ad hoc dicit Aristot. omnia esse in cælo, puta elementa, vt terra in aqua, aqua in aere, aer in igne, ignis in cælo, ipsum autem cælum est quoddam totum, in quo ista continentur, & ipsum non iam in alio.

At quia non continet cælum, nisi secundum vltimam suam superficiem, quæ tangit mobilia corpora, id est, elementaria, id est, addit, locum esse secundum vltimum terminum, quem vocat quiescentem, quia non mutat secundum se totum locum, sed intra locum mouetur.

Vbi notandum, quod noluit diuidere cælos in orbis, sed totum cælum sumpsit pro vnicò corpore. Non enim sunt orbis diuersæ rationis, sicut sunt elementa; quod si velimus diuidere, nulli dubiū est, quin vnus sit in alio, donec ad vltimum & supremum omnium deueniamus, qui nullum actu habet locum. Vide igitur quid Aristot. sentiat de loco in actu ipsius vniuersi, quod secundum locum in toto non est, secundum quidem partes est, & quod quædam partes in loco sunt, vna est, quæ iam amplius in loco non est.

Nota.

Manifestum autem ex his.

Tex. XLVII.

Soluit rationes superius positas, nec curat solutiones exprimere, quia nota sunt ex declaratione loci; sed argumenta solum recitat; & non omnia, sed quatuor illorum; reliqua duo nullam habent difficultatem.

Soluntur argumenta contraria.

Primum argumentum est de augmento loci, quod erat in tex. 13. Dicit, quod non est opus augeri locum, cum augetur locatum. Philo. reddit rationem. Augmentum enim proprie fit secundum terminum dimca

dimensionem; cum enim viues augetur, secundum latitudinem, longitudinem, ac profunditate augetur. Cum igitur locus sit superficies circumstantis, non corpus aliquod: cum augetur locatum, non est opus quod locus augeatur, sed quod cedat illi aer, in quo est, & superficies extendatur.

Obiectio. Dices, nunquid condensatur, & constringitur aer, cum corpora augetur? Respondet Philo. quod non est opus; quia cum non fiat augmentum, nisi ex subtractione cibi alicuius, quod in rei substantiam conuertitur locus ille, a quo cibus auferitur, aere, vel alio corpore impletur, & manet semper, quod aer diuertere possit, & cedere augmento corporum. Prefertim cum minus sit augmentum, quam loca, quae deseruntur a cibis & alimentis. Non enim quanta est cibi quantitas, augmentum est.

Solutio. Solutio secundam rationem, qua probatur puncti esse locum, & hoc negat. Cum enim locus sit superficies ambiens, ac tantum corpora per se ambiantur, per se sola habebunt loca.

Ad secundum. Solutio tertium, quod duo corpora simul essent. Et dicit, quod locus non est equalis secundum profunditatem, ob id non datur penetratio illa. Si enim locus esset illud spacium, & interuallum aqua le toti locato, tunc esset illa penetratio. Sed negatum est, tale spacium, & interuallum esse locum, sed superficiem exterius ambientem.

Ad tertium. Solutio quartum argumentum, quod erat Zenonis, docens locum esse in aliquo, non tamen ut in loco, sed ut terminus est in terminato, & sic dicitur esse in ipso locato. Vnde non quicquid est, in loco esse debet, ut illi existimabant.

Ad quartum. Et fertur igitur ad suum. **Tex. XLVIII.** Extam loci proprietatem tandem declarat, ut Simp. notat. Nempe, omnia ferri naturaliter in locum suum, & ibi manere, & quiescere. Hoc utrunque modum declarat, & primo dicit, merito omnia naturaliter in suum tendere locum, ut ignis ad concuum lunae; aer ad concuum ignis; aqua ad concuum aeris, &

Declaratur textus pro-prietas loci. Sicut enim dicitur in libro de generatione, quod omnia ferri naturaliter in locum suum, & ibi manere, & quiescere. Hoc utrunque modum declarat, & primo dicit, merito omnia naturaliter in suum tendere locum, ut ignis ad concuum lunae; aer ad concuum ignis; aqua ad concuum aeris, &

sic consequenter.

Cuius ratio est, quia locata habent quamdam naturalem conuenientiam cum corporibus hisce, quae ipsa continent, & loca suum locum; ipsorum sunt. Vnde ad ipsorum superficies locata tendunt propter conformitatem, quam cum corporibus habent. Sunt enim ipsis congeneta, & connaturalia. Vocat congeneta corpora, quae consequenter sunt. Illa dicuntur consequenter, quorum vnum est immediate post aliud, ut aer, & ignis consequenter se habent, & aqua, & aer; terra, & aqua; ignis & caelum. Ista autem, quae sic consequenter sunt, congeneta sunt, & symbola, id est communicantia in vna qualitate. Ignis enim est calidus, sicut & aer sibi proximus. Aqua humida, sicut & aer, & frigida sicut terra: propterea magis inter se proportionata sunt. Et dicuntur tangere se, non vi aliqua, sicut lapis sursum missus tangit aerem violenter: non sic vnum elementum sibi proximum tangit.

Dicuntur etiam adnata, & copassibilia, id est, quia a natura sic ordinata sunt, non se destruunt mutuo, cum in locis propriis sunt, & maxime propter caeli influxum, ut superius diximus; cum vero se tangunt alias extra locum proprium, inuicem se destruunt.

Hae igitur ratio est, ut vnumquodque ex his elementis proprium in locum merito tendat.

Et manet igitur natura omne.

Redit rationem alterius, cur vnumquodque maneat in suo loco. Et dicitur rationabiliter id esse, quia ad locum suum vnumquodque tendit, sicut diuisa pars ad suum totum; ut pars aquae ad aquam, & terrae ad terram. Haec autem ulterius non procedit, cum totum suum attingit. Ita & totum ipsum non procedit, cum locum suum attingit; Est enim ut pars, locus autem ut totum, ut in sequenti textu declarabitur adhuc.

Sic autem & aer se habet.

Tex. XLIX.

Ostendit, quod locatum est ut pars, locus autem ut totum, & dicit, quod aqua

& forma, locatum ut pars, & materia.

Nota primo.

Nota secundo.

aqua est ut materia, aer ut actus, & forma. At materia rationem habet partis, actus vero rationem completi totius, quia in ipso, & per ipsum actum totum consummatur. Quod autem aqua sit materia aeris, ostendit, quia est potentia aer. Et quamuis aer sit etiam potentia aqua, tamen alio modo, quam aqua, est aer.

Notandum, quod elementa habent inaequalem mobilitatis gradum. Quaedam enim sunt perfectiora, quaedam imperfectiora. Perfectiora locum obtinent proprius caelum, qualis est ignis, post ignem, aer. Sunt enim minus materialia alijs: & ita quae perfectiora sunt, locus aliorum imperfectiorum sunt.

Aduertendum etiam ulterius, quod cum ex perfecto sit imperfectum, dicitur corruptio. Cum vero contra est, ex imperfecto perfectum, generatio. Vnde cum ex aqua aer, & ex inferiori elemento sit superius, generatio dicitur: contra vero corruptio. Ob id dicitur Aristoteles, quod aqua est in potentia aer, sed non contra, nisi altero modo: quia illa est generatio, haec vero corruptio.

Ex his vult Aristoteles dicere, quod elementa inferiora, cum imperfectiora sunt, tendunt ad locum superiorum, quae perfectiora sunt, & habent se, ut partes: quia inferiora sunt quodammodo materia, ex qua superiora generantur: haec enim generatio est. Dicitur autem pars inferioris respectu superioris, verum non est absolute pars, sed quodammodo, quia aqua non coponit aerem, nisi sui corruptione.

Determinandum autem est de his.

Quia hoc ad libros de generatione potius pertinebat, se remittit illuc, & excusat se de his, quae dixit extra locum. Hoc tamen fuit, quia parum attinebat ad tractationem hanc de loco, ut rediret ratio, quare vnumquodque maneat in loco proprio.

Concludit, quod cum aqua, & inferioris quodque sit simul actus, & materia, (quamquam non eodem modo, nam est potentia aer, qui dicitur actus, est verba est materia ipsa,) & aqua habet se, ut pars ad ipsum totum, & dum aqua perfe-

uerat, & pars, tanget aerem, & erit in loco, at cum conuersa fuerit in aerem, iam non erit in loco, sed vnum cum ipso.

Possimus ista explicare sic: quod locus & locatum vnum totum quodammodo componant, in quo materiae locum habet locatum, forma vero ipse locus. Et sicut materia tendit ad totum ipsum, componendo se formae, nec ultra formam procedit, ita locatum ad locum. Est conueniens expositio.

Concludit Aristoteles se iam de loco quid Epilogus sit, & quod sit, ostendisse, ut dictum fuit a principio, ac consequenter quauis sit. Haec Aristoteles de loco.

An locus sit superficies continentis. **Quest. III.**

AEquum est, ut quae diximus de loco circa textus expositionem, diligentius examinemus. Est enim de loco tractatio profectio admodum difficilis, in qua antiqui laborarunt multum. Ideo quid ipsi senserint circa loci naturam, oportebit considerare. Quatuor fuerunt sententiarum de loco. Prima tres existimabant locum esse spacium illud totum, quod occupatur a corpore, quod dicitur esse in loco: quod quidem spacium est longum, latum, & profundum: nec est idem cum ipso corpore, quod in illo est: imo eidem spacio succedunt multa corpora. Itaque locus cuiusque corporis, est spacium totum, quod ipsam corpus occupat secundum suam triam dimensionem. Vt si imaginaremur vas omni corpore vacans, illud spacium esset distinctum ab omnibus corporibus, in quod recipiuntur varia corpora. Tale spacium locum esse dixerunt.

Quid tamen spacium hoc esset, non eodem modo omnes dixerunt, ac in hoc fuerunt diuisae tres sententiae. Prima fuit Procli, cuius verba recitat Simplicius, dicens, hoc spacium esse corpus animatum, indiuisibile, immobile, & immateriale.

Corpus quidem dicebat esse: quia spacium debet esse aequale locato: at non est

Diuersitas sententiarum de loco. In quo conueniebant tres primae.

Sententia Procli.

æqualitas hæc nisi in corporibus, & quantis. Indivisibile dicebat esse. i. cuius partes non possunt separari: quia non est possibile separare aliquam particulam ab altera, nisi mediet spacium, hoc autem est ipsum corpus, est igitur inseparabile, & ob id in materiale dicebat esse. Vltimus, erat immobile, quia non posset moveri, nisi ad spacium aliquod. Hoc autem fieri non potest: esset enim locus ad locum motus, & locus in loco. Imaginatur itaq; hanc substantiam per totum mundum sparsam, in qua tota mundus est, in cuius partibus varia corpora particularia contiaentur, quæ & movetur successivè.

2. Sententia Chryssippi, Epi. & Phil.

Secunda sententia fuit aliorum, qui hoc spacium non substantiam, sed solam quantitatem, & dimensiones existimabant, & isti fuerunt Chryssippus, & Epicurus, ut refert Themist. & Academici, ut refert Alb. Huius etiam sententiæ fuit in præsentia Philop. Non tamen omnes eodem modo dixerunt, nam Epicurus dixit aliquando esse has dimensiones sine vilo corpore recepto in eis, & ita vacuum esse in natura: Academici verò, & Philop. non admittunt tales dimensiones unquam esse sine corpore aliquo vno, aut altero, esse tamen distinctas à dimensionibus corporum singulorum: & sic defendit Philop. contra Arist. & soluit rationes eius, & ipsum multum redarguit.

3. Sententia.

Tertia sententia est quorundam, quos citat Avic. 2. lib. suffici. ca. 6. Hi dicebant hoc spacium esse quid reale, sed secundum se, vacuum quoddam, cuius esse est carentia corporis, ita, ut repleti possit. Et possumus hoc declarare. Demus secundum potentiam diuinam, vacuum vas, cum id possit esse, tunc vasis extrema manebunt, sicut modò sunt distantia, & erit illud spacium medium, quod non est quid reale, tamen est vacuum, quod repleti potest. Hoc modo dixerunt isti esse locum, quamvis non detur expers corporis aliquis: quia vno ecedente, alterum succedit.

4. Arist.

Quarta sententia est Aristot. & est aduertenda. Putat spacium non esse quid distinctum à corpore, quod est inter extrema, ut spacium vasis interius non est

aliud, quàm ipse aer, cum plenum est ære, aut aqua, cum plenum est aqua: aut quoduis aliud corpus, quod illic est. Tot enim sunt spacium, quot subintrant corpora. Nihil est idem illis nisi eadem superficies, continens modò vnum, modò alterum corpus. Ob id existimat locum non esse spacium, cum nullum sit præter ipsa corpora, sed superficiem vltimam corporis continentis. Hanc sententiam sequitur Themist. & eam defendit Simpli. Alexand. & reliqui omnes, & modò recepta est omnium probabilissima inter Latinos.

At quia ista sententia non ita certa est, quin multis possit redargui, & oppugnari argumentis, proponam octo argumenta Philop. & Epicurorum, quibus ipsorum sententia probatur, & etiam aliquot argumenta nostra, quæ magnam etiam afferunt difficultatem.

Primum argumentum Philop. Corpus, ut corpus, in loco est: sed corpus trina in dimensionem dicitur: locus igitur trina dimensio est. Si enim corpus secundum superficiem suam vltimam in loco esse dicas, hoc iam profectò non est corpus, sed corporis superficiem in loco esse.

Secundò, locus est æqualis locato, at locatus est corpus trina in habens dimensionem: locus igitur trina dimensio est. Si enim æqualitas loci solùm sit ad superficiem locati, hoc non est, locum locato esse æqualem, sed superficiem locati.

Tertiò, Si locus est superficies, cum hæc sit in aliquo corpore, erit locus mobilis ad motum illius corporis, cuius est superficies: at locus immobilis est.

Quartum est argumentum forte contra Aristot. sequitur enim, quòd vltima sphaera non esset in loco: hoc tamen est falsum. Patet, illa sphaera mouetur verè localiter, igitur est in loco. Quo enim pacto, quòd non est in loco, localiter moveri potest? Nec sufficit dicere, quòd est in loco secundum partes, nam talis locus est in potentia, at motus localis iste in actu est.

Quintò, Si locus esset superficies, sequitur quòd dum quis mutat locum, non mutat nisi superficiem, ex hoc autem sequitur,

3. Obiectio. contra sententiam Arist. ex trina dimensione.

2. Ex æqualitate loci.

3. Ex immobilitate loci.

4. Ex vltima sphaera.

5. Ex motu locali.

enim, quòd nulli distantia posset pertransiri, quod probatur. Quia cum superficies sint indivisibiles, quantumcumq; cumulentur superficies super superficiebus, non augetur spacium, sicut nec cum adduntur puncta punctis.

6. à ratione mensuræ.

Sextò probatur, quòd sit spacium aliquod à corporibus distinctum. Mensura debet esse vna, distincta à corporibus mensuratis, sed corpora, verbi gratia: quæ vasis mensurantur, non solùm quoad superficies, sed quoad profunditatem ipsorum totam mensurantur: ergo re vera est aliquod spacium, mensuras dimensiones corporum, distinctum ab ipsis.

7. Ab experientia.

Septimò. Multæ experientia docent non posse vnum corpus egredi ab aliquo loco, quin intret alterum, quòd idèd sit, ædetur spacium vacuum, ut omnes fatentur: est igitur aliquod tale spacium, quòd sua vi trahit semper corpus, & quòd natura non patitur corporis expers esse.

8. à modo nostro intellegendi.

Octauò. Intellectu concipimus distantiam, & spacium inter latera vasis, nullo concepto corpore ex his, quæ illic sunt, igitur spacium in sua ratione nullum dicit corpus, sed illam ipsam dimensionem: Hæc sunt argumenta Philop.

9. Ex mobilitate superficiei quæ ponitur locus.

Sunt enim argumenta alia ad probandum non esse superficiem locum. Vnde sit nonum: stat aliquid in eodem loco manere mutatis multis superficiebus ambientibus, non igitur superficies est locus. Antecedens probatur. Ponamus corpus aliquod in aere, positum per tempus aliquod quiescere, & quòd aer venti flatu moueatur, est argumentum: illud corpus quiescens illo tempore manet in eodem loco, & tamen cum vento moueatur, aer noua, & noua secundum se totum, ambientur superficie: non ergo superficies locus est, esset enim tunc in pluribus locis.

10. Ex convenientia loci & locati.

Decimò. Si superficies esset locus, tunc superficies ignis esset locus aeris, sed hoc esse non potest, nam ignis aduersatur aeri: locus autem naturalis rei est conseruatiuus, non ergo est superficies. Quòd si dicas, quòd est locus naturalis: quia communicat in vna qualitate. Nihil valet respon-

sio, nam hac causa facilius corrumpentur inuicem, quàm duo contraria elementa: quia minor est pugna, & minor resistentia. Duo autem omnino contraria magis durant: quia ratione durarum qualitatum contrariarum, & licet vna agat, altera defendit, & resistit.

Vndecimo. Si superficies, puta aquæ, sit à mora locus esset terræ, terræ partes mouerentur ad illam superficiem aquæ, & lapides, & reliqua graua: at hæc prorsus ad centrum descendunt, non igitur superficies est locus.

Duodecimo. Quia vnum corpus duo haberet loca, imò plura, quia est corpus nunc corpus partim in aere, partim in aqua, partim in terra collocatum, at nullus diceret, nisi quod in vno est loco: superficies tamen multæ sunt, & distinctæ: Hæc sunt præcipua argumenta, quæ contra sententiam Arist. fieri communiter possunt. Pro huius quæstionis determinatione respondetur aliquot conclusionibus.

Prima conclusio. Spacium illud non potest esse talis substantia, quam Proculus constituebat, probatur. Si talis substantia est, vel est incorporea, vel corporea. Si incorporea, non poterit extensa esse, & profunda cum locato: hoc enim corpori inest. Si corporea, quantitatem ergo habet, penetrabiturq; cum corpore quolibet: at duorum corporum penetratio naturæ non conceditur, ut alibi probandum est, non igitur est spacium illud substantia.

Secunda conclusio. Spacium illud non est sola quantitas, aut dimensio realis, ut Philop. imaginabatur Philop. probatur. Si illa esset quantitas vlla realis, vtrique penetraret se cum corpore locato, quòd etiam admittit Philop. Sed quòd id non possit esse, probat Themist. Nam sequitur, quòd duo corpora se possent eodem modo penetrare.

Si enim dicatur non posse, quæro, Aut id prouenit ratione qualitatum, aut ratione solius substantiæ, aut ratione quantitatis. Ratione qualitatum esse non potest, quia multæ se penetrant in eodem subiecto, nam albedo, dulcedo, humiditas,

tas, frigiditas, in vnico laete simul sunt. Non ratione substantia, quia substantia de se penetratur cum substantia, vt forma cum materia, anima cum corpore. Id igitur prouenit ratione quantitatis, quod si quantitas non obstat secundum opinionem hanc, profecto duo corpora se penetrabunt.

2. Ratio. Præterea secundò. Si illud spacium quantitas est, datur iam accidens sine subiecto, quod sine dubio magis est absurdum, quam dicere locum esse superficiem, imò illud est impossibile.

Respondet Philop. quod illa quantitas semper est cum corpore locato aliquo. Ista responsio nulla est, nam vel est in eo, vt in subiecto in hæsiuè, vel non. Si non, iam est idem inconueniens, si autem sic, cum postea eadem quantitas maneat recedente illo corpore, datur vnum accidens, quod migrat de subiecto in subiectum, quod profecto difficilius sustinetur, quam nullum esse locum: non est igitur tale spacium locus.

3. Concl. Tertia conclusio, iudicio meo, probabilis est opinio, asserens illud spacium vacuum secundum se locum esse, nec in oppositum video rationem demonstrantem. Non enim admittit ista opinio tale spacium vacuum vnquam dari, quin sit repletum corpore, tamen in re esse tale spacium vacuum secundum se. Nec facile hoc negare possunt, qui extra cælum ponunt spacium inane, & qui dicunt Deum posse vacuum facere.

1. Ratio. At non obstante hoc, est argumentum contra opinionem hanc. Vel illud spacium, secundum se est aliquid, vel nihil. Si nihil, non ergo locus est. Si aliquid, tunc vel substantia, vel accidens, & recurrunt argumenta superiora.

Solutio eius & confutatio solutio. Quod si dicat, esse quid priuatiuum, nempe quod potest recipere secundum se: tunc argumentor. Vel illa potentia est aliquid, vel nihil, & semper argumentum procedit, donec conuincat illud esse nihil.

Possent ego respondere argumento, quod est quid priuatiuum habens potentiam, vt repleatur: Verum ista potentia non est in ipso, cum sit priuatio sola, sed in corpore, quod illud replere potest,

quidquid tamen dicatur, re vera difficultas manet.

4. Concl. Quarta conclusio omnium opinionum facillima, & quam minus patet calumnijs est Aristotelica, quod locus sit superficies continentis, & modo communiter est recepta, & iuxta eam nos procedemus in sequentibus, & conabimur argumentis omnibus propositis satisfacere.

Ad primum est aduertendum, quod superficies dupliciter potest considerari. Vnde dupliciter no modo, vt superficies est, & sic non est consideratur, aliud, quam latitudo sine profunditate. Altero modo, vt terminus est totius profunditatis ante se, & quod huic accidit hac consideratione dicitur toti accidere corpori, vnde tactum dicimus inter corpora fieri, cum tamen sit secundum superficies: tamen non est tactus ratione superficialium, vt superficies sunt, sed vt profunditatis, & cuiuslibet dimensionis termini sunt.

Modò respondeo ad argumentum, quod corpus non est in loco ratione superficiali, vt superficies solum est, sed vt totius ultimi terminus est. Ob id totum corpus in loco est, & locus tangens, totum corpus locatum dicitur tangere: & sic respondet Alber. tracta. 1. cap. 10. & sumpsit ex Auicenna hanc solutionem.

Ad secundum respondeo ex Auerro. Ad secundum Com. 77. quod duplex æqualitas est, & secundum dimensionem, & secundum continentiam. Locus quidem non est æqualis æqualitate dimensionis, quia sic haberet profunditatem: sed est æqualis secundum continentiam. Nec hoc est esse æquale tantum in superficie, quia (vt diximus hic,) superficiem, vt terminus est totius corporis, consideramus.

Aliter respondet Alber. tract. 1. c. 7. dicitur, quod locus etiam habet profunditatem, non aliam a profunditate locati, sed eandem. Verum locati est intrinseca, quã vocat per essentiam, loco est extrinseca, quam vocat secundum effectum, quatenus illa superficies externa, quæ locus dicitur, cum ipso locato vnum totum ambitum, & circumscriptum constituit, & vnũ est centrum corporis locantis, & locati, vt superius diximus.

Ad

Ad tertium. Locus ultra superficiem addit immobilitatem.

Ad tertium respondet S. Thom. supra text. 41. Pro cuius intellectione aduerte, quod locus non solum est superficies continens: sic enim non differret à vase, sed ulterius addit immobilitatem, quod sic contineat, vt sit immobilis, & fixus. Hæc autem immobilitas est secundum distantiam quandam à partibus mundi, & secundum situm, qui distantia immobilis est, vt hic situs, & distantia, quam ego à cælo habeo, & à reliquis omnibus non mutatur, sed quoquo tendam, situs, & distantia alia erit. Locus igitur est superficies continens cum certo situ, & distantia. Et ratione huius, locus mutari non potest, nec villo modo cum re ipsa discedere, sed ipse manet re non manente.

Respondeo ergo ad argumentum: quod superficies, vt talis est, mutatur ad subiecti mutationem: at cum distantia, & situs, qui ad loci naturam requiritur, sit eadem, & non varietur, locus immobilis est. Non enim esse in loco est contineri, sed sic contineri, cum distantia, & situ determinato, & immobili. Solutio noranda est.

Ad 4. Ad argumentum quartum non oportet respondere, quia de loco cæli fiet quæstio paulò post, & id examinabitur.

Ad 5. Ad quintum responsio facilis est, admittendo superficies additas superficialibus. non augere profundum, & locum esse superficiem. Tamen neganda est consequentia, quod non pertranseat distantia. Debebat enim Philop. aduerte, quod spacium, quod pertransitur, longum est, & locus etiam longus est, non enim est simpliciter in diuisibilibus, ob id spacium transitur. Nec via secundum profunditatem, sed secundum longitudinem consideratur, & peragitur: non sit enim localis motus per profundum, sed per longitudinem.

Ad 6. Ad sextum respondeo, quod vas, & locus potest esse mensura profunditatis: sed non est opus, quod per profunditatem, & distantiam aliam à corpore, quod in loco est. Mensuramus enim profundum, quia ex corporibus receptis in vase cognoscimus, quantum distent extrema vasis, qua distantia postea à quocunque corpore particulari abstracta, postea mensuramus singu-

la corpora. Sicut qui duos digitos distantes poneret, & aliquo corpore cognosceret quantum distarent: postea distantia illa à corpore tali cognita, & abstracta mensuraret quidquid inter digitos esset.

Ad septimum argumentum: Respon. Ad 7. deo veras esse illas experientias omnes, quod non intrat vnum corpus, nisi aliud egrediatur, nec potest vnum egredi, nisi aliud intret: & verum est causam esse, ne detur vacuum, sed non dari vacuum est dicere, ne partes continentis simul iungantur: non quod sit aliquod spacium, secundum se vacuum, cum non sit aliud spacium, quam corpus intermediũ, quo ablato, opus est, sit spacium inter duo extrema, si non aliud esse potest, extrema iunguntur.

Nota. Hinc apparet, quod cum extrema fortia sunt, non potest egredi corpus, nisi aliud succedat, vt in clepsydra: quod si debilia, statim iunguntur, vt in vitro: quod si fortia sunt, tamen sit magnus impetus, vt corpus egrediatur, nec ita facile aliud intrare potest, rumpitur continens, quia causa sæpe rumpitur bombardæ, quia ab aere non ita facile repieri possunt, igne fortissime egrediente.

Quod si re vera illud spacium esset, dicit mihi Philoponus, cur saltem per paucum temporis non datur expers corporis, cum tam stupenda fiant in natura, ne vacuum maneat. Signum ergo est non esse aliud spacium præter corpus egrediens, quo deficiente ab alio succurri debet. Atque hæc solutio in via Aristotelis est tenenda: sed iam dixi, quod opinio Aristotelis probabilitatem habet, non necessitatem.

Ad 8. Ad octauum dico, quod quantumcunque spacium intelligatur inter duo latera vasis, non intellecto corpore aliquo in particulari, non tamen sequitur, quod sit tale spacium præter particularia corpora. Mathematicus enim separat quidem, & abstrahit triangulum à corpore, non tamen ob id triangulus est in re aliquis, qui sit præter particulares.

Dicit enim Themist. & Simpl. & bene quod ex eo, quod in illo vase omnia corpora,

pora, quæ recepta sunt, vidimus æqualia, indè in communi sumpsumus certam distantiam inter illa latera abstrahendo à particularibus corporibus: Et sic argumenta Philop. manent soluta, saltem probabilioribus solutionibus, quàm sit ipsius opinio concedentis penetrationem, & transmigrationem accidentis in plura subiecta.

Superest ad alia quæ proposuimus argumenta respondere.

Ad nonū.

Ad nonum ergo aduertendum, quòd diximus solutione ad tertium, quòd locus non solum est continens, sed distantiam, & situm dicit. Est autem hoc obseruandum, quòd vnitas, vel pluralitas locorum non ex sola superficie vnitate, vel pluralitate est sumenda, sed præcipuè ab ipsa distantia, & situ. Potest enim esse quòd plures sint superficies, & succedant aliæ alijs: non tamen multiplicetur locus, quia manet eadem distantia, & situs. Et contra, muta to situ, mutatur locus, etiam perseverante superficie.

Nota quò locus concludat distantiam ad puncta cæli.

Nec propterea dicimus solam distantiam locum esse, est enim superficies etiam, vt dicitur postea. Dico igitur ad argumentum, quòd si solam nos diceremus superficiem locum, tunc mutata essent loca: at locus superficies immobiliter continens est, & donec manet superficies aliqua, cum eodem tamen situ, idem est locus: non tamen esset locus, si nulla esset superficies ambiens.

Ad decimū.

Nota de locis & constitutione elementorum.

Ad decimum diximus iam de loco elementorum in prima quæstione. At circa dispositionem hanc, & constitutionem elementorum aduerte, quòd illa elementa coniuncta sunt, vt locus, & locatum, quæ contrarietatem habeat, sed nò multum actiuam, & destructiuam, sicut ignis & aer, communicant enim in calore, quæ qualitas est actiua valde, quòd si contrarietatem habent, id est, in sicco, & humido, quæ non multum actiua sunt, ob id melius conseruantur, quàm ignis, & aqua. Vltèrius terra cum aqua in frigiditate conueniunt, quæ actiua multum est, at in humido & sicco pugnant, quæ non sunt valde destructiua. Aer verò, & aqua, quamuis in calore & frigiditate pug-

nant, non tamen est admodum intensus calor aeris, vt possit corrumpere aquam frigidam, nec frigiditas aquæ preualere potest contra magnitudinem aeris. Vide igitur, quàm conuenienter, & pro conseruatione cuiusque propria sint disposita elementa.

Ad vnde cimum Alber. tract. i. cap. ii. notat, quòd quantum corpus magis proximum est cælo, tantò est calidius, quantum autem magis elongatur, tantò frigidius est. Hinc est, quòd ignis est calidissimus, aer minus calidus, aqua frigida: centrum terræ frigidissimū. Notat vltèrius, quòd corpus tendit ad locum naturalem præcipuè, vt conseruetur, vnde fit, vt vbi magis conseruari possit, & magis viget virtus conseruatiua, illuc tendat. Cumq; ignis magis conseruetur propè cælum, cum ipse calidissimus sit, idèo tendit semper vsque ad cælum, & aer consequenter vsq; ad ignem, quia ibi suum habet calorem non ita vehementem. At terra non ad aquæ superficiem tendit, quia licet locus sit naturalis, non tamen ibi virtus ipsius conseruatiua residet, sicut in centro, propter maximam elongationem centri à cælo, ob id ad centrum tendunt grauia.

Sed contra hoc est argumentum. Nā quo tendit lapis, vel est locus naturalis, vel non. Si non: non est motus naturalis: Si verò est, ergo præter locum aquæ alius est naturalis. Quòd si dicas esse locum partis naturalem, non valer. Nam qui locus est totius, idem & partis. Præterea, si superficies aquæ locus est naturalis, iam descensus lapidis versus centrum esset violentus, quia elongatur per eum lapis à loco naturali. Est autem motus violentus, per quem corpus magis à naturali loco elongatur. eadem solutione Alber. vltèrius landu. q. 7.

Mihi videtur esse dicendum, locum terræ naturalem esse sub aqua, & aere, ita, vt nunquam super aquam, aut aerem esse possit, vbicunq; sit: ita aqua sub aere est, vbicunq; sit. Si igitur lapis deorsum descendit in centrum, ex eo est, quòd aerem, vel aquam sub se inuenit, & locum habet sub ipsis, & sic descendit aqua, dum aerem inuenit sub terra, quousq; terram attingat.

Ad vnde cimum. Solutio. Alberti.

Contra Albertum.

Solutio. Authoris.

attingat, & aer statim ascendit, cum ab aqua occluditur. Et hæc doctrina obseruanda est.

Ad duodecimum. Nota, quæ sunt vni in aliquo genere, possit esse plura in alio.

Ad vltimum respondetur ex 3. Meta. c. de vno, vbi dicitur. Quæ sunt vnum in vno genere, sunt plura in alio genere, & quæ sunt plura in vno, in alio genere vnum sunt. Vt vna domus dicitur in ratione figuræ, cum tamen multe sint substantiæ, ita multe superficies, & discontinuæ in ratione superficieum faciunt locum vnum, & cõtinuum in ratione loci. Cõtinuus enim locus dicitur, cum cõtinui partes omnes nulla intermedia amplectitur: & sic manent argumenta soluta, quæ contra Aristot. facta sunt. Hæc de quæstione.

An locus formaliter sit superficies.

Quæstio IIII.

Ad difficultatis.



OC dubiū mouetur propter Latinos, qui exactè, omnia perquirere solent. Est autem difficultas, cum locus non sit tantum superficies, sed quod aliud, an forma & natura loci consistat in alio, an in superficie.

Prima sententia land.

Circa hoc landu. q. 3. dicit, in loco duo esse. Alterū est ipsa superficies, & hoc est subiectum loci. Alterum est virtus conseruatiua, & hoc est ipsius forma. Ad eò, quòd tota natura loci sit ista virtus, superficies enim subiectum est, non de natura eius, vnde infert, locum esse in secunda specie qualitatis.

Ad difficultatis.

Hanc sententiam probat primò. Locus definitur per superficiem, vt per subiectum: cum sit accidens, accidentia autem per subiectum definiuntur, igitur aliud quid: locus est præter superficiem. Non videretur autem quid aliud locus sit, nisi illa virtus conseruatiua.

Secunda.

Secundò. Quia sursum, & deorsum sunt contraria loca, & contrarietas non est in superficiebus, sed in qualitibus: ergo locus qualitas est.

Tertia.

Tertio. Quia locus conseruat locatum, hoc aut qualitati potius, quàm superfici ei in se, ergo qualitas est. Hæc landu.

Secunda sententia Scoti.

Altera est opinio Scoti, Quod licet quæ communiter est opinio realiū. Hi dicunt, locum dupliciter considerari. Vno modo.

do materialiter, & sic superficies est. Altero modo formaliter, & sic relatio est: hæc autem relatio est alia continentia, quæ locatum continet, & alia distantia, quam habet vt sit immobilis, ad mundi partes, vt superius diximus.

Probatur hæc opinio. Locus est superficies cum tali relatione duplici, sed superficies contrahitur per talem relationem, vt sit locus: ergo locus formaliter est relatio: nam constituens, vt determinans, formæ locum habet.

Tertia est opinio quorundam Moderatorum, qui dicunt locum esse in prædicamento Vbi, & probant. Quorum sunt eadem species, sunt idem genus: sed locus, & Vbi eadem habent species, puta, sursum & deorsum: ergo sunt idem genus. Minor probatur, nam maior eum consequentia nota est, quia ad Vbi respõdetur per sursum & deorsum, vt vbi est ignis? sursum. Vbi terra? deorsum. Vltèrius, etiam de loco prædicantur: omnis locus aut sursum, aut deorsum est, dicit, Aristot. tex 30. Hæc sunt aliorum dicta, & rationes.

In hoc tamen sit prima conclusio. Locus non est qualitas essentialiter. Hæc est contra landu. & quamquam satis est certa, probatur tamen. Aequalitas, & continentia sunt passionis saltè fluentes à natura loci, & forsan differentia ipsius: sed qualitatem nulla sequitur æqualitas, & continentia, hæc enim quantitatis propria sunt, non ergo locus est qualitas.

Præterea, si locus esset qualitas conseruatiua, vtrique susciperet magis, & minus, quod falsum est. Locus enim non est magis locus, sed maior locus, quod quantitati conuenit. Attende aut, quòd nò negamus esse qualitatem conseruatiuam in loco. Est enim, sed dicimus non esse illam essentialiter loci, sed proprietatem adiunctam, & comitantem locum ratione subiecti, in quo illa superficies, quæ locus est, inest.

Secunda conclusio. Locus formaliter non est relatio aliqua. Hanc eisdem argumentis probō. Quia re vera, locus, vt locus, non esset æqualis, & locus, vt locus, non esset in prædicamento quantitatis, contra.

Probatio Scoti.

Tertia sententia.

Probatio.

Conclusio.

Contra landu.

Probatio primò.

Secundò.

2. conclusio.

contra Scoti.

1. Ratio.

contra.

tra Aristotel. In re enim formale inspicendum est.

Secunda. Sed precipuum esse arbitror argumentum nostrum contra illam Scoti distinctionem. Peto enim, an essentia tota loci sit relatio, an superficies cum relatione. Dicere, quod sola relatio, videtur omnino non recipiendam. Si ergo est superficies cum relatione, locus profecto esset vnum per accidens, quia ex duplici predicamento componitur, puta, ex quantitate, & relatione. Non ergo distinguere oportet vnum materiale, alterum formale, & quod absurdius est, vtrumque in recto predicare de loco, ut ipsi faciunt dicentes, locus est superficies, & locus est relatio.

Tertia conclusio contra tertiam sententiam. Tertia conclusio, Locus non est predicamentum Vbi. Hæc conclusio ex declaratione vtriusque, puta loci, & ipsius Vbi nota fiet.

Perpende igitur, quod sicut albu esse, & albedo differunt, ita quodammodo Vbi, & locus. Albu esse, est effectus ipsius albedinis, eodem enim, quod albedo in subiecto consideratur, sicut albu esse, ita intelligitur, locus est superficies continens, Vbi, est esse in loco, & contentum esse à loco. Vnde dicebat Gilber. Vbi, est circumscriptio corporis à circumscriptione loci proueniens, id est, Vbi, est circumscriptio passiva à loco circumscribente proueniens. Ut ergo aliud est Roma, aliud esse Romæ, aliud classis, aliud esse in classe, sic Vbi, aliud est à loco.

Quarta conclusio. Locus (formaliter loquendo) est superficies, non quæcunq; sed corporis continentis immobiliter.

Primum fundamentum. Quomodo differant essentia substantiæ, & accidentiū. Pro declaratione aduertendum, multo aliter se habere naturam substantiæ à naturis accidentium. Substantiæ natura est absoluta, non completa per aliquid, quod non sit substantia Accidentium vero natura incopleta est, à substantia enim pendet, & in substantia pericitur.

Vnde sequitur vnum notandum, quod cum substantiæ naturæ non dependant ab alio extra se, omnia sua genera, & differentias habent in se, quæ sunt pariter substantia.

At accidentia, cum à substantia dependent, non habent in se completam naturam,

ram, nec omnes differentias in proprio genere habent, sed dependenter à substantia, & à subiecto habent.

Hinc est, quod Arist. 4. Meta. c. 2. Prædicamenta penes substantiam distinxit, & li. 7. c. 5. docet accidentia definiti per additamentum, id est, per differentiam extrinsecam, id est, per differentiam extrinsecam proprium suum genus, & sic definimus communiter passionem proprias per subiecta, nec aliter definiiri possibile est.

Ex hoc etiã sequitur secundum fundamentum, quod non omne id, quod in definitione proponitur ut determinans, est forma rei essentialis, & ei interna, cum differentia in accidentibus à subiectis sumatur, ut simitas est nasi curuitas, nasus contrahit, sed non ob id simitas est formaliter nasus, sed est curuitas, & tota ipsius essentia est talis curuitas, puta nasi.

Sic pari modo dico, locus definitur per subiectum: subiectum loci est tale corpus, quod continet rem immobiliter, ut declarabitur postea. Locus autem est huius corporis superficies prima, essentia tamen loci formaliter superficies est, contracta quidem differentia materiali subiecti, sicut in definitione simitatis. Vnde locus non est relatio, sed superficies habitis relationem ad locatum.

Et proinde locus quantitas est formaliter, nam cum differentia à subiecto sumitur, non est constituenda res in predicamento talis differentie, vel potius eius, à quo sumitur differentia, sicut simitas non est in predicamento, vbi nasus, sed in qualitate formaliter.

Et ut exactius intelligas, non dico tibi, quod ipsummet subiectum sit differentia, sed quod penes ipsum sumatur differentia. Differentia enim est modus accidentis ad tale subiectum, ita, ut subiectum sit, quod complet differentiam: & demum perinde iudica de loci definitione, ac de definitione simitatis, & alterius proprii accidentis in abstracto. Et hæc sunt notatu digna.

Superest, ut soluamus argumenta. Ad primum landu. respon. est, quod non tantum superficies est locus, sed talis superficies, puta, corporis continentis, non tamen, quod sit virtus conseruatiua. Nec locus

Prædicamentum ta accidentium distinctum ponitur ut determinans est forma essentialis. Nota essentiam loci.

Secundum fundamentum. Non omne quod in definitione ponitur ut determinans est forma essentialis.

Nota secundum fundamentum. Locus est quantitas formaliter. Nota quomodo à subiecto sumatur differentia accidentium.

Nota secundum. Locus est quantitas formaliter. Nota quomodo à subiecto sumatur differentia accidentium.

Solutio argumentorum. Ad primum landu.

locus definitur per superficiem, ut per subiectum, sed ut per genus, sicut simitas per curuitatem. Nec locus est, ut album: est enim abstractum locus, non concretum: Abstracta autem per propria genera definiuntur.

Ad secundum. Ad secundum dicimus, Sursum & deorsum esse loca contraria, sed non ratione qualitatum. Sic enim essent contraria actiua, & passiva inter se, quod falsum est; sed sunt contraria, quia oppositas habent distantias, & situs; & ob id sunt termini motuum diuersorum corporum, puta, grauium & leuium. Sunt etiã contraria ratione qualitatum; sed non propterea sequitur, quod essentia loci sit qualitas; sicut ignis et aqua, contraria elementa sunt ratione contrariarum qualitatum, sed non ob id elementa ipsæ qualitates essentialiter sunt. Argumentum certe est satis debile.

Ad tertium. Ad tertium pari modo respondeo. Locus conseruat quidem ratione qualitatum, quas habet; sed non ipsa qualitas locus est. Et sunt multæ instantiæ circa argumenta ista, quæ aduertenti vel minimum nota erunt.

Ad argumentum Scoti respondeo, quod relatio illa contrahit; sed se tenet ex parte subiecti ipsius loci. Locus enim est superficies continentis, & talem relationem habentis; ob id locus non est relatio, sed superficies. Et iterum nota solutionem, quia argumentum Scoti traxit multos in suam sententiam propter vim apparentem, sed iudicio meo, puto non esse doctrinam certam, & peripateticam.

Ad vltimū. Ad vltimum dicendum est, quod sursum & deorsum sunt in loco, & sunt in Vbi, sed æquiocè, sicut acutum in ferro, & in voce. Vox enim acuta, & gladius acutus, non tamen idem vox, & ferrum; sursum, & deorsum sic sunt in loco. Locus enim est superficies continentis, hæc autem est continentis sursum, aut deorsum.

Vbi verò, est esse in loco, hoc est, aut esse sursum, aut deorsum; vnde ut differunt locus, & esse in loco, ita locus sursum & deorsum differunt ab esse sursum

in loco, aut esse deorsum. Quare cum dicimus ignis tendit sursum, terra deorsum, tunc significant locum; cum verò dicitur ignis sursum est, terra deorsum est, significant Vbi. Ob id non sunt in eadem species, ac consequenter non sunt idem Locus, & Vbi. Ex prædicamentis constat.

An locus sit immobilis.

Quæst. V.

Antiqui locum esse immobilem quibus rationibus veteres asseruerint locum esse immobilem. Et merito, ut dicit Themist. quia locus est terminus motus localis. Termini autem est immobilem manere; aliter vix attingi posset.

Præterea, quia moueri, est locum mutare; quod si locus mutaretur; profecto, qui per se mouetur, locum non mutaret. At quomodo locus sit immobilis, non omnes conueniunt.

Vnde circa hanc quæstionem est argumentum in oppositum. Locus est accidens corporis alicuius mobilis, puta, esse immobilem. Omnia accidentia mouentur ad motum subiecti, locus igitur mobilis est.

Secundò. Cælum est locus ignis, tamen mobile est. Et vnum elementum locus est alterius: at elementa mobilia sunt, ergo & locus.

Tertiò Si locus immobile quid esset, à Physico non consideraretur, qui mobilia speculatur; at Physici est de loco disserere; est ergo mobilis.

Aduertendum, quod circa loci immobilitatem duo sunt modi dicendi. Alter est landu. q. 6. sequentis Auerro. cõ. 41. Auerro. locum mobilem quidem esse non per se, sed per accidens ad motum subiecti: sed immobilem dici dupliciter. Vno modo, quia ad motum corporis, quod in loco est, non necessariò mouetur, sed manet locus recedente corpore. Altero etiã modo, quod non mouetur illo motu, quo mouetur corpus ad ipsum locum. Non est sicut albedo, quæ mouetur aliquo modo

do motu tendentis ad albedinem. Non sic locus, sed ipse manet; corpus est, quod ad ipsum mouetur; nec locus versus locatum tendit. Ita explicat loci immobilitatem; & videtur Philop. priori modo explicare. Et non est dubium hac doctrinam esse veram. Est enim locus sic immobilis, vt non moueatur ad corporis motum. Cum enim cum corpore locato mouetur; iam non loci, sed vasis obtinet rationem.

Idē Philop.

2. Sententia præfatio ex D.Tho.

Alij verò lōgè melius aliam maiorem loci immobilitatem ponunt, vt nullo modo moueri possit, idem perseuerans, & est opinio Realiū, & sumunt eam ex S.Thoma, supra text. 41. dicunt vnūquemq; locum habere certam quandam distantiam à mundi partibus, qua variata non est idem locus; & qua manente idem est locus, etiam mutatis superficiebus continentibus, & secundum hanc relationem distantie locus est immobilis prorsus. Nam licet recedat cum corpore continente superficies, iam non est idem locus, vbicunq; sit, quia non habet eandem distantie relationem, quæ loci unitatem præcipue facit, & sic explicant loci immobilitatem.

Et re vera mihi placet hæc immobilitas: aliter enim oportebat dicere, quod si ego quiesco hic, & mutatur superficies, quod non sum in eodem loco; quod non est concedendum. Vt ergo dicar in eodē loco perseuerare, oportet loci immobilitatem prorsus constituere.

1. argumentū cōtra sententiam D. Thomæ.

At contra horum sententiā solēt duo fieri argumenta. Primum est: Illa relatio distantie, quæ est in superficie continente, est accidens in subiecto existens, ergo mouetur ad motū subiecti, & ita est mobilis per accidens, imò sequitur, quod etiam si quis non moueatur, quod loca omnino mutentur, mutatis superficiebus, quia mutantur relationes, & succedunt nouæ relationes ex parte subiectorum, quæ multa succedunt.

Solutio.

Ad hoc respondēt subtiliter profectō Reales, quod illæ relationes mutantur in indiuiduo mutatis subiectis, & superficiebus continentibus; non tamen mutantur in specie: quia omnes sunt ad eundē

terminum distantie, & sufficit ad unitatem loci numeralem, quod sint relationes distantie eiusdem speciei, & ad eundem terminum, & consequenter sic non mouetur ad motum subiectorum; nam in specie eadem manet relatio.

Alterum sit argumentum. Quia, dato 2. arg. cōtra casu, quod cælum mutaretur, profectō e. D.Thomæ. go manerem in eodem loco isto, si non discederem ab eo; & tamen relatio mutaretur, quia iam partes mundi mutatae essent.

Solutio quondam.

Ad hoc respondent, quod nō est opus intelligere has orbis partes veras, sed imaginarias, quod est dicere, relatio distantie nō est opus, quod sit, & sumatur à polis mūdi his, sed à polis, & partibus, à quibus imaginamur aliquid distare; & hæc semper restat, quantumcunque mutantur corpora cælestia, & orbis partibus, ita dicunt Reales locum esse immobilem, ac mihi hæc opinio placet; nam, re vera, locus videtur sic esse immobilis, ita vt variari nequeat.

Solutio a. thomæ.

Sed tamen non est dicendum, quod locus sit talis relatio distantie; nec quod in loco relatio includatur, vt quæstione præcedenti ostendimus contra Scotum, sed quod illa immobilitas sumatur penes eundem modum sic se habedi, nempe, quod superficies sic se habet, vt talis modus se habendi non sit alibi: at hunc modum se habendi explicamus per relationem distantie, non tamen, quod sit re vera illa distantie relatio. Et credo sine dubio hoc esse admodum rationabile. Quis enim eredet esse relationem realem ad terminos imaginarios, nisi illa relatio non esset, nisi imaginaria ad loci immobilitatem explicandam?

Ad argumentum igitur primum re. Ad primū. spondeo, quod superficies quidem mouentur ad motū corporum, tamē illa fixio, & immobilitas, quæ per distantiam explicatur, eadem manet, etiam superficiebus succedentibus pluribus.

Et eodem modo responderetur ad secundū. Ad secundū. dum. Corpora enim mouentur, & elementa: id tamen, quod loci rationem facit, non mouetur, & hoc etiam docet Arist. qui cælum, locum immobilem vocat, quia

quia quantumcunque moueatur circulariter, illum tamen situm, & velut distantiam non mutat, & hoc est testimonium contra Iandu. & Aueroem, quod de hac immobilitate, quam S.Thō. exponit, sit Aristoteles intelligendus, cum dicit, locum esse immobilem.

Ad tertium. Ad tertium dicimus ex Simplic. in principio libri, quod locus, quamuis sit immobilis, à Physico consideratur, vt est terminus motuum corporum naturalium. Quæ enim Physicus considerat, fat est, quod autem mobilia sint, aut ad motum habeant ordinem.

An res incorporeæ sint in loco.

Quæstio VI.

Reuter à nobis hæc difficultas est determinanda, vt saltē explicationem terminorū habeamus, & nudam duntaxat veritatem. Non enim loci præsentis est eam omni ex parte discutere, cum sit potius quæstio Theologica.

Dupliciter aliquid est in loco, definitiue, & circumscriptiue.

Quid sit esse definitiue.

Nota.

Aduerte igitur, quod dupliciter apud Theologos, dicitur aliquid esse in loco. Vno modo definitiue, altero modo circumscriptiue. Id definitiue est in loco, quod sic est alicubi, quod extra illum locum non sit. Sic enim in suo quisquis est loco, vt ibi existens non sit in alio. Hoc enim est definitiue, vel esse definitiue in loco, esse loco. Sicut præsentē secundū suā propriam substantiam: vt Angelus hoc modo potest esse in loco, tum est præsens loco alicui per suam præsentiam, cum ibi operatur.

Nec est esse definitiue in loco, vt aliqui putant, quod sit aliquid totū in aliquo toto, & totum in qualibet parte, sicut anima est in corpore, quia est tota in toto corpore, & tota in qualibet parte: hoc enim nō est ratio formalis existēdi in loco definitiue, esse sic alicubi, quod nō sit simul alibi: hoc enim est definitiue loco, & terminari loco, vt dixim, siue sit totū in toto, & totū in qualibet parte, siue non. Vnde anima nō dicitur esse definitiue in aliqua sui corporis parte, vt, v. g. in pede, quia etiā simul est in manu: at in toto corpore est definitiue, quia non est alibi.

Quid sit esse in loco circumscriptiue.

Esse autem circumscriptiue, est sic esse in loco, vt non solum non sit alibi, sed etiam commensuretur loco, vt vbi vna est pars, non sit alia; & pars locati parti loci respōdeat, sicut corpora in loco sunt circumscriptiue; habent se ergo, vt superius, & inferius. Quidquid enim est circumscriptiue in loco, est etiā definitiue, non tamen; quod est definitiue, est circumscriptiue, nam incorporea esse possunt in loco definitiue, sed non circumscriptiue, vt modò dicitur.

1. conclusio.

Est ergo prima conclusio. Gloriosus Deus est quidem in omni loco, & vbique; sed tamen, nec circumscriptiue, nec definitiue est alicubi, sed alio modo. Hæc est nota. Non enim est circumscriptiue, quia non est diuisibilis, vt circumambitur loco, & pars parti loci respōdeat, nec est definitiue, quia vbique est, & in toto mundo, & extra mundum, nullo definitus termino, nullo circumscriptus spacio. Modus itaq; existēdi Dei in omni loco est potius vocandus incircumscriptus, & indefinitus, secundum essentiam, præsentiam, & potentiam.

2. conclusio.

Secunda conclusio. Angeli, licet incorporei, in loco esse possunt definitiue, sed non circumscriptiue. Definitiue quidem, quia sic alicubi, quod nō sit simul alibi, dum enim in cælo sunt, non sunt in terra, & dum in hoc terræ loco sunt, simul alibi nō sunt, nec in omni loco esse possunt, vel in pluribus simul locis, nisi forte per diuinā potentiā. Sed circumscriptiue non sunt, quia non habent quantitatem, nec corpulentiam, & inde prouenit, quod non sic occupent locū, vt partes partibus loci respondeant, vel circumscribantur, imò in puncto possunt multi simul Angeli esse.

3. conclusio.

Tertia conclusio. Sola corpora in loco sunt, tam definitiue, quæ circumscriptiue, per se: at ipsorum partes, & accidentia per accidens, quia in ipsis totis sunt. Et de hoc modo existēdi in loco Aristot. loquitur in præsentī: & ad Physicum, de hoc tantum pertinet tractare. Sic enim in loco esse, ratione quantitatis sit, & similiter ratione motus, qui corporibus inest naturalibus. Et ita est intel-

legendus Aristoteles, cum dicitur incorporeas substantias non esse in loco. At de his satis.

An vltima sphaera sit in loco.

Quaestio VII.

De vltimo hoc precipuum est in hac materia propter summam ipsius difficultatem. Sunt enim variae sententiae insignium Philosophorum, qui rem fecerunt difficilem. Quantum ego potero, conabor sententias aliorum ex locis proprijs proponere fideliter, atque discutere.

Causa ergo huius difficultatis est, quod cum vltima sphaera alicubi sit, & motu locali moueatur, absque dubio ei debetur locus aliquis, cum tamen non habeat extra se aliquid continens, & circumdans, & iuxta Arist. talis debeat esse locus, non videtur esse in loco; vel saltem alterius rationis locum habeat; & quis hic sit, quaeritur in praesenti. In hac parte, quod Arabes, quid Graeci, quid Latini sentiant, aperiam, & quod mihi probabilius est, proponam.

Apud Arabes fuit res haec varia. Auer. & Alpharabius, vt refert Auerr. com. 45. fuerunt in hac sententia, quod aliter debetur locus corporibus motis recte, puta, sursum, aut deorsum, & corporibus motis circulariter. Ratio sumitur ex diuersitate lineae rectae & circularis. Linea recta de se imperfecta est, & additione patitur, quare si terminari debet, est per aliquid extra lineam, quod ipsam ulterius abire non sinat. Linea vero circularis perfecta est, nec patitur additione, ob id non indiget aliquo terminante extra se, sed solum terminatur per id, quod intra se ambit, quia ipsi commensuratur. Hinc dicit, quod corpori, quod mouetur per lineam rectam, debetur locus ambiens extra, & sic talia corpora sunt in loco circumscribente extra. At corpori circulariter moto solum debetur locus intra: Sic autem est conuexum corporis contenti; & sic putant sphaeras superiores esse in inferioribus, vt in locis, non e contra.

Ratio difficultatis.

1. Sententia Alphara. & Auer. Nota differentia inter motum rectum, & illa quae circulariter.

Nota quod locum vtriusque illorum corporum debetur.

Refellitur haec sententia.

in text. 46. Praeterea quia isti fugientes difficultatem, quomodo vltima sphaera sit in loco, non incidunt in aliam; nam caelum lunae non erit in loco, nisi in igne; ignis in aere; aer in aqua; aqua in terra; terra non habebit locum vllum.

Secunda sententia est Auer. 2. suffi. c. 8. quod vltima sphaera non est in loco vlllo modo: dicit tamen, quod non mouetur localiter, sed motus ipsius est ad situm, & ita contra Arist. habet motum esse aliquem, qui non est ad substantiam, nec ad quantitatem, nec ad qualitatem, nec ad locum, puta illum, qui est ad situm, & talis est motus circularis.

Ista sententia non est recipienda, cum sit contra Aristot. & praeterea est vna ratio contra ipsum: quia situs essentialiter claudit locum, vel certe supponit locum, vt partes rei situentur in loco: Est enim situs ordo partium ad locum: non igitur situm potest habere, nisi simul locum.

Tertia sententia est Auer. com. 43. plane absurda. Dicit caelum esse in loco per suum centrum; nempe, quia centrum suum habet in loco: & ita fateretur caelum per accidens habere locum, imo ait (quod peius est) quod talis locus per se competit corporibus circulariter motis.

Ratio Auer. est: quia per id res habet locum, per quod habet firmitatem, & immobilitatem; ad per centrum firmitatem habet, quatenus idem semper manet; per id igitur locum habet.

Notata autem, quod caelum totum per se mouetur non secundum subiectum, sed secundum formam. Vocat moueri secundum subiectum, cum totum caelum moueretur mutando centrum, vel ad vnam partem, vel ad alteram partem; & hoc non fit. Semper enim circa idem centrum mouetur caelum. Vocat moueri secundum formam: quia nouo, & nouo modo se habet secundum omnes suas partes cum centro. Quod apparet, si lineis ipsum caelum diuidas per centrum, videbis nouo modo se habere caelum, dum mouetur ad ipsum centrum: permutantur enim lineae, & succedunt aliae alijs, & hoc est moueri, vt ipse ait, secundum formam. Sed non mihi placet haec sententia, & sanem miror aliquos fuisse,

2. Sententia est Auer.

Refellitur haec sententia.

3. Sententia est Auer.

ratio Auer.

Secundum Auer. aliud est moueri secundum subiectum, aliud secundum formam.

qui

Reijcitur sententia Auer. tanquam absurda. 1. ratio contra Auer. qui hanc receperint, vt Iand q. 9. Albert. fract. 1. cap. 13. est tamen haec opinio omnino reijcienda. Primo: quia (vt S. Tho. recte obijcit) centrum non est aliquid celi intrinsecum: nec enim est pars, nec totum, nec accidens ipsius; non igitur per ipsum potest dici esse in loco.

Præterea: quia centrum est indiuisibile; hoc autem non est in loco. Praeterea, cum esset idem centrum omnium orbium, per idem essent corpora diuersa in loco, & ita essent in eodem loco, nam Auer. concedit quoque, quod reliqui inferiores orbis sunt in loco in superioribus per se, vt circulares sunt, & ratione motus proprii sunt per centrum in loco; quae sane omnia sunt paradoxa; & male secum consentientia. Adde quod ex Graecis Arist. interpretibus nullus ynquam est, qui vel innuere videatur aliquem hominum fuisse in hac sententia, nedum Arist.

Præterea: Quia, si ob id per centrum esset in loco, quia per ipsum habent immobilitatem, eadem ratione ianua per cardinem, & per anchoram naui essent in loco; non igitur videtur, quod caelum dicatur esse in loco, quia centrum ipsius sit in loco. Haec dicunt Arabes, & male.

Graeci vero non omnes etiam conueniunt. Themist. enim dicit, quod vltima sphaera, quae secundum Arist. est octaua, non est in loco secundum superficiem conuexam, sed secundum concauam, & est in septima sphaera sibi proxima, quae est Saturni. Vnde conuexum penultimae, est locus vltimae secundum concauum.

Quo autem modo id fiat, attende. Si diuidas sphaeram Saturni in multas portiones, similiter & sphaeram vltimam videbis, quo modo cuique portioni superioris respondet portio inferioris. Et vterius, cum inferior sit tardior, in eadem parte, & portione inferioris, succedunt variae; & multae portiones superioris; & ita partes videntur mutare locum. Ista est fideliter sententia Themist.

Et quamuis aliquid habeat probabilitatis, non tamen placet, quia (vt dicunt Philop. & Simpl.) non potest esse, quod idem sit locatum alicuius, & locus eiusdem: at sphaera septima, est in vltima, vt

Secunda Tertia

Quarta

4. sententia Themist.

Explicatur sententia Themist. Thomaz.

in loco: non igitur vltima erit in ipsa, nisi vt in locato, & velut in materia. Altera sententia fuit Alexan. qui (vt Alex. Simpl. refert) dixit vltimam sphaeram nullo modo esse in loco, nec per se, nec per accidens, nec moueri localiter, vnde motum illum noluit localem esse. Quis autem morus esset, non explicuit, vt dicit Simpl.

Haec sententia in hoc non videtur vera, Reijcitur quod negat caelum vlllo modo esse in loco, haec sententia cum sit quoddam corpus: & in eo, quod motum caeli localem esse negat, non enim videtur quis alius esse possit.

Simpli. fateretur quidem nullo modo in loco esse, & tamen concedit motum esse localem, & tunc est noua alia difficultas, quomodo si localiter mouetur, in loco non est.

Vltima sententia inter Graecos est Pseli, quam breuiter docet, nepe caelum vltimum esse in loco secundum partes: quia nempe partes in loco sunt. Quod si peras, quis est locus partium, dicit, quod vna est locus alterius, sed non locus actus, quia ipsi continua est, sed locus potentia, quae sententia, absque vlllo dubio, est etiam S. Tho. text. 43. & clarus 45. vbi docet vnā partem, locum alterius in potentia, & continere, & contineri ab altera: & quod ratione harum partium mouetur, & mutat locum ipsa vltima sphaera.

Haec sententia proximè videtur ad veritatem accedere, quamuis non omnino euacuet difficultatem, quia si vna pars locus esset alterius, cum semper sit continua illi, nunquam altera mutaret locum, & sic non moueretur caelum, nec mutaret locum secundum partes, quauis respondere possit mutari distantiam & modum, quem partes habent sub illa relatione, vt ante diximus, sed hoc non explet intellectum omnino. Praeterea: Quia etiam si esset continua pars, adhuc non videtur locus, cum non vndique locatum ambiat: Praeterea, non video quomodo actu moueatur localiter, & locum habeat potentia.

Philop. & hi, qui locum ponunt spacium, ab his angustijs liberati sunt, cum locum vltimae sphaerae dicant esse spacium occupatum ab ipsa. Et hoc argumentum de caelo fuit vnu ex his, quae posuit Philop. contra

6. Sententia Simpli.

7. Sententia Pseli & D. Thomaz.

8. Quae est Philop.

tra Arist. Et re vera (vt diximus) spacium illud, vt aliqui ponebant, nō est omninō improbabile. At postquā illud exclusimus, cū Arist. quid mihi videatur, pponam. Si hoc secundū veritatē examinemus, non est saltē tanta difficultas. Nam nos ponimus cælū empyreū omnium su premium immobile, quod etiā cognouit Plato, & alij veteres, vt est videre apud Simp. qui id etiā asserit, in digressionē de loco non lōgē à principio, vbi etiā ait illud esse locū, vbi Deus optimus ijs, qui digni sunt, cōmunicat ea, quę sunt per se spectanda, & in hoc primū mobile est, vt in loco, ipsum tamē, cū nō moueatur, non esset tantū incōueniens, si quis diceret non esse in loco; at secundū Arist. qui cælum primum mobile videtur posuisse, maior est difficultas. Et re vera, dico vel opinione D. Tho. esse verā, vel nullo modo esse in loco secundū Arist. vt ait Alex. & Simpli. imō hęc videtur esse doctrina Arist. tex. 28. vbi cōtra Zenonē dicit, locum primū nō esse alicubi, vt in loco, sed vt sanitas in subiecto toto, ita primus locus, qui cælū illud est. Et in hoc reprehēduntur antiqui ab Arist. q. locū in loco volebāt collocare, dicentes, omne ens esse in loco. Et ratio potissima p hac sentētia Alex. & Simpli. hęc est. Si in loco est, vel est secundū se, vel secundū aliud, vel secundū accidēs. Secundū se non, vt notum est. Secundū aliud, minimē, quia secundum aliud in loco est, quod secundū sui partē in loco est, vt explicat Arist. Cælum autem nō habet in loco partē vllā, nisi in potētia, vt dicit S. Thom. sed hoc non est habere locum, aut certē nō actu locum. Quod enim in potentia est, absolute non est, aut (vt dicit Themist.) quia est in sphaera sub se, & hoc iam reiectum est. Nec habet locum secundum accidens, cū non sit in eo, quod est in loco per se, non igitur in loco est. Nec mireris, cū primus sit omnīū locus, quod non sit in loco.

Quod si dicās, quomodo corpus non est in loco aliquo? Respondeo, quod nec ipsi Philosophi, qui dicunt esse in loco, dant locum: nisi per accidens, si ergo nō miraris, quod locum non habeat per se,

& contentus es cum loco per accidens, profectō nō debes mirari, quod nullum locum habeat, nam dicere, quod locum habet per accidens, magis est verba afferre, quā dare in re locum aliquem: talis enim modus existendi in loco ferē nullus est.

Attende tamen, quod quamuis in loco nō sit, si tueamur opinionem Ale. & Simp. localiter tamen mouetur. Vt enim localiter moueatur, non oportet quod sit in loco, sed quod circa locum sit. Est enim motus ad locum, & est motus circa locum.

Quod si dicitur esse alicubi, id est, vt dicit Arist. contra Zeno. quia in aliquo est, sed non vt in loco, sed vt in contento, vel alicubi dicitur esse, non quod in loco sit, sed quod circa locū sit, hoc mihi rationabile satis videtur, vel certē sequaris D. Thomę opinionem, non esse per se in loco secundum se totum, sed esse in loco, secundum partes, eo modo, quō explicat D. Thomas, & vidimus. Et hęc de loco probabiliter secundum Aristotelem sinit satis.

De concordia quadam scitu digna, omnium opinionum de loco.

Questio VIII.

HAtenus Aristotelis opinionem de loco defendimus, vt potuimus; quod pauciores, & minores, quā ceterę alię opiniones videretur pati difficultates. At verō cuiusdā recentioris extat valdē probabilis opinio, quę omnes quodammodo opiniones conciliat, & omnes difficultates dissoluit, & omnes loci proprietates, & quę de ipso dicuntur, sine magna difficultate tuetur; quam quidē ea de causa ad finē vsq; volui reseruare, quod sit quasi omnium dīctorum de loco Epilogus quidam, & compendium: & eō quidem libentius feci, ne vllius rei, quę utilis esse posset, cognitionem lectori denegarem.

Hęc igitur constituit duplicē locum. Alterum intrinsecum rei, quod sit quantitatis quoddam proprium ad eam consequens

Sententia authoris. Nota de celo Empyreo ad mentem veterum.

Vltimū cælum nō esse in loco secundum Arist.

Ratio, quā probatur vltimū cælū nō esse in loco secundum Aristot.

Solutio.

Vltimū cælū quāuis non sit in loco, tamē mouetur localiter.

Opinio cuiusdā Neoterici cōcilians oēs opiniones, & oēs facildē dissoluens difficultates de loco.

sequens, quod vocamus spacium; alterū extrinsecum locum, de quo locutus est Aristoteles.

Distinctio loci. 1. Locus, alius verus, alius imaginarius.

Pro cuius opinionis intelligentia erit hęc notanda distinctio loci. Locus, alius est verus, alius imaginarius. Imaginarius quidem est, vt extra cælum spacium illud imaginarium, quod ibi quisq; imaginari potest. Et vacuū etiā hic in mundo, si esset, imaginarius esset locus, imaginariū videlicet spacium, posset etiā imaginari superficies vacua.

2. Imaginarius locus duplex, scilicet, vel abstractus ex singularibus.

Est autem notatu dignum, locū, seu spacium imaginarium bifariā nos posse considerare. Vno modo, vt sit res ficta omninō, & fingamus esse, quod non est; vt extra cælum, vel in vacuo, vt diximus. Altero modo, in cōmuni abstrahendo ab hoc, vel illo spacio vero singularium corporum, spacium in cōmuni totius mundi, in quo modo sunt corpora, abstrahendo, inquam, ab hoc, vel illo corpore; & hęc consideratio non est ficta, sed vera. Siquidem abstrahentium non est mendacium, vt ait Aristot. Nam, vt huic corpori, hoc singulare, vt propriū spacium conuenit, ita in communi corpori conuenit spacium in communi, & ita consideramus hoc spacium abstractū in communi, nō habito respectu ad subiecta singularia, sicut Mathematicus considerat quantitatem in abstracto. Sic ergo imaginamur illud spacium in cōmuni totius mundi, tanquā quiescens, id est, abstrahēdo à motu eiusdem, & à particularibus subiectis: & in cōmuni similiter in eo distantiam consideramus, & firmam in cōmuni, & singularem partium eius positionem, omnia abstrahendo in cōmuni, vt Mathematicus figuras.

Dubium.

Sed dicēs: quomodo omnes sic abstrahunt, etiam rustici & imperiti, qui solo sensu iudicant.

Solutio.

Respondeo, causam hanc esse, quia per sensum non facildē cognoscitur numeralis differentia accidentiū eiusdē speciei. Vt verbigratia, si modō aqua calefiat vt vnum, & postcā frige facta iterū calefiat vt vnum, nesciet sensus iudicare, an sit idem numero calor, qui antea, an diuersus numero; solum licet sibi videri idē, id

est, eiusdem gradus. Sic etiā, cū fiat vētus, semper putat idem esse numero medium lumen, cū tamen sit numero in alio, atq; alio aere succedēte diuersus, licet æqualis, & ita similis, vt putet sensus idem esse numero. Ita omninō accidit in spacio, cū videatur quæuale manere semper, mutatis corporibus, putat esse idem numero, cū nō sit idē, nisi specie, & æqualitate tantū. Atq; eō magis sic putat, quod visus exteris quiescentibus, & fixis, vt, verbigratia, lateribus vasīs, vel ambitu cæli, et à latere ad latus. videt semper eandē distantiam etiā numero, putat idem quoq; medium esse numero, id est, spacium. Et hinc est, quod spacium in cōmuni omnes sic abstrahunt, quia vident illa accidētia in cōmuni remanere, nam quamuis mutetur spacium, hoc tamen manet spacium, & æquale spacium.

Verus autem locus est duplex. Alter intrinsecus rei ipsi, alter extrinsecus. Extrinsecus quidem est circumambiens ipsum corpus locatum, videlicet, corpus continens, aut eius superficies vltima, de quo locutus est Aristoteles. Intrinsecus verō locus rei, est spacium illud ipsum, quod ipsa res verē intra se occupat, secundum suammet corpulentiam.

Hoc autem spacium, si petas, quid est? Respondetur esse proprium quoddā consequens ad ipsam quantitatem, quantitatis videlicet ipsius extensionem. Consequitur autem hoc spacium tanquā proprium quoddam ad quantitatem, sicut ad motum cōsequitur tempus. Nam vt in quantitate successiua se habet tempus ad motū, illum mēsurans, ita in permanente quantitate, se habet spacium illud consequens quantitatem, ad ipsam quantitatem.

An verō spacium illud, seu extensio distinguatur ab ipsa quantitate realiter, vel formaliter, vel ratione, nō magno perē refert. Eadem enim est difficultas de tempore, an distinguatur realiter, vel formaliter, vel ratiōe ab ipso motu. Et quod de tempore respectu motus dixeris, idem de hoc spacio, seu extensione respectu quantitatis dicere poteris: & quicquid illorum

3. Verus locus duplex, intrinsecus, & extrinsecus.

Quid est spacium intrinsecū corporis.

Nota, an dīstinguatur spacium à quantitate.

Horum dixeris, vel realiter distingui, vel formaliter, vel ratione probabiliter dixeris, vt in motu, & tempore.

Est autem hoc spaciū vniciq; quantitati suam propriū, sicut vniciq; motui sua propria tēporis successio, & mēsurā propria & particularis. Et vbiq; sit corpus, locum semper idem habebit suum intrinsecū hoc numero spaciū. Et totius mundi spaciū commune est, sicut vna est vniuersalis totius temporis mēsurā vniuersalissimi motus.

Quod sit spaciū intrinsecum.

Esse autem hoc intrinsecum cuiusq; corporis spaciū, negari non potest, vt videtur; quia inuicem sese mutua consequentia inferant. Nam si corpus est, spaciū est, & si verum spaciū est, in eo corpus est.

Ita vt si extra cēlum vnus homo collocaretur, verē diceretur esse in suo loco, in spaciō scilicet illo ipso proprio sui corporis: & si in vacuo medio similiter collocaretur, corpus ibi in medio vacuo intra ipsum corpus verū esset spaciū, quod ipsum corpus propriū occuparet, cū circumambiens intra ipsum corpus esset solum spaciū imaginariū.

Imō verō ne intelligi quidē corpus, vel quantitas posse videtur sine spacio, nisi redigeretur ad punctum.

Et rationes plerūque Philoponi hoc ipsum spaciū intrinsecum, & quantitati propriū ostendunt, sed non separatum, vt ipse ponebat, sed in rebus ipsis inherens tanquā propriū earum accidens.

Extrinfecus hoc triplex. Proximus, remotus, remotissimus.

Rursus extrinfecus locus triplex est. Vel proximus & immediatus, videlicet ipsa superficies concaua corporis continentis: Vel distās, & remotus, videlicet, corpus aliud; vel superficies ad certā distantiam circumambiens, vt verbī gratia, cū aliquid est in cubiculo, cubiculū est illius locus, & altera ipsa cubiculi: vel domus, inter quā continetur. Aut etiam remotissimus locus est, quo modo Arist. omnium locum dicit esse cēlum, quōd omnia ab ipso continentur. Et partialis est etiā locus extrinfecus, in quo res esse dicitur quandoque, vt homines sunt in terra, & in tecto, quōd pedibus solū tan-

gunt. Et totalis locus, vt piscis in aqua, cū vndiq; circumambitur.

Ex hac igitur distinctione loci, & locorum diuersitate, omnes prorsus difficultates, quæ de loco proponuntur, facillimè dissoluitur; & quod plus est, iuxta communem modū concipiendi omnium hominum, cū de loco loquuntur, ita mens quiescit cuiusque.

Quædam enim proprietates loco illi intrinsecō conueniunt, videlicet spacio ipsi verō; quædam aliq; spacio, & loco imaginario ficto, vel abstracto, aliæ verō extrinsecō loco, nempe superficiē; aliæ proximo loco, vel remoto; aut remotissimo, aut tam ijs, quā illis locorū differentijs. Eadem tamen sub aliqua diuersitate conueniunt sub illa, videlicet, quæ differunt inter se: quōd quidem breuiter enumeratione quadam de singulis ostendamus.

Ex quibus etiam apparebit istius opinionis, quæ omnia sic concordat, & saluat probabilitas. Nam quia alij conabantur vni tantum ex dictis locis omnes loci tribuere proprietates; idē in magnas cogebantur aliquando.

Primæ ergo omnium proprietates loci, potissimæ, & maximæ sic apparent. Quarum prima est: Ipsum corpus esse in loco, igitur est in loco non solum extrinsecō in ambiente, aut in loco secundum extimam superficiem, sed secundum se totum est in loco, & eius partes etiā interna, sunt in partibus loci.

Secunda Sic dicitur corpus occupare locum, & occupare spaciū, & partes corporis, partes occupare spaciū; Et sic dicimus, hoc est in hac parte spaciū, illud in altera, & partes corporis respondere partibus spaciū, &c.

Tertia proprietas constat. Locū esse æqualem locato, non maiorem, nec minorem. Nam quamuis secundum superficiem dicatur, superficiem concauam locantis esse æqualem vltimæ superficiē locati; tamen verā æqualitas & perfecta loci (vt omnes intelligunt mente) est de toto ipso corpore. Vt si diceremus, hoc corpus esse alteri æquale, quia æqualem quantitatem habent, vel æquale spaciū occupat

Proprietates omnes consistant, & difficultates dissoluantur de loco.

Proprietates loci.

Secunda.

Tertia.

occupat vterque secundum omnem dimensionem: nam alia est æqualitas lineæ ad lineam, alia superficiē ad superficiē, alia corporis ad corpus.

Quarta. Locum continere locatum. Nam hoc ad superficiem quamuis commodè referri possit; tamen verius, & perfectius continet, quod secundum totam corpulentiam continet, vt dicimus. lumen contineri in aere, & virtutem in herbis, & tempus continere omnia, & animam contineri in corpore, & formam in materia, &c.

Quinta. Omne corpus sit in loco, & quod est (vt videtur) eodem modo, quia locus conuenit. Quia corpus quantum est, nec in loco solum extrinsecō, sed intrinsecō: nē absolutè cogamur dicere, cælū non esse in loco, vel eius locum esse centrum, quæ duo sanè sunt absurda, & paradoxa, & præter communem sensum hominum: sed non est in loco extrinsecō ambiente, vt rectè in hoc ait Arist. est tamen in loco, & spacio intrinsecō sibi.

At verō contra hæc aliæ proprietates, videlicet, Locum circumscribere, & ambire locatum, potius conueniunt externo loco, videlicet superficiē corporis ambientis, quamuis de intrinsecō spacio dici possit quodammodo circumscribere locatum in se existentem.

Secunda. Item, locum non esse aliquid intrinsecū locato; sed esse aliud à locato, quam uis & hæc conueniat non solum superficiē, sed spacio, nam est aliud etiam à locato, & à quantitate, si non re, saltè formaliter, vel ratione.

Tertia item. Locum non posse esse sine aliquo locato, sed posse esse sine hoc, vel illo; cuius quidem proprietatis secunda pars solum extrinsecō loco superficiē conuenit, nempe, posse esse sine hoc, vel illo locato eandem superficiē. Conuenit etiam loco imaginario, & abstracto, tamen prima pars non posse locum esse sine aliquo locato, verum etiā est non solum de superficie, sed de intrinsecō spacio loci cuiusq; corporis proprio.

Quarta. Locum verō esse immobilē, vix potest extrinsecō superficiē loco cō-

uenire, cū etiā ipsa superficies moueatur & mutetur vna cum corpore: nec verō eadem manet numero distantia ad cæli latera, idē uel respectu numero superficiē, ipsa mota. Sed dicitur immobilis secundū speciem, vt diximus, quia videlicet illa, vel altera superficiē in tāta distantia, & cōsimili respectu ad mūdi partes, & cæli latera succedit. Et ita dicitur manere locus immobilis secundum speciem, abstrahēdo, inquam, in cōmuni locum, & distantia, vt diximus. Hoc eodē prorsus modo, hoc conueniet spacio proprio cuiusq; corporis: nā eo moto, aliud succedit in eius locum cum cōsimili respectu ad cæli latera, & æquali distantia, & erit loci proprietas in cōmuni abstracti, non in singulari. Sed præterea immobilem dici merito alia ratiōe poterit, quæ non potest spaciū propriū cuiusque rei separari ab ipso corpore, vel quantitate, cuius est propriū.

Nota.

Quamuis hæc profectō proprietas immobilitatis loci videatur, (vt illum solumus concipere, propria esse loci tantum imaginarij, spaciū videlicet imaginarij, quod imaginamur, vel extra cēlum, vel etiam intra corpora, quasi quiescēs semper, & immobile (vt diximus) abstrahendo à motu, in quo succedunt alia corpora, in cuius partibus sic imaginamur similem semper, & eundē sitū cum æquali distantia, & respectu ad cæli vltimam superficiem quiescētē, si sit intra cælum, vt in illo dicto secundo modo loci imaginarij, id est, verū, sed abstracti à motu, & subiecto; et si sit extra cēlū respectu ad alias partes ipsas eiusdemmet spaciū imaginarij fictici, vt in primo modo fictitiū videlicet loci, & spaciū imaginarij. Et vtroque modo concipimus immobilitatem, vel abstrahendo, vel in illo ficto.

Quinta.

Quinta. Differentiæ etiā sursum & deorsum; antè & retrō, cōsimilibus respectibus, sicut immobilitas conueniunt, vel superficiē, vel spacio vero corporū vel imaginario abstracto, vel ficticio.

Sexta. Moueri localiter sic etiā intelligimus, id est, pertransire spaciū illud imaginariū, vel abstractum, quod plerū est, vero spacio alicuius corporis hu-

rius, vel alterius. Aut pertransire superficiem concava corporis, intra quod aliud mouetur, vel extremam superficiem, si supra illam fiat motus. Sic etiam dicimus, corpora moveri ad locum, id est, ad superficiem alterius corporis continentis. Nam in descensu semper novam, & novam superficiem acquirunt corpora ambientis, quae sit terminus motus illius; sicut etiam imaginarium illud, vel abstractum occupat spacium, quod antea alterum corpus occupabat, quod terminus etiam illius motus localis dici merito potest.

Septima.

Rursum, dicimus esse homines in platea civitatis, vel foro, tanquam in loco partiali; nam ex alia parte aere ambitur, & solis pedibus plateam contingit. Pisces autem sunt in aqua, ut in totali loco extrinseco, sed remoto, in ultima proxima aequae superficie, tanquam in proximo. &c.

Denique, ut vno verbo omnia completamur, illa posita loci distinctione, intrinseci, & extrinseci; veri & imaginarii, fictitij, & abstracti in communi: proximi, & remoti; partialis, & totalis; omnes difficultates dissoluntur, & omnes penae opinioniones conciliantur, & Aristotelis praeter ea opinio defenditur, ita, ut sit locutus de loco extrinseco tantum. Quod si cui sola Aristotelis placet opinio, liberum ei esto iudicium. Ac de hac materia sit satis. Iam de vacuo, quod loco oppositi videtur, quid dicat Aristoteles, videamus.

CAPVT VI.

Eodem autem modo existimandum. Text. L.

Tractat. de vacuo. Ad Physicū pertinere agere de vacuo.



Ostendit autem, in quo asimiletur loco. Ut enim locus, & esse, & non esse, videbatur ex rationibus oppositis, quae circa ipsum afferebantur; ita & vacuum, & videtur esse, & non esse ex

his, quae circa ipsum dicunt. Et hoc est, Ratio quod dicit, quod (incredulitatem & fidem similem videbitur, quamuis (ut notat Philopon.) non eodem prorsus modo. Nam locus apparenter videtur non esse, vacuum vero necessarium.

Statim probat Physicum oportere de vacuo tractare. Nam vacua cum loco coniunctionem habent. Antiqui enim locum, vacuum, plenum idem esse putabant, subiecto quidem, sed non ratione. Nam id, quod corporis susceptiuū erat; locum vocabant; cum corpus aliquod actu habebat, dicebatur plenum; cum vero corpore vacabat, dicebatur vacuum. Ratio igitur non est eadem, sed in re idem sunt.

Incipere autem oportet considerationem. Text. LI.

Tria considerantur à principio proponit. Primum ea, quae dicunt affirmantes vacuum. Alterum ea, quae dicunt negantes. Tertium ea, quae communiter vacuo inesse videtur secundum communem opinionem. Incipit tamen ab his, qui negant esse vacuum, ipsosque reprehendit eod, quod probantes esse vacuum, non argumentati sunt contra intentionem principalem eorum, qui posuerunt vacuum, sed argumentati sunt contra id; quod illi ex alio errore dixerunt, & iste fuit Anaxagoras. Aduerte, quod qui vacuum ponunt, dicunt esse ipsum quoddam spacium distinctum à corporibus sensibilibus, in quo nullum est corpus sensibile.

Istorum quidam habebant alium errorem, nihil esse nisi corpus sensibile. cumque aliquod vas experientur, in quo solum esset aer, putantes aerem nihil esse, dicebant vacuum.

Qui bene erat impugnaturus sententiam, oportebat probare nullum esse tale spacium, non autem occupare se in probando aerem esse corpus, hoc enim non est intentum impugnare, at Anaxagoras hoc fecit.

Impugnabat vacuum, probando aerem esse corpus. Probabat autem duplici experi-

Intentum Arist. in hac disputatione. Quod male impugnatum vacuum. qui illud negant.

Error quorundam ponentium vacuum, putantium aere non esse corpus.

Text. LIII. & sequen.

Quibus ratio experimento. Alterum est, quod ut res pleni aere, ligato ore, fortiter resistunt ponderi, & non comprimuntur partes; sicut cum os apertum est, igitur aer aliquid est. Alterum ex clepsydra, quae si eius orificium superius claudatur, cum plena est aere, non recipit ipsam aquam, si vero aperitur, ingreditur aqua, aer igitur resistens aliquid est.

Aestimantes autem omne.

Text. LII.

Causa erroris illorum veterum.

Ponit id, quod errantes Philosophi dixerunt, non autem ex intento, nempe credebant, nihil esse nisi sensibile corpus, ob id putabant aerem non esse, cum non sentiretur, ac contra illum talem locum vacuum non esse.

Qua via & modo debet at impugnare vacuum.

Statim ponit, quid oportebat eos probare contra ponentes vacuum. Nempe, nullum esse spacium inter duo corpora, distinctum à corporibus, quod spacium diuidat corpora, & seingant, ne continuentur, ut putabant Democri. & Leucip. siue spacium sit separabile, id est, siue actu non habeat corpus, siue habeat. Et vltimus, quod nec extra caelum aliquod sit continuum spacium. Denique absolute debebant probare, nullum esse corporum intervallum distinctum à corporibus, et non debuerunt sistere in probando aere esse corpus.

Hi igitur non secundum portas. Text. LIII.

Nota quid sit proverbium, ad portas occurere.

Concludit, hos sic impugnantes non occurrere problemati secundum portas, id est, non directe, & ad intentum procedere. Qui vero vacuum ponunt, & affirmant, magis directe procedunt: probant enim, quod intendunt directe.

Quaeque argumenta eorum qui vacuum destruebant.

Sunt autem horum quinque argumenta, quorum vnum est, ex motu locali, siue sit augmentatio, siue latitudo. Cum enim motus sit, quod mouetur, vel recipitur in aliquo pleno, vel recipitur in aliquo vacuo. Si in vacuo recipitur, habetur intentum. Si vero recipiatur in pleno, ita, ut penetraretur cum corpore, sequitur, quod corpus minimum recipiet adaequatè ma-

ximum, quod falsum est. Patet sequela: Demus, quod plenum pedale recipiat corpus pedale adaequatè, tunc qua ratione primum plenum se penetrauit cum hoc corpore, vtrumque se iterum penetrabit cum altero pedali adaequatè, & iterum cum alio, cum non sit differentia vnius pleni, & alterius, tunc primum spacium pedale continet adaequatè tria, aut plura corpora pedalia, ergo continebit vnum corpus tripedale adaequatè, quia si partes continet, continebit totum. Hoc autem falsum est, nam licet vnum corpus cum alio penetraretur, tamen maius cum minore non adaequabitur.

Melissus igitur & offendit.

Text. LIIII.

Confirmat motum recipi in vacuo. Confirmatio ex Melisso. Ob id enim Melissus negabat mundum esse mobile, quia si moueretur, oportebat dare vacuum, quod ipse dicebat non esse, quare immobile vniuersum posuit, tanquam consequens ex motu sit vacuum, ac cum vera motus sit, dandum igitur vacuum est, & Melissus daret, si motum poneret.

Vno igitur modo demonstrant. Text. LV.

Hoc vnum esse horum argumentum dicit. Alterum est ex quadam experientia, experimur enim, quod si dolium sit vini plenum, & vinum totum in vtres infundatur, tunc in eodem dolio erunt simul vtres, & vinum, hoc autem non aliunde prouenire videtur, nisi quia datur vacuum intra vini partes, & postea comprimitur illud vacuum in vtribus, et minore occupat locum ipsum vinum, est igitur vacuum: de qua experientia inferius.

Amplius autem argumentatio.

Tertium argumentum est ex viuientium augmentatione. Quod enim augetur, est, quia in se recipit cibum, & alimentum, quod quidem corpus est, tunc illud augmentum non potest recipi

cum corpore, & pleno, aliter esset penetratio, recipitur ergo in vacuo, & ita vacuum erit.

Testimonium autem & illud. Text. LVI.

Quartam.

Quartum argumentum ponit etiam ex experimento ductum. Vase enim plenum cinere, tantum aquae capit, & plus cum ipso simul cinere, quam tum capiebat cum sine cinere, hoc igitur non posse videtur fieri, nisi intra corpora videtur vacuum, ratione cuius ipsa compriantur corpora.

Vltimum argumentum.

Vltimum argumentum facit ex Pythagoreis. Hi enim dicebant causam, quare corpora, quae consequenter se habent, & vnum est post aliud, non confunduntur inter se, & sit vna massa, ea esse, quia inter corpus, & corpus mediat vacuum, & hoc etiam in numeris ponebant. Vnum enim cum alio non confunditur propter intermedium vacuum, & hoc vacuum dicebat ingredi ad ista sensibilia per caelum ex illo magno vacuo, quod est extra caelum, & est velut spiratio quaedam.

Vbi nota, quod vacuum aliquando est minus, aliquando est maius. Et sicut corpus animalis dilatatur, cum recipit spiritum, contrahitur, cum emittit, ita cum multum vacuum sit intra caelum, velut spirando recipitur ab illo vacuo, quod est extra caelum, emittitur vero cum contrahuntur corpora haec, sic isti imaginantur.

Est igitur argumentum hoc sumptum a diuisione, & corporum inter se separatione, & determinatione, quod non videtur esse aliter posse, nisi vacuum inter ipsa sit corpora.

CAPVT VII.

Ex quibus igitur aliquidem dicunt. Text. LVIII.

Quid sit vacuum secundum antiquorum opinionem, & cur sic definitur.



Concludit hoc esse & ea, quae dicunt negantes vacuum, & ea, quae dicunt affirmantes. Ad determinandum tamen, quid circa hoc dicere oportet, definitionem nominis accipit. Describunt autem sic: Vacuum est locus, ubi nihil est. Aristoteles autem vult reddere rationem harum duarum particularium. Primum quare, ubi nihil est, dicitur, Causa inquit, ratione, & syllogismo nota est. Hi enim omne ens corpus esse putabant, & non corpus, & nihil, idem. Unde si vacuum est, ubi non est corpus, profecto vacuum est, ubi nihil est, perindeque est dicere, ubi nihil est, ac ubi corpus non est.

Uterius. Putabant corpus omne, aut esse graue, aut leue, quae corpora sunt tangibilia. Unde syllogismo etiam sequitur vacuum esse, ubi non est graue, nec leue. Declaratum ergo est, quid per, nihil, intelligatur.

Declarat deinde, quare dicatur locus. Et dicit, quod nisi ita dicatur, punctum erit vacuum, quia in eo nec est corpus graue, aut leue, bene igitur additur illa particula, locus.

Nec existimes, quod hic reprehedit Aristoteles, quasi ex ipsorum descriptione sequatur, punctum esse vacuum, quod alij interpretes putant, & sane absque ratione. Nam & ipsi Antiqui describentes dicebant, locum esse vacuum, ut patet ex descriptione posita (locus, ubi nihil est.) Sed solum in his verbis Aristoteles declarat partes descriptionis, & reddit causam, ut notum satis est.

Attamen videtur dici vacuum. Text. LVIII.

Verba haec sunt inferentis ex dictis vnam vacui descriptionem, puta, Vacuum esse non plenum corporis tangibilis, seu corporis grauis, aut leuis, quod idem est. Et quia definitio vacui nondum est finita, colligit duas has particulas, ut addat aliam.

Et ita dubitat. Si vacuum est non plenum corporis tangibilis, si in tali loco esset color, sonus aut aliter sensus sensibilis, an esset vacuum.

Respondet cum distinctione, quod si illud esset adhuc susceptivum corporis tangibilis, esset vacuum, si autem minime. Ac si dixisset, integra descriptio vacui est. Vacuum est locus carens corpore tangibile.

Alia vacui descriptio.

Alia vacui descriptio.

Dubium.

Solutio.

Nota. Completi vacui definitio.

gibile, aptus recipere tale corpus. Et ista est expositio horum. textuum, quae notanda est.

Dubium. Solutio ex Themist.

Dices, quid per calorem intelligit? Respondet cum Themist. & Philo: omittis alij, quae dicuntur hic, quod non intelligit purum accidens, sed corpus non graue, nec leue, sed habens aliud accidens sensibile, quale caelum est, & tunc spaciū caeli non est vacuum, licet ibi non sit graue, aut leue, ob id tertia particula additur in descriptione.

Alio autem modo.

Text. LIX.

Tertia vacui definitio.

Descriptionem vacui vniuersaliorum aliorum ponit, puta, in quo nulla est corporea substantia: reprehendit id, quod aliqui circa hoc dicebant: Nempe, materiam esse vacuum, cum non sit vlla substantia corporea. Isti autem non recte dicebant. Nam cum vacuum locum esse ponerent, tale debet esse vacuum, ut ab eo possitres separari, sicut a loco, at non potest res sine sua consistere materia. Ut ergo materia non est locus, sic nec vacuum.

Quoniam autem de loco.

Text. LX.

Explicat Arist. quod sentiat de vacui existentia, videlicet non esse vacuum. Primum.

Vid de vacui existentia ipse Aristoteles sentiat, proponit, dicitque, quod de vacuo sit dicendum, patere per id, quod de loco dictum est. Nam si vacuum esset, locus esset corpore priuatus, at locus dictum est esse superficiem continentis solam, non spaciū aliquod a corporibus distinctum, hinc colligitur non esse vacuum. Nam hi, qui ponunt ipsum, tale ponunt, quale impugnatum est superius, puta, spaciū praeter corpora, quae in eo sunt.

Quapropter vacuum videtur aliquid esse. Text. LXI.

Secundo.

Ostendit vacuum ob id consistui, ut sit locus. Nam non est alia ratio, nec finis, aut utilitas, in quam vacuum esse videatur, nisi ut sit locus. Et ulterius, eadem ratione probatur, & locus, & vacuum. Ut enim locus probatur quid aliud a corporibus succedentibus per motum diuersorum in eodem loco succedentium: Ita similiter probatur vacuum distinctum esse spaciū a corporum spacijs, gratia enim motus, locus ponitur ab aliquibus, & gratia eiusdem motus ponitur vacuum ab alijs. Itaque non est differentia loci, & vacui apud hos, quod enim idem vocant vacuum, & constituunt, alij locum faciunt. Si ergo locus talis non est, ut hi ponunt, nec igitur vacuum erit, cum non differant inter se ista.

tur quid aliud a corporibus succedentibus per motum diuersorum in eodem loco succedentium: Ita similiter probatur vacuum distinctum esse spaciū a corporum spacijs, gratia enim motus, locus ponitur ab aliquibus, & gratia eiusdem motus ponitur vacuum ab alijs. Itaque non est differentia loci, & vacui apud hos, quod enim idem vocant vacuum, & constituunt, alij locum faciunt. Si ergo locus talis non est, ut hi ponunt, nec igitur vacuum erit, cum non differant inter se ista.

Nulla autem necessitas est.

Text. LXII.

Rationes propositas pro vacuo in recipit diluere, ac dicit, non oportere vacuum esse propter motum. De motu enim alterationis id notum est, nam potest in pleno esse alteratio secundum qualitates. Unde reprehendendus est Melissus, qui ne daret vacuum, negauit omnino motum, cum tamen vacuum non sit necessarium ad alterationis motum.

Ostendit etiam, quod nec ad motum localem sit necessarium vacuum: Nam corpus cum mouetur, non quidem in pleno, nec in vacuo recipitur, sed locum acquirit per id, quod cedit illi corpus aliquod, verbi gratia, cum piscis mouetur per aquam, non recipitur in aqua penetratiue, nec in vacuo aliquo, sed illi cedit aqua, quia tantum separatur, quantum corpus ipsum est, quod est in aqua.

Aduertendum est autem, quod rationes istae probant esse vacuum sine aliquo corpore, & iuxta id solutiones sunt, non esse necessarium tale vacuum.

Vocat vero Aristoteles reuolutiones continentiu in humidis, quia cum lapis, vel aliud corpus aquis immittitur, aqua circulos quosdam facit, ut notum est. Alij aliter hoc exponunt, sed ita dicit, & bene Sanctus Thomas.

Contingit autem & densari.

Text. LXIII.

Solutio argumentum secundum de Aristoteles, de qua tamen re fuse agit in 25. Sect.

25. Sect. Probl. 8. de quo etiam vide Vice- ar. Hic, qui ait, se id esse expertum, & dicit, quod non est opus dare vacuum ad istam corporum contractionem, sed quod illarum partes, quae subtiles erant in corporibus illis extrahantur, ut vinum habet quosdam poros subtiliori aere plenos, aut aqua ipsa habet etiam partes aeris in se, cum constringitur in vitibus, extrahitur aer. Sicut spongia constringitur, & minus occupat spacium, non propter vacuum, quod sit in ea, sed propter aquam, quam habebat, expulsionem.

Ad 3.

Respondet etiam ad tertium argumentum de augmento. Et primo reprehendit ipsum argumentum, quod procedit de augmento per susceptionem alimentum, ac si non contingeret aliter res augeri, & maiores fieri. Dicitque etiam per alterationem, & corruptionem fieri accretionem, ut patet, cum ex aqua fiat aer, tunc enim aer maior fit, & non susceptione alimentum. Similiter enim ex aere fit ignis.

Nota.

Non autem intelligas hic de vero augmento fieri sermonem, hoc enim solum inest viventibus: sed de accretione quacunque, qua corpus maius fit, quam antea erat.

Omni modo autem de augmentatione.

Retorquet Arist. in adversarios argumentum de augmentatione, & cinere

Argumentum igitur de augmentatione, & de cinere iterum retorquet in illos, & ipsos suis argumentis convincit, & quatuor absurda ponit, ad quorum aliquod necesse est eos reduci, qui propter augmentum viventium ponunt vacuum.

1. Inconueniens. Secundum. Tertium. Quartum.

Inconuenientia sunt haec. Primum, quod non quaelibet pars viventis augetur, quod falsum est. Alterum, quod alimentum non esset corpus. Tertium, quod duo corpora se penetrarent. Quartum, quod totum corpus viventis esset vacuum. Quo autem modo reducantur ad vnum ex his, sic attende. Si, ut augetur vivens per alimentum, requiritur vacuum, cum quaelibet pars quantumcunque minima corporis augetur, profecto totum corpus erit vacuum, quod si neges, quamlibet partem augeti, incidis in primum

absurdum, si verò concedas augeti, aut dabis vacuum totum, aut si non, alimentum, quod corpus est, penetrabitur cum corpore, aut alimentum non erit corpus. Vide quam subtiliter retorset argumentum contra eosdem.

Ad experientiam de cinere.

Idem dicit de cinere. Cum enim cinis aquam recipit, totus cinis est madefactus, ut patet, quod si, ut reciperet aquam, opus erat vacuo, totus cinis esset vacuus, aut non totus cinis reciperet aquam, aut aqua non esset corpus, aut si esset, penetratio esset. Unde concludit, quod per vacuum volebant isti solvere difficultatem communem de augmento, quomodo sit sine penetratione. Et re vera nihil soluerunt, nec intentum demonstrarunt.

Nota.

Aristoteles autem nihil de augmento dicit, quia id erat admodum arduum, & satis erat pro praesenti ostendere rationem non concludere.

Nota. cinerem mutandum, ut illud verbum (aut totum) cum verbis sequentibus, quibus abiturum illud quartum continetur, legas ante verbum illud (dubitationem) & sic est sensus clarissimus, & facilis.

2. Notandum. circa illud cineris argumentum.

Circa literam aduertendum, esse ordinem mutandum, ut illud verbum (aut totum) cum verbis sequentibus, quibus abiturum illud quartum continetur, legas ante verbum illud (dubitationem) & sic est sensus clarissimus, & facilis.

Aduertendum praeterea circa illud de cinere, quod Arist. Proble. sect. 25. q. 8. id quaesivit. Est autem solutio, quod cinis habet poros, qui repleti sunt aere, non enim est admodum compressus, quin aeris in se partes admittat, & aer expellitur ab his partibus ratione aquae. Aqua etiam euaporatur ex parte. Unde ex euaporatione aquae, & aeris expulsionem, & cineris compressionem, ratione aquae, euenit, ut duo simul recipiantur, & capax sit ipsum vas.

Tertium notandum circa argumentum augmentationis viuacium.

Aduertendum tertio circa augmentum, quamuis non sit praesentis loci id tractare, quod in quolibet membro nostri corporis sunt pori, & vacuitates pleurae spiritu subtili, aut humore aliquo. Sanguis autem, qui alimentum est proximum, in minutissimas diuiditur partes, atque cedente spiritu, vel illo, quod parum occupabat, coniungitur cum particula nostri corporis solida per iuxtapositionem; & illa particula alterat sanguinem, & conuertitur in se, si fuerit caro, conuertit

uertit sanguinem in carnem; si os in os; si nervus in nervum; & similis in similes; & tunc, praeter illam mutationem, qua sanguis in partem viventis conuertitur, quae dicitur nutritio, ipsa pars, & membrum acquirit maiorem quantitatem aliquando; & talis est augmentatio. Unde fit augmentum absque vacuo per receptionem alimenti in poros, recedentibus istis, quae occupabant poros, & per appositionem alimenti ad partes solidas, quae poros continent; & sic nulla est penetratio. Et hoc sufficiat de hac materia augmentationis: difficillima enim est, & alterius loci.

CAPVT VIII.

Quod igitur ea, ex quibus

Text. LXIII.

Probatur non dari vacuum.

NON CIPIT multis argumentis contendere non esse sic vacuum, ut isti ponunt, puta separatum, ab omni corpore, & in quo nullum actu sit corpus; de hoc enim vacuo modo disputat. Est autem primum argumentum, quod probat vacuum non esse causam efficientem motus, ut Philop. exponit, nec antiqui hoc ponebant, sed tantum dicebant esse vacuum propter motum; tamen ex doctrina abundantia id Aristot. probat, ut vniuersaliter vacuum extirpet. Ratio est; Motus naturales determinati sunt, & a causis determinatis procedunt, puta grauitate, aut leuitate: at vacuum cum nihil sit, indifferens est ad vnum, et ad alterum: non ergo vacuum efficiens est motus naturalis. Si igitur non est motus causa, nullus est causa; & ita non erit causa efficiens.

Primum argumentum.

Amplius si est aliquid.

Text. LXV.

Secundum.

Secundum facit argumentum, quo probat, ut dicit Philop. nec esse causam finalem motus. Nam si demus vacuum spacium, et ponamus mobili in vacuo; vera non erit ratio maior, quare ad hoc, quam ad illud spacium moue-

atur, cum totum sit eiusdem rationis; & sic nihil propter ipsum mouebitur: imò sequitur, quod manebit potius. Et adhuc non videtur, cur debeat magis manere hic quam alibi, cum in vacuo non sit differentia vlla. Eandem rationem applicat loco sursum, & deorsum. Cum enim hi, qui vacuum ponunt, locum esse dicant, ipsum sursum, aut deorsum debent distinguere; haec autem differentia in vacuo non videtur quomodo assignari possit, cum vacuum vniforme sit.

Et quoniam modo inierit.

Tertium facit argumentum, si vacuum esset locus. (Nam posset quis dicere, quod vacuum non est causa, sed esse id, in quo recipiatur corpus motum, ut in loco) Argumentatur. Si in vacuo est aliquod corpus, tum in ipso erit, ut in toto quodam permanente, id est, penetrabitur cum ipso quiescente, hoc enim esse non potest, quia pars existens in toto, haberet locum per se, & in actu: quod falsum est. Non enim pars, et totum eodem modo locum habent. Quo autem pacto id fiat, diximus iam superius; nam ambiretur pars vndique ab illo spacio penetrante, & locum actu haberet. Colligitur, quod cum vacuum locus esse non possit, non erit, cum si esset, futurum esset locus corporum.

Tertium.

Accidit autem dicentibus.

Text. LXVI.

Quartum facit argumentum. Si vacuum esset, res vndique vacuo circumvallata quiesceret, cum aequaliter se haberet, omni ex parte. Patet. Nam ob id terram hi immobilem dicunt, quia similiter se habet, id est, aequaliter distat ab vniuersis caeli partibus, cum sit centrum; nec magis est, eue huc, quam illuc moueatur. Similiter se haberet corpus in vacuo constitutum: unde istis Philosophis, qui vacuum propter motum ponunt, oppositum euenit: vacuum enim ponentes, motum auferunt.

Quartum argumentum.

Primum

Primum igitur, quoniam omnis motus. Text. LXVII.

1. argumēt. Qvintum facit argumentum, & intendit probare, qd si esset vacuum, nullus esset motus. Supponit tamē unum. Duplicem esse motum, alterum violentum, alterum naturalem. Violentus est contra naturam, & inclinatio- nem rei, vt cum motus lapidis sit sursum, aut ignis deorsum. Naturalis est secundum rei naturam, vt motus leuium sursum, grauiū deorsum. Inter hos duos motus, is qui secundum naturā est, prior est, quā is, qui contra naturā rei est. Ex quo sequitur, qd si non esset motus naturalis, non esset violentus: & qui aufert naturalem, aufert omnem motum, quia aufert naturalem, & violentum: non enim est motus alius, præter hos. Probat hoc supposito: quod qui ponit vacuum, omnem motum auferat, quia aufert naturalem; & qui hunc aufert, ex supposito, aufert omnem.

At verò natura quidem quomodo erit.

Si vacuū, & infinitū poterēt, nullus esset locus naturalis. A rgumentum igitur hoc est, quo probatur non esse motum vllum naturalē supposito vacuo, & supposito infinito, quale isti ponūt. Motus naturales differunt per sursum, & deorsum: at in infinito non est sursum, aut deorsum, vt in lib. 3. dictum est.

Præterea. In vacuo cum nihil sit, & priuatio quædam, non sunt differentie vllæ, sicut nec ipsius nihili: ergo vacuo, & infinito posito, nullus est naturalis motus. Cum verò motus naturales differentias habent, vacuum nō est profectō.

Nota. Est etiam aduertendum, quod de solo vacuo etiam procedit ratio, & de solo etiam infinito per se. Litera facilis est.

Amplius nunc quidem mouetur. Text. LXVIII.

6. argumēt. Sextum argumentum facit de motu proiectorum, vt cum lapis, aut sagitta sursum mittuntur. Dubium enim esse potest in tali motu, cum lapis est in medio motu separatus à proiiciente, à

quo feratur & sustineatur, quo minus redeat deorsum, imò maiori impetu feratur, quā cum deorsum venit.

Huius redduntur duæ causæ. Altera est quorundam philosophorum, qui dicebant aerem succedere in spacio, quod post se relinquit sagitta, ne detur vacuū, & ex citissimo cōkursu aeris sagittā percuti, & vterius mitti, & sic consequenter: & est hoc quod dicit, ferri per antiperistatū, quod vertit Boet. contrarij circumobstantiam.

Altera causa erat aliorum, ob id ferri, quia aer primò à proiiciente percussus, secum fert sagittā, alias partes aeris diuidens suo impetu, nec sinit sagittā deorsum tēdere. Hoc modo exponit Themis. Quidquid sit, siue hoc, siue illud, quod postea lib. 8. examinabitur, ad motū proiectorum, aliquod corpus in spacio est necessarium; in vacuo autem nihil est: igitur per vacuum non fiet motus.

Amplius nullus utiq; poterit. Text. LXIX.

Septimum argumentum facit, & est attendendum, quo probat, nec esse motum naturalem, nec quietem naturalem. Si vacuū est, tunc cum non sint differentie vacui, non magis res in vna parte, quā in alia sistet, & ita mouebitur in infinitum, quod est contra rationem motus naturalis. Si verò quiesceret allicubi, non potest alia ratione id fieri, nisi quia ei opponitur corpus fortius impediens ipsius motum; sicut cælū opponitur igni, ne transeat ad vterius vacuum. Quod si ita est, iam quies non naturalis, sed violenta est, cum non sit quies in illo vacuo, nisi ob impedimentum.

Amplius autem nunc quidem. Text. LXX.

Octauum facit argumentum. Ob id vacuū ponitur ad motum, vt cedat corpori moto: sed vacuum omni ex parte cedit: ergo reuera, corpus nō magis ex hac, quā illa parte mouebitur; imò in omnem partē teretur; quod est impossibile, nisi in omnes suas diuidatur partes, quod etiam est impossibile.

Nota. De motu iectorum quo fiat.

7. argumēt. Si vacuū esset, nec esset motus, nec quies naturalis.

8. argumēt. Si vacuū esset, moueretur corpus nō magis in vna partē, quā in aliam.

Et

Et hoc argumentum magis probat de eo, quod naturaliter mouetur.

Amplius autem, & ex his. Text. LXXI.

Nonum argumētum. Si vacuum esset, motus localis esset in instanti. Nonum facit argumentum, & est ad modum considerandum, Huius modi est breuiter. Si motus localis esset per vacuum, esset in instanti. Consequens est falsum, cum motus secundum locum sit successiuus: igitur nec potest esse per vacuum.

Vis rationis & iust. Sequela sic probatur. Si mouetur aliquod mobile per spacium aliquod in aliquo tempore, & iterum idem mobile per aliud æquale spacium mouetur aliquo tempore, quantum minus resistit spacium vnū, quā alterum, tando minori tempore mobile mouebitur per illud. Vt si per aquam mouetur in hora, & aer est in duplo subtilior aqua, & minus resistens, idem spacium aeris transibit in media hora, & si adhuc minus resistit, in minori tempore. Sed vacuum nihil resistit: ergo non tempore motus fiet per vacuum. Patet, quia quanta est proportio spacij resistentiæ ad spacij alterius resistentiam, tanta est proportio temporum, quibus motus per spacium peraguntur. Sed plenum ad vacuum nullam habet resistentiam proportionem, cum nihil resistat: ergo nec tempus habebit proportionem. Debet igitur in nō tempore motus per vacuū fieri: si enim in tempore fieret, esset iam aliqua proportio: nā tempus quantumcunq; minimum proportionem habet ad tempus quantumcunq; que maximum. Notanda est ratio.

Explicatio textus. Ad literā autē descendamus. Proponit igitur primò duplici ex causa vnum motum esse altero velociorem, aut tardiorē. Vno modo, cum idem est spacium, tamen mobilia diuersa sunt, vnū altero fortius, quia aut grauius, aut leuius: & tunc fortius mouetur citius, velocitas hæc ex mo- cior altero. bilis virtute prouenit.

Altera causa est, quæ ad præsens facit. Cum mobile est idem, spacium verò æqualia quidem, sed diuersa, quia alterum magis, alterum minus resistit, & tunc citius fit motus per spacium minus resistens, vt in qua proportione sunt resistentiæ, sunt

& tempora, quibus motus peraguntur.

Explicat autem, quæ spacium magis resistant. Hæc sunt duo. Cum eiusdem quidē rationis sunt, id magis resistit, quod mouetur cōtra mobile, vt cum aer, vel aqua contra mobile mouetur. Vterius cum diuersæ rationis sunt, & manēt, ac quieta sunt, tunc quod subtilius est, & facilius diuiditur, minus resistit, semper tamen resistentia est quocunq; modo.

Quæ spacium magis resistant, ou minus.

Id autem, in quo est A, mouebitur per B.

Supposito fundamento, argumentum exponit vtendo exemplis. Et nota literā, quod idem est dicere, in quo est A, & in quo est B, & reliqua, ac dicere ipsum A, aut ipsum B. Argumentum est. Sit A, mobile, quod moueatur per spacium B, quod sit aqua, in tempore C, puta hora, & idem mobile A, moueatur per spacium D, quod sit aer subtilior aqua, in tempore E, supposito tamen, quod spacium vtrumq; sit æquè longum. Tunc quanto subtilior est aer, quā aqua, tanto minus tempus erit E, quā C, vt si in duplo subtilior, tempus erit in duplo minus, vt si illud erat hora, hoc erit media: & sic consequenter, quanto minus resistit, & quanta est proportio resistentiæ spaciorum, tanta est proportio temporum. Et hæc est maior, ppositio argumenti cum sua probatione, & declaratione.

Exemplis explicatur ratio supposita.

Addit minorem. Sed vacuum nullam habet proportionem cum spacio pleno, sicut. Nihil cum ente proportionem non habet, & nihil cum numero: ergo nec tempora habebunt vllam proportionem, & sic oportet, quod sit non tempus, in quo mouetur per vacuum: si enim esset tempus, esset iā proportio vlla: in instanti ergo sit motus.

Si enim quatuor excedunt tria vno.

O stendit, quod ad nihil non sit proportio: & ratio hæc est. Vt sit proportio ad aliquid, debet includi ab alio, & vltra id, aliquid vterius. V. g. proportio est vnus ad quatuor, nam quatuor includunt vnum, & vterius, tria. S. mili-

Ad nihil nō est proportio.

K k ter

ter quatuor ad duo est proportio, quia includunt duo, & ulterius alia duo. Quatuor ad tria est etiam proportio, quia tria, & vnum claudunt: at quatuor nullam habet proportionem ad nihil: nec linea ad punctum, cum non sit punctum vlla lineae pars. Cum igitur vacuum nullam habeat resistantiam, in nulla erit proportio ad plenum: quia non resistantia non est in proportione ad resistantiam: ita ergo erit in tempore, erit nulla proportio, quod non esset, nisi vnum esset non tempus, & instans, in quo oporteret motum fieri per vacuum.

Sed si per subtilissimum in tanto tempore. Text.

LXXII.

Decimum argum. si motus fieret per vacuum, aequè velociter moueretur aliquod corpus per plenum & vacuum.

Decimum facit argumentum, quo probat, si motus fieret per vacuum, quod aequè velociter mobile aliquid quod moueretur per plenum, ac per vacuum, quod impossibile apparet.

Sequela probatur. Demus tempus, in quo mouetur per vacuum (cum in instanti non sit motus,) & sit horae pars quarta: demus etiam, quod moueatur per aliquod plenum, per vnam horam: tunc, dum mobile per vacuum mouetur, puta: per quartum horae, mobile per plenum transiit aliquam pleni partem: igitur in eodem tempore transitur plenum, & vacuum.

At quia posses dicere, non est tantum plenum, quantum est vacuum, si vtrumque esset aequale, non posset id fieri, tunc procedit ulterius argumentum, Demus spacium aliquod aequale, vacuo, & demus illud, quod per horam peragitur, tunc subtilius fiat duplo illud, peragitur per mediam horam: fiat ulterius quadruplo subtilius, sine dubio peragitur per quartam horae, in quo etiam tempore vacuum peractum est, ergo in eodem tempore aequale spacium plenum vnum, alterum vacuum peragitur. Haec est ratio.

Explicatio textus.

Litera perpendenda, nam verba priora potius ad rationem praecedentem referenda videntur, ut notat Alex. Ponit propositum argumenti. Demus vnum spacium vacui, sit E, aequale spacii illis ple-

nis superioribus D, & B, si tale spacium in tempore transitur, sit G, hoc quidem tempus, quamuis minus sit, quam E, in quo plenum transitur, saltem aliquam habebit proportionem: quod si aliquam habet proportionem, sequitur, quod A, mobile transibit illo tempore, quo vacuum transitur, aliquam saltem partem ipsius D. pleni, & sit K. Iam colligitur, quod illud plenum aequali tempore cum vacuo peragitur, ex quo sequitur plenum, & vacuum aequali in tempore pertransiri, quamuis aequalia non sint spacia.

Transibit autem si etiam sit quippiam.

Vlterius probat, quod aequale spacium plenum, & vacuum aequali tempore transibit: & querit, quod posito pleno illo, quod tempore maiori transitur, quam vacuum, quod plenum erat D, & tempus ipsius E, sit aliud spacium plenum subtilius tanta proportione, quanta tempus vacui, G, excedit tempus illius pleni E. Tunc re vera, si A, mobile feratur per tale spacium, mouebitur in tempore, G, & non in alio, quod, G, vacui. erat tempus, & ita plenum, & vacuum aequalia, tempore aequali peragentur.

Dubitabis. Nam ista ratio videtur petere falsum: petit enim, quod sit plenum subtilius altero pleno in tanta proportione, in quanta tempus vacui est ad tempus pleni, & e conuerso, hoc autem debuit probari, quod esse possit. Dicitur e conuerso, quia magis subtile medium minori tempore pertransitur, contrario enim modo se habet magis, & minus in tempore, & subtilitate.

Ad hoc dubium respondet Auer. quod subtilitas dupliciter potest considerari. Vno modo secundum se, & sic in infinitum procedit ipsius diuisio, & sic in quacunque proportione sumi potest. Altero modo ut est in aliquo corpore naturali, & sic non procedit in infinitum, quod exemplo intelliges. Calor dupliciter consideratur. Vno modo ut calor, & sic diuiditur in infinitum eius intentio. Altero modo, ut ignis dispositio, & sic certus requi-

Dubium contra rationem Arist.

Solutio Auer.

quisitur calor: ita de subtilitate.

Reijcitur sol. Auer.

Sed haec ratio non sufficit profecto. Nam subtilitas sola non est medium, sed subtilitas in corpore: si igitur haec diuidi semper non potest, nec medium erit in quacunque proportione.

2. Sol. Iand.

Iand. q. 10. dicit, quod Aristot. sumit duas proportiones, puta, motum esse per vacuum, & corpus diuidi in subtilitate, ac diminui in proportione quacunque. & ex his conditionaliter infert impossibile, puta, quod si ista darentur, sequeretur, quod motus esset ita velox per aequale vacuum, sicut per plenum, quod cum sit impossibile, sequitur, quod illud verumque est impossibile.

Reijcitur sol. Iand.

At verò, minus satisfacit ista responsio, nam ut sequatur vnum impossibile, sufficit vna antecedentis pars impossibile. Et ita dicit aduersarius, quod illa propositio est impossibilis, quod in tanta proportione sumatur corpus, in quanta est tempus vacui ad tempus pleni.

2. Solutio S. Tho.

S. Thomas dicit, quod sumat illam propositionem, quae licet non habeat verum in aliquo corpore particulari, tamen in communi loquendo de quocunque corpore verum habet. Sed quia vniuersale in particularibus reperiri debet, dicerem esse hoc in communi, ut ait D. Thom. intelligendum tamen per intellectus operationem, ut sit sensus, imaginari possumus corpus in tanta proportione subtilius, in quanta proportione tempus vacui se habet ad tempus pleni: tamen non est imaginabilis proportio vacui ad plenum, & sic nec quod eodem tempore fiat motus per vacuum & plenum.

Manifestum igitur est, quod si erit. Text. LXXVIII.

Si vacuum esset, sequeretur in tempore aequali transiri vacuum & plenum.

Infert conclusionem ex ratione praecedenti, nempe quod sequetur in tempore aequali vacuum, & plenum transiri, si detur spacium in tanta proportione subtilius altero, in quanta proportione tempus vacui minus est tempore, quo peragitur plenum.

Ratio autem, quare id sit impossibile haec inquit, est, Quia motus ad motum est proportio, sicut temporis ad tempus,

quod est mensura motuum, quando motus, & tempus finita sunt, aliter non est proportio: at plenum, & vacuum nullam habent proportionem: non ergo motus & tempus in vtrisque esse potest: aliter haberent proportionem. Nam (ut dictum est) quanta est proportio temporis ad tempus, tanta est resistantia ad resistantiam spaciorum.

Quatenus igitur differunt.

Text. LXXVIII.

Colligit ratione duas praecedentes esse sumptas ex parte diuersorum spaciorum, nempe pleni, & vacui, aliam rationem colligit ex parte mobilium, quae est vndecima in ordine, & talis est. Si per vacuum motus fieret, sequeretur, quod minus graue, & magis graue, seu minus, & magis leue aequè velociter mouerentur. Hoc autem falsum est: nam experientia docet, grauiora, & leuiora non aequè ferri per plenum, cum figuram aequam habent: multum enim facit figura ad motum: ergo, & in vacuo talis debet obseruari differentia. Sed, quod non sit ita, probat: Grauiora, & leuiora, ob id citius, vel tardius feruntur, quia magis, vel minus resistantiam medij vincunt: non enim libertate, sed necessitate feruntur: ergo vbi nulla est resistantia, omnia aequè velociter feruntur, quod impossibile videtur.

Quod igitur si vacuum est.

Text. LXXV.

Concludit istis accidere oppositum illius, quod intendunt. Ipsi enim propter motum localem ponunt vacuum separatum a quocunque corpore, ut sit locus corporum mobilium, & ex hoc ipso sequitur quicquam moueri localiter non posse, ut probatum est.

Ansi esset vacuum, motus esset in non tempore.

Questio. IX.

Merito ista difficultas examinatur cum Aristot. ita fortiter aduersus Antiquos id demonstrare videatur. Et ut sensum quem su-

vndecima ratio sequere tur minus & magis graue, vel leue in aequali tempore moueri.

Sensus quoniam.

1. Notandū dicitur de quo vacuo loquatur Aristot.

stionis intelligas aduertendū, quod Aristot. loquitur de illo vacuo ab Antiquis concessio, puta, de dimensionibus distantibus, in quibus nullum esset corpus, sicut si imaginaretur inter cælum, & terram nullum esse corpus, sicut modo oculis apparet, sed esset distantia & dimensio quædam. Est de tali vacuo, est conditionalis quæstio apud nos, & apud Antiquos absoluta quæstio, An motus esse possit successiuus per tale vacuum.

2. Notandū quid intelligat Arist. per non tempus.

Aduertendum secundò, quod per non tempus: intelligimus instans, indiuisibile, & non, vt aliqui fugientes difficultatem volunt, puta, breuissimum tempus, cum expresse Aristot. de instanti loquatur. Vt enim, inquit, non est vlla prorsus proportio inter vacuum, & plenum, ita nec in tempore, quo peraguntur, perinde debet esse vnum non tempus. Si enim tempus vacui esset quantumcunque minimum, haberet proportionem vllam ad tempus pleni, vt dicit text. 73. quod non admittit Aristot. Quæstio est igitur intelligenda de instanti.

3. Notandū.

Aduertendum etiā, quod supponimus quod mobile mutet locum, vt si est in cælo, quod perueniat ad terrā, & querimus, an id fiat in instanti. Et est quæstio, vel ex suppositione, si vacuum esset, vel absolute, apud nos, qui fatemur per Dei absolutam potestiam vacuum dari posse. Hic est igitur quæstionis sensus.

Quid videatur Arist. docere circa quæstionem.

Circa quam difficultatē Aristotele, videtur docere in præsentī, quod per tale vacuum mobile vtique in non tempore, id est, in instanti moueretur, vt ipsius ratio manifestat.

Notandum verò, quod fundamenta Aristot. sunt duo. Alterum est, quod graue magis, aut minus, propterea tantum velocius, aut tardius mouetur, quia magis vel minus vincit resistentiam medij, ita, vt si non esset resistentia, non esset iste excessus velocitatum: imò, idcirco successiuè, & in tempore mouetur, quia resistentia est aliqua medij, & ex hoc sumitur.

Alterum principium est, quod tanta est proportio temporis, quanta resistentiæ solius medij, ita, vt vbi nulla resistentia, nullum tempus sit. Cumq; in vacuo nul-

lam poneret resistentiam, cum nullū ibi sit corpus, collegit ibi motum futurū in non tempore, & in instanti. Hic est totus neruus huius doctrinæ.

Auerr. digres. com. 71. hoc defendit, ac declarat, quod debet intelligi in motibus naturalibus grauium & leuium, vbi tota resistentia est ex parte medij. Notat autē, quod est triplex resistentia in motu.

Prima ex parte, situs, sicut Sol in oriente habet diuersum situm ab occidente, & ratione huius non potest in instanti moueri ab intelligentia ad occidens.

Secunda est ex parte mobilis, vt cum proijcimus lapidem sursum, hic resistit mobile, etiam si esset vacuum, similiter cū animal progreditur, resistit grauitas corporis, & dicit, quod de his mobilibus non loquitur Aristot. quia cum habeat aliam resistentiam à medio, non erunt motus ipsorum per vacuum in instanti, quamuis oppositum docet landu. q. 14.

Tertia est resistentia ex parte medij, & hæc sola inest grauibus, & leuibus naturaliter motis, & si talia per vacuum mouerentur, in instanti mouerentur.

Hanc sententiam sequitur Alber. tractat. 2. cap. 7. Paul. & Bur. & Grego. 2. sent. dist. 6. q. 3. artic. 2.

Opposita sententia est S. Thom. super text. 75. & Philop. in longa sua digressione, hac re, hoc loco, vbi affert multa nota tu dignissima, & Sco. 2. dist. 2. q. 9. & Auic. & Auempac. Dicunt enim motum per vacuum futurum in tempore. Fundamenta huius sententiæ sunt, Dicit enim, velocitatem non solum sumendam ex spacio, sed ex ipsa virtutis, puta grauitatis, & leuitatis intensione, ita, vt ex se tantæ virtuti tanta respondeat velocitas, nullo medio impediente: & hanc velocitatem vocat naturalem Auempac. reliquam verò quæ à subtilitate medij sumitur, accidetalem. Nec solum grauitatem, aut leuitatem penes resistentiam mensurant, sed penes intrinsecum gradum intensiōis.

Quod autem motus per vacuum in instanti non fiant, probatur. Demus vacuū à cælo in terram, & colūna sit fixa in terra vsque in cælum, tunc si lapis in instanti à cælo in terram descendit, vtique in vno

Quomodo Auerro. defendat. Arist. No. Triplicem resistentiam in motu. Prima.

Secunda.

Tertia.

Opposita sententia Diu. Thom. Philop. &c.

Duplex velocitas in motu, naturalis & accidentalis. Probatur sententia D. Thom. 1. Ratio.

Secunda.

instanti transibit omnes partes huius columnæ sibi correspondentes, quarū quælibet potest illi esse locus, vnde in vno instanti erit in locis innumeris: quod reuera est inimaginabile.

Præterea si in instanti descendit: ergo erit verum dicere, nunc lapis est in cælo, & immediatè post hoc erit in terra. Quæro an in eodem instanti, in quo est in cælo, sit in terra, vel in alio. Si in eodem, hoc clarè dici non potest. Si in diuerso, cum non sint duo instantia, quin mediet tempus, necessariò intercedet tempus, in quo transibit ad terram. Hæc est sententia horum Doctorum.

Sententia Author. qui sequitur D. Thom.

Vt autem, quid mihi in hac parte videatur, aperiam, existimo cum S. Tho. non fore motū in instanti, sed successiuè, non solum in vacuo illo Aristot. puta pro dimensionibus solis sumpto, sed in vacuo purè priuatiuo. Nec ego aliud vnquam potui aut credere, aut intelligere, & vix aliud imaginari potest.

Vbi nota, quod præter illam resistentiam medij, & præter intensiōes grauitatis, & leuitatis differentiam, quæ faceret velociorem, vel minus velocem motū, etiam in vacuo esset resistentia intrinseca mobilis ipsius, sola dimensio spatij nulla interueniente qualitate, puta subtilitate, aut densitate, resistit, & distantia ipsa extremorum opposita resistit, quo minus fiat in instanti.

Quid sit dicendum ad rationes Aristotel.

Vnde responderetur, Aristotelis rationibus: quod plenum, & vacuum non sint comparabilia in resistentia ex parte qualitatum; tamen est alia resistentia ex parte dimensionum, quia longius spatium ratione longitudinis, resistit, & secundū hanc resistentiam, proportionem habent. Minus enim multò resistit solū spatium & sola distantia extremorum, quàm distantia cum grauitate, & leuitate.

Aristoteles autem contra Antiquos benè procedebat in suis rationibus. Illi enim nullam in vacuo resistentiam ponebant, & ita contra hos argumenta procedunt. Si enim nulla prorsus resistentia esset, in instanti fieret, at non potest spatiū esse, & vacuum sine resistentia, nec aliter (vt videtur) potest intelligi. Quis enim

cōcedet, quod per vacuum ita citò venit à cælo in aërem, & in terram mobile, vel tam citò sicut à testō isto vsq; ad solum? sic ergo cum D. Tho. existimo dicendum, non in instanti, sed in tempore in vacuo motum esse futurum.

Dubiratur. Si medium resistit etiam Dubium. mobilibus naturalibus, videtur, quod patiantur aliquam violentiam.

Respondet S. Tho. & benè, quod non est inconueniens id concedere, nam cum mouentur, sunt extra loca sua naturalia, & tendunt in propria loca, quid mirum, si patiantur violentiam aliquam à medio, quod locus est ipsorum non naturalis: ob idque, cum magis accedunt ad loca, fortius mouentur, quasi magis proxima loco proprio.

Solutio D. Thom.

CAPVT IX.

At verò per se considerantib.

Tex. LXXVI.



Resoluitur vltimus probare non esse vacuum, & hæc rationes communes sunt, & contra vacuum separatum, & cum corporibus coniunctum. Ratio Arist. contra vacuum separatum, & coniunctum simul.

Et ratio intendit probare, quod si esset tale vacuū, & dimensio præter corporum particularium dimensionum, esset quidem penetratio dimensionum, quæ nullo modo fieri potest. Et argumentum dignum est Aristotele, quo reducere conatur, & probare hoc per sensum, quoad fieri potest. Si corpus aliquod materiale non potest se cum altero penetrare, sed vnum cedit alteri: at vacuum est eiusdem rationis cum corpore: ergo non potest se penetrare cum corpore aliquo.

Maiorem ostendit ad sensum. Sumatur corpus cubicum, vel alterius figuræ, ligneum, aut ferreū, & immittatur aque, tunc experimur aquam illi cedere. Similiter fit in aere, quāuis id non sit sensu ita manifestum.

Minor probatur, quia vacuum est dimensio quædam, sicut cubus: quod si cubo cedit corpus, ita cedit vacuo, & non poterit per illud se penetrare.

Kk 3

Dices

Obiectio.
Solutio.

Dices cubus est ligneus, & habet reli-
quas qualitates, nō vacuum. Reijcit hoc,
quia cubus non ratione qualitatū cum
aqua non se penetrat, nec illi corpus ce-
dit, vt ligneus est, sed vt quantus, ad eō,
quod si sola quantitas illi relinqueretur,
ei cederet aqua, vel aer. Cū autem va-
cuum talis sit quantitas, vtique cedant ei
corpora.

Quod verò cubo propter quantitatem
cedat aqua, sensu acutissimè probat. Vi-
demus enim, quod aqua cedit illi, p mo-
do quāritatis ipsius, si enim singulare est,
& tria aqua triangularis, sit similiter se-
cundū alias figuras, igitur ratione quan-
tatis id prouenit. Hoc est breuiter argu-
mentum Aristot. quo probat nec esse va-
cuum separatum, cum quo corpus penetrari
possit, nec coniunctum, cum quo sit
penetratum, & est duodecimum argu-
mentum in ordine.

Expositio
textus.

Literam perpende. Inquit enim pri-
mò, quod opinio vacui, si consideretur,
verè vacua, & futilis videbitur. Ac primò
maioris probationē ponit, quod corpori
cedat corpus, dicens: quod omne corpus
habens trāslationem, id est, mobile, sic se
habet, quod medium & corpus, per quod
est aptum natura ferri, illi cedat, nisi sit
aliqua condensatio: tunc enim non est
opus, quod rūpatur tale corpus, sed quod
ad minorem quantitatem se contrahat,
cū verò non est densatio, latera rumpun-
tur, in quā subintrat corpus.

Ostendit autem quomodo cedat cor-
pus, dicitque, quod si fuerit terra, & gra-
ue cedit descendendo deorsum, si ignis
sursum: si aer, cū est aliquid suppositum
impediens aerem ne ascendat, cedit ad la-
tera, quia rumpitur, & separantur partes,
similiter in aqua. At vacuū nō posse ce-
dere: inquit, cū non sit corpus: oportet
ergo, quod alterum corpus, quod in va-
cuo est, ipsi penetraretur, quod esset sicut si
cubus penetraretur cum aqua, nec ei ce-
deret. Vt autem hoc fieri non potest, ita
nec illud.

At verò cubus tantum habet
magnitudinem.

Posset quis dicere, quod cubus est cor-
pus ligneum, aut ferreū, aut alterius
materie, idcirco, aqua cedit illi. Hoc
reijcit, nam aqua cedit ob quantitatem,
ita, vt si qualitates omnes ab ipso sepa-
rarentur, & relinquerentur, corpus ma-
thematicum tātam magnitudinem oc-
cuparet, sicut modò, cū aqua propter
molem, & quantitatem illi cedat: Quod si
tunc, inquit, in vacuo constitueretur re-
vera, non differret ab ipso. Quod est dice-
re. Si partem vacui sumamus talis figu-
ræ, non differret ab ipso. cubo sic sumpro:
cū igitur hoc non penetraretur cum cor-
pore, nec vacuū penetrabitur. Vide quo-
modo mathematicus locus deberetur, si
existerent, de quo diximus in hoc libro
quæstione prima.

Occurritur
obiect.

Amplius autem manifestum.

Tex. LXXVII.

Decimum tertium argumentum fa-
cit, quo subtiliter probat, nō oportere
constituere aliquas dimensio-
nes præter ipsa corpora, in quibus reci-
piantur corpora, siue illæ sint aliquando
à corporibus separatae, siue non: & argu-
mentum est huiusmodi: Si cubus esset se-
paratus à materia sensibili, & alicubi po-
neretur, non oporteret pro tali corpore
dimensiones, & interuallum constituere,
cū eiusdem rationis sit tale interual-
lum, & vacuum cum ipso cubo: ergo nec
oportet ponere modò aliud spatium, &
vacuum, etiam si qualitates sensibiles ha-
beat: nam quantitas de se impassibilis
est, id est, nullam dicit qualitatem sen-
sibilem ex natura sua, quāuis eis sit con-
iuncta: non ergo oportet ponere, præter
ipsas quantitates corporum sensibilibus,
alias dimensiones distinctas, in quibus
recipiuntur.

13. Argum.

Amplius oportet manifestum

esse. Tex. LXXVIII.

Hic textus apud nullum Græcum
inuenitur, & à quibusdam præter-
mittitur, tamen à D. Thom. Al-
berto, & Auerr. cæterisque Latinis expo-
nitur; & est conueniens præcedentibus,
vt sit

14. Argum.

vt sit vltimum argumentum. Si tale va-
cuum, & spacium esset, aliquo sensu di-
stingeretur: nullo tamē sensu id distin-
guitur: non ergo est. Quia autem posset
dici, quod propter similitudinē cum spa-
tio, & quantitate corporum sensibilibus
non apparet distinctum. Hoc reijcit: nam
etiam si vnus sensus non discernat, alio
discerni posset: vt si pisces essent ferrei, id
est, carulei eiusdem coloris cum aqua, &
visus discernere non posset, tactus tamen
distingueret: Hoc autem non fit in illo
spacio: & si re vera esset, sensu perciperetur:
quantitas enim sensibilis est.

An sit vacuum. Quæst. X.

Questio hæc, cū iam fuisse ab A-
ristotele sit disputata, breuiter
est examinada propter aliquot
tantum argumenta, quæ fieri
solent. Nam videtur esse vacuum. Primò,
cū mundus finitus sit, videtur extra cae-
lum distantiam esse, præsertim secundum
nos, qui tenemus, posse Deum alios ex-
tra hunc mundum producere: est ergo illa
distantia absque vilo corpore: vnde oportet
vacuum esse.

Primum ar-
gumentum
quod sit va-
cuum.

Secundum.

Secundò, si folles sumantur vndique
complicati, & orificium follium immit-
teretur vasi optimè occluso vndique, vt
non possit ingredi aer, & latera follium
cleuantur: tunc vel intra folles oportet
esse vacuum, quia non esset, vnde aer
ingereretur: quod si aer vasis intraret in
folles, oportebat vas relinquere vacuum,
quod non esset, quia aer in vas ingrederetur.

Tertium.

Præterea tertio. Sumatur vas fortissi-
mum plenum aqua calida, & sit optimè
conclusum; tunc applicetur frigidissima,
vel congelabitur aqua, vel non. Si non;
videtur absurdum, cū agens naturale
suam actionem faciat necessarid. Si sic,
tunc aqua minorem occupabit locum
propter condensationem, & manebit re-
liqua pars vasis vacua.

Quartum.

Quartò. Sumantur duo lapides plani,
& vnus sit alteri suppositus; tunc ex æquo
superior eleuetur, cū aer non possit in-
totum illud spatium, quod lapis occupa-
bat, intrare ita citò, dabitur per aliquod
tempus vacuum. Multa sunt alia argu-
menta huiusmodi.

Respondetur, tamen notando primo, Primum
quod vacuum dupliciter sumitur. Vno tandem
modo, pro dimensione illa separata à cor-
pore, in quo actu nullum sit corpus. Al-
tero modo, pro spatio cū priuatione
cuiusque tam accidentis, quàm substan-
tiæ, quale esset, si Deus auferret aerem, &
reliqua quæ sunt inter caelum, & terram,
his extremis relictis. Et quamuis verum
que vacuum sit de potētia absoluta Dei,
tamen loquendo Physicè.

1. Conclusio.

Sit prima conclusio, quod vacuum il-
lud pro dimensione, necesse, nec esse po-
test, quia (vt diximus) non est concessum
naturali potētiæ, vt sit accidens sine
subiecto, cui inhæreat, & vltius, cum
hoc oportebat penetrationem corporum
admittere.

2. Conclusio.

Sit Secunda conclusio: quod vacuum
etiam corpore priuatum, id est, spatium,
quod nullum habeat corpus, non est; nec
esse potest, per naturalem experientiam,
sed omnia spatia necessarid occupata sūt
corpore.

Hoc quippè multis experientijs con-
uincitur, quibus experimur res natura-
les circa motus proprios ferri, ne detur
vacuū. Gratia enim ascendunt, & sistant
super aerem, vt apparet de aqua in fistu-
lis, absorto aere; & de aqua pendente in
clepsydra; & in alijs multis, ex quibus est
argumentum validum, si vacuum esset,
tunc maximè esset, cū res naturales con-
gūtur circa suos motus naturales tendere;
sed tunc non est, vt experientia mon-
strat: ergo nunquā hinc videmus concu-
sum aeris fortissimum in bombardis, ne
detur vacuum, & ingentia potēra leuari
minimo instrumento eadem causa.

Probat ur
conclusio
multis ex-
perientijs.

Dices, quare vacuum semper natura
abominatur, ita, vt nec minimo tempore
dari possit? Aliqui dicunt, quia esset su-
perfluum, at in natura nihil est super-
fluum, nihil ociosum. Sed ista ratio non
videtur conuincere; nam si illud tale va-
cuum multo tempore perseveraret, vtiq;
non esset concedendum; cū autem sit
tempore breuissimo, ac statim natura suc-
currat, non videretur propter hoc magnū
inconueniens.

Dubium.
1. Responso
quorūdam.

Secundum Aristot. ratio est clara, quia
non

Secundare non est interuallum aliquod, nisi ipsum corpus, quod est inter latera continentis; unde non possunt illa manere distantia, nisi sit corpus aliquod inter illa.

Tertia re- sponso Arist. At cum esse possit per diuinam potentiam tale interuallum, non solum per dimensiones aliquas reales, sed etiam per priuationem, quamuis modo occupatum sit, tenemur dare aliam aliquam rationem. Existimo esse dicendum, contiguationem corporum omnium inter se esse maximam naturae dispositionem, ita, ut sicut continua pars alteram sibi continuam suo motu trahit, ita contiguam trahit sibi contiguam, cum aliud corpus succedere non potest. Atque haec corporum contiguitas est secundum naturam vniuersi, & a virtute causarum vniuersalium dependens in inferiora haec deriuata, ut inde virtus eorum per haec media gubernetur, & fiat ille virtutis contactus causarum superiorum per media corpora: nam si vacuum esset intermedium, interciperetur illa virtus in ipso vacuo contactus virtualis causarum superiorum. Nec ego aliam possum inuenire rationem.

Nota. Ex quo fit, quod isti motus, & effectus, qui ad vitandum vacuum eueniunt, non sunt censendi violenti, ut quod graua ascendunt, leuia descendunt, & similia. Haec enim, quamuis videantur non esse secundum appetitum particularem ipsarum rerum, sunt secundum ordinationem orbis vniuersi, & magis est naturale id, quod ratione totius, quam quod ratione partis euenit.

Ad primu. Ad argumentum primum respondetur, quod etiam si sit extra caelum illa imaginatiua distantia, non tamen dicitur vacuum, quia naturaliter nullum corpus ibi potest esse. a Theologis vocatur inane.

Ad secundu. Ad secundum dicendum, quod illo casu non eleuantur latera folium, quod si multa adhiberetur vis, rumpentur absque dubio, quod si rumpi non possent, non possent separari.

Ad tertiu. Ad tertium, admitto, quod aqua in frigidaretur, & congelaretur, hoc tamen non potest esse sine vaporum subtiliorum exhalatione, qui replet locum relictum ab aqua.

Ad aliud respondeo, quod in illo casu vnus lapis traheret alium, quod si parum oblique eleuaretur vnus, ut posset aer subintrare, tunc non esset difficultas.

Aliqui dicunt ex Arist. 2. A nimae, text. 113. quod duo corpora dura non possunt perfecte coniungi, quia mediet aer, vel aqua, & ita multi credunt. Sed parum hoc refert ad propositum. Existimo tamen cum Philo. ibidem, quod si perfecte plana essent, coniungi possent; communiter tamen non sunt perfecte plana, & ideo aliud asserit Aristot.

Quod igitur non sit separatum vacuum. Text. LXXIX.

Postquam vacuum separatum nullum esse probauit, quorundam argumentum proponit, qui vacuum pro raro, & denso, quia rarum, & densum sunt. Dicebant enim, Si vacuum non esset, non contingeret condensari quicquam, quia aliter non fit densatio, quam per vacuum: at impossibile est non esse condensacionem; nam sequeretur vnum ex his inconuenientibus.

Aut quod non esset motus localis. Quomodo enim corpus transiret per corpus, nisi esset densatio aliqua.

Aut si motus est sine densatione, mundus fluctuabit, hoc est corpus mobile mouebit vnam partem spacij in locum vltiorem, & illa aliam, & illa aliam iterum, donec totus mundus moueatur, & egrediatur suos limites; & item per quietem regrediatur, sicut mare fluctuat vndarum motu.

Quod si hoc non est, sequeretur aliud inconueniens, quod si modo aliquod corpus crescit, ut cum ex aqua fit aer, alibi opus sit, ut aliud corpus decreseat, puta, tantum aeris fiat aqua, ne totus mundus fluctuet: Quod si ista non contingere possunt, oportet dare vacuum intra corpora, ratione cuius condensentur, & ita dicebat Xuthus Philosophus; non enim condensacionem aliter, quam per vacuum fieri putabat.

Si igitur rarum dicunt. Text. LXXX.

Impugnat modo hanc sententiam, quae vacuum intra corpus ipsum ponit, & Arist. contra didia.

Re ponentes distinguit, dicens. Aut isti ponunt multa vacua separata, aut vacuum non separabile. Si separata iam impugnatum est, non esse vacuum separatum. Si vero non separabile, minus male dicunt.

Nota, quid sit vacuum para rum, & non separatum secundum simpl. Quid autem per haec duo vacua intelligat Simpl. exponit. Dicit, quod per vacua separata intelligit, quod intra corpus sit aliquod vnum vacuum continuu magnu, ratio cuius densatio fiat; per vacuum vero non separatum, intelligit, quod sint multae particulae vacui, dispersae per totum corpus; & tunc est sensus, cum dicunt vacuum esse propter rarum, vel ponunt vnum vacuum in vno corpore, vel multas particulas vacui.

Reijcitur. Haec expositio mihi non placet; quia si hoc esset vacuum non separatum, cur dicit Aristot. hoc esse minus impossibile, cum vtrumque aequu sit impossibile?

Expositio D. Thomae. S. Thomas aliter exponit, per vacuum separatum intelligi vacuum sine villo corpore: per non separatum, vacuum coniunctum cum corpore, & hoc merito dicitur minus impossibile; sed vult etiam S. Thomas, quod postea rationes, quae sequuntur, sint contra vacuum non separatum, quae tamen reuera non videntur correspondere.

Quare conuenio quidem cum S. Thoma in declaratione vtriusque vacui, sed dicendum vltius, quod inconuenientia, quae postea infert Aristot. sunt contra primum vacuum separatum: Nam ad condensacionem, non videtur sufficere vacuum separatum, ob id Aristot. ipsum dimittit. Dicit ergo Aristot. quod ad rarum ponebant isti, aut multa vacua separata, id est, inter corpora multos poros inanes; vel non ponebant separata vacua, id est, poros repletos aliquo corpore, quod minus est impossibile; dicit iam probatum esse, non esse vacuum separatum, cum probatum fuit non esse locum habentem spacium aliquod de se distinctum a locatis, nisi solum superficiem continentem.

Si vero non separabile. Text. LXXXI.

Quatuor inconuenien- H Oc est alterum membrum diuisionis, quana textu praecedenti exponitur.

suimus; statim ponit inconuenientiam quatuor, quae sequuntur ex eo, quod in raro vacuum ponunt, nec aliter rarum esse posse, quam per vacua illa separata, & inania intra corpus.

Primum, quod vacuum non esset, nisi propter motum sursum tantum; quia, cum rarum sit leue, et hoc sursum moueatur, vacuum non erit causa motus omnis localis, nisi tantum sursum.

Secundum, quod vacuum non esset causa motus, tanquam id, in quo mobile existit, sed tanquam id, quod fert mobile; sicut aer inclusus in vitro, fert id, quod ei coniungitur, ita vacuum fert mobile. Hoc autem modo vacuum non potest esse causa motus, nam nullo modo potest ferre ipsum corpus, cum nulli sit locus vacui: nec vacuum ferat, nisi ad vacuum, & tunc non ferret, cum sit illud ipsum etiam vacuum, nec vtriusque sit discrimen.

Amplius autem quomodo in graui. Text. LXXXII.

Tertium ponit inconueniens. Nam grauis nulla erit causa, qua feratur: densum enim est, nec vacuum intra se habet.

Quartum inconueniens. Si vacuum est causa motus, quo magis aliquid fuerit vacuum, velocius feretur: vacuum ergo ipsum velocissimè feretur; at vacuum impossibile est moueri, & ita non poterit comparari velocitas ipsius, quia esset in non tempore, sicut nec per vacuum motus fieri potest, ut dictum est. Non enim comparatur motus vacui, & per vacuum cum motu pleni, & per plenum; et ita oportebat in non tempore motus esse locales, quod impossibile est.

Quoniam autem vacuum quidem. Text. LXXXIII.

Quoniam vacuum esse negauerit, dicit, quod inconuenientia tria illata videtur sequi: nisi enim sit densitas, aut motus non erit, aut vniuersum fluctuabit, aut fiat illa aequalis mutatio corporum.

Possent quis dicere, condensacionem esse sine vacuo, per expulsionem corporis subtilis inclusi intra corpus densandum.

Solutio. Vt dictum est. Hoc reijcit, dicitq; non sufficere. Nam illud corpus expulsum sibi proximum mouebit, et hoc aliud, donec totus orbis fluctuet.

a. Obiectio. Dicit quis, potest esse motus absq; fluctuatione, nempe si circulariter moueatur res, quia tunc non mutant loca. Hoc etiam excludit, quia non semper res circulariter mouentur, sed aliquando sursum, aliquando deorsum.

Nota. Aduertendum autem, quod Arist. probat rationes has, & inconuenientia, quæ sequuntur, nisi densatio sit, & rarefactio: tamen non probat opus esse vacuo ad condensationem, & rarefactionem.

Nos autem dicimus ex suppositis. Text. LXXXIII.

Sententia Aristotelis, de rarefactione. **S** Vam sententiam de rarefactione exponit, quæ breuiter primò in hoc consistit, quod raritas, & densitas sunt duæ contrariæ qualitates eductæ de potentia materig, sicut & aliæ. Cùm autem aliquid condensatur, aut rarefit propriè, nõ est quia expellatur aliquid, aut ingrediatur aliquid, vel quod partes coniungantur inter se, vel separètur ratione vacui; sed quia educitur de potentia materiæ talis qualitas, raritas, aut densitas, ita vt subiectum mutetur, sicut cùm fit calidum, aut frigidum.

Nota. Antiqui enim nullam partem rei in rarefactione, vel densatione mutari dicebāt, sed solum magis appropinquari, aut remoueri inter se. Arist. verò non sic, sed cùm rarefit, aut condensatur aliquid, totum mutatur, & partes mutatione accidentali recipiendo qualitatem eductam de potentia materiæ, quod apparet, quia in raro quælibet pars est rara, quod si rarum solum esset per partium separationem inter se, partes utiq; manerent densæ, quod falsum est, vt apparet in his, quæ rara sunt, & maximè in elementis. Hoc autem posterius magis declarabitur.

Expositio textus. Literam perpende: repetit enim primò ex his, quæ dicta sunt in lib. I. Physic. quatuor propositiones de materia.

Prima propositio. Prima est. Vna est materia contrarium, id est, id, quod recipit vnum contrarium, & alterum recipere potest. Et notan-

dum, quod hic, vel de ipsa materia, vel de subiecto intelligi ista possunt: nã vt materia se habet ad formas ipsas substantiales, ita subiectum ad accidentia.

Secunda propositio est. Cùm aliquid fit, nõ ex nihilo fit, sed ex potentia in actum educitur: vt aer fit ex eo, quod erat potentia aer: et actu calidum ex eo, quod erat potentia calidum.

Tertia. Materia non est absq; vllò contrarium; id est, absque vlla forma, siue hac siue illa, tamen ratione, & natura distincta est, & separata à qualibet forma.

Quarta. Vna numero est materia contrarium, id est, idem prorsus, quod antè erat album, modò est nigrum, nec est alia substantia; & cùm ex aqua fit aer, eadem prorsus materia, quæ erat aqua, facta est aer, nec quicquam illius deperditum, aut de nouo acquisitum. Hæc quatuor principia supponit ad declarandam rarefactionem, & condensationem, quæ cuiuslibet Physico debent iam esse nota.

Est autem & temporis materia, & magni.

A plicat principia. Cùm ergò materia sit eadem contrarium, ac magnum, & paruum corpus contraria; & diuersa sint, eadem erit vtriusque materia, & subiectum; sicut igitur, cùm ex aqua fiat aer, eadem prorsus manet materia, & id, quod in ea erat in potentia, actu fit; ita & cùm ex paruo magnum, & ex magno paruum fit, semper est eadem materia in potentia vtrumq;.

Est notandum, quod ex magno fieri paruum, est densari: ex paruo magnum, rarefieri.

Notandum etiam, quod rarefactione coniunxit cum mutatione aeris ex aqua, dõ, & densationem cum mutatione aque ex aere, vt intelligas, sicut in illis mutationibus quoad substantiam, manere semper eandem materiam, nec deperdi, nec de nouo adiungi, sed solum esse per educationem de potentia in actum: ita esse in mutationibus, quoad magnitudinem, & paruitatem, quæ condensatio & rarefactio sunt: nihil etiã in his de nouo subintrat, nec recedit, sed solum ex potentia in actum

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Eadè est materia magni, & parui.

Nota prima.

Nota secunda.

in actum fit educio, & ita fit in alijs densationibus, & rarefactionibus, quæ sunt absque generatione substantiæ ipsius.

Vt enim ex frigido fit calidum.

Exemplis explicat Arist. sententiam suam. Primum.

V Titur duplici exemplo Arist. ad id explicandum: Alterum est de calido, & magis calido. Cùm enim aliquid ex potentia calido fit calidum, nil ab extrinseco aduenit; sed id, quod erat potentia, idem omninò fit actu. Vterius cùm ex minus calido fit magis calidum, idem quod calidum erat, fit magis calidum, ita eadem materia, quæ erat rara, fit densa, & e contra, sui mutatione ex potentia in actum, & non quia partes recipiant inter se aliquid vacuū, vel eiciant.

2. Alterum exemplum est. Si sumamus partem circumferentiæ circuli maioris, & faciamus ex ea circulum minorè, tunc id, quod antè erat curuū, fiet magis curuum, nõ accepto alio curuo, sed totum, quod erat curuum, factum idem est magis curuum: Ita in magno & paruo, raro & denso idem. Quod rarum ante erat, fit densum, & quod erat densum, rarum, & non per vacui interpositionem partibus non mutatis, vt illi Philosophi volebant. Et nota exemplū de circulo: linea enim circuli sic se habet, quod non solum ipsa est curua, sed & quælibet ipsius pars, et similiter tota fit magis curua, & quælibet ipsius pars. Sic de raro & denso.

Amplius sicut circuli. Text. LXXXV.

Repetitur idem exemplum.

I Dem exemplum de circulo repetit ad id, vt aliqui textum hunc non esse Aristotelis putet, ac proinde ab alijs interpretibus prætermittitur, legitur tamen à Philopono, nec est omninò reijciendus, cùm à D. Tho. etiam & alijs recipiatur. Dicit igitur, quod linea curua, dū magis curua fit, non aliud fit magis curuum, nisi quod erat curuum: & ignis est calidus, & albus totus, & nõ solum ipse, sed & partes. Ita de raritate.

Nota.

Notandū, quod albedo tribuitur igni, sicut alij colores elementis, nõ quia proprii colores sunt, sed similitudine quadã,

vt dicitur lib. de coloribus. Subiungit duas proprietates rarorum corporum, puta leuitatem, & molliem: densorum verò grauitatem & duritiem. In ferro autem, & plumbo, has duas opposito se habere modo docet, nam plumbum est grauius, non tamen ita durum, ferrum autem durius, non tamen ita graue.

Cuius ratio est, quia plumbum est admodum terrestre, & id, quod aqueū est, minus habet digestum, & concoctum, at ea de causa minus resolutū, cùm sit mollius, sed grauius est, sicut limus ante concoctionem, & carnes grauiiores crudæ sunt. Ferrum autem habet aqueum concoctum, idcirco durius est, & minus graue, quia magis resolutum.

Ex dictis igitur manifestum est. Text. LXXXVI.

C oncludit, nec esse vacuum separatim, id est, sine corpore, nec simpliciter, id est, extra corpora: nec in raro, id est, intra ipsa corpora: nec in vacuo in potentia, id est, cum corporibus coniunctum, licet distinctū ratione ab illis, vt exponit Philopo. Nisi quis, inquit, vtatur æquiuocè vocabulo vacui pro causa motus, tunc enim graue, & leue dicitur vacua, quæ sunt causa motus lationis: durum autem, & molle sunt causa alterationis cuiusdã, puta, passionis, vel impassionis: nam molle cedit diuisioni, durū resistit, ob id hæc qualitates dicuntur potentig vel impotentig, vt dictum est in prædicamento. Quasi dicat, vacuum, qualiter explicatū est, nullū est, nisi quis vocabulo hoc aliquid aliud, quod sit, velit significare, & ob id concludit dictum esse, quomodo sit vacuum, & quomodo non sit.

Epilogus dõ spuratiõis de vacuo.

Quid sit condensatio, & rarefactio, & ex quibus causis, & Quomodo fiat, Ex quo constabit, An sine vacuo esse possint.

Quæstio XI.



Ria breuiter in hac difficultate præstabimus. Plenior siquidem tractatio de rarefactione, & condensatione, nõ est præ-

sentis speculationis. Primum quid rarefactio, quid condensatio sint. Secundum, quibus ex causis proueniunt. Tertium, quo modo fiant. Ex quibus facile constabit esse posse sine vacuo isto Antiquorum.

Quid sit condensatio & rarefactio.

Circa primum aduertendum, quod condensatio non aliud est, quam motus quidam in densitate, sicut rarefactio motus in raritatem: cum autem raritas & densitas qualitates quadam sint, fit ut rarefactio, & condensatio alterationes sint, nam alteratio motus est in qualitatem.

Quid sit rarum & densum.

Rarum autem dicitur id, quod parum materiae sub multa continet quantitate: e contra, densum, quod sub parua quantitate multum continet materiae. Hoc autem apparet, cum ex stупpa fit ignis, illa enim materia stупpa, quae sub parua erat quantitate, postea sub magna ignis quantitate est, ac raritatem recipit.

Duplex est rarefactio & condensatio. Propria, & impropria. Quid impropria.

Est autem aduertendum, duplicem esse rarefactionem, & condensationem, & propriam, & impropria. Impropria est, quae fit absque mutatione, & alteratione aliqua partium rei, sed solum per approximationem, vel partium separationem, sicut spongia, cum eiecta est aqua, vel aer, condensata dicitur, cum uero plena est aer, vel aqua rarefacta est: talis autem densatio & rarefactio, non fit absque corporis externi intromissione, vel expulsionem: et haec mixtis inest frequenter: elementa enim saltem, ignis, et aer, non habent hanc densationem, vel raritatem. Antiqui itaque non cognoscebant, nisi hanc solum, cum hoc discrimine, quod illi ponebant intra corpora vacuos poros: nos uero plenos subtiliore corpore, & sic diximus superioris, cinerem condensari.

Quid propria.

Alia est condensatio & rarefactio propria, & haec non fit corporis alterius expulsionem, vel receptionem, sed mutatione ipsius subiecti ex potentia in actum, ut sicut quod erat calidum, fit frigidum, non quia ab intrinseco quicquam recipiat, sed quia materia, quae erat in potentia frigida, fit actu frigida, ita fit rara, & densa actu, ex eo, quod erat in potentia, ut dicitur paulo post.

Tribus ex causis pro-

bus ex causis prouenit. Prima est altera-

tio secundum calorem & frigiditatem, calefactio enim rarefactionis est causa. frige factio uero condensationis, non quod ipsa calefactio sit rarefactio, aut frige factio condensatio, sunt. n. alterationes diuersae. Sed quod ex illis istae sequuntur, ut ex causa.

uenire potest rarefactio, & condensatione. Prima causa. Variis huius causis experientia. Prima.

Sunt aliquot experientiae. Primum, uide mus igni appostas castaneas, & oua, & glandes magno impetu rumpi, & proiecti, quod non fit, nisi quia cum ista uentosa sint, ipsorum aer intus inclusus a calore rarefit, ac rarefactus maiorem petit locum, quem extra quaerit.

Praterca, experimur aquam frigidam, minorem partem ollae occupare, calefactam uero ollam excedere.

Similiter utres, & pilae plenae aere, si cum igni apponantur, optimè comprimuntur, accedenti maximè resistunt, quia aer rarefactus, latera continentis fortiter occupat, ac extendit.

Similiter, si olla optimè calefacta interiorius, postea uertatur, ita ut os deorsum aequae superficie occludatur, ascendit aqua, quia aer illic inclusus, rarefactus calore praecedenti, totam illam occupabat, postea aquae frigiditate densatus, minorem occupat locum, ac partem ollae deserit prope os, quod proximum est aquae, hunc autem locum aqua ascendens occupat. Sunt etiam aliae passim experientiae, quibus solam calefactionem, & frige factio nem rarefactionis, & condensationis causam esse percipitur.

Altera causa est generatio. Cum enim inferiora elementa ex superioribus sunt, ut ex igne aer, ex aere aqua, ex aqua terra, condensatio est, cum uero e contra ex inferioribus superiora, rarefactio est: & hoc satis est experientia compertum. Videmus enim fumum ex ligno procedentem, & vapores aquae multo maiorem locum occupare.

In hac generatione interuenit etiam alteratio secundum calorem, & frigiditatem, sed quia talis alteratio est coniuncta cum generatione substantiae, dicimus, & attribuius generationi causam rarefactionis et densationis, ad differentiam primi modi, quo sola alteratio sine generatione substantiae, causa est rarefactionis & den-

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Secunda causa.

Experientia secundae causae.

Nota.

& densationis. Et quia post generationem ex vi ipsius formae solet magis vel minus densari materia, vel rarefieri.

3. Causa.

Tertia causa est motus localis. Hic enim densationem facit, ex nimia enim partium compressione fit aliquando densatio, & sic aer ex uentorum motu condensatur, quo cessante rarefit. Haec igitur sunt causae, quibus condensatio & rarefactio proueniunt.

De modo quo fiant rarefactio, & condensatione.

At circa modum, quo fiant, aduertentem Aristotelem esse hanc, quae tibi sufficere pro praesenti. Quod densatio fit rarefactio sunt, quia sicut materia fit calida, vel frigida, non recepto aliquo extrinseco, sed quia erat potentia calida, & frigida: ita materia est in potentia ad maiorem vel minorem quantitatem, & cum maior sit, vel minor, proprie ex eo fit, quia erat potentia, non quia ei aliquid intromittatur, & inde est rara, & densa.

Nota.

Est autem considerandum, quod sicut ex materia educitur calor, qui tamen non erat in tactu, nisi tantum potentia, ita educitur maior quantitas, vel minor quantitas, ubi non erat nisi potentia, ut enim de nouo calor in eadem materia, ita de nouo maior, vel minor quantitas producit. Raritas autem, & densitas, qualitates sunt admodum cum quantitate coniunctae, ita, ut ipsam sequantur.

Rarefactio & condensatione, non fiunt sine actu, vel diminutione, in qua utitur.

Vnde quantum ego existimo (imò ita est secundum Aristotelem) non fit mutatio secundum raritatem, vel densitatem, quin aliquid quantitatis deperdat, vel acquiratur de nouo: loquor autem de propria condensatione, & rarefactione.

Secundum tamen Auerroem, qui tenet materiam semper habere coniunctam quantitatem sibi, ut nunquam de nouo acquiratur vel deperdat, nec tota, nec ulla quantitatis pars, dicit, quod in condensatione, vel rarefactione non deperditur quicquam quantitatis, aut acquiritur, sed aliter & aliter se habet, & probabile hoc est.

At nos, qui quantitatem non in sola materia, sed in composito constituius, ac ipsam deperdi, & acquiri diximus, non reputamus inconueniens dicere, quod sicut in remissione caloris, & intentione a-

liquid caloris deperditur, vel recipitur, ut probauimus postea, ita in ista rarefactione, & condensatione circa quantitatem. Imò cum ex generatione proueniunt, sicut cum ex aqua aer, vel e contra fit, probabiliter etiam dicitur, tunc tota quantitas mutatur, & noua acquiritur sub eadem manente materia. Re enim corrupta, ut probabilis ait opinio, omnia ipsius accidentia corrumpuntur: de hoc tamen alibi latius dicemus. Satis sit de quaestione hac. Alius etenim est eius proprius disputandi locus. Ex dictis liquet ad rarefactionem, vel condensationem non esse necessariū vacuum, ut antiqui Philosophi putabant, sed sine vacuo fieri posse.

An forma intendatur additione partium gradualium. Quaestio XII.



AEC quaestio circa text. 84. mouetur, ubi Aristot. docet, magis calidum fieri ex minus calido, non adueniente calido nouo. Pro sensu autem quaestio aduert, quod intensio non aliud est, quam motus, quo una forma fit perfectior in eadem parte subiecti: ut cum albedo, quae in manu erat, fit perfectior, ut secundum eam manus magis et magis dicatur alba.

Sensus quaestiois.

Primum nota quid sit intensio.

Dixi autem in eadem parte, nam aliqua qualitas dupliciter potest augeri. Vno modo secundum quod plures partes subiecti informat, ut cum calor erescit, & dilatatur per aliquod continuum successiue, calefaciendo plures subiecti partes, & talis dicitur extensio formae. Altero modo augetur in eadem parte subiecti, acquirendo maiorem & maiorem vim, ut est calor in manu existens fit maior, et maior, & tale augmentum intensio dicitur: oppositum uero decrementum remissio.

Qualitas dupliciter potest augeri.

Differunt ergo intensio, & remissio formae ab extensione & diminutione eiusdem, haec enim sumuntur secundum plures vel pauciores partes quantitatis subiecti, illa uero secundum perfectionem maiorem, vel minorem, in eadem parte subiecti, potestque esse, ut simul fiant intensio, & extensio, imò intensio & diminutio.

Nota, quomodo differunt intensio & extensio formae.

Semper tamen obseruandum est, hos

Magis sensus
magis sensus
quis

esse valde diuersos motus. In presenti autem loquimur de intensione & remissione, & petimus: An cum intenditur calor, noua aliqua caloris particula producat supra calorem præexistentem: in remissione vero corumpatur, an non sic, sed semper eadem qualitas sit absque acquisitione, vel deperditione alicuius partis qualitatis.

Prima sententia.

In hac difficultate sunt quatuor sententiarum principales. Prima est Burlei, quæ sequitur Duran. 1. Senten. distinctione 17. quæst. 8. & Gofredus, vt recitat S. Thomas, 1. Senten. distinct. 17. quæst. 2. art. 2. Dicunt in intensione calorem præcedentem corrumpi, & nouum generari, & produci, similiter de alijs qualitibus, vt cum ex paruo calore fit maior, et intensior, calor iste remissus corrumpitur, & nouus intensior producitur, similiter in remissione corumpitur intensior, & producitur remissior.

Ratio huius sententia.

Huius sententia præcipua ratio est. In tensio et remissio sunt motus, ergo ex contrario in contrarium tendunt terminum: sed termini contrarij simul esse non possunt, ergo calor, qui erat remissus, & calor qui erat intensus, cum sint termini motus, simul non sunt, sed vnus corrumpitur altero accedente.

Exemplum Durandi.

Exemplum ponit Duran. sicut in motu locali semper sunt loca diuersa, & vnus corrumpitur, altero succedente, ita in formis, secundum quas est intensio, et remissio.

Secunda sententia Aegid. & Greg.

Alter sententia est Aegid. lib. 2. q. 14. & Gregor. 1. Senten. distinct. 17. q. 4. ar. 1. Hi in forma accidentali considerant duo: Alterum essentiam ipsius formæ: Alterum existentiam, puta, ipsam actualem inhaerentiam in subiecto, vt albedinis essentia est ipsius natura, & substantia, inhaerentia vero in subiecto ipsius est existentia, ita in alijs qualitibus.

Dicunt ergo, quod extensio, et remissio non fit per additionem, vel ablationem aliquam in essentia qualitatis et formæ, sed eadem prorsus est qualitas intentæ, quæ erat remissa, absque acquisitione, vel deperditione, intensio autem & remissio tantum fit secundum existentiam,

& inhaerentiam, hæc enim suscipit magis & minus.

Probant ex 3. Meta. text. 10. vbi dicitur, quod essentia formarum consistunt in indiuisibili: vt vna non sit maior, & minor, vt ternarius vnus non est alteri maior: si igitur hoc ita est, non potest esse additio, vel ablatio in essentia.

Præterea, quia natura rei est in certo gradu naturæ: non ergo suscipit magis, & minus: hæc enim incertitudinem faciunt.

Tertia sententia est Scoti, 1. Sent. dist. 17. q. 3. quam sequuntur Nominales, putat qualitates intendi additione nouæ qualitatis, vt calor intensior fit, quia nouus calor producitur, & eum calore præcedenti coniungitur, & vnitur in eadē subiecti parte. Vnde differt à Burleo, quod Burle. dicit priorem qualitatem non manere. Scot. vero, quod manet cum sequenti, & fit vnus calor intensus, in remissione vero perditur aliquid caloris, & residuum manet, donec fiat totius perditio.

Hæc sententia probatur primò. Ita se habet augmentum intelligibile, sicut sensibile: sed sensibile fit partium additione, ergo intelligibile. Vocat augmentum sensibile, quod fit in extensione, vt cum aqua additur aquæ, & cum calor extenditur per subiecti partes, constat autem hoc fieri productione nouarum partium. Vocat augmentum intelligibile, quod fit in eadem parte secundum intensionem.

Et augmentum est, quod sicut cum extenditur calor nouus, & nouus calor producitur, in diuersis tamē subiecti partibus, ita etiam cum intenditur, producitur vtique nouus, & nouus calor, in eadem tamen parte.

Secundò. Motus realis terminum habet realem ad quem, distinctum à termino à quo, ergo calor, qua intensione acquiritur, non est idem calor, qui præcessit, sed pars de nouo producta, ita erit in remissione.

Tertio. Non fit transitus de contradictorio in contradictorium, siue acquisitione alicuius realis, vel deperditione, sed cum calor intenditur, vel remittitur, subiectum

Secunda.

Tertia sententia Scoti.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

iectum ex non intenso fit intensum, & ex non remisso, remissum; ergo in remissione, vel intensione noua qualitas acquiritur, vel deperditur.

4. sententia D. Thomæ.

Quarta sententia est S. Thomæ. Prima secundæ, quæst. 51. art. 1. ad 2. & Secunda, secundæ, quæst. 24. art. 5. quem sequitur plerique viri docti in 3. Meta. Dicit, quod cum qualitas remittitur, aut intenditur, nihil de nouo acquiritur, nihil de nouo deperditur, sed eadē omnino manet intensus, & remissus; solum intensio consistit in hoc, quod magis est radicata in subiecto, remissio vero, quod minus est radicata. Esse autem radicata magis vel minus, non est aliud, quam quod magis siteducta, vel minus, ex potentia in actum.

Explicatio sententia eiusdem.

Nota, In quo sit posita radix intensiois & remissionis, & de duplici indifferentia formæ.

Vnde radicem intentionis, vel remissionis ponunt in indifferentia formæ, secundum quam magis, vel minus potest educi de potentia subiecti.

Sunt enim aliquæ formæ accidentales indifferentes, vt non magis vni, quam alteri insint subiecto, vt albedo indifferentis formæ.

1. rens est, vt niui, vel cigno, vel alteri insint, & hæc indifferentia accidens facit commune.

Sunt enim aliquæ indifferentes, vt à subiecto abesse, vel adesse possint, & hæc indifferentia facit qualitates separabiles.

Sunt tandem aliquæ indifferentes, vt plus minusue, perfecte à subiectis participari possint, & hæc indifferentia ipsas facit intensibiles, & remissibiles.

Vnde prænotat illa indifferentia formæ.

Hæc autem indifferentia aliquando prouenit ex diuersa natura subiectorum; vt calor ignis est intensior, aeris remissior, quia natura ignis talem petit calorem, aeris vero talem.

Repetitur sententia D. Thomæ.

Aliquado prouenit ex diuersa dispositione eiusdē subiecti, vt mel dū magis, ac magis comprimitur, fit albius, quia deperdit humidum, & magis disponitur ad calorem.

1. Ratio pro D. Thomæ.

Hæc est sententia fideliter exposita, in qua dicitur intensio, vel remissionem fieri per maiorem, vel minorem in subiecto radicationem, siue id sit propter naturam subiecti, siue propter maiorem, vel minorem dispositionem.

illi gradus vniam faciant formam, vel illud vnium erit compositione, vel continuatione, vel subiecto. Non compositione: quia in accideri non est compositio, nisi generis, & differentia, aut actus, & potentia quales non sunt illæ, quæ ex diuersis gradibus sunt, præsertim cum sint eiusdem rationis, & neuter se habeat, vt determinans, aut vt determinatū. Nec erunt vnium continuatione, cum illa graduum vnio non sit secundum quantitatis partes, intensio enim in vnica fit parte. Nec erunt vnium subiecto, quia quæ sic sunt vnium, sunt distincta specie, vt albedo, & dulcedo in lacte: cum ergo non possint vniam formam facere, non sic erit intentio.

Secunda.

Secundò. Ille gradus de nouo productus, vel est eiusdem speciei, vel diuersæ. Non diuersæ, nam duo gradus caloris non differunt specie; si ergo sunt eiusdē speciei, differunt numero: at duo accidentia numero tantū differunt in eodē subiecto adæquate esse nequeunt, cum numerica accidentiū distinctio à subiectis sumatur: non ergo sic intentio fieri potest.

Tertia.

Tertio. Star formam indiuisibile magis, & minus suscipere: ergo non fit per additionem, vel ablationem. Antecedens probatur. Viso est indiuisibilis operatio, & intellectio, & star has intēdi, & remitti, dum obiectum magis, vel minus comprehenditur: non igitur illo modo intensio & remissio fiunt. Hæc fuere de intensione opinioniones.

Pro huius questionis determinatione, quorundam terminorum explicatio est: maxime aduertenda, quæ apud philosophos in hac materia solent occurrere, præsertim apud calculatorem Suyset. Terminis autem sunt, hi gradus formæ partialis, non gradus latitudo formæ.

Quid sit gradus formæ.

Gradus formæ est illud minimum formæ, quo ad intensio, quod potest actu per se manere in aliquo subiecto; sicut vocamus minimum in extensione, quod per se potest existere ab alijs partibus separatum, ita vocamus in intensione, vel remissione gradum, quo remissior non potest per se actu in subiecto esse.

Part.

Quid sit pars gradus

Pars verò gradualis formæ est, quicquid formæ, quod non potest ob eius remissionem actu per se esse, sicut in extensione quantitatis, sunt particule ita minime, ut non possint esse per se, nisi cum alijs continuis; ita in forma intensa sunt caloribus particule ita remissæ, ut non sint vnquam per se, & has vocamus partes graduales. Vnde in vno gradu sunt plures graduales partes, quia est diuisibilis in infinitum in potentia.

Nota duplex partes in qualitate

Et vt facilius intelligas, debes imaginari in calore, vel in alia qualitate intensibili duas magnitudines. Altera est secundum quam plures subiecti partes informat, & hæc intensiõnis magnitudo dicitur, quæ ei externa est, à subiecto proueniens. Altera est, secundum quam in se ipsa fortior est, vel debilior; maior aut minor. Dicimus enim plus albedinis in esse lactis, quam saccharo, & talis magnitudo dicitur intensiõnis, cuius partes, quæ actu possunt existere per se in subiecto, gradus dicuntur, quæ verò nõ possunt per se existere, nisi cum alijs cõiunctæ, quæ inexistentes dicuntur, & in potentia graduales vocamus.

Quid sit nõ gradus formæ

Non gradus formæ dicitur illud quod non est forma, sed est in potentia proxima, vt sit forma, ita vt sit verum in eo dicere, tunc non esse formam, sed immediate post illud erit forma; non gradus caloribus est, quod sic est calor proximum, vt immediate post illud calor sit.

Quid sit latitudo formæ

Latitudo autem formæ est quantitas extensionis formæ simul cum quantitate intensiõnis. Vt si sit aliqua forma in aliquo subiecto intensa, & extensa, tota illa ipsius extensio cum intensiõne formæ, latitudo dicitur.

Nota

Et ne decipiaris, existimans, solã magnitudinem intensiõnis dici latitudinẽ, sed vtranque simul, & de latitudine hæc scripserunt aliqui multa.

2. Fundamẽtum. Duplex latitudo formarum, vni formis & difformis.

Aduertendum secundò, quòd latitudo ista formarum est duplex, quædam vniformis, quædam difformis. Vniformis est, cum sic est forma extensa per aliquam quantitatem, vt in singulis ipsius partibus, sit æqualiter intensã, vt si demus particulam ignis, latitudo huius caloribus

est vniformis, quia in omnibus partibus illius calor est æquẽ intensus.

Difformis verò est, cum sic est extensa forma, vt non sit in omnibus illius quantitatis partibus æqualiter intensa, vt si demus lignum calidum, cuius partes quædam sint alijs calidiores.

Latitudo difformis subdiuiditur in vniformiter difformem, & difformiter difformem. Vniformiter difformis est, cum etiam si forma sit inæqualiter intensa per omnes partes quantitatis, tamẽ excessus, quibus vnus gradus excedit alium, sunt æquales. V. g. sit lignum habens decem particulas, in prima calor sit, vt vnum; in secunda, vt duo; in quarta, vt quatuor, et sic consequenter, est difformis tota latitudo, cum sit intensio inæqualis: Sed vniformiter, quia excessus partium inter se sunt æquales; nam in tanto excessu duo excedunt vnum, quanto, duo tria, et tria quatuor, & quatuor quinque. Difformiter verò difformis esset, si excessus essent inæquales: vt si in vna esset, vt vnum: in secunda, vt tria; in tertia, vt sex, in alia, vt octo, & sic consequenter.

Latitudo difformiter difformis iterum subdiuiditur in vniformiter difformiter difformem, & difformiter difformiter difformem. Dicitur vniformiter difformiter difformis ea, in qua quauis sint partes inæqualiter intensæ, & quauis excessus sint inæquales, tamen proportionales excessus sunt æquales ita, vt in eadem proportione excedat vna aliã, in qua altera alterã; vt si prima pars sit, vt vnũ; altera, vt duo; tertia, vt quatuor; quarta, vt octo; & sic consequenter. Talis latitudo difformis dicitur, propter inæqualitatem intensiõnis, sed difformiter, quia excessus sunt inæquales, & vniformiter, quia seruant eandem proportionem. At si eadẽ proportio nõ seruetur, tunc latitudo proprius esset difformiter difformiter difformis; hæc sunt valde obseruanda, p̄ intelligentiam multorum, quæ in Physica occurrunt.

Pro determinatione igitur quæstionis propositæ, sunt aliquot proponende conclusiones, quarum prima sit. In intensiõne nõ corrumpitur qualitas remissa, nec intensa in remissione, vt dicebat Burle.

Duplex latitudo difformis.

Latitudo difformiter difformis, adhuc duplex.

1. Conclusio contra Burle.

Hæc

1. Ratio.

Hæc conclusio probatur primò. Quod corrumpitur, si accidens est, aut corrumpitur à contrario, sicut calor à frigiditate, aut defectu conseruantis, vt lumen in aere, extincta lucerna; aut ad corruptionẽ subiecti, nõ destructo subiecto, desinit vnus ipsius accidentia: sed in la qualitas remissa non corrumpitur à contrario, quia intensa qualitas, & remissa nõ sunt contraria, cū sint eiusdẽ speciei: nec corrumpitur ex defectu conseruantis: nõ adhuc manet ipsum agens intendens; nec ad corruptionem subiecti, cum semper subiectum in tota intensiõne maneat: non ergo corrumpitur; si enim corrumpere, ab aliquo ex his vtiq; corrumpere.

2. Ratio.

Præterea secundò. Si remissior qualitas corrumpitur in intensiõne, & intensior produceretur, sequitur, quod in instanti per primũ sui esse qualitas tota sit, & non successiue. Patet. In quocunq; instanti est verum dicere, dum intensio sit, nunc est qualitas intensa, & ante nõ fuit talis; peto, an tota illa in illo instanti sit producta, an pars ante illud fuerit. Hoc dici non potest, nam ante hoc instans erat remissa, & ita debuit corrumpi: si ergo tota illa in instanti producta est, iam tota qualitas per primum sui esse incipit, nec successiue facta est, quod est contra Arist. vt dicitur inferius.

3. Ratio.

Præterea tertio. Si in remissione corrumpitur intensior qualitas, & produciatur remissior, sequeretur, quod contrarium per se produceret contrarium. Patet. Demus, quòd sit calor, vt sex, & incipiat remitti à frigido; tunc frigidum destruet totum illum calorem, & produceret remissionem, vt fatetur: ergo frigidum producit calidum, vltterius si statim totum illum calorem destruxit, ad quid alium produxit, cum etiam corrumpere illum debeat? profectò hæc opinio indigna videtur Philosopho.

Argumentum Burle. soluitur.

Nec argumentum ipsius quicquam concludit; nam calorem remissum, & intensum dupliciter cõsiderare possumus. Vno modo, formaliter, vt intensus, & remissus est, & sic opponuntur; & sunt termini intensiõnis, & remissionis, & cū remissus est, intensus nõ est, & econtrã. Al-

tero modo, materialiter cõsideratur pro ipso calore, & sic nõ opponuntur, nec corrumpuntur: Quod est dicere, calor, qui erat remissus, manet intensiõne, sed non manet remissus, sic manet pars caloribus, quæ erat intensus, sed non manet ita intensus; sicut cum quantitas minor fit maior, & econtrã, quantitates manent, sed quòd fit maior, vel minor non manet, & ita soluitur argumentum ipsorum.

2. Conclusio contra Aegidium.

Secunda conclusio. Intensio, vel remissio non fit tantum secundum existentiã, vt imaginatur Aegidius.

Ista conclusio probatur. Primò, quia cum existentiã dependeat immediate ab essentia, non potest intelligi, quomodo si ipsa essentia consistat in indiuisibili, nõ consistat etiam existentiã. Præterea, quia adhuc ipsa existentiã est quædam entitas & natura: debet ergo in indiuisibili consistere.

1. Ratio.

2. Ratio.

3. Ratio.

Vltterius, quia petimus, an per radicationem, vel additionem suscipiat ista existentiã magis, vel minus: remanet enim eadem difficultas.

4. Ratio.

Præterea, quia supponit opinio distincti realiter essentiam, & existentiã, cuius oppositum postea nos ostendemus.

3. Conclusio.

Tertia cõclusio. Non fit intensio, aut remissio per maiorem; vel minorem in subiecto radicationum tantum, hæc sine dubio facilius intelligitur, quã opposita opinio. Quis enim intelligit radicationem magis, vel minus aliquid in subiecto nullo profus acquisito, aut deperdito? fit quidem ista radicatio, sed per hoc, quòd plures, vel pauciores qualitatis gradus sunt. Et ita consentio cum D. Thoma, in intensiõne fieri maiorem radicationem, sed tamen hanc fieri per additionem gradus alicuius de nouo producti.

Nota.

Nec (vt existimo) huius oppositum voluit S. Tho. quamuis multi ipsius discipuli id putent, contra quos probatur cõclusio, præter argumenta Scorii, quæ sunt optima, superius posita. Primò ex Arist. hoc tex. 84. dicit, sicut ex non calido fit calidum, ita ex minus calido magis calidum; tam enim calidum, quã magis calidum ex potentia educuntur; sic ergo argumentor ex hoc. Cùm magis calidum

1. Ratio.

M m fit,

fit, calor qui erat potentia, educitur in actum; ergo producitur. Fit ergo intensio per productionem noui caloris, sicut remissio per deperditionem.

Secunda.

Præterea. Cum sit aliquid magis calidum, vel e mutatur per mutatione, quæ non erat ante: ergo acquisiuit aliquid, quod ante non erat.

3. Ratio.

Præterea. Magis radicari, vel est, quod difficilius remouetur à subiecto, vel quæ qualitas plures subiecti partes informat; vel e contra, quod plures gradus qualitatis, & partes sint in singulis partibus subiecti. Non primum, quia sunt qualitates intensissimæ, facile tamen mobiles, vt febriis ephimera, & rubores ex verecundia. Non secundum, quia illud est extendi, non intendi; erit ergo tertium.

4. Conclu. Quo fiant intensio & remissio.

Quarta conclusio. Intensio, vel remissio fiunt per acquisitionem, vel deperditionem partium gradualium qualitatis circa eandem subiecti partem, manentibus semper remissis gradibus cum alijs in intensioe, & similiter in remissione, manentibus illarum partium gradibus, quæ erant in intensa, aliquibus eorum partibus deperditis: & in hoc consentio cum Scoto.

1. Nota. Quo proceditur intensioe.

Notanda tamen hic duo. Alterum est, quod cum intenditur aliqua qualitas, vel remittitur, non proceditur per gradus, vt in singulis instantibus. Singuli gradus producuntur, sed per partes graduales; sicut in extensione formæ, postquam ignis in primo minimo est introductus, postea successiuè extenditur per minima coniuncta; nec alia minima subit, nisi paulatim, quia cum sint coniuncta; cū primo nõ dabitur minus minimo per se; ita in diminutione paulatim, & successiuè fit, donec ad vltimum aliquando perueniatur, & illud iam simul corrumpitur.

Hæc ergo sic intellige suo modo in intensioe, & remissione: dato enim vno gradu, intensio successiuè fit per partes graduales aliorum graduum; similiter in remissione, donec perueniatur ad vltimum gradum. Distum autem est, quod inter gradum, & partem gradualem interfit.

2. Nota.

Qualis addicimus intensioem fieri graduum ad

diticne, non intelligas, quod ista additio gradus est propria, quasi addamus calorem aliquem, qui erat alibi actu, vt cum aquæ aquam addimus; sed est impropria additio, quia id, quod additur, erat ibidè, cui additur, sed in potentia; educitur tamen in actum. Et hoc est, quod ibi dixit Arist. quod non fit calidum, aut magis calidum, adueniente calido, puta, in actu præexistenti, sed educito ex eadem potentia in actum.

Superest vt ad argumenta in oppositum respondeamus. Ad primum Aegid. dico, quod essentia dupliciter sumitur. Vno modo pro quidditate, quæ per definitionem explicatur. Altero modo pro ipsa entitate, & ipsa re, vt essentia albedinis dicitur id, quod albedinem constituit in esse, & natura albedinis, dicitur etiam ipsa albedo. Igitur essentie, vt quidditate dicit, non fit additio, nec diminutio, sed certa est, & indiuisibiliter consistit; nam vnica est qualitatis cuiusq; definitio, siue sit intensa, siue sit remissa: at ipsi entitati fit additio.

Explicatur. Lineæ quidditati non fit additio: vnica enim est ipsius natura: at ipsi lineæ partes possunt addi, & detrahi. Alij solent hoc idè aliter dicere, quod essentia suscipit partes similes, sed non dissimiles, per hoc patet etiam solutio ad secundum argumentum ipsius sententia.

Ad primum pro opinione illorū, qui opinionem D. Thomæ secus intelligunt de sola radicatione, sine additione graduum, dicendum, quod gradus multi, faciunt vnū intensioem, sicut plures partes aquæ, vnum faciunt continuatione, per quantitates partium, quæ ad vnum vniuntur; sic plures gradus eiusdem qualitatis faciunt vnum intensioem, per hoc, quod cum sint eiusdem speciei, sub vna, & eadem subiecti quantitate, submituntur, & penetrantur, ac vnicam formam, latitudinem, & magnitudinem intensioem habentem componunt: & sic possumus dicere; quod compositione sint vnum, nõ compositione extensionis, sed intensioem vnus formæ.

Ad secundum dico, quod ille gradus est distinctus numero imperfectè, quod est di-

Ad 1. Aegid. & ad secundum. Dupliciter sumitur essentia.

Ad 1. pro opinione illorum, qui opinionem D. Thomæ secus intelligunt.

Ad secundum.

est dicere. Gradus vnus distinguitur numero ab alio, quando est in potentia, & alter actu. Similiter respectu actionis, quæ talis gradus producitur hac productione, non autem ille, qui erat ante. Similiter respectu temporis, quia præcedens ali quando fuit, cū nõ fuit, quæ producitur.

Perfectè tamen numero non distinguitur, quia postquam productus est, & est in actu, vnicam partem continui vnū efficiunt continuum. Nec Metaphysici dicunt contra hoc quicquā; nam cum dicitur, duo accidentia numero differentia non possunt esse in eodem subiecto, intelligunt duo accidentia actu existentia, & de differentia perfecta numero.

Ad tertium.

Ad tertium similiter patet solutio. Nā visio intenditur, sicut & aliæ qualitates per additionem, imò, & accidentia spiritiualia, vt intellectio, & volitio, & habitus in anima existentes; quamuis enim extensionem non habeant, tamen intensioem habere possunt in subiecto. Non enim partes intensioem, sunt partes extensionis, nec his necessariò indigent; taliaque accidentia habebunt intensioem, sed non latitudinem, quia latitudo vtrūque claudit, vt diximus, ac satis de questione hac.

CAPVT X.

Tractatio de tempore.

Consequens autem est ad ea.

Tex. LXXXVII.

Intentum Aristor.

Dostquam de motu, infinito loco, & vacuo disseruit, nunc tandem de tempore facere sermonem aggreditur. Est enim rebus mensura rerū sensibiliū communis. Duo autem tractanda proponit. Alterum, an sit, alterum quid sit, nā quale sit ex ipsius natura semel percepta facile erit cognoscere.

At circa an sit, prius disputatiuè procedit, ac rationibus exteris, quæ logicè dicuntur, (vt notant Themist. & Simpli.) contendit probare ipsum non esse. Nam quamuis tempus esse sit certissimum, est

tamen adeò difficile cognitum (vt dicit Philop.) & rationes in oppositum fortes, vt videatur ex parte non esse.

Aduertendum, quod logicæ rationes sunt, quæ ex communibus principijs, & probabiliter, non necessariò procedunt, & probant: non enim faciunt scientiam, sed opinionem, vt alibi diximus.

Quod igitur omninò non sit, aut vix. Tex. LXXXVIII.

Incipit rationes proponere, quibus tempus non esse probatur. Inquit autem, rationes probare vix, & obscure tempus esse. Quod dicit, quia rationes non conuincunt ipsum non esse, cum demonstrationes non sint, sed difficultatem faciunt, & persuasionem, vt non ita facile, & distinctè tempus appareat esse.

Est autem prima ratio huiusmodi. Cuius partes non sunt, nec ipsum est, aut entitatem, & substantiam habet: sed temporis partes non sunt: non ergo tempus est. Minor probatur, nam reliqua sunt nota. Temporis partes sunt præteritum, & futurum: ex præterito enim tempore, & futuro componitur quodcunq; tempus, in infinitum procedit, & semper accipitur: id est, totum ipsum tempus, quod in terminabile est, ex præterito & futuro constat. At neutrum horum est: præteritum enim non est, futurum nondum est: Ergo partes totius temporis non sunt.

Notandum, quod dicit, Totum tempus, quod infinitum accipitur. Nam tempus in particulari non semper ex duplici hac parte constat, vt præteritum per se, futurum per se; tamen tempus totum, quod in fluxu est, ex duplici hac parte constat.

Ad hæc autem omnis rei.

Tex. LXXXIX.

Alteram facit rationem. Quæcunque res diuisibilis, & plures partes habet, si esse debet, necesse est, vt aliquam sui partem, quæ sit, habeat, quando non omnes habere possunt: sed nulla pars temporis est: igitur nec tempus est. Maior est nota. Minor probatur. Præteritum, & futurum sunt partes temporis, & nulla his est.

Mm 2 Dicet

Obiectio. Dices tu, non sunt istae omnes partes, nam nunc praesens, est pars temporis, & illud modò est.

Solutio. Reijcit hoc Aristotel. probando nunc non esse temporis partem, sic probat. Pars mensurat totum, quia toties replicata totum adaequat: similiter pars componit totum cum alijs partibus: at nunc non mensurat tempus, nec ex multis nunc componitur tempus: ergo non est pars temporis.

Nota quomodo se habeat nunc ad tempus. Aduertendum enim, quòd sicut punctum in linea indiuisibile quid est, ita nunc in tempore: nam quòd praesens est, non potest esse diuisibile: si enim diuisibile esset, cum sit successiuum, utiq; partem haberet praeteritam, partem futuram, iamque non esset totum praesens, & nunc; igitur praesens est, indiuisibile est. Et sicut linea ex punctis non componitur, nec puncta partes sunt lineae, sed continuatiua lineae partium; ita nec nunc est temporis pars, sed partium temporis, puta, praesentis, & futurum continuatiuum: & hoc intendit ratio hac.

Amplius autem & ipsum nunc.

Tex. XC.

Probatur non esse ipsum nunc. Et primo quòd non sit aliud & aliud in tempore. Conuertitur ad ipsum nunc, & cõten dit probare, quòd non sit, & quòd difficile sit percipere, an ipsum sit: & ratio huiusmodi procedit. Si esset nunc, aut esset vnum & idem per totum tempus, aut aliud, & aliud, ita, vt vno destructo succedat aliud: sed neutrum videtur posse dici: non ergo est. Probat, quòd non sit aliud, & aliud ostendendo, quòd non corrumpatur nunc, quòd aliàs dici potest instans.

Vis rationis Arist. quòd nunc non possit corrumpi, nec in seipso, nec in alio nunc. Et ratio est huiusmodi. Si corrumpitur ipsum nunc, aut corrumpitur in altero nunc, quòd sit simul cum illo, aut corrumpitur in seipso, aut corrumpitur in sequenti nunc: quia omne, quòd corrumpitur, in tempore corrumpitur: nullo aut modo ex his corrumpi potest.

1. Pars argumenti. Primo non corrumpitur in alio nunc, quòd sit simul, quia nunc non est extra tempus: vt ergo duo nunc sint simul, id est, quando est vnum, quòd sit alterum, debeat duo tempora esse simul, vt duo

dies, aut duae horae: sed hoc impossibile est, nam nunquam duo tempora sunt simul, nisi cum vnum esset pars alterius, vt dicimus, nunc est talis hora, talis dies, talis mensis, talis annus simul: ad hoc aut sufficit vnum nunc: sed duo tempora diuersa, quorum vnum non includatur in altero, simul esse non possunt. Si ergo nunc ipsum corrumpitur, non corrumpitur in alio nunc, quòd sit tunc, & simul: sicut ego lectionem lego in hoc tempore, ita, vt lectio & tempus simul sint.

2. Pars. Probat secundò, quòd non corrumpatur in seipso: quia cum ipsum est, tunc est: non ergo possibile est, vt tunc dicatur corrumpi.

3. Pars argumenti. Probat, quòd non corrumpatur in nunc sequenti: & petit suppositionem, quòd duo nunc non sint simul, & in mediata, quin mediet tempus, sicut nec duo puncta, quin mediet linea; hoc enim postea in lib. 6. probandum est; dicitur igitur. Si nunc corrumpitur in nunc consequenti, cum inter ipsum, & hoc mediet tempus, consequenter sequitur, quòd in illo tempore durabit tale nunc: sunt autem infinita nunc in qualibet particula temporis: erit ergo simul vnum nunc cum alijs, quòd esse non potest: ergo nullo modo nunc ipsum corrumpi potest: & ita non erunt diuersa nunc per totum tempus. Hac ratio subtilis est, & notanda: & aduerse expositionem, nam primam argumenti partem multi non attigerunt.

At verò neq; semper idem.

Tex. XCI.

Probatur non posse esse vnum nunc in solo tempore. Ostendit alteram principalis argumenti partem, quòd non sit vnum nunc per totum tempus. Omne finitum, siue ad vnum, siue ad plura, id est, secundum vnam dimensionem, vt linea: aut secundum plures, vt superficies, & corpus, vno termino solo non potest esse terminatum, sed duobus ad minus: at tempus accipi potest finitum, vt dies, hora, mensis: ergo ad minus erunt duo termini in tempore, & sic duo nunc, sicut in linea duo terminantia puncta.

Ampli.

Amplius si simul esse.

Text. XCII.

2. Ratio.

Probat secundò, non posse esse vnum nunc. Sequeretur enim, quòd quae facta sunt ante mille annos, & quae modò fiunt, simul essent secundum tempus Pater: nam illa sunt in eodem tempore simul, nec est vnum altero prius, quacunque in eodem nunc temporis facta sunt: si igitur vnicum est nunc in toto tempore, nihil erit prius, nihil posterius, sed omnia simul secundum tempus.

De his igitur, quae insunt ipsi.

Text. XCIII.

Quid sit tempus est valde difficile cognoscere.

Concludit satis dubitatum esse circa esse ipsius temporis: postea ad quid sit, conuertit se, ac docet, quid sit tempus, difficile esse cognoscere, & difficultatis causa est duplex. Altera ea, quae Antiqui de tempore dicunt: non enim omnes conueniunt. Altera est ex rationibus positis circa, an sit: nam ex illis videtur temporis natura esse solum secundum intellectum; vt dicit Philop. cum ipsius partes non sint. Incipit autem aliorum sententias proponere.

Antiquorum opiniones de tempore duae.

Prima & secunda ratio, quòd motus caeli non sit tempus.

Nota.

Nota.

Quidam dixerunt, tempus esse motum circulem caeli. Alij dixerunt esse ipsum caelum, & sphaeram. Impugnat autem dupliciter eos, qui motum circulem dixerunt esse tempus. Primò. Pars temporis est tempus, sed pars circularis non est circulatio: ergo circulatio non est tempus. Secundò impugnat. Si essent plures caeli, tunc essent plures circulares: essent ergo plura tempora simul, quorum vnum non est pars alterius: quòd est impossibile.

Dicit Philop. quòd quamuis plures essent mundi, vt finxit Democritus, adhuc vnicum esset tempus pro omnibus, & vna communis duratio: sed hoc posterius magis examinabitur.

Hanc opinionem de circulatione Alexand. & Theophrast. tribuunt Platoni, quamuis Simplic. ipsam defendat.

Vniuersi autem sphaera.

Tex. 94. & 95.

Ad secundam opinionem se conuertit, ac rationem ponit opinionis: nempe, quia omnia continentur in tempore, & omnia continentur in sphaera caelesti, inferebatur, sphaera caelestis est tempus. tempus, quam opinionem Aristot. negligit impugnare, dicens, esse adeò irrationabilem, vt non opus sit contra eam quicquam inferre. Et merito, cum aliter dicitur res esse in sphaera, aliter in tempore. In sphaera enim, vt in loco communi, in tempore vt in mensura vniuersali ad rationem & motuum.

Ratio, quae quidam existimabant cogitum esse tempus. Reijcitur hac sententia vt absurda.

Itam sententiam tribuit Simpl. Pytha. Dices, quis defectus est syllogismi. Respondent Philo. & Auer. quòd est in secunda figura ex duab. affirmatiuis, sic enim est formadus syllogismus. in sphaera sunt omnia: in tempore sunt omnia: ergo tempus est sphaera.

Dices rursus, cur non formabitur in tertia figura, & videbitur bonus in darapti? Dico, quòd debet formari in secunda, quia concludit vniuersaliter. Et quamuis in tertia esset, adhuc non deberet sic concludi, sed sumedo totale extremum. Sed de hoc satis: pertinet enim ad libros priorum Logicae.

Dubium primum. Solutio.

Dubium 2. Solutio.

Proponat tertiam sententiam, quam Simpl. tribuit Stoicis, nempe quemlibet motum esse tempus, quamuis possumus dicere, quòd nullam sententiam dicat, sed tantum, quòd tempus videatur esse quiddam motus, & mutatio, quamuis non sit circularis. Quod reijcit dupliciter. Primò. Motus, & mutatio sunt tantum in suo subiecto, & vbi est suum subiectum, non alibi: at tempus in omnibus est, vt tempus, & duratio ista vbiq; est: non ergo tempus motus est aliquis. Hic est tex. 95.

3. Sententia, omnem motum esse tempus. ca hanc sententiam, quòd non sit motus circularis.

Amplius autem mutatio.

Tex. XCVI.

2. Ratio. Alteram ponit rationem. Motus tardior, aut velocior dicitur: sed tempus non est tardum, aut velox: non ergo est motus. Probat minorem: nam velox, & tardum tempore mensurantur: velox enim, quòd in pauco tempore multum transit; tardum quòd multo tempore repaucum facit, & transit spacium: at

Mm 3 tempus.

tempus non mensuratur tempore.

Dicit autem, quod tempus nec ut quale, nec ut quantum, tempore mensuratur. Vocat tempus quantum, ipsum absolute consideratum pro duratione; vocat quale, pro duratione hac, vel illa, puta hyemali, vel æstivali; nocturna, vel diurna.

Tempus quidem vnum altero breuius, aut longius dicitur, non tamen velocius, aut tardius. Celeritas igitur, aut tarditas non tempori, sed motui sui ordine ad tempus inest.

Est autem notandum, quod hic iam incipit indagare, quid tempus sit. Et quoniam determinaturus erat, quod tempus esset aliquid motus, præmittit non esse motum, postea addit, non esse absque motu. Est autem methodus bona dicendi.

CAPVT XI.

Quod igitur non est motus.

Tex. XCVII.



Concludit tempus non esse motum ex dictis. At quia indifferenter vtitur vocabulo motus, & mutationis, cum tamen superior sit mutatio, quam motus, dicit, quod in presenti parum refert dicere motum, aut mutationem; intelligimus enim hic motum, pro quadam successiua mutatione.

Postquam autem probauit non esse tempus motum, probat esse aliquid ipsius motus, & ratio consistit in hoc. Tempus non percipimus, nisi in aliqua percepta mutatione, & motus tempus igitur aliquid est motus. Antecedens ponit, dicens (cum non mutatur secundum intelligentiam, id est cum in intelligentia nullam apprehendimus mutationem, ut declarat Phil. & alij communiter, quod postea exponit per disunctionem illam, ut dicit Simpl. (aut latet nos mutari) scilicet cum mutationem aliquam non apprehendimus, tempus non percipimus.

Probat antecedens exemplo, & ratione. Exemplum est de dormientibus. Qui dormiunt enim, non percipiunt tempus,

in quo dormiunt, sed nunc, in quo ineperunt somnum, coniungunt cum eo, in quo expergiscuntur: nec tempus medium cognoscunt, quia non perceperunt ullam mutationem.

Adducit dictum quoddam fabulosum de his, qui apud heroas in Sardo dormiunt, narrat Simpl. cum Sardi capti essent à Græcis, in antro inuentos esse nouem Herculis filios mortuos, ita tamen bene aromatibus conditos, ut viderentur dormire, & hos vocat heroas. Dicit autem Philop. quod qui male habebant, ferebantur ad hos, qui statim magno somno corripiebantur, ita ut euigilantes non perciperent tempus longum somni.

Quicquid autem sit de hoc, rei veritas est certa, dormientes non percipere somni tempus.

Narrat Eudemus historiam conuenientem proposito. Dicit quosdam post epulas nocturnas dormiuisse per totam illam noctem, & sequentem diem, & noctem illius diei. Quidam, qui expergefactus nocte sequenti, existimans esse illam eandem noctem, qua dormire incepit, iterum continuauit somnum usque ad diem tertium, quem cum primo copulauit, non distinguens secundum.

Ratione id probat. Si vnicum esset nunc, tunc non esset tempus, ut si hoc nunc esset tantum, non esset tempus post hoc: ergo qui non discernit, nec apprehendit nisi vnum nunc, non percipit tempus.

Concludit, quod cum anima non percipit mutationem aliquam & variationem aliquorum, sed hæret fixa in vno: sicut qui contemplantur, & ex gustu fixi manent, non percipiunt tempus: tempus ergo aliquid est ipsius motus.

Quod igitur neque motus, neque sine motu.

Text. XCVIII.

Cum igitur tempus non sit motus, sed aliquid motus, dicit oportere inquirere, quid sit ipsius motus. Repetit autem quantum dependeat apprehensio temporis ex apprehensione motus, dicens, quod si nullus apprehenditur motus exterior, sed esset quis in tenebris

Ratione id probat.

Nota apprehensionem temporis oriri ex apprehensione motus.

Licet tempus non sit motus, est tamen aliquid ipsius motus.

Exemplo id probatur.

bris constitutus, tunc non apprehenderet tempus, nisi per mutationem aliquam, tempus, si secundum animam moueretur cogitando, aut imaginando, tunc enim ex cognitione mutationis factæ perciperet tempus. Sicut etiam, cum tempus percipimus, etiam motum factum percipimus, ut tempore horæ percepto, motum lectionis percipimus: prius tamē per motum tempus perceptum est. Cum igitur tempus absque motu non sit, nec sit ipse motus, erit ipse aliquid.

Quoniam autem quod mouetur. Tex. XCIX.

Vid sit tempus determinaturus accipit duo. Primum est motum, ac tempus continuitatem, ac prius & posterius habere ab ipsa magnitudine, & spacio ita, quod motus continuus est, ac prius, habet, & posterius propter magnitudinem, & spacium, quo fit: tempus autem propter motum. Dicit igitur, quod mouetur localiter à quodam loco, & magnitudine in aliam mutatur: cumque omnis talis magnitudo, in qua mouetur aliquid, continua sit, motus etiam continuus erit, ac tempus similiter propter motum. Sequitur enim tempus motum, & motus magnitudinem.

Aduerendum hic, quod loquitur de motu regularissimo, cuius passio tempus est, qualis motus est primi cæli, ut dicemus inferius: ac ob id dicitur quætus motus, tantum tempus.

Attende etiam, cum dicit, motum accipere continuitatem à magnitudine, non intelligas tantum ab ea: plura enim necessaria sunt, ut dicemus in lib. 5. sed magnitudinis continuatio vnum est ex necessarijs ad motus continuitatem, quod sufficit pro presenti, vbi supponimus vnicum esse mobile, quod etiam requiritur ad continuitatem motus.

Prius autem, & posterius in loco.

Stendit etiam, prius, & posterius esse in motu à magnitudine. Magnitudo quidem habet prius, & posterius positione, secundum quod habet

Fundam. Arist. Motus & tempus continuitatem & prius, & posterius habent ab ipsa magnitudine.

Nota 1.

Nota 2.

Prius & posterius in motu sunt à magnitudine, & in tempore à motu.

bet quasdam partes priores, quasdam posteriores, tanquam locus; locus habet positionem, ut dictum est in prædicam. Motus autem suum prius, & posterius secundario habet, nempe ab ipsa magnitudine proportionaliter, & correspondenter: ut id sit prius motus, quod est in priori magnitudinis, id posterius motus, quod est in posteriori parte magnitudinis. Tempus autem habet prius, & posterius correspondenter à motu: prius enim est temporis, in quo sit prius motus; posterius verò temporis; sub quo posterius est motus. (Alterum enim, id est, tempus sequitur alterum ipsorum, id est, motum per magnitudinem sequitur.)

Addit tamen vnum Notatu dignum; quod prius, & posterius, in motu sunt idem re cum motu, tamen ratio ipsorum diuersa est. Nam motus, ut motus, solum est actus entis in potentia; quod habeat prius & posterius, hoc ei accidens est, quatenus motus ab extremo vno in alterum procedit, vel per aliquam magnitudinem fit. Vide sententiam nostram, quam proposuimus lib. 1. de motu, non consistere motus in communi accepti essentiam in fluxu continuo, sed in processu formæ ab agente, vel agentis in formam, siue etiam patientis: Quod est dicere, esse actum entis in potentia, prout est in potentia, quamuis motus proprie acceptus includat successione & fluxum successiuum, ut ibi diximus.

At verò & tempus quidem cognoscimus. Tex. C.

Accepto in primo fundamentum motus habere prius, & posterius; accipit vnum alterum, puta, tempus esse aliquid motus, non motus secundum se, sed ut prius & posterius habet. Inde enim optimè colliget definitionem temporis. Probat autem quod dictum est: quia tunc determinatè percipimus tempus, cum cognoscimus, & percipimus motum: non quidem, ut actus est entis in potentia, sed ut prius, & posterius habet.

Explicatur. Cum lectio, ut actus quidam est, percipitur, non definitè tempus cognoscimus.

prius & posterius in motu sunt idem cum motu licet ratione differant.

2. Fund. Tempus est aliquid motus & tunc percipitur cum prius, & posterius motus percipitur.

cognoscitur: at cum in lectione id, quod præcessit, & id, quod secutum est consideratur, tunc tempus impensum percipitur.

Nota in quo consistit apprehensio temporis. Hoc igitur est, quod dicit Aristoteles, quod cum intellectus percipit duo nunc, vnum sub ratione prioris, & alterum sub ratione posterioris, tunc percipit tempus: nam cum percipit extrema ac distinguit, & medium extremorum distinguit. Est autem tempus, quod inter nunc clauditur. At quia supponit Arist. id tempus esse, quod terminatur nunc, dicit id verum esse & supponi debet absq; vlia in præsentia probatione.

Quando igitur tanquam vni. Text. CI.

Idem explicatur magis. Prosequitur explicare, tunc percipi tempus, cum prius, & posterius in motu percipiuntur, dicitq;. Cum ipsa nunc non distinguimus, sed vt vnum apprehendimus, tunc tempus non percipimus. Similiter, cum vnum nunc est, & non ad prius, & ad posterius relatum percipimus, non adhuc tempus apprehendimus: quasi tunc tempus apprehendamus tantum, cum in motu prius, & posterius percipimus. Colligit ex his definitionem.

Definitio temporis. Tempus est numerus motus secundum prius & posterius. Quasi dicat, non est aliud tempus, quam prius, & posterius simul ipsius motus. Clarius Tempus est illa motus successio, & fluxus secundum prius, & posterius. Est enim quedam quantitas motus, quæ quantitas consistit in prioris, ac posterioris fluxu. Vnde tempus motui inest, vt numerabile quid est, secundum prius, ac posterius. Imò est id, quod motum facit numerabilem secundum prius, & posterius. Et hoc præsentia sufficit: declarabitur enim hoc magis in futura questione hac de re.

Signum autem est. Text. CII.

Tempus esse numerabilem. Igno quodam à posteriori ostendit, tempus numerum merito dici, nã numero mensuramus, quod plus, minusve est: replicando enim vlnas, aut pal-

mas, mensuramus. Cum igitur tempore mensuremus motus partes, & mensurabiles sint, merito tempus quidam dicitur numerus.

Numerus duplex, numerans & numeratus. Quis autem sit numerus, explicat, dicens Numerum esse duplicem. Et numeratum, qui in ipsis rebus est; ratione cuius tales sunt numerabiles: vt numerus numeratus hominum, est numerus in ipsis formaliter existens, ratione cuius sunt numerabiles; sicut est linea mensurata illa, quæ in corpore aliquo inherens ipsum reddit mensurabile secundum longitudinem. Alter est numerus numerans, puta, ille, quem anima apprehendit abstractum ab omni materia, vt cum ternarium, quaternarium, & alios in se consideramus.

Tempus est numerus numeratus. Cum igitur tempus numerus sit, non est numerans, sed numeratus, puta, existens in ipsis partibus motus, ratione cuius motus numerabilis est formaliter, secundum prius & posterius. Nec idem est numerus numeratus, & quo numeramus, id est numerans, vt magis in questionibus elucidabitur.

Et vt motus semper alius. Text. CIII.

Tempus est successiuum sicut & motus. Magna est horum sex textuum difficultas, & interpretum varia expositio. Proponam id, quod mihi magis ex Aristotel. mente visum fuerit. Tempus igitur numerum prioris, & posterioris motus dixerat, modò tempus successiuum quid, sicut & motus, esse docet.

Inquit ergo. Sicut motus alius est, & alius, id est, partes habet succedentes diuersas, ita similiter & tempus. At ne quis, ob id, tempus non esse vnum arbitraretur, dicit, totum tamen esse idem; quamuis enim partes alias, & alias habeant, totum tamen vnum est.

Et reddit rationem. Quia vnicum est nunc, licet diuersum ratione. Sensus est. Prius, & posterius, quæ temporis partes sunt, diuersa inter se, vnum tamen continuum faciunt, cum copulentur vnicò nunc, quod est finis prioris, & principium posterioris; sicut punctum in medio li-

Nota. dio lineæ. Ad huius loci declarationem, facit tex. rzi. qui postea sequitur.

Ipsium autem nunc tempus metitur. Text. CIIII.

Quomodo habeat nunc ad tempus. DVo explicat de nunc ipso, & quomodo se habeat ad tempus, & quomodo vnum sit. Ita igitur se habet ad tempus, quòd ipsum metitur.

Primò notandum. Notandum verò, quòd tempus est numerus quidam habens duas vnitates. Altera est primus motus. Altera est posterior motus. Cumque ista distinguantur duobus nunc, possumus dicere, Tempus esse numerum duorum nunc, alterius prioris, alterius posterioris, non quòd ex ipsis duobus nunc tantum, quæ indubitabilia sunt, tempus componatur, vt arbitratus est Themistius: hoc enim esse non potest: esset enim nunc pars temporis: sed componitur ex nunc terminante partem priorem motus, & terminante altero partem posteriorem motus, ita, vt tempus sit numerus ipsarum partium distinctarum per diuersa nunc. Et hoc est, quòd dicit, nunc, vt habet rationem prioris, & posterioris, metitur tempus.

Secundò notandum. Notandum secundò, quòd cum tale nunc sit sicut vnitatis in numero: vnitatis autem multiplicatione sui numerum metiatur: per vnitates enim numeramus quemcunque numerum: optimè per huiusmodi nunc priora, & posteriora, quæ vnitatum rationem habent, tempus metimur, quòd numerus quidam est.

Ipsium autem nunc est quidè, vt idem.

Nunc est idem cum tempore, sed ratione diuersum. Explicat modò, quomodo nunc sit idem in tempore, & dicit quodammodo non esse idem, pars enim aliter, & aliter se habet, id est, quantum ad ipsum esse, & rationem ipsius, non est vnum, & idem in tempore composito ex prioris, & posterioris: quantum tamen ad subiectum, & rem ipsam, idem, & vnum est. Quasi dicat, est vnum re, ratione tamen non vnum, nec idem.

Ratio. Hoc autem exemplo explicare nititur, quòd & sit exemplum, & sit argumentum: Dicit igitur, quòd motus sequitur ma-

gnitudinem, & tempus motum, vt dictum est. Modò superaddit, quòd punctum sequitur mobile, quòd fertur, & per quòd in motu prius, & posterius cognoscimus. Vt enim mobile aliter, & aliter se habet in spacio, distinguuntur prius, & posterius in motu.

Similitudo ergo inter punctum, & mobile hæc est, quòd punctum vnum est re, continuans diuersas partes mobilis, ratione diuersum, prout eum vna, vel altera sumetur: est enim vnius principium, alterius verò finis, ita mobile vnum est in diuersis spacij partibus, ratione diuersum, vt hic & alibi est, sicut Sophista dicit, Coriscum esse alium, cum est in foro, & alium, cum est domi.

Tam ergo punctum in diuersis partibus mobilis, quam mobile in diuersis partibus spacij re est vnum, & idem, ratione verò non vnum, nec idem.

Ipsium autem nunc sequitur id, quòd fertur.

Nunc in motu se habet sicut mobile. Applicat modò exemplum, & primò assimilat nunc mobili ipsi. Vt enim mobile aliter, & aliter se habet motum, distinguit in prius, & posterius, sic etiam nunc ipsum, vt numeratur cum priori, & numeratur cum posteriori, tempus facit, & per ipsum tempus cognoscimus. Quòd est dicere. Sicut mobile motus est causa, dum per diuersas spacij partes procedit, sic & nunc temporis est causa, dum numerabilem motum facit procedendo à priori in posterius: duo enim nunc, & prius, & posterius, vt diximus, faciunt tempus.

Est igitur idem nunc re, quatenus prius, & posterius re vnum sunt cum motu, & motus vnum est, ob id, & nunc vnum esse idem nunc re, distinctum ratione. tamen ratio diuersa est. Nec vnum nunc, est formaliter, nam in ratione numerabilitatis, in quo consistit ratio temporis, & ipsius nunc, plura sunt nunc. vnum numerabile prius, alterum numerabile posterius, seu alterum accipitur pro parte posteriori, alterum vnum prioris numerabili, vt dictum est.

Et notum maximè hoc est.

Obiectio in Arist.

At quæ posset quis dicere, nò esse simile nunc mobili, quia per mobile cognoscitur motus in communi, & motus localis per id, quod localiter fertur, cum mobile sit compositum, & hoc aliquid: at motus non est hoc aliquid, est autem compositum notius: de nunc verò non sic.

Solutio.

Hoc remouet Aristoteles, dicens, esse etiam nunc magis notum: semper enim per ipsum cognoscitur. Vnde concludit nunc ipsum aliquo modo esse idem, aliquo modo non, cum sit simile ei, quod fertur, & mobili, & hoc est primum exemplum.

Explicatur adhuc solutio Arist.

Et vt ipsum perfectè intelligas, nota similitudinem clarè esse hanc. Vt mobile sumptum in spacio multipliciter facit motum, ita nunc in numeratione sumptum dupliciter, puta, prius, & postèrius, facit tempus, non quòd sit idem nunc ratione, quod sumitur in priori, & postèrii: sunt enim diuersa, sed re idem, & vnum est, quatenus prius ipsum, & postèrius non sunt separata, sed in vnico motu continuantur.

Vnde nò est tanta vnitas nunc, & mobilis: est enim maior mobilis, cum sit intrinseca, ipsius verò nunc extrinseca à motu, sed est vnitas proportionalis. Et admodum nota hanc expositionem: non enim opus est confugere ad imaginationum fluxum ipsius nunc per totum tempus, sicut puncti per lineam, sic enim doctrina non esset vera, sed imaginaria. Et præterea, quia sic tempus, vt continuu, consideratur, hic autem vt discretu consideratur, vt satis patet ex ipso contextu, ego sanè ita intelligo.

Manifestum est autem, quod et si tempus non sit. Tex. CV.

Tempus dependet à nunc, vt motus à mobili.

Stendit dependentiam temporis à nunc, sicut motus à mobili. Inquit, si non esset nunc, non esset tempus, nec nunc tempus non esset. Item quæ comparat nunc mobili, ponit hæc duo motu, & mobile, ex altera parte tempus, & nunc; & ostendit simul esse tempus

cum nunc, quia motus, & mobile, simul sunt, numerus ergo motus, & numerus mobilis simul erunt. At tempus est numerus motus, nunc autem quidem nò est numerus mobilis, quia nò est nisi vnum mobile, erit tamen vnitas mobilis, quæ pars est numeri, simul ergo erunt nunc, & tempus, sicut mobile, & motus.

Et continuum est tempus ipso nunc.

Stendit modò vnitatè ipsius nunc Tempus cò- alia via, puta quia assimilatur pù- tinuatur ip- sto continuante lineæ partes, ac so nunc, sic- ob id præsupponit tempus continuari ipso nunc, ac vnitatè ab eo haberi. Prius enim, & postèrius vnico medio nunc cò- tinuata vnum sunt.

Vnde etiam in hoc assimilatur nunc mobili. Nam ab ipso etiam sumitur motus continuus, & vnitas, nò ab ipso quidem se vno modo habente, sicut enim non esset motus, sed quies, sed ab ipso aliter, & aliter se habente, & faciente prius, & postèrius.

Cum igitur nunc continuet temporis partes, vt punctum lineæ partes, erit idem re in re, ratione diuersum, sicut & punctum, quod est principium vnus, & idem re sum sicut nis alterius partis: est igitur vnum nunc punctum in in tempore, siue tempus consideretur in linea- ratione discreti, siue in ratione còtinui, vt expositum est, & per duo exempla.

Sed cum sic quidem.

Tex. CVI.

Vttiliter respondet ad obiectiões. Obiectio. Cum enim dixisset vnicum nunc esse se, & duo ratione, sicut punctum, posset quis dicere, An cum dicitur, tempus esse numerum ipsorum nunc, sumamus vnū nunc re, & duo ratione, & sit numerus duorū ratione, sicut numerus duorum punctorū ratione.

Hoc remouet dicens, tempus esse numerum duorum nunc re, sicut si esset numerus duorum punctorum extremorum lineæ, nam sicut, si non esset, nisi vnum punctum re, quamuis essent duo ratione, non esset motus, ita si non esset nisi vnū nunc re nunc, non esset tempus: vt igitur

tur succedat tempus, & sic plura nunc re sunt necessaria, sicut sunt plures partes, puta prius, & postèrius.

Et in super manifestum est. Tex. CVII.

Nunc nò est pars temporis.

Ex hoc autem, quòd tempus continuum est, & nunc ipsius continuus, colligit non esse partem temporis, sicut nec punctum lineæ, nec diuisionem ipsius motus. Vocat diuisionem id quod partes motus continuat, quod indiuisibile etiam est, & ab alijs vocatur mutatum esse, de quo latius dicitur libro sexto.

Vnde concludit, quòd sicut lineæ pars linea est, & punctum non est linea, sic nec nunc est tempus, cum non sit ipsius pars, sed accidit temporis, id est, est terminus ipsius, vt exponit Philop.

Si tempus sumatur, vt quod discretu, nunc se habet, vt eius pars.

At si tempus in ratione discreti consideretur, & vt numerus est, tunc nunc numerat, & est pars, sicut vnitas numeri. Hoc tamen si sumatur cū ipsis partibus, quarum sunt nunc numeri, cum ipsis enim debent computari, & tunc tempus numerus est duorum, nunc, prius, & postèrius, vt exposuimus supra tex. 104.

Nota.

At nò, inquit, est numerus tempus, sicut ut numerus decem hominum, & aliorum, id est, numerus numerans, qui potest multis applicari, sed est numerus numeratus ipsorum, quod etiam supra docuerat.

Hunc esse sensum horum textuum ex istimo; nec mireris si nullam expositore in totum sequor: ex omnibus enim, quæ diligenti textus inspectione probabiliora mihi visa sunt, collegi.

CAPVT XII.

Quod igitur tempus numerus motus est.

Text. CVIII.

Explicatur definitio temporis.



Nfert ex dictis, tempus numerum esse motus secundum prius, & postèrius: sic autem esse numerum, vt sit continuu, cum sit numerus motus

continui, sicut numerus partium còtinuarum, continui & rationem habet. Vnde nec omninò discretum, nec omninò continuum est, sed vtriusque ratione participat: ex his autem vult concludere aliquas proprietates temporis.

Supponit autem, quòd numerus simpliciter, id est, numerans, & numeratus etiam, qui ex discontinuis componitur, meras habet minimum: nam dualitas ad sum- mum vnitas est minimum numeri. At quidam numerus numeratus, puta, qui est partium còtinuarum, sicut numerus duorum partium lineæ còtinuarum, talis, inquit, numerus aliquo modo habet minimum, aliquo modo non. Nam qua parte discretum est, minimum habet, cum vlt que ad dualia tem possit decrefcere: qua verò parte continuum est, minimo caret, cum diuisio còtinui in infinitum procedat versus minus.

Sic igitur erit tempus. Ratione discreti, minimum habet: est enim dualitas prioris, & postèrius: a ratione còtinui, nò habet minimum.

Manifestum autem est, & propter quid velox. Tex. CIX.

Stendit aliam temporis proprietatem. Qua parte enim discretum est, vocabula sibi discreti vendicantur: dicitur enim multu & paucum. Qua verò parte continuum, vocabula, & còtinui attributa: dicitur enim longum, dicitur breue etiam tempus. Velox autem, & tardum non dicitur: id enim velox, & tardu dicitur, quod mensuratur tempore, vt superius dictum est: At tempus non mensuratur altero tempore extra se: non igitur tardum, aut velox dicitur.

Et idem etiam vbique simul est. Tex. CX.

Etiam temporis proprietatem aperit, puta, esse idem vbique, id est, respectu eorum, qua sunt in tempore, vt idem est modo annus, & talis duratio apud omnes simul. Non enim modò ad hos, postea ad illos tempus idè peruenit, sed idem est pro omnibus, quæ sub

illo sunt, & simul. At temporis partes non sunt idem, & simul, sed quaedam succedunt alijs diuersis recedentibus.

Probat hoc. Quia tempus est numerus numeratus ipsorum nunc, cum ergo diuersa succedant nunc, diuersum succedit tempus: sicut numerus numeratus diuersus est pro diuersitate rerum numeratarum, quamuis numerus numerans, & formalis idem sit pro omnibus tali specie numeri numerabilibus.

Amplius autem ut contingit. Tex. CXI.

4. proprietas eo modo quo reuertitur idem motus, reuertitur idem tempus.

Quartum aliud habet tempus. Quod sicut regreditur idem motus, ita regreditur idem tempus. Regreditur quidem idem motus specie, qui factus est, sed non idem numero: ut redit eadem deambulatio, eadem cena, idem prandium, non numero, sed specie: ita idem dies, idem ver, eadem tempora regrediuntur, non tamen numero, sed specie eadem.

Non solum autem motum. Text. CXII.

5. Tempus contingit mensurari motu, & motus tempore.

Subdit aliud temporis attributum, quod motu mensuratur. Contingit enim tempore motum, & motu tempora mensurare: nam dicimus multum temporis, vel paucum temporis, in quo multa, vel pauca facta sunt. Sed differenter ad inuicem mensurantur: nam tempore metimur motum, tanquam mensura ipsum mensurabile, sicut qui pecunia mensurat singulos equos: at cum motu tempus mensuramus, est sicut cum mensuram mensurabili mensuramus, ut qui vno equo mensuraret: & pecunias multiplicando.

Et hoc rationabiliter accidit. Tex. CXIII.

Ratio 5. proprietatis.

Subdit rationem, quare tempus mensuramus motu, & motum tempore. Quia sicut se habet motus ad tempus, ita magnitudo, & spaciū ad ipsum motum. Contingit autem spaciū motu, & motum spacio mensurare: nam aliquando cognoscimus viam factam distan-

tiam per motum factum, ut cum quis deambulando defessus est, sentit viam longam esse factam. Aliquando etiam e contra, motum distantiam mensuremus, & spacio, ut cum quis a Neapoli Romam venit, per distantiam ipsam cognoscit tantum fuisse motum. Cum igitur sic motus, & magnitudo se habeant, eodem etiam modo tempus, & motus se habeant.

Ant tempus sit numerus motus secundum prius, & posterius.

Quaest. XII.



Non ab re erit, intermissa textus expositione, circa temporis naturam parum immorari, est enim difficilis valde. Aliquot itaque argumenta, ut veritas eluceat, proponemus.

Et primo contra ipsius existentiam sic. Cuius partes non sunt, nec ipsum est: at temporis partes non sunt: non ergo erit ipsum. Minor patet. Nam nunquam de tempore est: nisi nunc indiuisibile, quod non est pars. Præteritum, aut futurum non sunt, dum talia sunt: nam quod ipsorum est, instans est tantum.

Secundo. Si tempus esset, utique corruptibile esset: ergo cum corruptio sit in tempore, tempus corrumpetur in tempore, ac duo tempora simul erunt. Iterum per tam de alio tempore, in quo tempore corrumpatur, & cum debeat esse in alio, dabitur processus in infinitum: non ergo tempus est: nam in corruptibile esset: & sic non esset successiuum.

Tertio contra definitionem. Temporis partes continuantur termino communi: igitur continuum est: non ergo debuit defini per discretum.

Præterea, quod tempus sit numerus, vel est eius forma, vel non: Si non, ut quid definitur per numerum? Si sic, ergo tempus est in genere, & specie quantitatis discretæ, contra Arist. in prædicam.

Quod si dicas illum esse numerum partium continui, ob id continuum est. Hoc non valet: nam si sic est tempus discretum, sicut numerus duarum partium lineæ continuæ, profecto male definitur per

numerum, sic enim quodlibet continuū numerus est.

Quartum. Illud prius, & posterius, quod in definitione temporis ponitur. Vel est prius, & posterius spaciū, & hoc non, quia tale est permanens, sicut spaciū. Vel est prius, & posterius motus, & sic iam tempus esset motus, cum sit aggregatum ex partibus motus. Vel tandem est prius, & posterius ipsius temporis, & tunc tempus definiretur per tempus, & idem per suas partes quantitativas, ut linea est numerus partium lineæ.

Quintum. Quinto. Dicitur, quod tempus est mensura, mensura ut dicitur 10. Meta. est indiuisibilis, & minima: at tempus diuisibile est, & longissimū, non ergo est mensura.

Circa hoc Strato Philosophus discipulus Theophrasti, ut dicit Simpli. existimauit non bene tempus per numerum defini, cum sit quid continuum, ideoque ipse sic definebat. Tempus est quantitas in actionibus. Cuius sensum hunc esse arbitror. Sicut corpora habent dimensionem aliquam, & longitudinem, secundum quam ipsius corporis partes possunt permanere sumere, ita motus, & operationes, habent extensionem quandam, non eam, quæ corporum est, sed durationis cuiusdam, secundum quam habent partes non permanentes, sed successiuas, ac fluentes: & talis quantitas, & duratio tempus dicitur, ita Strato sentiebat.

Aliter definebat Plotinus, puta, Tempus est vita animæ in motu transeunte ex alia in aliam vitam. Cuius sensum existimo esse: quod tempus est successio transiens, apprehensa tamen ab ipsa anima, ita, ut non sit tempus, nisi cum in anima totam successionem simul intelligit, & percipit: ac ob id vitam animæ vocabat in motu transeunte. De hoc tamen inferius dicemus.

Alber. Saxo. q. 14. Tempus esse motum existimat, ita, ut res vna, sit vtrumque, quæ uis diuersis uocabulis significata, quam opinionem sequuntur Nominales, fugientes enim distinctiones realium, omnia idem esse uolunt, & solam uocabulorum differentiam faciunt: at uero vtrumque extremum fugiendum est. Ut enim di-

stinguere, quæ non sunt distincta, vitium est: ita non minus est vitium idem affirmare, quæ eadem non sunt.

Pro det. rminatione aut sit primū fundamentum. Quod motus geminas habet partes, quædam a mobili, quædam a spacio, & a latitudine, in qua fit motus. Verbi gratia, mouetur animal cum progreditur, hic motus, cum quoddam sit accidens in ipso mobili inherens, est extensum extensione subiecti, sicut albedo cum corpori inest: & secundum has partes diuiditur motus, diuisioe mobilis, ut alia sit pars motus, quæ est in capite, alia quæ in manu, alia quæ in alijs corporis partibus. Hæc autem partes simul sunt, ut cum vna est, altera sit.

At cum aliquid mouetur per spaciū aliquod, quia in spacio sunt partes diuersæ, priores, & posteriores, euenit ut motus per tale spaciū factum, habeant partes correspondentes spacio priores, & posteriores.

Sed non sunt partes motus, sicut partes spaciū: nam prius, & posterius in spacio permanentia sunt: at in motu non, sed in mutatione consistunt, quæ fluit, & non permanet.

Radix ergo prioris, & posterioris in motu, est prius, & posterius in magnitudine, sed alterum est vnum prius, & posterius in magnitudinis, puta motus a priori, & posteriori motu.

Sit secundum fundamentum. Hoc prius & posterius motus, quod in successione per spaciū consistit, ac inde fluit, efficitur & causat quandam durationem variabilem, ut alia sit duratione successione prioris, altera posterioris: & hæc talis duratio, & dimensio quædam ac extensio prioris, & posterioris motus, tempus est.

Vnde aduertendum, quod tempus duratio est, non quæcunq; est enim duratio quædam semper manens, nec variationem habens, sicut si fingeres hoc nunc indiuisibile manens, & non fluens, & talis duratio non est tempus, sed dicitur æternitas, ab antiquis tempus separabile: est autem to assimul.

Non sic tempus, sed est duratio successione, nec vno modo stans: ob id dicitur, est duratio motus prioris, & posterioris temporis.

1. fundam. r. Morus duplices habet partes. alias a mobili, alias a spacio.

Partes motus quæ pueniunt a spacio, non sunt simul, sed sibi inuicem priores, & poster.

Nota. Radix prioris, & posterioris in motu, est prius, & posterius in magnitudine, sed alterum est vnum prius, & posterius in magnitudinis.

Ex priori & posteriori in motu prouenit successio quædam variabilis.

Nota differentiam æternitatis & temporis.

id est, duratio semper mutabilis, & in eodem non permanens. Vnde tempus est effectus motus, & prius, & posterius in tempore, quæ secundum durationem sunt, ex priori, & posteriori motu consurgunt, quæ in successione circa spacium consistunt. Motus ergo prius, & posterius successione dicunt, temporis verò dicunt durationem, est enim tempus duratio variabilis.

3. fundam. Sit tertium fundamentum. Numerus duplex est. Et numerans, qui formalis dicitur, & numeratus, qui materialis vocatur. Numerus numerans, est abstractus à materia quacunque: vt ternarius secundum se, & quaternarius, & similes. Numerus verò est contractus in materia. vt numerus hominum, numerus lapidum. Differunt autem numeri hi, sicut figura abstractè considerata, & figura in materia aliqua.

Aduertendum præterea, quòd numerans, cum abstractus sit, communis est omnibus rebus, vt ternarius secundum se, communis est lapidibus, hominibus, & animalibus: at numeratus non, sed solum illis in quibus est, sicut ternarius hominum in ipsis est, & ternarius lapidum in ipsis lapidibus.

Vltorius, cum numerus numeratus sit in ipsis rebus, fit vt per ipsum formaliter sint numerabiles. Vnde sicut albedo in pariete, ipsum facit visibilem: ita numerus in ipsis rebus, ipsas facit, vt numerari possint, ob id numeratus dicitur.

At qui abstractus est, non facit ipsas res numerabiles, imò per ipsum numeramus res, quatenus res numerantes sub aliquo numero, quem mente habemus, complectimur, ac ob id talis numerus numerans dicitur.

Tempus ergo (vt dictum est) non numerus abstractus, sed numeratus est, puta, numerus partium motus prioris, & posterioris.

Aduertendum tamen diligenter, quòd numerus numeratus duplex est. Alter cuius unitates, & partes discretæ sunt in qualitate, vt numerus hominum, numerus lapidum, & similia: & talis numerus non est tempus, cum tempus continuum sit.

Alter est, cuius partes discretæ sunt qualitate, licet non quantitate, vt dicimus numerum partium eiusdem continui, cum partes etherogeneæ sunt: cum enim similes sunt, non faciunt vllum numerum propriè, talis numerus est tempus: nam tempus essentialiter dicit fluxum, & variationem partium, præcedentium, & subsequentium.

Ac ad explicandam hanc varietatem, dicitur numerus motus prioris, & posterioris, ac si dicatur. Est quantitas, & duratio quædam variis habens partes, puta, priores, & posteriores: & ita tempus consistitur motum, qua parte motus ex diuersis partibus constat, puta, prioris, & posterioris, & non quatenus motus similis est: nam partes motus, motus sunt, sicut partes temporis, tempus.

At in essentia sua tempus hoc habet, vt secundum diuersas partes fluat: ob id numerus dicitur, sed non numerus in discretione quantitatis, vt dicemus adhuc in solutione argumentorum.

His igitur suppositis sit prima conclusio. Tempus est, & non est motus, sed est aliquid motus. Quòd tempus sit, satis ex communi omnium consensu patet. Quòd verò non sit motus, (præterquam quòd manifestè id docet Aristoteles,) probatur.

Quorum species, & differentia sunt diuersa, & ipsa sunt diuersa: sed motus & temporis differentia sunt diuersa, similiter & species: ergo & ipsa diuersa sunt. Minor patet de differentijs. Nam tempus non dicitur velox, aut tardum, motus sic. Præterea, motus sursum, aut deorsum dicitur: non tempus. De speciebus patet. Nam augmentatio, alteratio, latitudo, species sunt motus, sed non temporis.

Præterea secundò. Quia tempus, & motus diuersas habent definitiones, vt notum est: sunt igitur diuersa.

At, quamuis non sit motus, aliquid tamen motus est, puta, ipsius passio, est enim illa extensio prioris, & posterioris motus secundum durationem. Et meritò motus passio ponitur: nam tempus cum variationem dicat, adiungitur natura, & accident-

Cur tempus dicatur numerus prioris in motu.

Tempus est.

Tempus non esse motum probatur primo.

Secundò.

Tempus hinc non sit motus, est tamen aliquid motus.

sentis, cuius esse variationem patitur, qualis res est motus.

Secunda conclusio. Tempus duratio quædam est, non quæcumq; sed partes habens in mutatione continua consistens: differt enim duratio, quæ æternitas est, hæc enim tota simul est, nec partes habet, sed in diuisibili consistit, at tempus partes habet, vt sæpè dictum est, ac ob id optime ab Aristotele dicitur numerus, quo explicaret partium variationem & diuersitatem.

Tertia conclusio. Tempus est mensura formalis motus.

Aduerte duplicem esse mensuram. Altera est formalis, quæ mensurata dicitur. Altera mensurans, quæ actiua dicitur. Mensura formalis est, quæ inherens alicui ipsum facit formaliter mensurabile, aut numerabile, sicut linea huic ligno inherens, ipsum facit formaliter mensurabile, id est, vt mensurari possit, & hæc ratio mensuræ inest cuiusq; quantitati respectu sui subiecti, eo enim, quo subiectum quantum est, vel discretum, vel continuum, mensurabile, aut numerabile est formaliter, sicut partes per albedinem formaliter sunt visibiles.

Mensura mensurans est, qua sumpta, vt quadam regula certa alia extra se mensuramus, vt vlna, vel palmo mensuramus alia quanta.

Differt autem vtraq; mensura, quòd formalis est in eo, cuius est mensura, cum sit illius accidentis, & forma, at mensurans est extrinseca rei numeratae, cum non sit illi inherens.

Vltorius, formalis inest cuiusq; quantitati: omnis enim quantitas subiectum facit mensurabile, at mensurans non inuenitur in omni quantitate, sed in certa, quæ sit parua, & minor re mensurata, vt sui multiplicatione mensuretur, vt palmo mensuramus quantitatem magnam spacij, tota ergo spacij quantitas mensura est formalis, nam mensurabilem facit totam pannum, at parua quantitas mensurans est.

Aduertendum igitur, quòd vtraque mensura inest tempori. Primò tamen formalis: ipsum enim est, quo formaliter mo-

Quomodo differat hæc duo genera mensuræ. Primò.

Secundò.

Vtrumq; genus mensuræ inest tempori.

tus mensurabiles sunt secundum prius, & posterius: at mensurare inest parti temporis, quæ assumitur, vt certa quantitas ad mensurandum totum motum. Vnde diebus, horis, annis, mensuramus ipsam multiplicandè, quòd si aduertis tempore & mensurante, mensuramus motum ratione temporis, vt mensuræ mensurata: sicut quantitate actiua aliqua mensuramus totum subiectum quantum, ita tempus vitæ alicuius, tempore quodam mensuramus. vtraque enim mensura est tempus.

Tamen communiter, & vniuersaliter tempus est mensura formalis motus; id est, nec ipsum motus formaliter redditur mensurabilis, & numerabilis secundum prius, & posterius, & per hæc patet conclusio, & sunt ista valde notanda.

Possimus igitur respondere ad argumenta, ex quorum solutione adhuc magis ista clara fient. Ad primam facilis est solutio, dicimus enim tempus esse, nam res successiuæ, & quarum natura non est permanens, non sunt, neq; existunt sicut res permanentes: harum enim partes omnes simul sunt: at rerum successiuarum non est vlla tota pars: id enim naturæ ipsarum repugnat, sed fat est, quòd aliquid continuatum partium ipsarum sit: licet enim tempus prius, & posterius non sint secundum se tota motio, est tamen nunc vtrumq; coniungens & terminus vtriusque, & hoc fat est ad ipsius existentiæ asserendam.

Ad secundum, inuenio aliquos dicendi modos. Aliqui dicunt, quòd nunc temporis corrumpitur in seipso, per vltimum sui esse, vt sit verum dicere, nunc modò est, cum ipsum est tamen immediate post hoc non crit, nec ex hoc sequitur, quòd sit corruptum est, vt patet. De tempore autem consequenter oportet dicere, vel quòd tempus corrumpitur in suo vltimo nunc, vt dies in vltimo nunc, & quæcumque alia pars temporis, & sic per vltimum sui esse definit, vel primum non esse: non tamen oportet, quòd nunc corrumpatur in alio nunc, nec tempus in alio tempore, & sic dicit Simpl.

At Alexan. 3. Meta, cap. 5. text. 17. dicit.

Ad 1.

Ad 2.

Variæ sententiæ de termino corruptionis ipsius nunc. An sit intrinsecus vel extrinsecus.

1. Sententiâ Simpl.

temo-

Secūda sen-
tētia Alex.

tempus non corrumpi, nec generari; si-
militer ipsum nunc, quod idem dicit hic
Albert. tract. 3. cap. 1. dicit non corrumpi
aut generari nunc, sed incipere, aut desi-
nere esse.

Explicatur
quomodo
corrumpi-
tur nunc.

In cuius declarationem aduerte: quod
non quidquid est, quod antè nō erat: nec
quidquid est, & postea non erit, est gene-
rabile, aut corruptibile; non enim valet
consequentia: hoc non erat, & modò est:
ergo generatū est: nam generatio, & pro-
ductio, & motus ipse de nouo sunt, & an-
te non erant. sep̄e tamen non est facta ge-
neratio alia generatione, nec motus alio
motu: esset enim processus in infinitum,
vt docet Arist. lib. 5.

Si igitur motus non fit, nec generatur,
(nā est ipsum fieri, nec generari: & tēpus
est cum motu.) Nec tempus generabitur,
aut corrumpetur, quamuis desinat esse,
vel incipiat esse. Vnde non oportet aliud
tempus constituere, quo sit, & fiat tēpus:
sicut nec est alia mutatio, qua fiat muta-
tio, quod si tempus definit, vel incipit esse
secundum partes, & nunc, id est, quem-
admodum dixi prius. Hæc obserua.

Ad tertium.

Ad tertium attende, quod tempus nō
est numerus partium quantitatis discre-
tione, sed qualitate partium: Quod est di-
cere. Non sic tempus numerus est prioris,
& posterioris, quasi hæc in quantitate dif-
creta sint, sed in qualitate, cum alia ratio
prioris, alia posterioris sit. Quod autem
sic est numerus, est continuum quācum,
& tale est tempus: vnde Stationis defini-
tio in re non est diuersa ab Aristot. defini-
tione, cum motus quantitas illa sit tem-
pus, tamen exactior est definitio Aristot.
quæ explicat: in quo tempus formaliter
consistit, puta in duratione variabili: nō
ergo ad quantitatem discretam, sed ad
continuum tempus reduci debet, vt dictū
est in prædicam.

Dubium, an
tempus sit
numerus
prioris, &
posterioris
illius q̄ est
pars ipsius
motus.
r. Motus
dicendi.

Ad quartum, vna occurrit difficultas,
An, cum tempus dicitur numerus prio-
ris, & posterioris motus, ibi prius, & poste-
rius sint ipsius motus partes, ita, vt tem-
pus non sit aliud, quam duæ partes mo-
tus; An non sic, sed quod tempus sit alia
quantitas præter prius, & posterioris mo-
tus. Communiter enim videntur dicere

interpretes, tempus esse illum numerum
duarum partium motus: quod videtur
inconueniens, nam tunc idem erit prius,
& posterioris temporis, & motus, & eadem
continuitas, cum tamen text. 104. aliud
prius, & posterioris in tempore, aliud in
motu, aliud in magnitudine ponatur: si-
militer de continuo.

Alij dicunt, quod tempus est quanti-
tas quædam, & nō partes motus: ponunt
que motum habere quantitatem conti-
nuam, ratione cuius partes habet, & præ-
ter hanc ponunt tempus. Plures alij sunt
modi dicendi, quos omitto. at secundum
nos res est manifesta, qui superius propria
diuisibilitatem assignauimus temporis,
motui, & spatio, & omnes illas ostendi-
mus esse inter se distinctas.

Vnderespondeo, ad argumētum cum Solutio.
S. Thom. tex. 191. quod prius, & posterioris D. Thom.
quæ in definitione temporis ponuntur,
sunt ipsius motus in ordine ad spatium.
& hoc nō tollit motum habere alias par-
tes à spatio: nam definitur tēpus per sub-
iectum, & genus, sicut qui dicitur indivi-
sibilis, est aptitudo hominis ad risum, ita
tempus est numerus motus prioris, ac
posterioris, ac si clarissime dicas, Tempus
est quædam duratio, & velut longitudo
mouentis se per partes diuersas priores,
ac posteriores spatij alicuius, & loci.

Ad quintum, facilis est solutio: mensu-
ra enim mensurās est, quæ debet esse cer-
ta, indiuisibilis, id est, minima, & parua,
non tamen mensura mensurat: hæc au-
tem primo temporis conuenit, vt declara-
tum est in conclusione tertia. Hactenus
de quæstione hac.

An sit vnicum nunc in toto tempore.

Quæst. XIII.

Irca titulum aduerte, quod sensus quæ-
stionis. sicut lineæ partes puncto in-
diuisibili copulantur, ita et-
iam partes temporis: quodam
indiuilibili continuantur, quod dicitur
instans, aut Nunc. Est autem d. ff. ultas,
an vnicum sit instans per totum tempus,
ita, vt nō sit aliud tempus, quam vnicum
instans, aliter & aliter se habens. & in hoc
difficultatem facit Aristot. qui text. 104.
docet

Prima sen-
tētia D.
Thom.
Quomodo
explicantur
aliqui D.
Thom.

docet nunc esse in tempore, sicut vnum
mobile in motu, S. Tho. 1. p. q. 10. artic. 4.
ad 2. & Alber. lib. de quatuor coræ quæuis.
q. 3. articu. 12. videntur asserere esse vnicū
Nunc per totum tempus.

Discipuli autem S. Tho. explicant ip-
sum in hac sententia, quam sequitur Ca-
pre. 2. d. 2. q. 2. sic eā explicans dicit, quod
in linea est pūctum intrinsecū, & est aliud
extrinsecum. Intrinsecum est, quod in ip-
sa est linea continuans eius partes, & hu-
iusmodi sūt multa pūcta in linea. Aliud
est extrinsecum, quod suo motu lineam
totam facit, & hoc vnicum est per totam
lineā. Dicitur autem extrinsecum, quia
non est in linea, vt continuans, cum sit
per totum: nec est pars, cum sit indiuisibi-
le. Ita dicit in tempore, esse nunc intrin-
secū continuans partes ipsius, & hoc non
vnū, sed multa sunt: est aliud extrinsecū,
quod non est aliud, quā præsentia mo-
bilis facientis tempus, quatenus est sub
mutato esse, & indiuisibili motus, & tale
vnum est per totum tempus. Hæc autem
non secundum imaginationem tantum
ponunt isti doctores, sed etiam in re: imò
dicunt motum distingui realiter à tem-
pore, sicut à mobili.

Reijcitur
illa exposi-
tio.

Ista explicatio sententiæ D. Tho. non
probat. Nam nō potest percipi, quæ res
sit illud punctū extrinsecū, nisi ipsamet
linea, nam quod dicitur punctū suo mo-
tu lineam facere, id locū habet in imagi-
natione tantum: nā multis probat Arist.
li. 6. punctum separatū moueri non pos-
se. Quod si sumas punctū existens in cor-
pore mobili, cui videtur responderi linea
tanquam spacium, illud punctum non fa-
cit lineam illā, imò præsupponitur pun-
cto, sicut spacium mobili. Quod si sumas
punctum aliquod separatū, impossibile
est quod faciat lineam: non enim in vilo
genere causæ non quantum, & indiuisibi-
le, potest facere diuisibile: non igitur tale
pūctum est, nisi per imaginationem Ma-
thematicam.

Vnde consequenter nunc non potest
esse vnum, nam præsentia mobilis nō est
formaliter nunc, quāuis sit eadem, nō ta-
men ob id, vnum nunc est. Nam si sumas
mobile, vt est sub motu, sicut nunquā est

sub vnica parte motus, nisi sub alia, & a-
lia, & sub vno, & alio mutato esse, ita non
est semper sub vnico nunc. Adde quod si
vnum nunc esset per totum tempus pro-
cedens, iam tempus esset ex nunc solis cō-
positum, nam ideo Arist. docet punctum,
si sit separatū, non posse moueri per li-
neam aliquam, quia linea tunc esset com-
posita ex punctis, punctum per lineam
gradiens nō tangeret, nec mutaret ali-
ud, quā puncta.

Quamobrem existimo non esse vnum
formale nunc per totum tempus, sed plu-
ra, & plura, quod expressè docet Aristot. 3.
Meta. c. 5. tex. 17. in fin.

Ad id aut, quod Arist. dixit, esse vnum
nunc, respondet Simpl. quod ob id instā-
tia, & nunc secundum se vnum dicuntur,
quamuis plura sint, quia non habent, per
quid distinguantur, vt sola consideran-
tur. Scot. lib. 3. Meta. loco citato, dicit esse
vnum specie, non numero. Themist. dicit
esse vnum subiecto.

Existimo ergo esse dicendum, sicut in
textu exposuimus, quod cōparatio Arist. in
hoc consistit, quod mobile diuersis in
partibus sumptū spacij motus est causa,
ita nunc sumptum in priori, & in poste-
riori facit tēpus, nō tamen quod sit pro-
fus idem nunc ratioe, sed subiecto, id est,
quod non debet multiplicari subiectum
cum nunc, sed idem subiectū est: nunc ra-
men multiplicatur formaliter. Nō enim
est tanta vnitas mobilis in motu, quanta
nunc in tempore, cum illa sit maior, quia
ipsum mobile est subiectum, quod vnum
est: at nunc ab ipso subiecto vnitatem ha-
bet. Hæc est etiam sententia Græcorum,
nec oppositum reperitur in S. Tho. vt et-
iam ex d. se pulis ipsius aliqui cōsistentur.

Circa distinctionem temporis à motu
non opus est ex professo id contendere.
Sat est, quod tēpus non realiter à motu,
sed ratione, sicut motum à mobili instan-
tium ponimus, & omnes ratioes opposi-
tum probantium non conuincunt, nisi
hanc formalem distinctionem: nam hæc
sufficit, vt res habeant diuersas definitio-
nes, sicut in diuersis prædicamentis, & ge-
neribus, possint inuicem separari, vt mul-
toties dictum est, quamuis contraria etiā

Alia variæ
sententiæ
quomodo
sit vnum
nunc in tem-
pore.

Consensio
authoris cū
sententia
Græcorum
& D. Tho.
Quomodo
differat tem-
pus à motu.

opinio sit probabilis. Ad textum redeamus, nam quæ circa temporis naturam restant, in processu ipso examinabimus.

Quoniam autem tempus est mensura motus.

Tex. CXIII.

Quid sit esse in tempore. Postquam explicuit quid sit tempus, explicat, quid sit esse in tempore, & quæ dicantur esse in tempore. Primum, explicat quid sit motum esse in tempore, & hoc ex definitione: cum enim tempus sit numerus, & mensura motus, non erit aliud motum esse in tempore, quam motum mensurari à tempore, ita, ut ipsi tanquam mensuræ subdatur, ut sicut tempus partes habet non simul, ita etiam ipse motus.

Intermittit autem, quomodo motus mensuretur à tempore: & loquitur de mensura mensurate, de qua diximus, q. 12. Dicit, quod motus aliquam partem mensuramus parte certa temporis, postea per illam mensuramus totum motum multiplicando: sicut in continuo sumimus unam partem longitudinis certam, puta, unam, & hanc multiplicando, totum spacium mensuramus, ita tempore certo partem motus mensuramus, puta, die, aut anno, aut mense, & postea talem partem multiplicando totum motum mensuramus.

Quid mensuretur in motu. Ostendit autem, quid mensuretur in motu. Dicit duo in motu mensurari. Alterum est ipsius quantitas, quam à spacio habet. Alterum est ipse esse, (nam ens successivum est) ob id totus motus tempore mensuratur: unde ob id in principio textus dicit, tempus mensuram esse motus, & moveri. Per motum, intellexit esse motus, per moveri quantitatem ipsius, quam habet, dum sit in magnitudine, ut explicat S. Tho. Est igitur motum esse in tempore, ab eo mensurari.

Manifestum est, quod & alijs.

Tex. CXV.

Quid sit in univsum esse in tempore. Hinc colligit in univsum esse in tempore, non aliud esse, quam mensurari à tempore, & habere successivum: & mutationem cum ipso tempore, quod est mensura successiva, & mutabilis.

Hoc autem probat distinguendo dupliciter sensum, qui potest esse huius, quod est in esse tempore, & excludendo illorum unum.

Esse in tempore potest facere hunc sensum, Esse, quando tempus est: Ut illa dicantur esse in tempore, quæ sunt, cum tempus est. Alter sensus est, ut esse in tempore sit, sicut esse in numero.

Dupliciter autem aliqua dicuntur esse in numero. Vno modo, quia partes, vel accidentia ipsius sunt, ut par, impar, & unitates in numero sunt. Altero modo, quia à numero continentur, & numerantur, puta, quia numerus ipsorum dicitur esse, ut denarius hominum, & aliorum.

Unde possumus colligere, tripliciter potest dici esse in tempore. Vno modo esse, cum tempus est, Altero modo, esse par aliquid esse, aut passionem temporis, Tertio, à in tempore, tempore mensurari. Dicit, quod duobus ultimis modis aliqua dicuntur esse in tempore: nam tempus numerus quidam est: ob id, sicut in numero, sic etiam in tempore aliqua dicuntur esse, nã nunc, prius, posterius tanquam aliquid temporis in ipso dicuntur esse. At reliqua omnia, quæ in tempore esse dicimus, ut in mensura, quadam in ipso sunt successiva, tamen, si cur res in loco permanenti.

Manifestum autem, & quod non est. Tex. CXVI.

Excludit primum modum, quo dicitur esse in tempore, quia sunt, cum tempus est. Dicit, quod sicut non dicitur esse in loco, aut in motu esse, cum locus, aut motus est, sic necesse in tempore: nam sic possumus dicere, quod cælum est in grano milij, quia est, cum hoc est, imò quodlibet esse: in quolibet.

Uterius probat. Nam esse in tempore cum tempus est, profectò est quid accidentale: accidit enim, quod tempus sit illud, cum res est: & accidit rei, quod tempus tale sit: similiter de loco, & motu: at esse in tempore dicitur connexionem necessariam, ut unum non accidat alteri: habet enim habitudinem ad illud in se, & necessarium sicut mensura ad mensuratum.

Quod est dicere, si non esset aliud esse in tempore, quam esse cum tempus est.

accidentale hoc esset, & posset esse, quin tempus esset: at esse in tempore non sic, non enim potest esse id, quod est in tempore, sine tempore quodam, sicut nec mensurantur sine sua mensura.

Quoniam autem est in numero. Tex. CXVII.

Quo se habeant ea, quæ sunt in tempore. Ostendit qualiter se habeant ea, quæ sunt in tempore. Hæc enim continentur, & exceduntur à tempore, sicut numerus excedit numeros minores, & unitates sub se contentas. Hinc est, quod nulla eorum, quæ in tempore sunt, ipsi tempori equalia sunt, sed alicui parti tantum, aut præteriti, aut futuri, aut utriusque.

Ratio. Et ratio huius superioritatis est, quia quæ sunt in tempore, continentur ab ipso, sicut, quæ sunt in numero ab ipso: quæ autem in numero comprehenduntur, minora sunt ipso: unde evenit, quæ in tempore sunt, omnia finita esse.

Res patitur à tempore. Non solum autem à tempore exceduntur, sed ab eo patiuntur, quod probat ex communi dicto omnium. Nam dicere confuescimus, omnia tempore tabescere, & alia senescere, alia obliuisci.

Nota. Et nota per hæc tria vocabula notari omnia, quæ in tempore sunt: nam tabescere, & corrumpi omnibus inest etiam inanimatis: senescere viventibus, obliuisci hominibus. Hæc autem tempore adveniunt.

Dubium, an sit generatiois causa ipsum tempus, sicut & corruptionis. Responsio Aristot. Dices, an tempus sicut est causa corruptionis, est ne generationis, ut causa pulchritudinis, & perfectionis circa talem, iuventutis circa senectutem, recordationis circa obliuionem. Respondet non, & causam dat. Quia tempus in motu consistit: motus autem recessus est à propria dispositione, quam res habet ob id, quæ moventur, magis ad corruptionem accedunt: & propter hoc tempus corruptionis potius est causa.

Obiectio. Solutio. Nota tempus præcise nec esse causam generationis, nec corruptionis tempus solum causa est: effectus

enim particulares hi à causis proueniunt particularibus, & tempus horum causa dicitur, quia in ipso fiunt, ut inferius in tex. 128. dicit Arist.

At hoc interest inter generationes, & perfectiones, ac corruptiones: quod generationes habent sæpe causas determinatas, ob id non attribuantur temporibus, at corruptiones ex indeterminatis causis proueniunt, ut ruinae, mutationes, & variationes aliarum, & hæc temporibus tribuuntur, & ita dicit Philop.

Adde etiam tu, quod non solum cum causa indeterminata est, sed etiam corruptiones aliarum, quæ secundum naturam sunt, tribuuntur tempori magis, quam generationes, quia motus continuus, qualis tempus est, potius est causa corruptionis: nec verò perfectionis causa est, nisi quatenus inuenit rem dispositam, ut perfectioni sit proxima: tamen sua continuatione ab illa perfectione expellit rem, & in corruptionem impellit, ob id per se causa corruptionis dicitur, non tamen solum tempus causa est, ut diximus, & patebit inferius.

Quare manifestum est.

CV M dixisset, quæ in tempore sunt, excedi, & superari à tempore, infert, res semper existentes non esse in tempore, cum non continentur, nec superentur à tempore, qualis est Deus gloriosus, & intelligentiæ. Adducit autem signum, quod non patiuntur à tempore: non enim corrumpuntur, non senescunt, non tabescunt, sed vno modo se habent, ut docet, 1. cæli, tex. 100. dicit autem, quæ semper sunt, quatenus semper sunt: nam ista, quæ semper sunt, habent aliqua, quæ non sunt semper, ut sol mutat loca varia, & secundum hos situs, & mutationes temporibus subditur.

Ex quibus perfecte colligitur, quid sit esse in tempore, puta, mensurari à tempore, vinci à tempore, pati à tempore, quæ partes mensurantur tempore, euenit, ut quæ faciunt, non possint, tota simul possidere: Vnde non est tota cœna simul, non tota lectio, sed pars expellit partem, pars expectat partem. Præterea, si vincuntur à tempore, non sunt perpetua, si à tempore

poropatiantur, multis miseris, varietatibus, ac mutationibus sunt exposita.

Quoniam autem tempus est mensura. Tex. CXVIII.

Quietem esse in tempore.

Quoniam autem tempus est mensura. Tex. CXVIII. Vm dixisset quid sit esse in tempore, & motum esse in tempore, ostendit modò quietè esse in tempore: per accidens tamen, id est, per aliud, vt explicat Philop. nempe, per motum: nam tantum esse quietem mensuramus tempore, mensurantes simul aliquem motum.

Obiectis.

Obijciat quis, quomodo, cum tempus sit quid motus, potest aliquid esse in tempore, quin sit in motu, non ergo quiescètia videtur esse in tempore.

Solutio.

Respondet, tempus non esse motum, sed numerum motus: ob id, potest aliquid quiescens esse in tempore, sicut etià in numero, quin sit in motu. Subdit tamen, quæ dicantur quiescere: illa nempe, quæ sic non mouentur, vt moueri sint apta, vt ià dictum est: est igitur quies in tempore.

Esse autem in numero est esse.

Res aliæ sunt in tempore secundum motum & quietem.

Vt ulterius ostendere res alias esse in tempore, secundum motum, & quietem, ac propterea dicit, esse in numero est, quòd sit numerus rei illius, & quòd sit mensurabilis res per talem numerum. Si igitur numerus fuerit tempus, sic erit in tempore esse, quòd à tempore mensuratur, & quòd tempus illius sit. Cum igitur tempus sit aliquid motus, mensurabit utique quæ mouetur, & quæ quiescunt: quies enim priuatio motus est: Priuatiuorum autem eadem est regula.

Quare quod mouetur. Tex. CXIX.

Res non sunt in tempore ratione suarum quantitatum, sed secundum quantitatem suorum motuum. Nota.

Concludit res ipsas, quæ mouentur, & quiescunt, non esse in tempore secundum suam quantitatem, sed secundum quantitatem suorum motuum. Cum tempus sit mensura motus, idem etiam de quiete, sed per accidens: illa autem, quæ nec mouentur, nec quiescunt, sed prorsus immobilia sunt, in tempore non sunt.

Notandum igitur, quòd motus per se in tempore est: ipsius enim primò tempus est mensura, per motum quies: per motum, & quietem substantiæ sunt in tempore.

Manifestum igitur est.

Tex. CXX.

Ostendit ea, quæ non sunt, quomodo sunt in tempore. Dicit quòd ea, quæ non sunt ita, vt non possint vnquam esse, vt diametrum esse commensurabilem, & impossibilia, ista non sunt in tempore. Et ratio est, quia huiusmodi nullum habent ordinem ad motum, aut quietem, per quæ res in tempore sunt.

Quæ verò sic non sunt, vt possint esse, vel fuerint, vel futura sint, hæc in tempore sunt: qualia generabilia, & corruptibilia. Dat rationem: quia hæc superantur à tempore: nam maius est tempus his, quæ sic non sunt. Nam quæ erunt, exceduntur à tempore secundum præteritum: quæ fuerunt, exceduntur secundum futurum: quæ autem nunquàm sunt, non vincuntur à tempore, ob id non dicuntur esse in tempore.

Forum autem, quæ non sunt.

Diuidit ea quæ non sunt, sed in tempore sunt, & à tempore exceduntur. Quædam fuerunt, vt Homerus: quædam erunt, quædam partim fuerunt, partim erunt, vt manifestum est. Vocat autem futurum ad vtrumuis, quia potest esse, & non esse. At ea, quæ nec sunt nec fuerunt, nec erunt, non continentur à tempore. Explicat autem, quæ sunt ista. Ea nempe, quæ sic non sunt, vt opposita ipsorum semper sint: id est, impossibilia, quorum opposita necessaria dicuntur: neutra autem in tempore sunt, quia non vincuntur à tempore: illa enim semper non sunt, hæc verò semper sunt. At quorum opposita non semper sunt, qualia sunt contingentia, hæc generabilia, & corruptibilia sunt, & talia omnia à tempore continentur, & superantur, ac ob id dicuntur esse in tempore. Patet ergo motus, quietes, res mobiles, & quiescibiles, generabiles, ac corruptibiles in tempore esse.

Forum autem, quæ non sunt.

Diuidit ea quæ non sunt, sed in tempore sunt, & à tempore exceduntur. Quædam fuerunt, vt Homerus: quædam erunt, quædam partim fuerunt, partim erunt, vt manifestum est. Vocat autem futurum ad vtrumuis, quia potest esse, & non esse. At ea, quæ nec sunt nec fuerunt, nec erunt, non continentur à tempore. Explicat autem, quæ sunt ista. Ea nempe, quæ sic non sunt, vt opposita ipsorum semper sint: id est, impossibilia, quorum opposita necessaria dicuntur: neutra autem in tempore sunt, quia non vincuntur à tempore: illa enim semper non sunt, hæc verò semper sunt. At quorum opposita non semper sunt, qualia sunt contingentia, hæc generabilia, & corruptibilia sunt, & talia omnia à tempore continentur, & superantur, ac ob id dicuntur esse in tempore. Patet ergo motus, quietes, res mobiles, & quiescibiles, generabiles, ac corruptibiles in tempore esse.

CAPVT XIII.

Ipsum autem nunc.

Tex. CXXI.

Diuisiōnes aliquot explicat, quibus aliqua diuersimodè dicuntur esse in tempore, quæ sunt in tempore. Res diuersimodè sunt in tempore.

Explicitatur illa differentia tēporis. Quid sit nūc in prima acceptione. sex; puta, Nunc, Aliquando, iam, Nuper, Quondam, Repetē, incipit autem ab ipso Nunc; duoque distinguit nunc, Alterum est, cuius hucusque meminit, & hoc duplici proprietate, & officio distinguit. Alterum est, quòd est temporis cōtinuatio, id est, quo tempus futurum, & præteritum continentur. Alterum, quòd est terminus vtriusque, puta, præteriti finis, principium verò futuri. Discrimen autem ponit inter nunc, & punctum lineæ, cui etià hæc duo competere videntur. Punctum tamen est quidem permanens, sed nunc non permanet, sed recedit cum ipso tempore.

Ne autem quis existimaret nunc tempus distinguere actu, ita, vt duas partes temporis actu separatas faciat: id remouet, docetque non actu diuidere: sed potestate, quatenus si actu tempus diuidendum est, (quod quidem intellectu contingit, vt dicit Philop. tunc in nunc esset diuisio facienda, sicut in puncto diuiditur linea.

Ostendit statim hoc nunc, quòd diuidit, & quòd etiam vnit, vnicum esse re, diuersum tamē ratione. Sicut in linea mathematico intellectu abstracta, punctum, quòd diuidit potētia, & punctum, quòd vnit, aliud est ratione, sed vnum re: Ita, & nunc, vt cōtinuat, vnum est: vt huius principium, illius finis est, ratione diuersum est.

Ipsorum igitur nunc, hoc quidem. Tex. CXXII. Hæc est prior significatio ipsius nunc. Altera est, qua significatur tempus proximum presenti nunc: quòd enim parum distat à nunc presenti, siue præteritum sit, siue futurum, reputatur pro nunc; vt, nunc veni, nunc veniam dicitur, quia hodiè veni, aut veniā: at tempus remotum non dicitur nunc, vt satis notum est.

Ipsum autem aliquādo tempus est. Tex. CXXIII.

Explicit secundam differentiam temporis, puta Aliquādo. Dicit autem, quòd tempus determinatum non

Explicit secundam differentiam temporis, puta Aliquādo. Dicit autem, quòd tempus determinatum non

Explicit secundam differentiam temporis, puta Aliquādo. Dicit autem, quòd tempus determinatum non

Explicit secundam differentiam temporis, puta Aliquādo. Dicit autem, quòd tempus determinatum non

nunc presenti, sed præterito, aut futuro: vt aliquando capta est Troia; aliquando erit diluuium. Cum igitur, Aliquando, sit tempus distans à nunc presenti; alio nunc aut priori, aut posteriori determinatum, colligit, quòd ab hoc nunc presenti, vsque ad illud, seu futurum, seu præteritum, erit tempus quātum terminatum, quòd dicitur Aliquando.

Si verò nullum tempus. Tex. CXXIII.

Vbiūm proponit, quòd ex dictis suboritur. Si enim Aliquando est tempus determinatum alio nunc à presenti, cū omne tempus sit Aliquando, videbitur omne tempus esse finitum, quòd remouetur per interrogationem, dicendo motum esse infinitum, ac ob id tempus consequenter esse infinitum.

Ad dubium autem (quantum existimo) respondet, dicendo, quòd si esset idem, Aliquando sæpè sumptum, esset finitum tempus, cū tamen sit aliud, & aliud, semper Aliquando, tempus erit infinitum: quòd autem sumatur, & sit nouum, & nouum. Aliquando, semper, ex motu patet, qui semper alius, & alius est: Consistit igitur eius solutio in hoc, quòd dato, quòd omne Aliquando finitum sit, semper tamen, & incessanter sunt noua, & fuerunt noua Aliquando, ob id tempus infinitum est.

Vt utrum autem modo loquendi interrogatio pro affirmatiuo, vt sæpè solet.

Sed tamen Aristoteles ipse decipitur in hoc, motum, & tempus infinitum ponendo, vt latius dicemus, in libr. 8. vbi id examinabitur ex professo.

Quoniam autem ipsum nūc. Tex. CXXV.

Probat, temporis infinitatem ex ipso nunc, nunc enim est principium, & finis: at hæc non habet respectu eiusdem, aliàs opposita secundum idem, vni incessent: sed respectu diuersorum, præteriti quidem est finis, futuri principium.

Ex hoc patet, quòd semper tempus est in fine, & principio: nam est nunc, quòd futuri est principium: non ergo definit tempus.

tempus. cum semper sit in principio, est enim nunc quod principium est futuri, est autem tempus in fine, & principio. Sicut linea circularis concava simul, & convexa, ratione tamen diuersa, sed idem re: ita tempus in principio, & fine, quare idem sunt.

Not. error in ratione Aristot.

Aduertendum, quod hoc falsum est: non enim omne nunc, est principium, & finis, sed datur, quod fuit principium, & non finis, cum tempus inceperit, sicut in linea finita dantur puncta extrema, quae sint principium, & finis, ut dicitur in libro octauo.

Ipsam autem iam. Tex. CXXVI.

Quid sit esse iam.

Explicat tertiam differentiam temporis, quae est iam. Iam enim dicitur futurum, aut praeteritum parum distans a nunc praesenti, ut iam veni, iam legam, id est, parum est, quod veni, parum restat, ut legam.

In quo differat a nunc.

Et non confundaris: non enim est iam idem, quod Nunc in posteriori significatione, ut aliqui existimant. Nunc enim dicit tempus propinquum nunc praesenti: dicit autem ipsum, ac si esset nunc, id est, per modum praesentis significat: iam dicit propinquum, sed per modum futuri, vel praeteriti: quae verò distat a nunc praesenti, non dicitur iam, ut notum est.

Ipsam autem nuper. Tex. CXXVII.

Quid sit esse quondam nuper, repente.

Res alias temporis differentias explicat. Nuper dicit propinquum, nunc praesenti, praeteritum tamen. Quondam, seu Olim, dicit praeteritum distans. Repente dicit tempus paruum, in quo facta est mutatio: quod quidem tempus adeo est paruum, ut propter ipsius paruitatem distingui, ac dignosci non possit quantum fuerit. Haec omnia notissima sunt.

Mutatio omnis natura remota est. Tex. CXXVIII.

Quo tempus sit causa corruptionis.

VM ostendisset differentias, quibus existunt in tempore etiam, quae non

sunt, regreditur ad explicandum quomodo tempus sit causa corruptionis. Dicitque; quidam sapientissimum vocabat tempus, quasi in tempore scientiae comparatur: at Pythagoras dicitur. Paro indoctissimum vocabat, quasi scientiae pereant cum tempore: laudat autem magis hoc dictum: nam tempus magis per se causa est corruptionis, quam generationis: quod probat ratione facta superius: Quia mutatio, ut talis est, remota est, & corruptio magis: per accidens verò generationis causa est. Haec rationem superius declarauimus.

Probat etiam signo. Videmus enim non fieri quicquam, nisi sit causa aliqua: at videmus corrumpi, nulla apparente causa, & tales corruptiones damus temporis, non quod tempus sit causa illarum, sed quod in tempore fiant, & causa particularis non apparet, sicut apparet in generationibus. Repete tex. 117.

Post haec epilogat quae dicta sunt, puta, Epilogus tempus esse, quid est tempus, & quot modis dicatur Nunc, & quae sint aliae temporis differentiae, nempe iam, Nuper, & reliquae praedictae. Aristot.

CAPVT XIII.

His autem nobis sic determinatis.

Tex. CXXIX.



Epitet propositione superius positam, ut modo ipsa probet. Est autem propositio. Omnis mutatio, & omnis motus est in tempore, ac tempore mensura: ut, & quod mouetur, ac mutatur, in tempore mouetur, ac mutatur. Hanc probat duplici ratione. Prior ratio. Velocius, aut tardius in tempore sunt: at motus motu velocior est: igitur motus in tempore est. Minorem explicat, dicendo, quis motus sit velocior. Inquit, illum esse velociorem, qui citius fit, & peruenit ad eundem terminum, quam alius: duplici tamen conditione. Altera, ut sit per idem spatium: nam si vnum mouetur ab A, in B, per arcum, alterum per cordam, licet tempus sit aequale, tamen velocius moue-

Omne mutationem, & omnem motum esse in tempore.

mouetur id, quod per arcum. Similiter est altera, quod motus sit regularis. Nam etiam si sit eadem magnitudo profus, tamen vnum deformiter, alterum vniformiter mouetur, non ob id erit velocius, quia citius mouetur. Sunt enim alia pensanda, de quibus dicitur in libro 7. latius: haec enim obiter tangit Aristot. & non ex professo.

At verò prius in tempore est.

2. Ratio.

Alteram facit rationem. Prius, & posterius in tempore sunt: at prius, & posterius sunt a motu: motus ergo in tempore est. Quod prius & posterius sunt in tempore, probat: quia prius, & posterius sunt distantiae ab ipso Nunc, sed Nunc in tempore est, nam distantia, & termini ad idem pertinent.

Explicat autem quod alio modo prius, & posterius sunt in praeterito tempore, alio in futuro. In praeterito enim quod a nunc praesenti remotius est, prius dicitur, quod autem propinquius, dicitur posterius. At in futuro e contra, quod remotius erit, dicitur posterius, quod magis proximum, prius. Haec omnia etiam parum aduertenti facillima sunt, & textus clarissimus.

An omnia entia sint in tempore.

Quaest. XIII.

Rationes in oppositum.

Vastio haec mouetur propter aliquam, quae videtur dubium facere circa dicta Aristot. Primò dicit. Omnem motum esse in tempore. Videtur falsum; Motus caeli motus est: at non est in tempore, cum non superetur a tempore: est enim ita aeternus, sicut tempus, quod est ipsius passio.

1. Argumen.

Secundum.

Secundò dicit. Omnem mutationem esse in tempore. Videtur etiam hoc falsum: nam mutatio substantialis est in instanti: similiter illuminatio, visio, & alie huiusmodi: non ergo sunt in tempore.

Tertium.

Tertio dicit: Res esse in tempore ratione motus. Contra: Esse rerum generabile, & corruptibile est mutabile, & variabile: ergo substat tempori, & experientia ostendit, quod vitam rei, & esse, tempore metimur.

Quarto circa id, quod dicit, Quae semper sunt, non esse in tempore. Contra: Differentiae ipsius temporis de Deo praedicatur. Est enim nunc Deus, & fuit heri, & semper: ergo non erit in tempore.

Aduertendum primò; (ut in textu explanatione docuimus) esse in tempore non solum est, esse cum tempore est, sed in tempore mensurari ab illo, superari ab illo, & pati ab illo. Mensurari autem ab illo, est se illi adaptare iuxta ipsius naturam; ut sicut partem post partem tempus habet, nec simul est totum, ita etiam quae ab illo mensurantur, superari est, quod sint minora, quam totum tempus, ita, ut tempus maius sit quocumque sub contento; & inde provenit, quod passibilia sint, & alterabilia, quae sub ipso sunt.

Aduertendum secundò, quod secundum Aristot. (ut paulò inferius dicemus) Tempus diuersimodè est mensura: aliter ipsum facit mensurabilem, aliter alios motus inferiores: similiter aliter est mensura motus illius, aliter horum inferiorum.

Primò tempus facit motum primi caeli mensurabilem, formaliter, & intrinsecè; sicut mea quantitas me formaliter facit mensurabilem, quia in me inest; reliquos verò motus facit mensurabiles extrinsecè, per haec, quae ipsi subduntur.

Accipe exemplum. Sume lignum magnum, & superpone spatio, tunc mensura lignum; mensurabis quidem spatium simul, quia ligni illius longitudo vtrumque facit mensurabile: sed differenter, lignum in trinsecè, spatium extrinsecè. Ita tempus, cum sit primi motus passio, illum facit formaliter mensurabilem; at reliquos motus extrinsecè, quatenus velut ipsi supponuntur: sunt enim motus in tempore.

Similiter intellige de mensura mensurante. Aliter enim tempus mensurat motum caeli, aliter horum inferiorum. Motum enim caeli mensurat intrinsecè, sicut pars totum, at reliquos motus extrinsecè, sicut vna pannum.

Accipe exemplum, sit pannus aliquis, dupliciter mensurari potest. Vno modo vnica ipsius particula, quam multiplicando co-

1. Fundam. Quid sit esse in tempore.

2. Fundam. Tempus diuersimodè est mensura: primi motus caeli, & aliorum motuum.

Exemplum.

idem est de mensura mensurante.

Exemplum.

do co.

do cognoscitur totius quantitas. Altero modo vna extrema multiplicata. Ita cum motum cæli temporaneum mēsuras, accipis horam, aut diem, quæ est pars illius moti quanti: at reliquos motus eodem die, aut hora mēsuras, sed sicut per vlnā externam. Hæc admodum nota.

3. Fundam.

Aduertendum tertio, quod nō solum hic loquimur de motu locali, sed etiam de reliquis motibus, puta, alterationibus, & augmentationibus. Hi enim etiā tempore mēsurantur. At tempus non, nisi passio motus localis cælestis, ab Aristot. ponitur.

Ad primū.

His suppositis ad primum argumentum respondetur, quod motus cæli non est mēsurabilis, nec est in tempore secundum se totum, secundum Aristot. sic enim infinitus est; est tamen secundum omnes partes suas, & tales à tempore superatur, vnde quod de motu mēsuratur, totum finitus est: mēsurantur autem omnes partes copulatiuæ, sed non copulatiuim, vt loquar Dialecticè. Et est hæc sententia Albert. Saxon. q. 55. & bene dicit, infinitum enim immēsurabile est, secundum se in totum.

Ad secundū
Solutio
Auer.

Ad secundum Auer. com. 129. quem sequitur Alber. tract. 3. c. 15. dicunt, quod mutatio dupliciter accipitur. vno modo pro fine motus, vt cum accipitur pro generatione sola substantiæ, quæ est terminus alterationis: non enim quicquam generatur, nisi alteratione præcedenti; similiter illuminatio pro productione luminis, quæ est terminus motus localis; nam dum sol fertur, lumen producit, & sic dicunt non esse in tempore. Altero modo accipitur mutatio pro toto motu cum termino, vt pro alteratione simul cum generatione, & illuminatio pro latione, cum luminis productione, & sic est in tempore, est enim successiua.

Reijcitur
Solutio
Auer.

Ista responsio omnino mihi non placet, nam generatio, & illuminatio sunt mutationes distinctæ à motu locali, & ab alteratione, vt notum est: debent ergo habere aliquam mēsuram. Cum enim dicuntur esse termini, non sic sunt termini, vt faciant vnum motum per se: sunt enim termini extrinseci: vnde latio cum

illuminatione nunquam constituit vnicam per se speciem: præterea, quia dicimus generationes, & mutationes rerum, temporaneas esse: fatendum ergo est in tempore esse.

Ob id dicerem, quod esse in tempore dupliciter contingit. Vno modo proprie, & adæquatè, & sic sunt illa, quæ successiue habent cum tempore diuisibilem. Altero modo, vel in adæquatè, & talia sunt, quæ sunt in nunc temporis indiuisibile.

Nec existimes, quod esse in nunc temporis est tantum habere totum suum esse in vno nunc; hoc enim non sufficit, sed simul in nunc habere esse, & cum ipso nunc recedere: & sic istæ mutationes dicuntur esse in tempore, cum in nunc temporis sint.

Ad tertium Alber. tract. 3. cap. 10. dicit Ad 3. ex Al.

substantias quantum ad esse Physicū esse berro. in tempore; Vocat esse Physicū substantiam cum sensibilibus quantitatibus dispositam, puta, formam in materia sensibili; at non est vt cunq̄ cum tempore, cum sit permanens talis substantia, sed est nunc temporis, prout aliter, & aliter se habet in tempore; nam tales substantiæ aliter, & aliter se habent, cum variabiles sint; at secundum essentiam, & definitionem suam non subdunt tempori.

S. Tho. 1. p. q. 10. art. 5. dicit esse rerum corruptibiliū, esse in tempore: cuius mentem, vt intelligas, considerare oportet, quod in tempore esse, dupliciter contingit, loquendo non de nunc, sed ipso tempore.

Vno modo per se primò, & hoc est, quod dupliciter secundum se à tempore mēsuratur, nec aliquid esse aliud esse potest, quàm motus, qui sic cessius est. Altero modo, secundario, & per aliud; & hoc est id, quod motui, & mutationi in se subditur, qualis est substantia corruptibilis: vnde in tempore quidē absolutè est, nec alia est ipsius mēsuram quærenda, sed non immediatè subditur tempori, nisi per actiones, & mutationes suas: dico mutationes suas, quia substantia cæli non est in tempore, quamuis ipsius motus in tempore sit, quia non habet mutationem, nec alterationem aliquam circa suum esse.

Ad vl.

Ad vl.

Ad vltimum dico, quod Deus coexistit tēpori: similiter & Angeli, quia sunt quando tempus est, non tamen sunt in tempore, cum in se successionem non habeant: præsertim Deus, qui nec in suo esse, nec in suis operationib. habet successionem in se.

Quod si illi tribuimus differentias tēporis, id est secundum modum nostrum intelligendi: & per tales differentias non successionem, sed durationem volumus solum significare, ipse tamen in æternitate indiuisibilis est totus.

Angeli verò in Aeuo: Aeuum enim est mēsiura, qua mēsurantur incorruptibilia, quæ tamen habent operationes successiuas, sicut Angeli, & cæli; reliqua sunt in tempore, vt dictum est.

Dignum autē consideratione.

Tex. CXXX.

Preponit
Arist. circa
rationes tēporis
dubia.

Postquam de tempore dixit, aliquot circa ipsum proponit dubitationes, quibus magis, quæ dicta sunt, explicatur. Est primum dubium, Cur tempus dicatur esse vbique, puta in terra, in mari, & omni in loco. Alterum dubium est. An tempus sit extra animam ita, vt ipsius essentia nō depēdeat ab intellectu.

Ad primū,
quō tempus
sit vbique.

Ad primum responderet, quod cum tempus sit passio motus, ac motus sit vbique, consequenter tempus vbique dicitur esse: in quocunq̄ enim loco aliquis motus reperitur.

Vtrum autem cum non sit anima. Tex. CXXXI.

Ad 2. dubiū
quō tempus
pendeat ab
anima.

Secundam soluit dubitationem, & rationem hanc facit. Si non est possibile esse, quod numeret, vel numerare possit, nec erit numerus, nec numerabile: at tempus numerus quidam est: ergo si nullum sit possibile numerans, nec tempus erit. Cum autem intellectu, & anima rationalis sit id, cuius est numerare, si non sit vllus intellectus, non erit tempus, nisi quantum ad id, quod est, id est, nisi ratione motus, & durationis materialis.

Imò addit, quod si non esset anima, nec esset motus, si motus sit ab anima, quod dicit propter Platon. qui existima-

bat motum cæli esse ab ipsa anima cuius tunc autem remota anima, remoueretur motus cæli, quo ablato reliqui auferentur. Vide igitur, quomodo tempus absq̄ intellectu non est numerabile.

An tempus sit ens rationis, vel reale.

Quæstio XV.

Sensus quæstionis est, an ita tempus dependeat ab intellectu, quod non sit, nisi existente intellectu. Circa quam difficultatem, quæ digna est contemplatione, Auer. cō. 131. dicit in motu esse duo. Vnum formale, & id numerus est. Alterum materiale, & id motus est. Ratione materialis tempus ab anima non dependet, at ratione formalis dependet, vnde est medium ens, inter rationes, & reale, cum partim in intellectu consistat, partim in rebus. hoc sequitur Iandu. q. 27.

Ratio pro hac sententia duplex est. A. Ratio protera est, quia tempus formaliter in numero esse consistit: at hoc non consistit absq̄ intellectu numerante: ergo tempus formaliter ab anima dependet.

Alterata est, tempus, nec secundum totum, nec secundum partem existit vnquam, quod enim in re est, indiuisibile est: at aliqua pars diuisibilis, aut totum, non est, nisi per intellectum apprehendentē: ergo tempus ab anima dependet.

At ista sententia est absq̄ dubio intolerabilis, & est commētum quoddam nullum habens fundamentum, quam merito reprehendit Alber. cap. 3. & 10 & in primis sunt rationes apertæ contra ipsam.

Prima, si tempus formaliter est ens rationis, ergo est in specie entis rationis, nam à forma sumitur species, & penes ipsum formale iudicium de re sumitur, cuius generis, & speciei sit: ergo non pertinet ad vllum prædicamentum, nec ad quantitatem: nam prædicamenta entia realia sunt formaliter.

Secundò. Si tempus formaliter est ens rationis, cessante in intellectu ipsius operatione actuali, non erit actu tempus, sed potentia, ita concedit Iandu. sed re vera, falsissimum est. In primis, quia tunc esset

Pp motus

motus locales, & aliorum generum: haberent ergo acta mensuram. Quis enim patitur audire, quod motus elementorum non fierent in tempore actu, quod perinde est, ac dicere, quod non fierent in tempore, nisi quis sit actu comprehendens tempus: quod a fierere indignum est philosopho: est enim tempus mensura physica, realis, sicut motus: sunt enim utraque passionis entis naturalis.

3 Contra Auct.

Præterea, ergo si res est numerabilis ab intellectu, ergo aliquid est in rebus, ratione cuius sit numerabilis: sicut si paries est visibilis, aliquid est in ipso, ratione cuius sit visibilis: hoc autem, cum sit reale, non destruetur, destructa potentia, ut quamvis visus destruat, non destruitur color, sed etiam in se: & ex se manet visibilis: non ergo destruetur destructo etiam intellectu id, ratione cuius motus numerabilis est: id autem tempus est: Nam tempus non est numerus numerans in anima, sed numeratus in rebus, puta, in motu: & hæc est ratio Alber.

4. Contra Auct.

Præterea, quartò ex Arist. in prædicâ. ad aliquid. Destructo sensu, & scientia, non destruitur scibile, nec sensibile: sed sic se habet id, quod est numerabile ad animam numerantem, sicut sensibile ad sensum, & scibile ad scientiam: ergo numerante ablato, non auferetur numerabile. Nec fat est dicere, quod iam non erit numerabile, hoc tamen non auferit, quin sit id, quod est numerabile, & ratione cuius erit numerabile, unde rectè dicit Simplic. digiti quinque essent, etiam si nullus unquam numeraretur.

Quinta contra Auct.

Præterea quintò. Secluso, & semoto quocunq; intellectu, in motu est prius, & posterius, & ratio utriusque non est eadè, ergo est tempus, secluso intellectu.

Sexta contra Auct.

Sextò circa primam rationem oppositæ opinionis arguitur. Nam ex illa probatur, quod omnis numerus est ens rationis, cum numerabile sit, quod si ens rationis est, iam discretæ quantitas non est genus reale, quod est absurdissimum.

Septima contra Auct.

Præterea, septimò circa alteram rationem. Nam ex illa etiam probatur motum esse per intellectum, cum nulla ipsius pars consistat, nisi tota simul per intellectum.

Quis autem audebit motum, qui passio est potissima entia naturalis, & via est in formam realem, cõcedere ipsum esse ens rationis.

Igitur dicamus nos cum Alber. & S. Th. opuscu. de tempore, c. 1. & in præsentia, quod tempus formaliter est ens reale, & hoc etiam egregiè fatetur Simplic.

Sententia D. Tho. & Alber. & Simplic. Primum, secundum, tertium, & quartum.

In cuius declarationem advertendum primò, cum Simplic. in tempore duo consideramus. Vnò, quod ipse est essentia, & hoc est duratio quedam partium motus prioris, & posterioris. Alterum est: velut quedam passio, puta, numerabilitas quedam, & mensurabilitas partium. Essentia quidè temporis absoluta est, & ablato quovis intellectu, maneret: passio respectiva est, & ad numeratorem refertur. Sed hoc duobus modis. Vel actu, ut cum res numerata est, & mensurata: & tunc requiritur alterum terminum, & correlativum numerantem, & mensuratum: & ita ablato eo, auferitur esse numeratum actu. Altero modo in potentia, est passio, id est, mensurabilitas ipsa, & numerabilitas, & hæc refertur ad numerum mensurantem in potentia, ut scibile ad scientiam, Quare, ablato eo actu mensurante, non auferitur rei mensurabilitas, ablata tamen potentia eius, si non esset possibilis numerus numerans, nec possibilis mensura mensurans, tunc nec esset potentia mensurabile, aut numerabile.

Aliud mensurans, & mensuratum, aliud mensurabile potentia. Mensurabile, & numerabile, tum potentia, tum aptitudine, seu non repugnancia.

Sed tamen adhuc esse mensurabile, & numerabile, bifariam intelligi possunt. Aut ut dicant potentiam physicam ad hoc ut possint mensurari, & numerari. & hæc potentia si non esset possibilis potentia activa, quæ posset mensurare, & numerare, absque dubio nulla esset passiva. Aut dicunt solam aptitudinem, vel non repugnanciam. & hæc aptitudo esset etiam, si nullus posset mensurare, ut cælum est divisibile, etiam si nulla sit potentia numerans, quæ illud dividat: & species Solis est ex se apta, ut sit in pluribus individuis, nec repugnat ei ex se, etiam si per nullam causam naturalem id fieri possit.

Igitur potentia activa ablata, auferitur potentia & passio numerabilitatis, & hoc est, quod hic dicit Aristoteles: licet ex se, & in.

& in se talis esset res, & eius essentia non potentiam habens, sed aptitudinem, ad id tantum, & non repugnantiam.

Et hæc doctrina bene consonat cum his, quæ diximus alibi, Quantitatis enim natura in quadam formali ratione extensionis aut discontinuationis partium consistit, passio est mensurabilitas, aut numerabilitas.

Secundum fundamentum ex D. Th.

Advertendum secundò cum S. Th. in præsentia textu, qui optimè notavit, quod ista numerabilitas, aut mensurabilitas non dependet ab intellectu creato: hic enim non est rerum causa: sed ab intellectu primo, qui omnium est causa: Unde quantumcunque nullus esset homo, nullus intellectus creatus, adhuc res numerabiles, adhuc mensurabiles essent respectu divini intellectus. Unde antiqui numeros non dependentes à nobis, sed rerum causas ponebant.

Nota.

Quod si Arist. dicit, quod si nulla esset anima, id est, si nulla esse posset, nullus esset numerus, ut numerabilis, procedit ex supposito, scilicet, quod sola ipsa sit, quæ numeret, quidquid per animam non nostram solam intelligit: sed omnem intellectum lato sumpto vocabulo, ut patuit, cum dixit, quod etiam motus auferretur, anima ablata.

Nota.

Advertendum tertio, quod tempus quantum ad suam totalitatem, ut contra suas partes distinguitur à nobis in dies, & annos, & omnes eas concipimus, non est nisi per intellectum, quia in re non habet partes has simul: si quas tales simul habet, id est, per intellectum apprehendendum aliquod tempus simul totum, ut diem, horam, aut annum, non tamen hoc facit ipsum esse ens rationis: habet enim existentiam realem, quæ cum successiva sit, non est sicut aliarum permanentium, ut habet omnes partes simul, sed per instantas, vel per aliquod indivisibile sui. Et hoc fundamentum est ex Alber. cap. 10. & ex S. Thom. in præsentia.

In hoc aliquot ex discipulis eius, nescio an ipsius mentem perceperint: putant enim falsò ipsum dicere esse ens rationis, male ipsum cum tamen id non dicat: dicit enim realiter existere, sed non habere totalitatem

& in.

aliquam, scilicet respectu partium sic apprehensarum simul existentium, nisi per intellectum, & hoc quidem etiam de motu, & de quocunq; successiva est verum, non tamen ob id colligens esse ens rationis, & hæc sentio de ista difficultate.

Argumenta autem in oppositum ex Ad argumentis manet soluta: primum enim ex primo fundamento, secundum ex tertio solvantur.

Dubitaverit autem aliquis. Tex. CXXXII.

Tertiam ponit dubitationem. Cum enim tempus numerus motus sit, dubium est, cuius motus si numerus sit numerus ipsum tempus. Sunt enim motus plures, puta, Alteratio, Augmentatio, Latio, Generatio: Respondeo, quod est numerus unicus cuiusque, quatenus motus est, non ut alteratio est, non ut augmentatio, aut latio: sed ut motus in communi, & simpliciter.

At ne quis putaret tempus esse numerum duorum motuum, id excludit, dicens, quod est numerus unius motus continui, sed cuiusque, puta, aut lationis, aut cuiusvis alterius: ita exponit Philop. & alij.

Sed est nunc motum esse, & aliud.

Quartam ponit dubitationem consequentem ex præcedenti. Si enim tempus est numerus cuiusvis motus, cum sint diversa mota, seu mobilia, unum, & aliud, erunt etiam diversi motus, & sic singulorum motuum erunt singuli numeri: erunt ergo plura, tamen æqualia simul, puta, si plures æquales motus simul sint. Et per interrogationem dicit non esse plura tempora simul, dicens. Tempora quæ simul sunt, & æqualia, vnum esse, & idem: at quæ simul non sunt, tantum specie vnum sunt, ut duo dies, duo menses, quæ simul non sunt.

Ponit vnum exemplum notandum, si sint plures septenarius simul, lapidum, hominum, & equorum, hi quidem materialiter differunt, tamen idem numerus formaliter sunt: Sic plura sunt tempora materialiter secundum motum pluraltatem.

tem, vnus enim latio, alius alteratio, vnus velox, alter tardus est: at tempus idem est.

Aut tempus sit vnum numero.

Quaestio XVI.

Quaestio haec diligenti indiget contemplatione. Themistius duo argumenta facit contra Aristot. quae insoluta reliquit nobis, quae a nobis erunt examinanda, quorum primum est contra tex. 132. vbi dicit Aristote. tempus esse numerum aliorum motuum, non solum localis, sed alterationis, & reliquorum, sic argumentatur. Quia illi motus non habent prius, & posterius, cum non per spacium aliquod fiant, nam Aristot. a spacio sumperat prius, & posterius motus, cum definiuit tempus. Alterum, cum dicit, tempus esse idem, & vnum omnium motuum: aut loquitur de identitate specifica, aut numerica: Si specifica iam tempora duo simul sunt aequalia, & duo nunc: si de numerica, vnum numero tempus, quo modo in multis potest esse motibus subiecto differentibus?

Quod si in illis non sit, quomodo tempus est passio, & habitus motus, vt dixit tex. 130. Haec Themist.

De vnitae autem temporis inuenio quosdam asserentes esse vnicum numero, in omnibus motibus: in vno quidem, puta, primi mobilis intrinsecè, in reliquis extrinsecè, vt dictum est superius, huius sententiae est Alber. cap. 17. est etiam San. Thom. in tex. hoc vsque in fine libri, est Auerr. etiam quidquid velit laudat, nam in comm. 132. dicit tempus esse numerum motus cuiusuis, sed differenter, nam motus primi est numerus, & forma ipsius, aliorum numerus tantum, ac si dixisset illius motus esse intrinsecam mensuram, aliorum extrinsecam. Cum igitur ille sit vnus motus, erit vnum tempus, nam non habet nisi vnicum subiectum; Et in comm. 133. dicit, quod tempus esse idem potest intelligi dupliciter. Aut quod singuli motus habeant sua tempora, quauis dependant a primo: Aut quod omnia referantur ad vnicum tempus primum, &

1. Argumen.

2. Argumen.

1. Sententia
D. Thom.
Alb. Auerr.
Tempus est
vnum num.

non sit aliud, & hoc secundum approbat.

In opposita sententia est Greg. 2. sentent. 2. Greg. Iano. d. 2. q. 1. & Ocha, cum nominalibus, & Ian. Philop. &c. du. quæst. 22. & (quod notandum est) Simpl. etiam respondens argumento Themist. cuius sententiam explanabimus postea. Hi omnes dicunt, tempora esse plura secundum pluralitatem motuum, ita vt quilibet motus suum habeat tempus. Videtur interdum etiam Philopo. huius opinionis, quamquam variè loquitur, vt patet, in Tex. 99. & 134. Aliqui autem Graeci, vt Alex. Eudemus, & Iamblicus in hac quaestione explicanda aperte videntur confugere ad decreta Platonis de Ideis.

Sed quia est a nobis partim sustinendum esse tempora plura, in motibus pluribus, proba id ex Aristot. & ratione. Ex Aristot. quidem primum, text. 130. dicit tempus vbi que esse, quia vbi que motus reperitur, cuius passio, & habitus est tempus. Ex hoc collige, si tempus vnum est, non potest inesse pluribus motibus differentibus, quia id implicat, si non inest ipsis, non ergo erit, vbi motus sunt: nec dicitur ipsorum habitus, habitus enim inest.

Quod si dicas: sat est, quod mensuret omnes motus, licet non sit in ipsis. Hoc nil valet, nam non sufficit id, vt dicatur esse, vbi motus est, non enim mensura, puta, vlna, vbi que dicitur esse, nec habitus dicitur propter mensurata extrinsecam, quae vbi que sunt.

Præterea tex. 132. dicit tempus esse numerum cuiusuis motus. Quæro, An sit numerus numeratus, an numerans. Numerans non est, vt dicit Aristot. Si numeratus, ergo non est distinctus, nec separatus ab ipsis motibus: debet ergo pluralificari cum motibus: nam vnum numero impossibile est esse in hæc suè in pluribus.

Præterea, eodem text. vt dicebamus, dicit, quod sicut plures septenarij vnus numerus dicuntur, ita est idem tempus: sed illa, est identitas, & vnitae specifica cum pluralitate numerica: ergo talis erit vnitae tempus, aliàs exemplum esset ineptissimum.

Sed ad rationes deueniamus. Sit primum argumentum. Vnusquisque motus

1. Proba. à testimonio Arist.

Obiectio. Solutio.

2. à testi. Aristot.

3. à testi. Arist.

1. Ratio primum argumentum. eadem sententia

tus habet suum prius, & suum posterius distinctum ab alijs: ergo & suum tempus. Consequentia est nota: Nam ex priori, & posteriori fit tempus. Antecedens est certissimum. Nam sicut sunt diuersa spacia, per quae fit motus: ita diuersa erunt priora, & posteriora.

2. Ratio.

Secundo. Tempus consequitur motum, vt motus est, siue ille sit motus primi corporis, vel alterius. Hoc enim per accidens est: ergo vbi que motus est, ibi suum proprium est tempus. Et hoc argumentum profectò conuincit. Quis enim potest intelligere, quod motus primi mobilis habeat tempus in se, & non motus aliorum orbium, cum si per aliquam potestiam auferretur illud primum, adhuc maneret tempus.

3. Ratio.

Tertiò argumentor cum Aug. 11. confess. ca. 23. in illo praelio Iosue cessauit motus caeli per horas tres. Vbi videmus tempus fuisse absq; motu caeli. Per hoc autem cognoscimus hanc veritatem physicam motum illum non solum habere in se tempus, sed etiam alios.

1. Conclusio.

Duplex est tempus, principale: alterum secundarium. Tempus primum est, quod aliorum est causa, & ipsa antecedit, quale est tempus caeli: fundatur enim in motu, qui omnium aliorum est causa, & tale vnum est, nec plura esse possunt. & de hoc negat Aristoteles duo aequalia esse simul.

Secundarium tempus est extrinsecam du ratio cuiuslibet motus, & hoc purificatur, & multiplicatur secundum multitudinè motuum, vt probatum est.

Et proculdubio S. Tho. & alij dicentes esse vnicum numero tempus, loquuntur de hoc primo & principali, & extrinsecam mensura & communi omnium aliorum, quod sit vniuersalissimum, & communissimum. Et sic est D. Thomas defendendus, & interpretandus: sic etiam viri plerique doctissimi, ex eius d. sup. interpresantur.

Secundo annotandum, quod quamuis ista tempora sint in ipsis motibus, tamen non vnum illis ad ipsos mensurandos motus, sed tempore caelesti, & hoc, quia

Vnum tantum est tempus primum, & secundarium plura. Nota.

2. conclusio. Non vnum tempus secundario ad mensurandum.

non sunt nota & manifesta. Scias enim, quod tempus nisi coniungatur cum aliquo sensibili, notum non est, vnde prouenit, quod tempora aliorum motuum tunc discernimus, cum aliqua qualitate ex illo afficiamur, puta, quia mouentes defessi sumus, vel quid simile: At tempus caeli est notissimum propter lumen, quo fiant dies, & noctes: ob id tali motu vnum proprium mensura mensurata, & mensura motuum omnium aliorum eo modo, quem q. 4. explicui: ac ob id vnum esse tempus fatentur omnes, videlicet commune, & vniuersale, omnium mensura, tamen hoc non aufert, quin multa sint particularia tempora, hoc est particularia, & propriae durationes singulorum motuum propriae.

Dicendum tertiò, quod isto tempore caeli vnum loco vtriusque mensurae, propter quatuor. Et quia notissimum est omnium, & quia maxime est vniuersale, & regulare, & quia perpetuum est: & ita continet sub se quodcumq; aliud, & quia commune est omnibus, nam assistat cuiusq; alij motui, & tempori. Mensura autem debet esse communis omnibus mensuratis, ac reliquas habere condiciones. Ob id nemireris, si Aristot. tempus motui caeli tribuat, cum illud sit mensura communis omnium motuum, quam communem mensuram Physicus indagat, & contemplatur, & ob has etiam causas hoc solum vocari solet tempus per antonomasiam: aliae vero particulares durationes singulorum motuum propriae non ita dicuntur quidem durationes, sed non tempora absolute nec simpliciter: & obserua istam doctrinam.

Iuxta quam possumus respondere, ad argumenta Themist. nam alij non habent aliud argumentum, quam doctrinam Aristot. sed iam ostendimus secundum Aristot. mentem plura etiam particularia tempora esse, vnum tamen omnium primum.

Ad primum Themist. (licet non sit ad rem praesentem admodum,) dicitur, quod in alijs motibus etiam est prius, & posterius, non penes spacium, sed penes latitudinem formae. Vt diximus enim in praecedentibus, forma secundum quam estal-

3. conclusio. Tempore caeli vnum proprium mensura propter quatuor.

Ad arguat Themist.

Ad 1.

teratio, & augmentatio gradus, & partes habet, aut intensiois, aut extensionis: at Aristot. explicuit de motu locali, quia id erat euidentius, vt dicit Simpl.

Generatio verò, & corruptio non habent prius, & posterius, quia substantia in instanti producit: at Aristot. numerauit inter motus hosce, quia non est sollicitus modò determinare, an sit instantanea, nec ne.

Ad 2. Ad secundum dico, quòd tempus dicitur vnum numero, si primum est, dicitur autem absolute vnum specie, sicut plures septenarij vnus sunt numerus, vt docet ipse Arist. & apparebit hoc in sequenti expositione. Et duo tempora prima numero simul non sunt, aut duo alia tempora, quæ non sint idem specie tempus.

Quoniam autem est latio. Tex. CXXXIII.

Tempus esse mensuram aliorum motuum. 1. Suppositum secundum. Vlt ostendere, quòd tempus sit aliorum mensura, & supponit esse latiorum, id est, motum localem, & humanam vnã speciem esse circulem.

Supponit secundò, quòd vnum quodlibet aliquo sui generis numeratur, & mensuratur, vt decem homines vno homine, decem lapides vno lapide, decem vnitates vna vnitate.

Tertium. Supponit tertio, quòd tempus mensurat motum, & ipsum tempus, & etiã motus mensurat aliquando tempus, sed motus, qui tempore iam determinatus est, sicut panus mensuratus vna mensurat reliquum pannum. Dicit autem, quòd tempus finitum mensurat tempus, id est, quædam pars certa temporis sumitur ad mensurandum totum tempus.

Ratio. Ex his concludit circulem cœli diurnam esse mensuram mensurantem, quia est primus, & maxime regularis, & ipse tempus notissimum est, vt diximus quæstione precedenti. Reliqui motus, & ipsorum tempora non sunt primò mensuræ, quia difformes, & irregulares sunt, cum non habeant continuitatem tantam, quantum cœli latio.

Quapropter, & videtur tempus esse.

Excusatio antiquorum. Excusat modò Antiquos circa naturam temporis, dicens, quòd ob id il-

li cœli circulem motum, existimabant tempus, cum illo mensuremus motum, & tempus: at re vera non est ille, sed illius numerus tempus.

Declarat etiam dictum commune vulgi. Dicitur enim, res humanas esse in circulo, & in rota, ac etiam reliquas omnes res naturales. Et quodam modo bene dicunt: nam circulatio est mensura omnium horum durationis, ob id finem, ac principium videntur habere simul, quòd est in circulatione. Nec aliud est dicere esse in circulo, quam mensurari circulatione: hæc enim mensura est.

Imò & totum tempus circulatio est, nam sicut totum non est aliud, quam multarum mensurarum simul sumptarum, vt multarum vlnarum pannus est totus pannus, ita multarum circulationes tempus loquitur autem de tempore omnium, primo, & notissimo.

Dicitur autem rectè. Tex. CXXXIII.

Regreditur ad explicandum id, quod superius dixit, plures septenarios esse eundem numerum, ac ponit documentum. Cum aliqua conueniunt in aliquo, ita, vt per illius differentias differant, non dicuntur idem in illo. Verbi gratia, Scalenus, & Isocheles non sunt idem triangulus, quia differunt per trianguli differentias, dicuntur tamen eadem figura, quia non differunt differentia figurarum, imò sub vna illius differentia continentur.

Circulus, & triangulus non dicuntur eadem figura, quia sub diuersis figurarum differentijs sunt: Sicut homo, & equus non dicuntur idem animal.

At cum non differunt differentia illius, sunt idem in illo, vt Scalenus, & Isocheles eadem figura: ita septenarius hominum, & leonum, non sunt idem septenarius, sunt tamen idem numerus.

Ex hac doctrina vult Simpl. quòd in textu docere diuersa priora, & posteriora motuum dici idem tempus, nam tempus numerus est, & diuersa priora, & posteriora sunt sicut diuersi binarij, vnitas ergo temporis specifica est. Mihi itaq; hæc præceteris placet expositio Simpl.

Hæc de tempore, & de lib. 4.

IN

IN LIBRVM QVINTVM, PHYSICORVM. CAPVT I.

Mutatur autem omne quod mutatur. Textus I.

Intentio Arist.



Vid Aristotel. intendat in hoc libro quinto, omnes vnanimè explicat, puta, species motuum: ita dicunt Simplicius, S. Thomas, Auerroes, Albertus: cum enim de his quæ motum in communi sequuntur, dixisset, puta, Loco, Tempore, infinito, nunc de ipsius essentiali diuisione tractat. Ista autem intentio non est sic præcisè intelligenda, vt existimetur solum de speciebus motus tractare, sed simul agit de contrarietate, vnitate, & alijs, quæ species motus sequuntur.

At quia species motus sumuntur ex motibus per se, non autem ex motibus per accidens: separat primò ea, quæ per se mouentur, à mobilibus incipientibus, vt à clarioribus, vt dicit Auer.

Statuit igitur in hoc textu vnum Theoremata, in quo continetur trimembris diuisio mobilium. Quædam enim mouentur per accidens, nempe, quæ ob id dicuntur moueri, quia sunt accidentia ei, quod mouetur per se, vt album currit per accidens, quia accidit, quòd equus currit sit albus.

Secundo. Quædam mouentur secundum partem, vt cum oculus sanatur, aut manus, aut pedus, absolute dicitur, homo sanatur.

Nota differentiam inter hos duos modos, nam quod mouetur per partem, sic mouetur, vt eius pars verè per se moueatur, oculus enim per se sanatur, & caetera per partem. At id ratione cuius mouetur per ac-

cidens, non per se mouetur: non enim albedini inest cursus per se, & ista est differentia, & non illa, quam dat Auer. quòd pars potest separata moueri, non autem accidens: Hoc enim licet aliquando sit verum, tamen sæpè partes non mouentur motu, quem habebant in toto, cum separatae sunt: non enim oculus abstractus sanabitur.

Tertio. Quædam secundum se ipsa mouentur, vt ignis sursum mouetur, & animal secundum se ipsum augetur. Ista autem, quæ sic mouentur, distinguuntur secundum diuersitatem motuum. Nam quædam alterabilia secundum qualitatem, quædam secundum quantitatem augmentabilia: & iterum in his singulis sunt variegatae species mobilium, secundum species motuum. Est enim in alterabili calefactibile, condensabile, rarefactibile, & alia huiusmodi. Similiter in augmentatione, in motu locali, & alijs, vt magis declarabimus in sequentibus.

Est autem, & in mouente similiter. Text. II.

Secundum constituit Theorema, in quo eandem prorsus distinctionem ponit in mouente, quam posuit in mobili, puta: Quædam mouent per accidens, vt quæ accidunt mouenti per se, vt album ædificat: Quædam per partem, vt homo percutit, quia manus percutit: Quædam per se primò, vt ipsa manus percutit, ignis calefacit, medicus sanat: & est satis nota distinctio.

Quo-

Quoniam autem est quidem aliquid. Tex. III.

Quinque in quouis motu reperitur, qui mouetur, & mouetur, tempus, & terminus, & ad quem.

Tertium constituit Theorema: vno tamen præsupposito. Scilicet, in motu quolibet esse quinque. Quod mouet, quod mouetur, tempus in quo mouetur, terminus à quo mouetur, & in quem mouetur. Vt cum lignum ex calido fit frigidum ab aqua: ubi ista quinque inueniuntur. Aqua est quod mouet: lignum, quod mouetur: frigidum, terminus ad quem, quia in ipso terminatur motus: calidum, terminus à quo: est etiam certum tempus, quo id fit. Ita etiam inuenitur in alijs motibus.

Theorema, motum esse in eo in quo est.

Est igitur Theorema. Motus est solum in eo, quod mouetur: non autem in termino ad quem, hunc autem vocat, Formam. Locum, Tatum. Per formam, substantialem, & qualitatiuam: pro motu, generationis, & alterationis intelligit, ut notat Auerr. per locum, & per tantum, reliquos motus significat, ut dicit Simplific. nempe, localem, & augmentationem.

Sed est mouens, & quod mouetur. Tex. IIII.

Terminum non moueri dixerat, sed motum in mobili esse, ob id colligit, esse, quod mouet, & quod mouetur, & in quod mouetur. Quasi dicat, esse alia, quæ mouent, & mouentur, diuersa à terminis ad quos.

Nota Motus denominationem sumit à termino ad quem.

Hi autem non sunt ad eum motus experies, quin aliquid ad motum faciant: nam motus denominationem sumit à termino ad quem. Vt calefactio dicitur motus in calorem, licet procedat à frigido: & frige factio, motus in frigiditatem, licet sit ex calido in frigidum: non enim à termino à quo, denominatio est. Similiter corruptio est mutatio in non esse, quamuis enim sit ab esse, tamen quia tendit in non esse, corruptio dicitur: contra generatio à non esse in esse. Obserua igitur, cum duo termini in motu sint diuersi, à termino ad quem motus denominatio sumitur.

Quid igitur motus sit, dictum est. Tex. V.

Motus definitionem se tradidisse docet, ac terminos non moueri dicit, quasi illis non insit motus definitio. Sunt enim accidentia per se, immobilia, vt scientia, albedo, & reliqua: esse autem formas immobiles per se, Metaphysici est ostendere, vt dicit Auerr. ob id prætermittitur probatio, sed supponitur.

Dubium.

Obijcit tamen statim dubium. Nam qualitates, puta, albedo, calor, & similes; quæ duntur termini motus, sunt passionis, nam sunt de tertia specie qualitatis: at passio motus est: ergo motus est terminus motus, & ita est motus ipsius mutatio, quod postea ostenderetur, fieri non posse.

Respondet ad hoc, has qualitates non dici passionis, quia motus sunt, sed tantum quia termini motus sunt: vnde calor non est motus, sed calefactio, nec albedo, sed dealbatio.

Est autem, & in illis, & quod est. Tex. VI.

Terminum ad quem, sicut & ipsum mobile, & mouens tripliciter dicitur, Nempe, in per accidens, in secundum partem, in per se: quod idem etiam in termino à quo intelligi potest. Id dicitur per accidens, quod accidit termino per se: nam terminus per se est, in quem primò terminatur motus, vt in albedinem dealbatio: at quia albedo est visibilis, & intelligibilis, cum dealbatur aliquid dici potest, quod est mutatum in quid intelligibile, sed per accidens.

Triplex diuisio termini ad quem, mobilis, & mouentis, & termini à quo.

Similiter in dealbatione, color est terminus, sed secundum partem, puta secundum albedinem: & Europa est terminus secundum partem tendentis Athenas, quæ sunt pars Europæ: at de dealbationis color albus terminus est per se.

Id etiam explicari potest in termino à quo, vt motum est.

Ex his epilogat ea, quæ dicta sunt, nempe quod tripliciter contingit moueri, & id ipsum etiam in mouente: & quod motus non in forma est, sed in mobili in actu: per formam autem modò intelligit, siue substantiam, siue qualitatem, locum, aut quam.

quantitatem, dicit D. Tho. quæ sunt motuum termini ad quos.

Quæ igitur secundum accidentem est mutatio. Tex. VI.

Ab Arist. reijcitur motus per accidentem, & ideo de motu per se agendum.

Ad mutationem per se conuertitur omnia mutatione, & motu per accidens. Reddit autem rationem cur id fiat, dicens, quod motus secundum accidentem est in omnibus, & omnium, & semper. Per quæ verba dat intelligere, motum per accidens ex parte termini, & ex parte mouentis, & mobilis. Dicitur motus per accidens in omnibus, id est, in omnibus prædicamentis, vt dicit Simplific. & Alber. nam cum omnia prædicamenta in vno possint inueniri, per accidens moueri, dici possunt. Vt si homo currit, quantum currit, coloratum currit, filius currit, agens currit, & reliqua. Dicitur etiam, motus per accidens esse omnium, quantum ad terminum, quia omnia prædicamenta termini possunt esse per accidens. Dicitur, semper, vt vult Simplific. ac si dicat, quod etiam res, cum non sunt, mouentur secundum accidentem: vt corpus Petri mouetur ipso mortuo, ac ob id Petrus tunc per accidens moueri dicitur.

Est igitur sensus integer, quod in motu per accidens, nec est determinatum mobile, aut mouens, nec terminus, nec tempus: ob id ab arte reijciatur. Aueroes motum per partem, ob indeterminatorem cum per accidens coniungit.

At motus per se, non sic, imò inter terminos determinatos fit: est enim inter contrarios, aut contradictorios, vt ab albo in nigrum, & à non nigro in nigrum: à calido in frigidum, & à non frigido in frigidum: à non aqua in aquam: & hoc inductione per omnes motus patet.

Dubium.

Solutio.

Possit quis obijcere, Num fit motus à medio, & ad medium, vt à fusco in album. Respondet, quod medium habet rationem duorum contrariorum quodam modo: relatum enim ad vnum, habet alterius rationem, vt fuscum respectu albi nigrum est; respectu nigri, album est: & media chorda acuta dicitur respectu primæ, & grauis respectu vltimæ: ob id de medio, sicut de contrario iudicium haberi de-

bet. Dicitur, quodammodo; nam medium non est perfecte contrarium, cum extrema in eo remissa sint, & forsitan non in actu, sed in potentia; de qua postea dicitur.

Quoniam autem omnis transmutatio est. Tex. VII.

Mutationum numerum venatur, vt qui ex eis motus dicatur, ostendat. Ab ipso autem nomine mutationis, sumit in mutatione esse duo extrema: mutatio enim Græcè dicitur μεταβολή, quasi sit mutatio ex vno in aliud, & vnum post aliud, est enim vnum prius, alterum posterius: est igitur mutatio ex vno in aliud.

Quod mutatio est, ab vno in aliud. Nota.

Hæc autem quadrupliciter intelligi potest, aut ex subiecto in subiectum, aut ex non subiecto in non subiectum, aut ex non subiecto in subiectum, aut ex subiecto in non subiectum. Per subiectum autem, intelligit terminum, siue à quo, siue ad quem affirmatum, & positiuum, vt cum dicitur ab albo in nigrum; vterque terminus est subiectum. Per non subiectum, intelligit terminum, negatum, vt non album, non ignis.

Quadruplex mutatio motus.

Ex his igitur quatuor combinationibus tres dicit esse mutationes. Illa autem, quæ est à non subiecto in non subiectum, non est per se mutatio: nam tales termini, nec contrariè, nec contradictoriè opponuntur, cum vterque sit negatus: reliquæ tres sunt, vt ordine declarabuntur.

Tres esse per se mutationes.

Quæ igitur ex non subiecto est.

Mutationes duas, quæ inter terminos contradictorios fiunt, distinguit, dicens, quod illa quæ à non subiecto in subiectum est, generatio dicitur: quæ verò e contra, à subiecto in non subiectum, corruptio: differunt enim, terminis transmutatis.

Quæ mutatio sit generatio, & corruptio, & quæ duplex.

Vtraque autem est duplex, simpliciter & secundum quid. Simplex generatio, aut corruptio est, quæ est substantiæ alicuius, quæ verò accidentis, secundum quid est: Vt generatio albi ex non albo, secundum quid est; hominis verò ex non homine simpliciter, ita in corruptione. Et textus clarus est.

Si igitur id, quod non est.

Tex. VIII.

Inter has adhuc tres mutationes, nec generationem, nec corruptionem motum esse contendit. Facit autem ratio nem hanc priorem de generatione. Quod non est, non potest moveri: quod generatur non est: ergo quod generatur non potest moveri: generatio ergo non est motus.

Sumit autem tanquam notum, quod non est, moveri non posse: distinguit tamen de quo non ente loquatur.

Triplex enim est non ens. Vnū, quod in compositione, vel diuisione intellectus consistit tantum, qualia fictitia, & falsa, vt dicit Albertus, & hæc nullo modo mouentur. Alterum, non ens simpliciter, puta substantia in potentia, quæ opponitur actui simpliciter, vt ignis potentia, Leo potentia; & hoc est, quod non potest moveri, cum esse non habeat. Tertium est, non ens secundum quid: vt quod non est album, quod non est sanum, & tale non ens, cum sit ens aliquod simpliciter, moueri potest. At quia posset dicere, non materia est, & ipsa generatur; igitur generatio motus est: Hoc reijcit, dicens, quod quauis maximè accidat esse generatio nē per accidens, id est, quauis id, quod generatur per accidens, puta, materia, sit tamen id, quod simpliciter generatur, nempe, compositum non est: vnde respectu ipsius, generatio non est motus.

Expositio Auer. reijcit.

Vbi aduertendum, quod Auer. cum alijs rationem Arist. ita intellexerunt, vt velit dicere, generationem non esse motum, quia materia, quæ ipsius est subiectum, est non ens; quod autem non est, non habet motum. Sed mihi hoc non placet, quia diceret aduersarius, quod materia est, & est substantia, licet autem non ita perfecta, quæ tamen sufficeret moueri tali motu. Nec video, quomodo, qui hoc diceret, impugnari posset: vnde, n. habet, quod ad quemcunq; motum oporteat esse ens actu perfecto, cum tamen motus sit actus entis in potentia.

Ob id dico, quod Aristoteli per quod

non est, non materiam, sed compositum, Vera expositio quod generari dicitur, intelligit; & tunc sensus est certissimus, & verus, cum illud non sit, dum generatur, non potest moueri.

Vnde patet, quod si generatio ad materiam referatur, ipsius motus est: ac si ad compositum, quod propriè, & per se generatur, non motus, sed mutatio est.

Est enim hoc discrimen, quod notauimus in libro primo, inter alios motus, & generationem. Nam motus alij suū subiectum simpliciter denominat: est enim homo, qui alba fit, & aqua, quæ calefit. At generatio terminum per se nominat: homo enim, non materia, per se generatur. Et hoc est, quod hic docet Aristot. Id quod per se generatur, non moueri, nec ipsius respectu, generatio est motus: at si ad materiam referatur, negari non potest, motum esse, cum sit passio quædam, & propria ac vera.

Similiter autē & in quiescente.

Ostendit etiam, quod nec generatio est quies. Nam quod non est, quiesceret. Et denique absurda, quæ sequuntur ad hoc, quod non ens moueatur, sequuntur etiam, ad hoc, quod non ens quiescat. Statim adhibet posteriorē rationem, ad ostendendum, quod non est, non moueri, quia non est in loco, cū non sit in aliquo loco. Cum igitur generatur, non sit, non erit in loco, & sic non mouebitur.

Quod verò corruptio non sit motus, probat. Quia si corruptio motus est, generatio ei contraria motus esset, aut quies opponitur. At generatio nec est motus, vel quies: ergo nec corruptio.

An generatio sit motus.

Quæst. I.

Ensus quæstionis manifestus est, videtur autem multis, generationem non esse motum. Primò: quia ita videtur docere Arist. in presenti textu.

Præterea: quia motus est successiuus: at generatio est in instanti: non ergo motus est.

Nota 1. Generatio respectu materiae est motus, respectu compositi non est motus, sed mutatio.

Quod generatio non sit quies.

Quod corruptio non sit motus, generatio nec quies.

Argum. qd non sit motus. Primum.

Secundum.

Præ.

Præterea: Motus est inter contraria: at generatio est inter contradictoria: non ergo videtur generatio motus. Idem de corruptione.

In oppositum tamen facit, quia videtur actus entis in potentia, vt est in potentia: est enim in actus materiae existentia in potentia.

Nec valet glossa Simpl. quod per ens in potentia intelligitur compositum, quod est in potentia. Hoc enim factum est, cum Arist. dicat, ens in potentia, sub quo etiam materia comprehenditur.

Præterea, quia potentia materiae est vera potentia transmutabilis; ergo actus eius, vt talis est, motus est.

Pro resolutione huius difficultatis, notandum est, motum duobus modis accipi posse. Aut lato vocabulo, quo pacto definiuit Arist. motum actum entis in potentia, Aut strictè, & propriè, vt text. superior, s. quo reijcit generationem, & corruptionem à motu, per motum intelligens, quo moueri res dicitur, scilicet successiuè, quia spacium vel forma, quæ acquiruntur, habet latitudinem.

His positis sit prima conclusio. Si generatio & corruptio ad materiam comparantur, sunt ipsius motus, & actus imperfecti, quibus venit in formas, ad quas est in potentia: sicut subiectum peruenit in accidentales formas per alios motus. At si ad id, quod generatur, aut corrumpitur, comparatur, motus non sunt, cum per eos non dicatur moueri, sed fieri id, quod generatur, vt diximus supra textum, nec successiuè, nec in instanti.

In cuius declarationem aduertendum primò, quod de ratione motus in communi, non est successio illa temporanea, vt aliqui existimant: sunt enim veri motus in instanti perfecti, vt patet de illuminatione, secundum Arist. & de coagulatione, & congelatione, quæ in instanti extēditur. Ratio motus in communi in eo tantum consistit, quod sit actus entis in potentia; successio verò ei aduenit, motui propriè dicto, & est ipsius quantitas coarsurgens ratione spacij, aut ratione extremorum, inter quæ fit. Nam cum termini latitudinem habeant, & præterea sit res,

stantia, non potest transitus fieri in instanti perfectus ab vno in alterum, nisi cum in indiuisibili consistunt.

Aduertendum præterea: Generationem differre ab alijs motibus multipliciter. Primò in subiecto. Nam generatiois, & corruptionis subiectum materia prima est: hæc enim est, quæ permanet sub extrinsecis formis: at aliorum moruum subiectum compositum ipsum est.

Secundò, differt in terminis. Nam termini generationis, & corruptionis, contradictorij sunt: at reliqui motus sunt inter contrarios: sit enim motus ab albo in nigrum: at generatio ignis ex non igne.

Dices: quare hoc ita sit? Respondeo, maxime discrimen esse inter formas accidentales, & substantiales. Nam accidentales forme habent non solū repugnantiam, sed determinatam repugnantiam, vt album cū nigro, vel medio calidum cum frigido, & similia. Hæc autē determinata repugnantia consistit in hoc, quod circa proprium subiectum, aut vna, aut altera inueniatur, nec absit vna, nisi adsit altera. At inter formas substantiales est repugnantia quædam, sed non est determinata eo, quod forma substantialis ex æquo cuilibet repugnat: nec circa materiam consequenter se habet, cum materia absq; illis duabus, aut tribus esse possit.

Ex hoc procedit vnum notatu dignū, quod in accidentalibus formis est mutatio determinata. Cum enim in vnā tenditur, ex altera certa proceditur, vt ex albo in nigrum; & econtrà. At in substantijs hoc non est: modò enim ignis ex aqua, modò ex aere, modò ex alio fit. Quod si in substantijs aliquando ex determinata forma proceditur, vt in viuētib. ex embryone, aut ex semine, non tamen econtrà proceditur; neque est æqua vtriusque ratio.

Hinc, etiam processit alterum notandum: quod terminos in tali substantiarū mutatione sumamus penes contradictionem, & non penes formas positiuas, cū non sit forma determinata semper, quam sumamus. At in accidentali motu, non solum per contradictionem, sed penes affirmationem terminos per se sumamus: &

Differentia multiplex generatiois ab alijs moribus. Prima.

Secunda.

Nota discrimen inter formas substantiales & accidentales.

Nota 2.

Nota 3.

Qd 2 hæc

hec est secunda differentia, & differentie ratio, & est notanda.

3. Differentia generatio- nis ab alijs moribus.

Tertio, differt generatio in mensura. Hæc enim instanti mensuratur: reliqui motus frequentius tempore, eo, quod quantitatem diuisibilem habeant. Ex his igitur patet, quid inter generationem, & reliquos motus differat, quæ ob differentiam hanc dicitur ab Arist. mutatio; at reliquos vocat motus nomine contracto, tamen in communi sumendo nomen motus. vt definitur in 3. Physico rum, motus dicitur etiam generatio, & corruptio, vt dictum est.

Ad primũ.

Ad Aristotelem dico, solùm negare generationem esse motum illius, quod generatur, & motum propriè, non tamen respectu materiae.

Ad secundũ.

Ad secundum, negatur prorsus de ratione motus in communi esse successio- nem, vt diximus, sed est de ratione mo- tus illius, cuius spatiũ, vel terminus, qui acquiritur, habet latitudinẽ cum resistẽ- tia, quem propriè & strictè ob id, motum vocamus.

Ad tertium.

Ad tertium dico, quòd motus propriè particulariter dictus, inter contraria fit, non tamẽ motus in communi sumptus: sic enim comprehendit etiam mutatio- nem, siue inter contraria, siue inter con- tradictoria fiat. Sic autem sumitur in li- bro tertio: & sic nos generationẽ, & cor- ruptionem dicimus motum, latè sum- pro vocabulo, quia videlicet est verè ac- tus entis in potentia.

Quoniam autẽ omnis motus. Tex. IX.

Quæ illarũ strium muta- tionum sit motus.

Concludit ex tribus mutationibus dictis, vnam esse motum, puta, eã, quæ est à subiecto in subiectũ. Quæ enim inter contradictorios terminos fi- unt, mutationes dicuntur. Explicat au- tem, per subiecta, intelligere contraria, aut media aut priuatiua, quæ affirmati- na significant, vt nudum, tenebrosum, mortuum, cæcum: quæ pro contrarijs re- putantur.

Quæ duplex sit motus.

Statim motum, quia à subiecto in sub- iectum fit, diuidit in tres species, in eum, qui secundum quantitatem, & eum, qui

secundum qualitatem, & eum, qui secun- dum locum fit: quorum sufficientiã pro- bat, diuidendo prædicamenta, & exclu- dendo alia septem, ad quæ non est per se motus.

CAPVT II. Secundum substantiam autẽ.

Tex. X.



Incipit à substantia, di- cens, non esse motum in substantia. Ratio est. Motus est inter contra- ria: at substantiæ nihil est contrarium: in ipsa ergo non est motus. Similiter nec ad rela- tionem; quia stat, inquit, vnum relatiuũ acquirere relationem sine aliqua sui mu- tatione: vt si ego sum albus, & aliquis fit albus, acquirero absq; aliqua mei mutatio- nis similitudinem, non ergo ad relationẽ motus est. Probat vltè de actione, & passione. Si enim ista per motum acqui- rerentur, tunc motus ipsius esset motus, & mutationis mutatio: quod esse non posse statim probare incipit.

In substantia relatione, a- ctione & pas- sione nõ est motus.

Dubium r. Quò in sub- stantijs non sit contrarie- tas.

Duplex tamen hic occurrit dubium. Alterum est; quomodo in substantijs nõ sit contrarietas, cum elementa sint con- traria. Præterea, vel loquitur de perfecta contrarietate, vel non. Si loquitur de per- fecta, profectò, nec ad quantitatem, nec ad locum est motus; in ipsis enim non est perfecta contrarietas. Quòd si non loqui- tur, sed de oppositione quadã extremo- rum positua, cum in substantia inuenia- mus duas formas sic repugnantes, erit p- fectò motus. Sine dubio nõ est facilè hoc soluere.

Mouet dubium Simplicius, & Anerr- de eodem, & citat Alexandrum dicentẽ, elementa esse propriè cõtraria, eò, quòd existimat, qualitates esse formas substan- tiales elementorum. Ad Arist. autem di- centem substantijs non esse contrarium, Alexand. respondet, quòd dupliciter intelligi de- bet. Vno modo de substantijs composi- tis, & mixtis: his enim nõ inest contrari- um. Aut secundo, quod nulla substantia est contrarium habens ratione materiae, benè

benè tamen ratione formæ.

Refellitur sententia A- lexandri.

Ista sententia, quamuis non sit in præ- senti examinanda, mihi non placet. Pri- mò, quia qualitates substantiam elemen- torum existimat: & quod est passio, cum forma confundit. Secundò, quia adhuc non declarat Arist. Nã posset dici, quòd sufficit contrarietas in formis, vt sit in substantia motus; nam mutatio secundũ formas fit.

Auer. elementa contraria putat, sed ra- tione qualitatum. S. Tho. verò etiã ipsas formas aliquam contrarietatem habere docet, secundum quod substantiæ omnes inæqualitatem habet in perfectione sub- stantiali.

Sed quicquid de hoc sit, nõ video quid ad Aristotelem dicendum sit, quomodo in substantia non sit contrarietas, & sit in quantitate.

Refellitur sententia Auer.

Auer. dicit, sermonem Aristotelis esse probabilem, & posse dici, substantijs esse contrarium. Sed hoc profectò nõ est rem soluere.

Dubij solu- tio vera. Nera.

Oportet igitur maximè perpendere, q- etiam in præcedenti quæstione cœpi di- cere. Hic Arist. non vocare propriã con- trarietatem, sed repugnantia duarum for- marum determinatam, quæ est in quali- tate, & quantitate: nam à maiori in mi- nores, & e contra determinatè procedi- tur, & à loco sursum in deorsum, & eõ- trà. At in substantijs non est ista determi- nata formarum repugnãtia, vt diximus: ob id non fit inter cõtraria mutatio sub- stantiæ: & hoc nota.

Dub. 2. Quò acqui- ratur relatio sine muta- tione. Duplex rela- tiorum ge- nus.

Alterum dubium est, quomodo rela- tio absq; mutatione acquiratur. Auer- te igitur, quòd 5. Meta. c. 15. duplex relati- uorum genus ponitur ab Arist. Alterum est mutuum, puta, quod ad terminũ su- um, & terminus ad ipsum mutua relatio- ne reali referuntur; vt filius ad patrem, pater ad filium: album albo similitudine mutua refertur. Alterum est non mutuu, quod non refertur vnum ad aliud, nisi quia hoc refertur ad ipsum: vt scibile nõ refertur relatione reali ad scientiam, sed ob id dicitur scibile, quia scientia refer- tur ad ipsum. De priori relatiuorum ge- nere est sermo.

Circa quod notandum est, quòd rela- tiorum natura non solùm est dependẽs inter se, sed etiam à fundamento, pura ab alio accidenti absoluto, cum quo simul producitur & destruitur.

Notat verò S. Th. vnum dignum cõsi- deratione in presenti. Quòd cum produ- citur vnum fundamentum in virtute, & in radice producitur relatio: & cum in- surgit alterum relatiuum, tunc consuma- tur relatio. V. g. cum quis fit albus, iam in virtute & radice fit sim lis: formaliter verò cum est alterum album: vnde cũ aliud album fit, tunc insurgit similitu- do in altero nõ per aliam mutationem, quàm illam, quæ erat ipsius fundamenti. Est enim dependens maximè relatio à fundamento.

Nota ex D. Tho. quò p- ducantur re- lationes.

Primum enim dupliciter con- tingit. Tex. XI.

M Vltis argumentis probare niti- tur, motum non esse motus, nec mutationem mutationis. Primò tamen distinguit duplicem sensum, hu- ius mutationis est mutatio seu ipsius mo- tus est motus. Alter est, quod motus, & mutationis sit mutatio tanquam subie- cti, ita, vt motus dicatur moueri, sicut ho- mo moueri dicitur, & alterari. Et hunc sensum reijcit, dicens, motum nõ esse eo- rum, quæ subiecta sunt, sed potius ipse in subiecto est. Nec aliter id probare nititur quia satis notum est, motus non esse sic motum.

Aut ex eo, quòd aliquod aliud Tex. XII.

Alterum sensum ponit. Nempè, q- mutationis sit mutatio, vt termi- ni, ita vt sicut aliquod subiectum ex vna forma in aliã mutatur, puta, ex samutatione nitate in ægritudinem, ita ex vna muta- tione vnius speciei in alterã formam, id est, in alterius speciei mutationem per se mutetur. Et ostendit, hoc fieri non posse nisi per accidens. Perpendendus est sen- sus, nam ratio in litera est valdè obscura. Supponit itaque, quòd motus & muta- tio qualibet inter duos terminos opposi- tos fit, differenter tamen: cõtrarios, si fue- rit mo-

Qq 3 rit mo-

Fit motus: contradictorios, si fuerit gene ratio, vel corruptio.

Facit ergo hanc rationem. Si ex vna mutatioe in alia mutatur aliquid, tunc ex terminis vnius mutabitur in terminos al terius, vt postquam per sanationem mu tatus est in sanitate ex aegritudine, muta bitur ad aliam mutatione: sed postquam in vna mutatione mutatus est, non est o pus ad aliam mutari, quia potest quiesce re in ea: ergo per se non est mutatio ex vna mutatione in aliam.

Quasi dicat: Omnis mutatio ex suis ter minis procedit per se, quibus positus, non est opus alia mutatione, alios habete ter minos: quod si ponitur, id non est per se, vt dicemus.

Vt terius procedit. Si ab vna mutatio ne in aliam proceditur, erit hoc maxime in contrarijs mutationibus; sicut ab albo in nigrum mouetur, ita a sanatione in e grotationem: quod si hoc est, vnu mouebi tur motibus contrarijs. Nam per sanatio nem ab aegro in sanu, per aegrotationem a sano in aegru mouebitur, & hoc simul, quia quod mouetur, simul est sub termi no a quo, & ad quem. Id autem impossi bile est. Hae est ratio Aristot. paulo vber ius explicata.

Addit tamen, quod per accidens po test esse, quod idem ab vna in aliam mu tatione mutetur, vt si a sanatione in de ambulationem mutetur, & ab obliuio sic in recordationem: & sic accidit vna mutatione in aliam spe terminari, sed non per se.

Amplius autem in infinitum. Text. XIII.

2. Ratio ad idem.

Secundam rationem facit ad idem, qua probat mutationem non fieri a lia mutatione, nec motum alio mo tu: & ratio non minoris obscuritatis est in litera. Sic est componenda. Si genera tio, aut motus fit per alium motum, hic etiam fiet per alium, & hic rursus per ali um, cum non sit maior ratio vnius, quam alterius, eritque processus in infi nitum.

Quo admissio, sequitur, quod nullus est motus. Et probat. Supposito, quod

res, dum fit, nondum est: tunc si res per motum fit: ergo nondum est, dum fit, sed secundum quid tantum est. Quod si rur sus motus etiam fiebat: ergo dum motus fit, non est: vterius, si ille rursus alio mo tu fiebat, pariter non erit, dum fit. Sed non datur primus motus, quo motus fi at: ergo nullus erit motus, aut mutatio. In infinito enim non datur primum.

Quod si dicas, ista ratio non videtur bona: nam non datur secundum Aristot. 1. primus homo, tamen reliqui homines di cuntur esse.

Confutatio

Respondeo, quod non est eadem ra tio. Nam homo vnus non est subordina tus per se alteri, cum possit absq; illo con sistere: at motus qui fit, est subordinatus motui, per quem actu fit, nec sine eo co sistere potest. In his autem, quae per se subordinata sunt, non potest esse talis processus. Nisi enim detur primum, im possibile est dare vltimum: vt si hoc lu men dependet ab illo, & hoc ab alio, & id a Sole, nisi vnum primum, non dabi tur vltimum.

Amplius eiusdem est motus. Text. XIII.

4. Ratio

Teriam facit rationem. Si motus fit motu, eade ratione quiesceret mo tus, & corrumpetur motus alia corruptione. Nam cuius est vnum con trarium, est etiam alterum. Tunc si mo tus ipsius est corruptio, peto, vel corrumpitur, antequam fit: & hoc non. Vel post quam est, & iam non est, & hoc non, quia quod non est, non corrumpitur. Vel cu est: quod si, cum est, corrumpitur, tunc etiam generatur, quia motu esse, est mo tum fieri: ergo simul generatur, & simul corrumpitur, quod esse non potest: non ergo motus fit motu.

Amplius oportet materia sub esse. Text. XV.

4. Ratio

Quartam facit rationem. Quod fit, materiam habet, vt patet. In eo, quod alteratur, est corpus, aut ani ma: Similiter in eo, quod augetur, in a lijsq;. Si ergo motus fit alio motu, oportet dare materiam, cum qua fiat, & iteru aliam

am pro alio motu, & aliam, quae ma teriae non sunt.

Nota

Notandum, quod alia dictum est, for ma non fit, sed compositum: non albe do, non nigredo, sed album fit & nigrum. Similiter in substantijs. Si igitur motus fit, non ipse, sed cum aliquo subiecto fit. Hoc autem non est, nam subiectu est for ma: quae cum motu fit, non ipse motus: non ergo motus alio fit motu, sed ipse est, quo alia fiunt.

Et rursus aliquid, in quod mouentur. Text. XVI.

1. Ratio

Quinta ratio est. Terminus motus aliquid debet esse, in quod motus terminetur, vt in eo cesset, & quiescat: at motus, & mutatio non est huius modi, vt in ea cesset motus: non ergo est per se terminus motus, sed aliqua forma manens.

6. Ratio

Sexta ratio est. Quia si motus esset motus, esset vnus speciei vterque, vt generationis generatio: at hoc non fit: non enim est disciplinatiois alia disci plinatio: non ergo motus ipsius erit mo tus, nisi sint motus alterius rationis praeter assignatos: quod nullo modo ve rum est.

Amplius si tres species. Text. XVII.

7. Ratio

Vltimam rationem facit. Si enim motus esset motus, vt termini, aut vt subiecti, tunc de alio vnus predicaretur; vt loci mutatio alteraretur, & alteratio loco moueretur, quod nul lus admittit.

Forfan ista non est noua ratio, sed pars praecedentis. Nam postquam probauit p motum eiusdem speciei, non produci mo tum: ostendit modo, quod nec per motu alterius speciei.

Motus moueri potest per accidens, sed non per se.

Postea docet, quomodo vnus motus moueatur, nempe per accidens, ratione subiecti, in quo est, quod accidit simul a lio motu moueri, vt curiens frigit: at quia hoc est per accidens, dicit esse relin quendum: sermo enim est iam de motu per se.

Quoniam autem neq; substan tia. Text. XVIII.

Concludit, eum nec in substantia, neque in Ad Aliquid, nec in Actio ne, & Passione motus fit, cum non sit contrarium in ipsis, solum erit triplex species motus, ad Quantitatem, Qualita tem, & Vbi.

Nota ad tria: predicamenta non mouentur.

Imponit autem nomina his, motus ad qualitatem dicatur alteratio. Explicat autem, se non de qualitate substantiali, qualis est differentia, loqui, sed de acci dentali, qualis est predicamenti quartu. Motus ad quantitatem, non habet vnum commune nomen, tamen dupliciter nomi natur. Si fuerit ad perfectam, dicatur Augmentatio, si ad imperfectam, dicatur Diminutio. Motus vero ad Vbi, non ha bet nomen, nec in communi, nec propri um, at dicatur Latio, quamuis hoc voca bulum non conueniat, nisi his, quae natu raliter mouentur, nec in ipsorum est fa culcate motum incipere, aut finire: ista enim proprie dicuntur ferri. At vocabu lum extendatur iam ad quemcumq; mo tum secundum locum.

Duplex hic occurrit dubium. Alteru est, quomodo Aristoteles omisit alia tria praedicamenta, ad quae videtur motus. Nam in situ, motus est, a statione ad ses sionem: similiter in habitu, a nudo ad vestitum: similiter in tempore ab vno in aliud.

2. dubium

Simplic. mouet dubium, & citat The ophrastum, dicentem ad omnia predica menta esse motum. Ipse dicit, quod Ari stoteles omisit ista tria, quia sunt extrin seca subiecto: habitus enim, & tempus externa sunt.

Solutio Simplicii. ex The oph.

Sed mihi non placet hoc. Nam locus etiam extrinsecus est, & debuit praeter mitti. Praeterea, quia situs non est omni no extrinsecus: dicit enim ordinem par tium cum loco.

Reijcitur so lutio Simplicii.

Praeterea dico, quod aliud est, esse mo tum ad aliquid, aliud esse per se motum: Motus quidem est ad omnia accidentia, eod, quod motu acquirantur; sed non est ad omnia per se motus, eod, quod non omnia sint per se, & immediati termini motus.

2. vera solu tio.

motus. Et hoc est, quod Arist. docet; unde ad situm non est per se motus, sed ad ubi, quod sequitur situs. Similiter ad tempus non est per se motus, sed ad id, quod est in tempore. Ad habitum videtur per se motus: at quia habitus non est forma naturalis, sed artificialis, ab ipso Arist. est prætermisus.

dubium.

Alterum dubium est. Quare in qualitate non fuit duplex nomen, sicut in quantitate.

Solutio.

Respondeo, quia in quantitate reperitur contrarietas vna, totum genus amplectens: puta, maius & minus: perfectum, & imperfectum: at in qualitate non est vna communis contrarietas, sed multæ particulares: ob id vnum nomen fuit omnibus communiter impositum, puta alteratio: in quantitate verò duplex, augmentatio, & diminutio: At in particulari multa sunt nomina in qualitate, secundum multos motus contrarios.

Quæ autem est in eadem forma. Text. XIX.

Duplex alterationis diversitas, altera simpliciter ex contrario in contrarium. Altera secundum magis, & minus.

Ostendit eam mutationem, quæ fit secundum magis & minus eiusdem formæ, etiam esse alterationem, & fieri à contrario secundum quid, ut quæ fit à minus albo in magis album, quæ verò fit ex nigro in album, fit à contrario simpliciter. Explicat autem quomodo, quæ fit secundum minus, & magis fiat à contrario. Quia ubi est minus, ibi est permixtio cum contrario: nam minus album participat nigrum, ob id, quod ex minus albo procedit, à nigro procedit. Dicit autem, quod cum in minus tendit forma: ut cum ex albo fit minus album, tunc tendit forma in suum contrarium: at cum fit magis, nempe, ex minus albo magis album, tunc ex contrario tendit forma in seipsam. Quod est dicere, per remissionem tendit forma in suum contrarium: per intensiorem & contra, à suo contrario tendit in se ipsam: semper tamen motus hic alteratio, est.

Immobile autem est.

Text. XX.

Postquam de eo, quod mouetur, & motu dixit, nunc de opposito dicere aggreditur, nempe de immobili. Triplex autem statuit immobile. Primum, quod non est capax motus, ut intelligentiæ, & DEVS. Alterum, quod ægè mouetur, sicut saxum difficile mobile, immobile dicitur: & similiter homo, qui ob aliquam infirmitatem difficilem habet motum. Tertium, quod non mouetur, cum potest moueri, nec est aliquod impedimentum, & tale dicitur quiescens: & quies non est aliud, quàm priuatio motus. Textus clarus est.

CAPVT III.

Post hoc autem dicamus.

Text. XXI.



VOCABVLA aliquot ad ea, quæ mouentur, pertinentia, explicat. Hæc autem sunt septem. Simul, Separatim, Tangere, Inter, Consequenter, Continuum, Contiguum. Hæc enim omnia mobilibus, aut motibus competunt; ob id explicari oportuit, antequam motus unitates, vel pluralitatem ostenderet; nam illa motibus pluribus insunt.

De septem, quæ ad motus unitatis, & pluralitatis cognoscendam sunt necessaria.

Similiter igitur dicuntur hæc esse secundum locum.

Text. XXII.

Incipit explicare terminos, ac primū ipsum, Simul dicens, illa dici Simul secundum locum, quæ in eodem loco primò sunt. Dicit, Simul secundum locum: nam etiam contingit esse simul secundum tempus, quæ in eodem sunt tempore. Dicit, in eodem loco primo, & proprio: nam quæ in eodem loco communi sunt, non ob id simul esse dicuntur.

Nota.

Aduertendum autem, quod duo corpora simul esse naturaliter non possunt: non enim in eodem loco primò sunt: at anima, & corpus simul dicuntur esse: similiter substantia, & ipsius accidentia. Hæc enim eundem primū locum occupant.

Explicat secundum vocabulum, puta, Separatim; ea dicuntur separatim esse, quæ

quæ diuersum habent locum primum; ut duo corpora dicuntur separatim esse.

Quid tangere.

Tangere autem dicuntur, quorum extrema simul sunt, ut duo corpora se tangunt, quorū superficies simul sunt absq; aliquo intermedio. Similiter duæ lineæ, duæ superficies se tangunt, quæ extrema simul habent.

Quid Inter.

Inter autem id dicitur, in quod peruenit prius id, quod ab vno extremo, & contrario in alterum mutatur. Continue, id est, cum aliquid naturaliter mouetur continue ab vno extremo in alterū. Id quod antequam ad extremum oppositum perueniat, transit, id sit, id dicitur esse, Inter.

Nota.

Vnde concludit, quod ubi est Inter, ibi ad minus sunt tria; duo extrema contraria, & id, quod inter ea dicitur esse.

Continue autem mouetur.

Text. XXIII.

Quid sit continue moueri.

CVM dixisset, id esse Inter, ad quod primò peruenit, quod ab vno contrario in aliud continue mouetur, antequam ad vltimum contrarium perueniat: explicat quid continue moueri dicatur, & quid contrarium in loco. Dicit, id continue moueri, quod sine aliqua temporis interruptione mouetur, quāuis parum spacij interrumpatur. Ponit exemplum. Si quis pulset primam chordam, & immediatè pulset vltimam, talis motus continuus, quia, quamuis intermissa fuerit choïda media, tamen tempus non est interruptum. Similiter in alijs motibus, ut cum quis ambulat, quamuis spacij aliquid intermittat, quia nō totū continue tangit, tamen si nihil temporis intermittat, ambulatio continua est. Hoc tamen posteriùs examinabitur.

Contrarium autem secundum locum. Text. XXIII.

Quæ sint loca contraria.

Statim explicat, quomodo loca contraria sint sumenda, ut inueniatur, quod inter est: dicit, esse sumenda secundum lineam rectam: quæ enim maximè distant secundum lineam rectam, opposita loca sunt: Et hoc bene fit, nam linea recta est breuissima omnium, quæ

ab vno puncto in aliud duci possunt: ob id ea maximè mensura est. Nam mensura est finita, & breuis. Diuersa igitur loca secundum lineas rectas sumenda sunt. Et id propriè dicitur Inter, quod mediū est inter duo loca secundum lineam rectam distantia.

Consequenter autem est, inter quod. Text. XXV.

Explicat quintum vocabulum, puta, esse Consequenter, ut aut aliquid sit sequenter. consequenter ad aliud, multa sunt necessaria. Vnum est, quod sit vnū principium, ad quod aliud consequenter dicatur. Quod autem est principium, non dicitur consequenter, sed id, quod post principium ponitur. Ut secundus dies lunæ consequenter se habet ad primum, & binarius ad vnitatem, & ternarius ad binarium: non autem econtrā.

Requiritur præterea, quod nihil sit eiusdem generis inter id, quod consequenter se habet, & id, ad quod consequenter se habet, ut vnus miles consequenter se habet ad alium, qui sibi est proximus. Dicitur, eiusdem generis, quia quamuis aliud sit intermedium, dummodo non sit eiusdem generis, ad huc dicitur consequenter; at vnus miles consequenter se habet ad alium, quando inter eos non mediat miles, licet mediet lapis, vel aliud alterius rationis.

Præterea id, quod consequenter se habet ad aliud, multiplex est. Quoddam positione, cum id, quod consequenter se habet, continuū quid est: ut domus ad domum, linea ad lineam. Aliud natura, sicut vnus numerus ad aliū. Aliud alio modo, sicut perfectione, ut elephante est consequens ad hominem in perfectione. Et est consequenter tempore, alijsq; modis.

Contiguum autem est. Text. XXVI.

Explicat, quid contiguum dicatur, puta, id quod consequenter se habet, & tangit: sicut duo corpora immediata se tangētia, dicuntur contigua, inter quæ non est aliud.

R r Occa.

Occasione autem huius regreditur ad ostendendum, quando reperiatur Inter, & medium, quamuis verba hæc videantur cum superioribus coherere. Dicit, in motu esse Inter, non autem in generatione & corruptione. Et ratio est, quia motus fit inter contraria, in quibus est mediū: at generatio in contradictorijs terminis, in quibus non est medium: ob id illic est Inter, non autem hic.

Sed hic est dubium, nam 2. Meta. tex. 7. dicit, quod inter terminos generationis media est generatio: & inter id, quod est, & id, quod non est, medium est, id, quod fit. Vtlerius; quia non omnia contraria medium habent.

Aduerte igitur circa hoc, qd termini generationis non sunt puri contradictorij, aliās enim ex nihilo fieret res. Vnde cum dicitur non homo, non ignis, & similia, non oportet intelligere, esse puram negationem, sed priuationem, quæ ponit potentiam propinquam in materia ad formam. Vnde non ignis est, quod non est ignis, sed est in potentia proxima, vt sit ignis.

Aduertendum vterius, quod in contrarijs datur mediū per participationem extremorum, & per remissionem; vt inter album, & nigrum est fuscum, & inter calidum, & frigidum in summo, datur remissus gradus. In priuatiuis verò datur medium, sed non eiusdem rationis cum extremis, sed per negationem extremorum: & sic generatio, & id, quod fit, est medium, quia nec est, quod est, nec quod non est.

Modò ad dubium respondeo, quod in Metaphysica locutus est de medio quocunque: at in presenti tantum de medio eiusdem rationis cum extremis: & hoc solum est inter contraria, non inter terminos generationis. Loquitur autem de huiusmodi medio, qd hoc facit, ne termini sint consequenter se habentes, non autem quod alterius est rationis.

Cōtinuum autem est quidem.

Explicat quid continuum sit, puta, contiguum quoddam, Nempe, id alteri continuum est, quod se ipsum

tangit, vt vtriusque terminus vnus & idem sit, vt media linea alteri est cōtinua. Differt à contiguo: nam vbi contiguitas est, duo sunt termini se tangentes: at vbi continuitas, vnus est terminus: vt vnum punctum duas partes vnus lineæ continuat, & vna linea superficies, & superficies corpora. Ob id enim dicitur continuum, quasi vno termino contineatur, quæ continua sunt.

Hoc autem determinato.

Text. XXVII.

Ostendit illa posse vnum continuum fieri, quæ apta sunt, esse vnum totum, secundum contactum: quæ verò vnum totum fieri non possunt, vt lapis, & aqua, neque erunt vnum continuum. Fiunt autem vnum continuum, cum vnicum habent communem terminum. At quia varijs modis vnicū totum fit, multipliciter etiam continuum se habet. Quædam enim clauo, quædam glutine, quædam insitione, & tactu vnum continuum fiunt, & vnum totum. Sed non est hæc tam propria continuitas, sicut ea, quæ continua sunt, quæ vnicum per se terminum habent: vt duæ aquæ, & ligni partes.

Manifestum autem est.

Text. XXVIII.

Comparat consequenter esse, ad tangerere, ac dicit illud esse superius. Omne enim, qd tangit, consequenter se habet: at non omne, quod consequenter se habet, tangit. Nam in numeris est consequenter, non tamen tactus: ob id consequenter se habere est ponendum inter priora ratione, id est, inter vniuersalia tactu.

Comparat etiam cōtinuum ad tactū, dicit quod tangerere superius est: nam omne continuum tangit, non tamen si tangit, continuum statim est, vnde insitio, & copulatio posterior est generatione, id est, particularior actu, cum quæ constituta sint, tangant, non e contra.

In his verbis manifestat non loqui de propria continuitate, sed de illa, quæ clauo, glutine vel insitione fit: in his enim tactus.

Nota, in motu esse Inter, non autem in generatione & corruptione.

Nota 2 termini generationis non sunt pure contradictorij.

Nota 3, quò datur mediū in contrarijs, & priuatiuis.

Solutio dubij.

Quid continuum.

Quæ sint apta, vt fiat continua, & quot fiat modis continuum.

Quò se habeat consequenter esse ad tangerere.

Quò se habeat continuum ad tangerere.

tactus est, non autem in vera continuitate. Nam tactus petit duo extrema, & terminos actus: in vera autem continuitate vnicus est terminus.

Quare si est punctum, & vnitas.

Text. XXIX. & XXX.

Discrimen puncti, & vnitatis.

Hæc differentia concludit vnum. Quod quamuis sit punctus, & vnitas separata realiter, vt aliqui voluerunt, adhuc nõ essent idem. Et ponit duplex discrimen. Alterum est, quod puncto inest tactus, vnitati autem tantum consequenter se habere. Alterum est, quod inter puncta debet aliquid mediare, puta, linea: in continuo enim duo puncta immediata esse non possunt: at inter vnitates non opus est, quod aliquid mediet: in numero enim vnitas vnitati immediata est. Postea in sequenti textu epilogat. Quæ esse hæc vocabula dixit.

CAPVT III.

Vnus autem motus dicitur.

Text. XXXI.

De vnitate motuū incipit agere Aristot. vnitas generica.



Ost quàm de motus speciebus dixit, nunc de vnitate motuum differit. Cum autem vnum multipliciter dicatur, fit vt vnus motus multipliciter dicatur.

Primò, dicitur vnus motus genere, qui est ad rem vnus predicamenti. Vnde omnes alterationes, quæ ad qualitatem sunt, motus vnus genere dicuntur. Similiter omnes augmentationes, & omnes lationes, adinuicem tamen genere differunt, vt alteratio ab augmentatione, & augmentatio à latione: & denique hi tres motus inter se.

Vnitas specifica.

Secundò, Motus est vnus specie specialissima, puta, qd est ad terminū vnus speciei specialissimæ, quæ cum sub vno genere sit, iā amplius in specie diuidi negat. Et sic oēs dealbationes sunt vnus speciei, alterius verò denigrationes, & calefactiones, & similes motus speciei.

Tertiò est vnus motus specie secundū quid, puta, cuius terminus est genus subalternum, partim genus, partim species, vt disciplinatio, quæ est motus in scientiam, scientia verò est species habitus, genus verò scientiarum. Similiter coloratio, & similes motus, qui ad genera subalterna sunt.

Denique terminus, ad quem est respiciendus, talisque erit vnitas motus, quales termini.

Dubitabit autem aliquis.

Text. XXXII.

Intendit docere, præter dicta, adhuc in motu locali esse vnum inspiciendum, nempe vnitatem spacij. Quamuis enim ad locū, A, sint diuersi motus, si tamen vnus per circulum, alter per rectum fiat, diuersi specie, & non vnus censendi sunt.

Hoc autem docet, proponendo dubiū contra prædicta. Dubium autem est. Si idem punctū, puta, mobile, moueretur ab A, in B, an esset idem, & vnus motus semper: Quod si hoc est, sequeretur, quod circulatio, & motus rectus essent vnus specie motus, quia vterque potest esse ab A, in B.

An determinatum est.

Text. XXXIII.

Respondet non esse eundem specie motum, sed diuersum. Ex quo patet, non solum in motu locali inspiciendū esse terminum, sed etiam spacium ipsum, vt vtrunq; sit vnus speciei, aut rectum, aut circulare. Supposita autem vnitate spacij, terminus inspiciendus est. Cum enim spacij specie differat, tunc nil prodest vnitas ipsius termini.

Simpliciter autem vnus.

Text. XXXIII.

Alium quartū vnitatis motus motum ponit, & hunc præcipuū, & simpliciter vnū vocat. Puta, quò vnus motus numero, & substantia dicitur, sicut singulares & indiuidui motus.

Ad ostendendum autem, quis motus sic vnus dicatur, distinguit tria, quæ in

R 2 motu

Vnitas secundum quid.

Vnitas ex parte spacij.

Dubium.

Solutio dubij.

Vnitas numerica.

motu sunt. Nempè, Quando, id est, tempus, in quo fit motus: Quod, id est, mobile, quo mouetur: & In quo, id est, terminus, ad quem tendit motus. Reliqua, puta, terminus à quo, & mouens præmittantur, quia non sunt necessaria præsentem unitatem numericam: quâuis possumus dicere per, In quo, intelligi utrumque terminum à quo, et ad quem, in quibus fit motus.

Horum autem genere quidem. Text. XXXV.

Quid requiritur ad unitatem genericam, specificam & numericam.

HIS tribus diuisis docet, ad unitatem specificam & genericam sat esse, terminum inspicere, nec est necessaria unitas temporis. Præterea: Ad motus contiguitatem, sat esse unitatem temporis: licet enim motus sint ad varias formas vnus mobilis, si tamen in vnico continuo tempore fiant, possunt esse contigui: vt paulò inferius dicemus. At ad unitatem simpliciter, & numericam motus, omnia ista tria conuenire debent, & unitas temporis, formæ, seu termini, & mobilis.

Singula hæc explicat, dicens, quòd terminus debet esse vnus & indiuisibilis, id est, vnus numero, nam unitas numerica motus unitatem etiam numericam termini ad quem, petit. Tempus etiam debet esse vnus, id est, non interruptum: eum enim vel minimum motus cessat, iam vnus numero esse nequit. Similiter requiritur unitas mobilis, quòd sit vnum mobile, vnum inquam per se, & particulariter. Vnde album, & Petrus non dicuntur vnum, quia subiecto, sed secundum accidens vnus sunt: similiter Petrus, & Paulus non sunt vnum, licet sint eiusdem speciei, nec si vtrique sanatur, nempe, ex lipis oculis acquireret sanitatem, esset eadem sanatio numero, sed specie. Ad unitatem enim numericam, & vnicum numero, & per se, debet esse mobile.

Socratem autem secundum eandem. Text. XXVI.

De unitate motus, quod venit ex unitate temporis, quod hæc est ad unitatem numericam requiritur.

AD unitatem temporis regreditur, & dubium proponit. An si Socrates in hoc tempore sanetur, & ite-

rum alio tempore sanetur post aliam ægritudinem, sit eadem sanatio numero. Ad quod respondet, quòd si idem numero, postquam corruptum est, redire potest, erit eadem sanatio numero. Si verò non potest redire eadem numero, sed specie, tunc erit illa sanatio non vna numero, sed eadem specie: Quasi dixisset: Non est eadem sanatio illa posterior, quia prior corrupta est: Quod autem corruptum est, non potest idem numero reparari, vt volebat Plato.

Habet autem dubitationem. Text. XXXVII.

CVM de motu dubitasset, an idem & vnus numero esset, qui diuersis sit temporibus, dubitabat modò de forma, & de termino, An sit eadem sanatio, quæ diuersis est temporibus in eodem subiecto: similiter de alio quocunq; accidenti. Ex alia parte videtur, quòd non sit eadem: nam corpora subiecta mutantur secundum tempora: non ergo sunt eadem qualitates. Ex altera parte videntur esse eadem, nam si sanitas duraret per tres dies in vnico subiecto, absque dubio esset eadem: ergo quamuis in die medio fuerit destructa, & tertio die reparata, erit eadem sanitas: & ita erit motus, nec erit necessaria unitas temporis.

Eadem enim ratio erit. Text. XXXVIII.

TEXTUS difficilis est apud exposito- res, tamè sine dubio sensus est iste: Nempè, quâuis esset eadem sanitas, & rediret idem terminus, motus tamè non esset vnus numero. Et dicit, quod si actus plures sunt, non ob id plures sunt. Potest enim vnus habitus plures actus producere: at si plures sunt habitus, tunc plures sunt actus. Ita motus est actus, terminus est, vt habitus. Non valet, quòd si vnus sit terminus, ob id vnus sit motus; nam ad eum locum plures motus reperiri possunt. Bene tamen, si plures sunt termini, plures sunt motus. In quo docemur, unitatem motus petere unitatem, non tamè ita, vt existemus e contra valere, si vnus est terminus, vnum esse motum.

At:

RESPONDIT ad dubium. At de dubio, An sit eadem sanitas, dicit non esse presentis negocii id soluere. Sat est, pro presenti scire, quòd si vnus sit, aut plures; adhuc unitas numerica motus non colligitur, nisi addit unitas temporis. Et nota hanc expositionem.

Quoniam autem continuus omnis motus. Text. XXXIX.

CVM ostendisset, qui motus esset vnus numero, ostendit modò numero vnum motum esse continuum, & e contra, continuum esse vnum numero; & ad contiguitatem requiri eadem, quæ ad unitatem numericam: ac ob id proponit, motum continuum esse simpliciter vnum: & e contra, simpliciter vnum esse continuum.

Obiter tamen motum esse continuum probat, quia diuisibilis est, puta, in partes, quæ erant actu vnus, sicut diuiditur continuum.

Statim declarat, qui motus continui sint. Illi nempe, qui extremum, & terminum eundem habent; ac illi continuari possunt, qui vnicum communem terminum habere possunt, sicut in alijs continuis. Aliqua enim termino carent; ac ob id continuari nequeunt, vt res incorporate. Aliqua terminos habent, sed ineptos ad continuationem, vt linea, & deambulatio: & æquiuioca; ac diuersæ rationis sunt. Quæ verò eiusdem sunt rationis, continuari possunt, ita etiam motus, qui eiusdem sunt rationis, ac communem vnum terminum habere possunt.

Contigui igitur erunt. Text. XL.

OSTENDIT, ad contiguitatem motuum sat esse temporis unitatem, quamuis sint diuersæ speciei, & generis. Vt si postquam quis cucurrit, immedia- tè sanetur, hi motus contigui sunt; non tamen sunt continui, quia non habent vnum communem terminum. Requiritur igitur ad contiguitatem, vltra temporis unitatem, vnus terminus communis, quo contineatur motus.

Quapropter necesse est. Text. XLI.

CONCLUDIT ad contiguitatem motus, requiri unitatem specificam terminum, aliter enim non poterunt duo motus vnicum habere communem terminum. Opus etiam est, cum unitate termini & mobilis, unitate etiam temporis. Hæc autem unitas temporis est, vt non interrumpatur per aliquam quietem mediam. Cum enim mobile in medio motuum vel minimum quiescit, & vacat à motu: impossibile est, quòd illi duo motus vnum continuum faciant.

Eius verò, qui est in specie non vnus.

OSTENDIT etiam cum temporis unitate esse opus unitate termini specificæ. Potest enim esse cum unitate temporis motuum pluritas. Qui igitur est vnus in specie, & tempore, vnus simpliciter est, qui verò tantum habet unitatem temporis, hunc non est necesse, esse vnum simpliciter, id est, numero esse.

Ex omnibus colligit unitatem quartam motus numericam esse simpliciter unitatem. Hæc erim omnium aliarum, quæ dicta sunt, maxima est.

Amplius autem dicitur vnum. Text. XLII.

ALIAM unitatem motus ponit, nempe, vt is, qui perfectus est, vnus dicatur, siue in genere, siue in specie, siue numero: Idem enim est dicere, motum vnum, & totum, ac perfectum, sicut in alijs etiam rebus, quod perfectum est, vnum dicitur. Est autem motus perfectus, qui ad suum terminum peruenit, in quem ordinabatur.

At ne quis putaret, imperfectum motum non esse vnum, nempe, eum, qui ad terminum nondum peruenit, addit esse vnum, quamuis minus vnus: est autem vnus, quia continuus est.

Nota bene S. Tho. quòd dupliciter attenditur unitas. Et in substantia rei, & hæc penes formam: res enim vna per vnâ formam est. Etiam in quantitate: vt res est vna, quæ continua est. Hæc etiam duplex unitas est in motu, & in substantia ipsius, & hæc est per terminum ad quem, qui motus

Quod requiritur ad contiguitatem motus.

Unitatem numericam motus esse omnium maximam.

De alia unitate motus, id est, perfectionis.

Nota ex D. Thoma.

us est forma: & hanc unitatē habet motus perfectus. Vnitas etiam est in qualitate motus per continuationem; & hæc etiam imperfecto reperitur: ac ob id motus imperfectus & incōsummatus vnus dicitur.

Amplius autem aliter.

Text. XLIII.

Alia vnitas motus, id est, regularitas, & vniformitas.

Aliam ponit motus unitatem, vt is dicatur vnus, qui est regularis & vniformis. Irregularis aliqua ex parte videtur vnus motus, aliqua ex parte non vnus: differt tamen à regulari, secundum magis & minus. Nempe, quia regularis est magis vnus, irregularis vero minus. Reperitur autem in quocunque genere & specie motus regularitas, & irregularitas, in alteratione, & in augmentatione, & in latione.

Nota, hæc est vnitas in modo motus.

Aduertendum verò, quòd ista vnitas non est in substantia motus, nec in continuitate, quia hæc sunt etiam in irregulari, sed in modo motus: nam regularis vno modo se habet in omnibus suis partibus, at quoad velocitatē, & quoad spaciū: & irregularis diuersi modè se habet, dum pars velocior altera est, aut diuerso fit spacio: ob id motus irregularis in textu diuisibilis dicitur, intellige secundū modum, quia partes habet difformēs, ob idq; non tam vnus dicitur.

Irregularitas autē differentia.

Text. XLIII.

De radice irregularitatis motus, spaciū, & velocitas.

Duas radices ponit, ex quibus irregularitas procedit. Altera est spaciū in motu locali, cum difforme est: vt si quid moueretur per lineam tortuosam, & giratiuam, talis motus irregularis esset eò, quòd partes non sunt rationis eiusdem. Altera est, cum stante eodē tempore, & eodem termino, & spacio, est diuersa velocitas, eò quòd mobile velocius mouetur per vnā, quā per alteram partē spaciū, vt lapis deorsum mouetur velocius in fine, quā in principio, ob id irregularis est: esset regularis, si per totum spaciū eandem seruaret velocitatem.

Ex his concludit duo. Alterū est, quòd

esse velociorem, aut tardiorē, nō sunt species motus, nec differentie specificæ: cum idem motus specie modò velocior, modò tardior, modò regularis, modò irregularis sit. Alterum est, quòd grauitas et leuitas in eodem maior, vel minor, nō faciunt motum differre specie: nō enim differt motus plumbi deorsum, à motu eiusdem, cum vnus est per aerē, alter per aquā, quamuis hic tardè, illic velociter feratur: nec differt similiter à motu lanæ, quæ maiori fertur grauitate.

Nota, velocitas, & tarditas maior vel minor: grauitas vel leuitas non efficiūt motus specie differentes.

Vnus igitur irregularis est.

Tex. XLV.

Concludit, irregularem motum vnus dici, cum continuus sit, sed minus vnus, quā regularem: vt patet de illo motu, qui per spaciū obliquum, & irregulare fit. Cum autem sit minus vnus, habebit aliquid pluralitatis, nam vbi est minus, ibi est aliquid contrarij, vt quod est minus album, habet aliquid nigri: ita motus irregularis, cum sit minus vnus, pluralitatē habet in modo, cum non sit vniformis secundum omnes partes.

Irregularis motus est minus vnus quā regularius.

Dices, quomodo verum habet, quòd si aliquid est minus, ibi sit contrarium: nam contingit esse minus lumen sine cōtrario, lumen enim contrario caret.

Solutio.

Responsio, per contrarium esse intelligendum, aut verum cōtrarium, aut saltem priuatiuum, & tale in lumine est, vbi enim est minus lumen, ibi sunt magis tenebræ.

Statim concludit Aristoteles, motus differentes specie, non posse esse continuos. Ratio est, quia omnis continuus aliquando esse regularis, aliquando irregularis potest: at motus compositus ex duobus specie differentibus, vt ex latione, & sanatione non potest esse vnquam regularis: ergo nec continuus: quod autem regularis esse nequeat, notum est, nō enim potest partes vniformes habere.

Motus specie differentes, non possunt esse cōtinui.

An vnitas specifica motus sit tantum à termino ad quem.

Questio II.

Diff.

Difficultas hæc est circa textum, vt vbi Aristoteles unitatē motus specificam ab unitate termini ad quem specifica docet esse sumendam, contra quam sententiam videntur multa insurgere argumenta.

1. argum.

Primum est. Sequeretur, quòd motus ab albo in fuscū, & à nigro in idem fuscum essent eiusdem speciei: terminus enim ad quem, puta, fuscum idem est specie. At, re vera, illi motus videntur specie differre, quia magis differt à motu ab albo in fuscum motus à nigro in fuscum, quā differat alius motus similis ab albo in fuscum, sed hic differt numero: ergo ille differt specie.

Secundum.

Secundò. Sequitur, qd augmentatio esset diminutio. Sequela patet. Moueatur aliquid ex bipedale ad tripedale, est augmentatio. Iterum moueatur aliud ex quadrupedale ad idem tripedale, est diminutio, idē tamen est terminus vtriusque motus ad quem, nempe, tripedale: erunt ergo eiusdem speciei, quod falsum est, cum sint contrarij.

Tertium.

Tertiò. Eodē modo sequeretur, quòd duo motus locales essent eiusdem speciei, cum tamen sint contrarij. Patet, aer moueatur ad suam sphaeram semel ex terra, & talis motus erit ascensus: Semel moueatur ab igne, hic erit descensus, & tamen ad eundem locum, & terminum ad quem: erunt ergo ascensus, & descensus vnus speciei. Idem de aqua, quæ ascendit à terra, descendit ab igne.

Quartum.

Quartò. Ascendat lapis motu violento vsq; ad locum A, descendat iterū naturaliter vsq; ad idem A. isti motus sunt ad eundem terminum; alter tamen naturalis, alter violentus est, qui videtur specie differre.

Quintum.

Quintò. Ascendat lapis vsq; ad aerem, iterum proiciatur vsq; ad ignem, sequitur quòd isti motus differunt specie, quia termini ad quos, nempe ignis, & aer, differunt specie. Quòd verò non differat, notum est, nam sequeretur, quòd motus qui est lapidis ad ignem, est compositus motibus differrentibus, nam motus ille etiam fit per aerem, & ignem, si

mile est, cum descendit ab igne vsq; in terram, transit enim per loca specie differentia.

6. argum.

Sextò. Item sequeretur, quòd motus ab albo in nigrum per fuscum, & alius per viride, & alius per aliud medium, essent vnus speciei, cum omnes sint ad nigrum. Id autem videtur falsum, nam eodem modo sequeretur, quòd motus ad A, per circulum, & per rectum essent vnus speciei.

7. argum.

Septimò. Moueatur aer vsq; ad centrū, moueatur lapis vsq; ad idem centrū, motus hi sunt ad eundem terminum, at videntur differre specie; alter enim naturalis, alter violentus est.

8. argum.

Circa hæc difficultatem Albert. Saxo. q. 6. dicit, unitatem specificam motus esse sumendam ex tribus simul, ita vt si vnus deficiat, motus differant specie: Nempe ex unitate termini ad quem vltimati, & termini à quo, & medij formalis: ita vt cum termini à quibus sunt differentes specie, motus sunt specie differentes, vt patet in quatuor argumentis propositis. Similiter cum media differunt, vt in sexto argumento: concedit enim illos motus specie differre, propter media diuersa, quod idem concedit Burleus, quamuis Paulus Venetus tex. 33. dicat, esse eiusdem speciei.

Nota.

Vocat autem Alber. terminū vltimum illum, in quem per se tendit motus, vt cum lapis mouetur deorsum, licet fistat in aere: tamen ex se in centrum tendit, & per talem terminum est iudicandus motus. Vocat medium formale in motu locali, quod consideratur in ratione quanti, vt est rectum, vel circulare: quòd enim sit aer, vel aqua, non variet motum, dum vtrunq; rectum, aut circulare sit.

9. argum.

Alij propter argumentum septimū, dicunt esse opus unitate specifica mobilis: vnde ob id illi motus specie differunt, quia mobilia specie differunt. Intellige hos, cum mobilia differunt in ratione principij motus, puta, in ratione grauis, aut leuis: nam motus plumbi deorsum, & motus similiter deorsum lapidis non differunt specie, quia mobilia non censentur

sentur specie differre in ratione mobili, cum utrunque secundum gravitatem moucatur.

3. Authoris sententia. Hæc sunt, que dixerunt alij potius cõ- iuncti argumentis, quam doctrina Aristot. Et quamuis aliqua bene dicta sint, tamẽ non Aristotelis verbis consona, & citra regulam aliquam. Ob id existimo ad difficultatem sic esse dicendum.

1. cõclusio. Sit igitur prima conclusio. Vnitas specifica motus à termino ad quem, non autem à termino, à quo est sumenda.

1. Primò. Hæc satis est expressa Aristotelis. Et probatur. Quia terminus à quo, & terminus ad quem specie differunt: à duobus ergo specie differētibus non potest vnus speciei vnitas sumi: non ergo à termino à quo, & ad quem est sumenda species motus.

2. Secundò. Præterea: A quo sumitur definitio; & nomen rei, ab eo sumitur species: sed à termino ad quem nomen sumimus motui, & per ipsum definitur: ergo ab ipso sumitur species.

3. Tertio. Præterea; Quia motus in se non aliud est, quam via, & processus ipsius termini ad quem: ab huius ergo vnitate sumi debet vnitas motus.

4. Quarto. Præterea; Quia dum motus crescit, recedit terminus à quo, & magis est terminus ad quem: motus ergo præcipue in termino ad quem consistit: ab ipsius ergo vnitate vnitas motus sumetur.

5. conclusio. Secunda conclusio. Vnitas termini ad quem formalis; nõ autem materialis est inspicienda.

Nota, quomodo termini ad quem debeant accipi formaliter, nõ materialiter. Aduertendũ ergo, fieri posse, quod re vnus sit terminus ad quem, tamen ratione sit duplex, si formaliter consideretur, puta, si comparatur ad suum terminum à quo, ad quem refertur, verbi gratia, fuscum si ad album comparatur, nigri rationem habet, si verò ad nigrum, albi rationem obtinet, vt dixit Arist. tex. 6. ob id non est idẽ terminus ad quem in motu ab albo in fuscum, & à nigro in fuscũ, si terminus formaliter consideretur. Similiter locus aeris, re vnus est, tamen si ad ignem comparatur, deorsum est: si ad aquam, & terram, sursum: ob id motus ad aerem ex terra, & ex igne non habent

eundem terminum ad quem formalem. Quod autem terminus formaliter sit considerandus, notum est. Nam, vt terminus est ad quem, refertur ad terminũ à quo; & talis terminus ad quem ad talem terminum à quo. Huius consideratio fecit illos Doctores cõfugere ad terminos à quibus in vnitate motus, cum tamen non ab eis, sed à terminis ad quos; formalibus tamen, sumatur vnitas motus: & per hanc conclusionem soluantur argumenta tria prima.

Ad primum enim, concedimus; motus ad fuscum ex albo, & ad fuscum ex nigro specie differre, tamen negamus esse vnicum terminum ad quem formalem, fuscum enim rationem duorum habet.

Similiter ad secundum. Tripedale enim habet rationem minoris quantitatis respectu quadrupedalis, & maioris respectu bipedalis; ob id non est idem terminus formaliter, cum & habeat rationem maioris, & minoris: ac ob id illi motus specie differunt.

Ad tertium; Quamuis aliqui velint, illum ascensum aeris ab aqua, & descensum ab igne in suum locum, esse eiusdẽ speciei: mihi non placet: est enim vnus ascensus, alter descensus, quia magis differunt, quam duo ascensus, vel duo descensus eiusdem aeris.

Igitur aduerte, quod elementa media sicut non habent simplicẽ locum, ita nec simplicem motũ omninò. Ignis quidem habet locũ simpliciter sursum, ob id motus eius simplex est. Similiter terra deorsum: at aqua, & aer, partim sursum, partim deorsum, partim grauiã, partim leuiã sunt. Ignis respectu aeris grauis est, & deorsum: aqua verò respectu leuiã, & sursum. Similiter aqua respectu terræ, & aeris. Cum igitur mediæ naturæ sint, geminos habent motus, & sursum, vt leuitia, & deorsum, vt grauiã, quamuis secundum vnã rationem non habeant nisi vnicum specie motum. Descendit igitur aer ab igne, & aqua ab aere: ascendit tamen aer ab aqua, & aqua à terra. Et tales loci rationem habent duorum formaliter: sursum enim, & deorsum sunt, si ad

Ad primũ

Ad 2.

Ad 3.

Nota de motu mediõ elemẽtorũ

est ad diuersos terminos à quibus comparantur.

3. cõclusio. Tertia conclusio. Vnitas termini formalis, & vltimati est consideranda ad vnitatem hanc motus specificam.

Aduertendum ergo, vt diximus, quod terminus duplex est. Alter vltimatus, alter nõ vltimatus. Vltimatus is est, quem motus secundum se attingere possit, nisi ab extrinseco impediatur: vt mouetur lapis deorsum, vltimatus locus est centrũ, quamuis impediatur ab alio loco. Similiter mouetur ad aerem violẽter. Vltimatus terminus est vltimum, in quod naturaliter potest projici, nisi vires, aut aliud impedirent. Non vltimatus verò est quẽ attingit ob impedimentum aliquod, in quo alias non quiesceret; vt si lapis cadẽs sistat in cathedra.

Potest etiam fieri, quod aliquis sit vltimatus terminus alicuius motus, nõ autem alterius: vt si aer perueniat ad suum locum, similiter lapis. Isti motus non habent eundem vltimatum terminũ; nam aeri suus locus est vltimatus terminus, quia est motus naturalis; at lapidi non. Cum enim sit motus violentus, vltimus possit procedere, & etiã inferius, quia, vt motus violentus est, incertũ terminum habet. Et vltimus terminus est, quem potest attingere de potentia naturali, nullo existente impedimento. Ad examinandum ergo vnitatem motus, terminus vltimatus est inspiciendus.

Ad quartũ. Et per hoc soluitur argumentũ quartum: cum enim lapis ascendit vsq; ad A, tunc non habet illum terminum vltimatum. Similiter cum naturaliter descendit, terminus vltimatus centrum est: quamuis etiã possemus dicere, quod ille locus A, ratione duplex est: est enim sursum & deorsum respectu diuersorum.

4. Conclusio. Quarta cõclusio. In locali motu mediõ vnitas formalis est attendenda. Dicõ formalem, vt si vnus est rectum, vel circumulare, alterum similiter sit. Hæc est expressa Arist. vt visum est in textu.

Nota, mediõ tantũ habetur ratio in motu locali. Sed aduerte, quod medium non debet attendi, nisi in motu locali: quia quoties mutatur medium in motu locali, mutatur terminus vltimatus: & hoc est valde

notandum, v.g. cum per rectum peruenitur ad A, & per circumulare, A non est vtriusq; vltimatus terminus: nã circulus, vt circulus, non habet finiri in A, per se, cũ terminum non habeat: & linea non habet secundum se, in A, finiri, cũ recta est: sed vltimatẽ vltra circulũ, pcedit. Quod ergo in A, terminetur, hoc per accidens est: ob id ex medio sumẽda est vnitas. At in alteratione, cum ex albo pceditur, siue per fuscum, siue per viridẽ, per se tenditur in nigrum, ob id hi motus sunt eiusdẽ speciei, & est Burlei & Alb. Saxo. & contra Albertũ, & sic soluitur argumentum sextũ. Nam quintũ ex conclusione pcedente solutũ est. Terminus enim vltimatus lapidis nõ est aer, licet in eo sistat, ob id, & quãdo vsq; ad aerem & quando vsque ad ignem projicitur, motus sunt eiusdem speciei propter vnitatẽ terminũ vltimati.

5. cõclusio. Quinta conclusio. Vnitas specifica accidentalis motus, etiam à mobili sumi debet, vt mobile est.

Aduerte itaq; dupliciter differre aliqua specie. Vno modo specie essentiali, cum secundũ substantiam duo differunt, vt homo & leo. Altero modo specie accidentalì, cum secundũ accidentia specie differentia, differunt; vt homo albus, & homo niger. Has duas differẽtias in motu inuenimus. Motus enim duo specie essentiali differunt. Cũ ratione motus differunt, puta, in terminis ad quos, vt motus sursum, & deorsum: accidentalì verò differũt, cũ per accidẽtia; quomodo violentum, & naturale faciũt motus specie accidentalì differre, nõ aut essentiali. Possunt enim duo motus vnus speciei esse, alter naturalis, alter violẽtus: hæc enim accidẽtia sunt motus, non differentia, sicut album & nigrũ, respectu hominis, & ad talem differentia conduct mobile in ratione grauis, aut leuis.

Vndẽ ad vltimũ argumentũ dicitur, Ad vltimũ, quod motus aeris ad centrum, & motus lapidis eiusdẽ speciei sunt essentialis: nã violentũ & naturale tantũ nõ mutant speciem substantialem, cum terminus ad quem vnus est specie. At specie accidentalì differunt, quia alterũ mobile est gra-

Alb. tract. 3. ca. 3. Ad 5. &

Nota, dupliciter aliqua differunt in ter se specie

ue, alterum leue. Aristoteles autem, dum de vnitate specifica loquitur, de specie loquitur essentiali, ad quam vnitas termini ad quem est inspicienda, vt dictum est.

An vnitas numeralis motus sumatur ex tribus, videlicet ex vnitate numerica termini mobilis, & temporis.

Quaestio III.

Difficultas est circa id, quod Arist. docet ad vnitatem numeralem motus esse opus tribus, & vnitate numerica termini, & mobilis, & temporis, in quo occurrunt aliquot argumenta. Primum est: In textu enim 35. dicitur, ad vnū numero motū, terminum requiri vnum, & indiuisibilem, id est, vnum numero. In textu autē 41. dicitur ad continuitatē opus esse vnitate specifica termini; hęc videtur pugna re cum tex. 40. vbi dicitur, motum vnū numero esse continuum, & econtrā. Est igitur argumentum. Idem est motus vnus numero, & continuus: ergo si ad continuationem terminus debet esse vnus specie, pariter ad vnitatem numericam, vel si ad istam debet esse vnus numero, etiā erit ad continuationem.

2. argumēt.

Secundum.

Secundō. Contra id, quod dicit, ad vnitatem, & continuationem motus debere esse vnicum mobile. In primis videtur contra ipsum Aristot. text. 23. dicit enim, quōd motus primę chordę, & vltimę in vnico tempore est continuus, & tamen mobilia diuersa sunt, puta diuersę chordę.

Praterēa Ratione: Descendat canis à media regione aeris incessanter, & in media via moriatur: tunc motus hic continuus viderur: at mobilia specie differūt. Nam canis viuus est animatus, mortuus verò inanimatus. Idem argumentum est de gutta aquę cadente, quę in medio sit grando, & lapis.

Tertium.

Tertiō. Contra id, quod dicitur motus diuersę speciei non posse continuari, videtur falsum. Nam res diuersę speciei cōtinuas experimur in multis: primò de virga vna, cuius medietas auit, & vitam amisit, reliqua manet viridis, & alterius

speciei, & tamen ibi est continuitas. Praterēa, de homine moriente sepē, cuius pedes primò vita destituuntur, ac aliam formam habent substantialem, & tamē cum partibus animatis continui sunt. Similiter de circulo, & circumferentia, & semicirculo, & chorda, quę continua sunt: curuum autem & rectum, nec non linea, & superficies specie differunt. Praterēa, de lapide, qui ascendit, & statim descendit: vbi viderur esse continuatio ascensus, & descensus differentium specie. Idem de pila, qua fit percussio, & percussio.

Praterēa. Ponatur, quōd sit spaciū ab vna parte circumferentię terrę, vsq; ad alteram per centrū, vt sit velut quoddam foramen: tunc proijciatur lapis, si ne dubio descenderet ad centrū, & ascēderet ex alia parte, tunc esset motus hic ascensus, & descensus, & tamen continuus: res igitur specie differentes continuari possunt.

Quartō, est argumentum: Motus accidens quoddam est: sed accidentia vnitatem numericam habent à subiecto: ergo vnitas motus tantū à mobile sumi debet, non à tempore, nec à termino.

Quartum.

Quintō. Tempus vnicum est, & continuum, non interruptum nostris actionibus, cum sit in motu cęli, qui continuus est, non ergo oportet exprimere, ad vnitatem motus, opus esse vnitate temporis, cum semper vnum sit, nec plura esse possit.

Quintum.

Pro determinatione huius, sit primū fundamentum. Aliud est, motus esse simul, aliud esse contiguos, vel consequētes, aliud cōtinuos. Vt duo motus simul dicantur, opus est, vt eadem prorsus temporis parte mensurentur, siue sint in diuersis mobilibus, siue in vno: vt si modò quis deambulet, & modò quis calefiat, siue idem, siue aliud, motus hi simul esse dicuntur.

Fundam.

Aliud est motus esse cōtinuos, aliud contiguos, aliud simul.

Contigui verò dicuntur, qui sunt in tempore continuo, non interrupto aliqua quiete, tamen non vna parte mēsurantur, sed vna vnus, altera alter: & hoc, siue in vno, siue in diuersis mobilitas sit: vt si deambulem modò, & postea cessante.

re ambulatione, calefiam ita, vt nullum sit tempus medium, in quo non ambulem, aut calefiam: tunc isti motus contigui, seu consequentes, seu deinceps dicuntur. Potest autem vnus plus temporis durare, quàm alius, cum non eadem temporis parte mensurentur.

At continuus motus nō est, nisi cum vnus est terminus ad quem numero, & vnicum tempus, & vnicum mobile, vt dictum est supra textum.

2. fundamē. Nota, nō requiritur vnitas motoris neq; spacij ad vnitate motus numericam. Sit secundum fundamentum. Ad motus continuitatem, non opus esse vnitate motoris, nisi ex accidenti, cum motor, & mobile idem sunt; nec opus esse ipsius spacij continuitate. Aliquādo enim motor, & mobile idem sunt, sicut cum aliquid se mouet: & tunc non potest vnicū esse mobile, quia, & motor vnus sit. Aliquando motor, & mobile diuersa sunt, sicut in his, quę ab alio mouentur: tunc autem dicimus, motus vnitate non consistere in vnitate motus. Possunt enim plures esse, & motum vnum numero: vt de motu grani lato ab vna formica, & postea incessanter ab altera: & de motu illius facis, quę ab vno, postea ab altero fertur, vt diximus text. 40.

Ratio autem huius est, quia motus in mobili, vt mobile est, nō in motore, subiectatur, ob id suā vnitatem numericam ab ipso sumit. Diximus etiam vterius: quōd non opus est motus vnitati, & cōtinuitati: ipsa medijs continuatione: vnde si lapis ab igne vsq; in terrā caderet, profectò esset motus continuus: at elementa, per quę transit, non sunt sibi continua.

Et huius ratio est: nam ad motum illa continuitas est necessaria, quę sufficit ad vnitatem loci. Diximus autē, quōd potest esse, duas esse superficies in se, & discōtinuas, & in ratione loci esse vnum continuum, vt si baculus sit in aqua, & partim in aere, duo illa vnum sunt in ratione loci, quia quamlibet locati partē ambiunt, nulla relicta, aut intercepta.

3 fundamē. Dupliciter aliqd est id numero, Sit tertium fundamentū. Esse vnum numero dupliciter cōtingit. Vno modo formaliter, & per identitatem: vt lignū hoc, & quelibet res singularis vna est numero.

mero. Altero modo extrinsecē, vt velut effectiuē, quia facit vnum numero, quomodo duę partes eiusdem continui dicuntur vnum numero; non quę sit vna altera, hoc enim esset, si essent vnū priori modo, sed quia faciunt vnum numero.

Hęc duplex vnitas in motu attendēda est, & intrinseca, & formalis: & hęc vnitas est in ipso toto motu, aut in singulis partibus per se. Est etiam altera vnitas, secundum quam duę distinctę partes vnum numero dicuntur, quia vnicū continuum faciunt.

Cōclusio.

His igitur suppositis, sit prima cōclusio. Ad vnitatem intrinsecam motus, & formalē opus est vnitate mobilis numerica omnimoda, ita vt sicut hęc albedo est in tali subiecto, quo mutato, & destructo, iam non est illa eadē albedo: ita hic motus, qui in hoc subiecto est, nō potest esse in altero subiecto.

Hęc conclusio nota est, quia cum motus sit accidens ipsius compositi, hoc destructo, pariter destruitur motus.

Probatio.

Secunda cōclusio. Ad vnitate alteram motus, id est, vt dicatur vnus, quia vnū facit motum continuum, non opus est omnimoda vnitate inobis.

Declaro. Sicut duę partes motus diuersę vnicum motū continuum faciunt, ita potest esse quę mobile nō sit omnino idē, sed aliter sub vna parte motus, aliter sub altera se habet.

In primis enim, vt vnus sit motus, non debent esse diuersa supposita mobilia cum diuersis materijs, sicut Petrus & Paulus: impossibile enim est, quōd horū sit vnus motus continuus. At cum non sic sunt diuersa, quōd materia sit eadem, vt cum recedente forma Petri succedit forma cadaueis, profectò non video, cur non possit esse vnus motus continuus, si adiit vnitas temporis, & termini ad quem.

Nec talem diuersitatem mobilis vbi est materia vna, censuit Aristoteles, impedire continuationem. Solum enim hoc conuincit, quōd illa pars motus precedentis mobilis nō est pars motus sequētis, sed diuersa pars: tamen non ob id illę duę partes nō erunt continua, cum sint

eiusdem speciei, & tempus vnum, & mobile secundum vnam sui partem, quod satis est vnum.

Multi tamen motum contiguum putant, vt est motus canis viui, & mortui, & guttę cadentis, vt diximus in tertio argumento: & quamuis hoc probabile sit, mihi saltę probabilius videtur, illos motus continuari, propter vnicam eandem materiam, cui cum inhæreant accidētia ista materialia, vt dicemus. de generatione, sit, vt licet denominatiuę compositione sit quod mouetur, tamē dum manet eadem materia, licet mutantur cōposita, non mutatur motus, sed id, quod à motu denominabatur.

Et videtur ratio huic fauere: nā cum in hac eadem materia illo instāti, quo canis corumpitur, sit verum dicere, nunc non est motus canis, & immediatę post hoc erit motus cadaveris, videtur motus illos esse continuos, cum vnico termino cōmuni copulentur. Adde, quod in quocunq; instanti, & in illo mutationis, est verum dicere, motus est: ergo motus illi continui sunt: aliter enim in instāti non conceditur, motus est, nisi quia cōtinuatiuum motus tunc est.

Ad singula tamen argumenta respondere oportet.

Ad primū.

Circa illos textus Arist. dicimus, quod in text. 4. loquitur de cōtinue facienda inter duos motus, & tunc dicit: vt duo motus continuentur, debēt habere terminos eiusdem speciei: imaginatur enim, ac si essent diuisi, sicut duę aquę. Ita duo motus, & hi cōtinuantur, cum terminus à quo est eiusdem speciei cum termino ad quem alterius: sic enim continuantur. At facta cōtinuatiōe, vnicus terminus numero manet: & sic esse continuum, & vnum numero, idem est, & ad vtrumq; vnus debet esse terminus numero ad quem.

Ad 2.

Ad secundum respondetur, & primō ad illum locum Arist. dico, non esse intelligendum de motu, qui in chorda est, nam vnus chordę motus discontinuus est ab altero alterius, sed de motu pulsantis: chorda enim, vt spacium consideratur. Ad illud de cane, iam di-

ximus in posteriori conclusione.

Ad tertium, sunt Thomistę, qui cōce. Ad 1. dant, virgę illius partes esse discōtinuas, tantum esse contiguas; similiter partes mortuas hominis cum partibus viuis nō esse continuas.

Sed ego non possum hoc mihi persuadere, cum manifestę contradicat sensui, imō & rationem: cum partes viuę paulatim moriantur, cōcedere debēt, quod mortuę iterum cōtinuantur cum mortuis, & sic sunt innumerę cōtinuationes, & discontinuationes, quas ipsi possunt credere, ego non possum.

Vndē dico illas esse discōtinuas, cum non differant specie perfecta, sed imperfecta: vna enim est velut alterius priuatio, & præcessit cōtinuitas, & deinde sunt continua cōtinuatione materię, licet non cōtinuatione formę: Quod si est, Aristoteles dixit, res diuersarum specierum non posse cōtinuari, id intelligi sic debet, quod cum duę res diuersę speciei fuerint discretę & disinctę, nequeuat continuari manentes sub suis speciebus. Sunt igitur omnia illa tria continua, partes nempe virgę, & hominis, & linea recta cum circulari: sed hoc nihil facit ad probandum motum esse continuum alteri diuersę speciei, cum perfecta specie differant.

Ad illud de lapide dicimus, quod cū lapis sursum projicitur, & descendit, parum quiescit in puncto descensus. Similiter de motu percussiois, & ratione illius quietis tempus interruptitur: & ita illi duo motus non sunt continui, inter quos quies, quantumuis minima intercessit.

Ad illud de illo foramine, quidā nolunt concedere lapidem vltra centrum transiturum, quia ascensus, & descensus essent continui. Dico tamen, quod dupliciter potest graue descendere. Vno modo naturaliter, cum secundum velocitatem suę grauitatis descendit. Altero modo violenter, cum impetus etiam ab extrinseco imprimitur: vt cum, projicitur ab aliquo deorsum, vel cadit ex magna distantia, tunc enim aliquid violentię quodammodo acquirit, propter ratio-

Nota optima sensum Aristot.

rationem, quam alibi explicabimus.

Dico igitur, quod cum naturali tantum impetu descendit, quiescet in centro: at cum violentę descendet, non dubium, quin per aliquam distātiā vltra centrū mouebitur, & postea regreditur: & tunc tales motus, nempe descensus vltra in centrum, & ascensus à centro, erunt continui, non tamen erunt diuersę speciei. Quia cum talis descensus sit violentus, debet ipsius terminus reputari nō centrum, sed locus, in quem ob impetum fertur.

Nec est vllum inconueniens, ascēsum, & descensum aliquando cōtinuari, non solum in casu allegato, sed etiam in alijs. Verbi gratia, projicitur sursum lapis, aut pila, & dum sursum ascendit, antequam quiescat, ingens lapis deorsum cadens, ei obuiat, nec sinit quiescere, tunc videtur continuus ascensus cum descensu.

Nota.

Verum est, quod si subtiliter hoc secundum exemplum consideres, inuenies, quod non est ibi cōtinuatio vera: nam pila, cum ei occurrit lapis, quiescit in ipso lapide parum, id est, non mouetur motu proprio, sed motu per accidens, quatenus cum lapide ipso defertur: & sic non est descensus per se ipsius pilę. Descensus autem, & ascensus per se eiusdem continuari nequeunt, nisi vterque sit, aut violentus, aut vnus per se, alter per accidens. Possēt etiam dici illos motus factō foramine continuari materialiter, scilicet, secundum entitatem motus: sed non formaliter, vt motus sunt, quia secundum hanc rationem formālē, vnus est sursum, alter deorsum: & ita ratio eorum formalis est discōtinua, licet materialis ratio motus & entitatis ipsius sit continua.

Ad quartū.

Ad quartum. Respondetur, quod nō hic consideramus vnitatem numeralem extrinsecam motus: hæc enim à subiecto est, secundum quam accidentia etiam genere diuersa, si eidem insint, vnum numero dicuntur: sed consideramus vnitatem intrinsecam ipsius indiuidualem: & hæc à tribus sumitur, vt dictum est.

Ad quintū.

Ad quintum dicimus, quod totū tempus continuum est in se, tamen discōtin-

num vocamus, cum quiete aliqua motus interruptus est. Cum igitur duę partes temporis sumuntur, in quibus est motus, ita, vt inter illa sit mediū tempus, in quo quies fuit, illa plura tempora vocamus, & discōtinua, licet in ipso tempore intrinsecē non sit discōtinuatio.

CAPVT V.

Amplius autem determinandum est. Text. XLVI.



POSTQVAM de vnitatem motus differuit, nunc de eius contrarietate tractat ac docet, qui motus cui motui, & quę mutatio cui mutatiōi, & quę quies cui quieti, & quę quies cui motui opponantur, & contraria sint.

De cōtrarietate motuū.

A motus tamen contrarietate incipit, quam diuisiuo argumento colligendam dicit: Facit ergo argumentum quinque partibus cōstans. Si motus contrariatur motui, tunc aut illi motus erunt contrarij, cuius terminus à quo vnus, est terminus ad quem alterius: vt motus à sanitate, & motus in sanitatem. Aut secundo, quorū termini à quibus sunt contrarij, vt motus à sanitate, & motus ab ægritudine. Aut tertio, quorū termini ad quos sunt contrarij, vt motus in sanitatem, & motus in ægritudinem. Aut quarto, quorū terminus à quo vnus, est contrarius termino ad quem alterius, vt motus à sanitate, & motus in ægritudinem. Aut tandem quinto, quorū termini à quibus, & ad quos inuicem sunt cōtrarij, vt motus à sanitate in ægritudinem, & motus ab ægritudine in sanitatem. Concludit, aut vnum, aut plures ex his modis habere contrarietatem: non enim aliter termini secundum contrarietatem disponi possunt.

Est autem, qui ex contrario est. Text. XLVII.

Incipit excludere aliquos modos excludit, in quibus non est motuum cō- 4. modus.

Sf 3 tra-

trarietas. Et primò excludit quartum, nempe, cum terminus à quo, & terminus ad quem sunt contrarij. Et ratio est. Vnus, & idem motus non potest sibi esse contrarius: at motus à contrario in contrarium vnus est, puta, motus ab albo in nigrum, non igitur est sibi cōtrarius. De clarat tamen quòd, quā s vnus motus sit à contrario in contrarium, id est, ratione tamen diuersitate aliquā habet, prout ille motus est acquisitio termini ad quem, & deperditio termini à quo: & est accessus ad vnum, recessus ab altero.

Neque qui est ex contrario. Text. XLVIII.

Excluditur 2. modus.

1. Ratio.

Nota.

2. Ratio.

3. Ratio.

Qui motus sint contrarij, nempe 3. & 5. in quo.

Excludit secundum modum, nempe cum termini à quibus sunt contrarij: & probat tripliciter in terminis à quibus non consistere motuum cōtrarietatem. Primò: quia possunt esse termini à quibus diuersi, & contrarij, & tamē vnus terminus ad quem: & ita motus illi propter terminum ad quem vnus erunt eiusdem speciei, & non cōtrarij: vt motus ab albo in fuscum, & à nigro in fuscum.

At quia hoc argumentum nil concludat, quia postea tex. 31. dictus est, illos motus esse contrarios, & medium induere rationem duorum, remittit se ad dicenda: & iterum secundò probat alio argumento, quòd potius in terminis ad quos contrarietas consistat, quàm in terminis, à quibus.

Argumentum est. In his magis cōtrarietas consistit, quæ magis vigent, dum motus sūt, & sunt: at dum motus sunt, sūt accessus ad terminos ad quos, & recessus à quibus: magis ergo est contrarietas in terminis ad quos: aliter enim motus contrarij, dum magis tendunt, minus essent contrarij.

Probat tertio. Quia à quo sumitur nomen & definitio, debet & sumi species, & cōtrarietas: id autem est terminus ad quem: non ergo, ex terminis à quibus, contrarietas prouenit.

Ex hoc colligit, duos modos contrarietate habere: nempe, tertium, & quintum ad terminos contrarios, & à terminis

nis contrarijs in terminos contrarios.

Repetit autem motum à contrario in Nota. contrarium esse idem, & vnum re, ratione vei d̄ diuersum: vt dixit superius, & nos inferius examinabimus.

Quoniam autem differt mutatio. Text. XLIX.

Vlt reducere ad vnum modum illos duos, puta, tertium ad quintum, & quintum ad tertium: vt dicitur in contrarijs, qui sunt ex contrarijs in contrarios terminos.

Repetit autem differentiam motus, ac mutationis: quòd mutatio non à contrario in contrarium procedit: motus vero id est.

Ex quo argumentum sumitur. Omnis motus ad contrarium ex contrario procedit: ergo quæ sunt ad terminos contrarios, verè ex contrarijs etiam procedent. In his ergo contrarietas est, qui à contrarijs in contrarios tendunt: vt motus à sanitate in ægritudinem, & ab ægritudine in sanitatem, contrarij sunt.

Manifestum est autem, & ex inductione. Text. L.

Inductione per singula motus genera diuersorum motuum contrariorum exempla ponit. In alteratione enim corporali, ærotare, & sanari contrarij sunt motus. In alteratione secundum animam, discere, & ab alio decipi. Discere enim est acquirere se etiam ab alio, & huic opponitur decipi ab alio. Nam inuenire, quod est scire p se, opponitur errare per se, & à se. Similiter in motu locali, motus sursum motui deorsum contrarius est secundum longitudinem: motus ad dextram, motui ad sinistram secundum latitudinem: motus autem, motui retrò, secundum profunditatem. Secundum enim cuiuslibet dimensionis terminos sumitur motus localis contrarietas. De motu augmentationis notum etiam est.

Quæ autem est in contrarium solum. Text. LI.

Stendit modò contrarietatem in mutationibus. Mutatio enim non est

Modus 3. & 5. ad vnum modum reducuntur contrarietas.

Inductio per singula motuum genera.

De contrarietate mutationum.

est à contrario in contrarium, sed in cōtrarium solum, qualis est mutatio accidentalis, vt ex non albo in album, vt in subiectum, vel non subiectum, cum non est contrarium, vt in mutatione substantiali.

Mutationis contrarietas sumitur secundum primū modū.

In mutatione igitur contrarietas sumitur secundum primum modum dictum superius, de quo nihil dixerat: puta, cum terminus a quo vnus est terminus ad quem alterius: vt generatio, quæ est ad esse, cōtraria est corruptioni, quæ est ab esse.

Non autem debet sumi penes non esse, quia id negatio est, in qua contrarietas nõ consistit, sed penes esse, quatenus vna mutatio est accessus ad esse, altera recessus ab eodem esse: vnde generatio ignis contraria est corruptioni ignis. Et contrarietas consistit in hoc: quòd generatio accessus est ad ignem, ab eadem autem corruptio recessus est.

Qui autem ad medium motus sunt. Text. LII.

De contrarietate motuum à contrarijs terminis ad medium.

De eo, quod superius dixerat, nunc sermone facit, puta, cum à terminis contrarijs tenditur ad terminum ad quem medium: ac docet illos motus esse cōtrarios, & medium tenere locum diuersorum contrariorum, si ad diuersa comparatur: vt fuscum respectu albi nigrum est, ob id motus ab albo in fuscum est denigratio: at respectu nigri albus est, ob id motus à nigro in fuscum dealbatio est. Sunt igitur motus cōtrarij etiam, qui ex contrarijs ad medium sunt. Concludit motus esse contrarios, qui à terminis contrarijs in contrarios tendunt. Atque hæc de motuum contrarietate.

An sint duo motus re, cum aliquid ex contrario in contrarium mouetur.

Quæstio IIII.

1. Sententia. D. I. hom. Alb. Aucr.

HAEC quæstio mouetur circa tex. 47. vbi motum à cōtrario in contrarium vnū re vocat, ratione tamen diuersum. Quo autem pacto sit hoc intelligendū, varia est opinio. P. imò D. Thomæ, & Alberti,

& Aucr. super illum textum. Dicunt re esse plures motus à contrario in contrarium, vt ab albo in nigrum: subiecto verò sunt vnus, alius enim est motus albi, alius motus nigri, at quia simul in eodem sunt subiecto, vnus dicuntur.

Pro hac sententia est validissimum argumentum. Cum ex albo fit quid nigrum, ibi est fluxus albedinis, qui motus est, & fluxus nigredinis, qui motus est: sed albedo, & nigredo realiter distinguuntur, ergo sunt etiam motus realiter distincti: nam quisq; motus, & fluxus à suo termino, & forma non est realiter distinctus, vt dictum est.

Hæc sententia non mihi admodum placet. Primò, quia Aristoteles vnicum remotum dicit, & vnus speciei à contrario in contrarium; non igitur sunt duo motus, essent enim specie distincti. Præterea, quia cum quis ex nigro fit albus, si essent duo motus, tunc quisquā ex contrario in contrarium procederet: at non est nisi vnus, qui ex contrario in contrarium procedat.

Altera opinio est Pauli Veneti super hunc textum. Distinguit enim, motū dupliciter sumi: Vno modo, materialiter pro ipsa forma: altero modo formaliter pro fluxu. Si priori modo consideretur, tunc duos esse motus fatetur re, cum sint duæ formæ cōtrariæ: at si posteriori modo pro fluxu, tunc est vnus motus.

Probat suam sententiam. Primò: Vbi est vnus terminus ad quem, ibi vnus est motus. At cum albedo deperditur, & nigredo acquiritur, quod fit in motu ab albo in nigrum, vnus est terminus ad quem, vnus ergo est re motus. Minor patet. Nā deperditio albedinis in nigredinem terminatur, sicut acquisitio nigredinis.

Secundò. Si illi duo motus essent, sequeretur, q vnus motus haberet duos motus contrarios; quod falsum est. Sequela patet. Nam acquisitio albedinis haberet pro contrario deperditionem albedinis, & acquisitionem nigredinis, si duo sunt motus ex albo in nigrum.

Tertio, Sequeretur etiam, quòd vnus duobus motibus contrarijs moueretur, puta, deperditione albedinis, & acquisitione

Obijciunt contra hæc sententiam.

2. Sententia.

1. Ratio.

2. Ratio.

3. Ratio.

tionem nigredinis. Quod autem hi motus contrarij sint, patet. Nam acquisitio nigredinis terminatur in nigredine: deperditio vero albedinis in albedinem: sunt hi termini ad quos contrarij; ergo & ipsi motus. Cum autem hoc esse non possit, vnus erit motus ab albedine in nigredinem.

Reijcitur cet. Nam cum in motu ab albo in nigrum, sit recessus ipsius albedinis in se, & acquisitio ipsius nigredinis, re vera, non potest intelligi, nisi qd sint duo fluxus, nisi voces fluxu vnum compositum ex illis duobus: non enim accidit esse duo distincta, quorum vtrumq; mutetur in tempore, nisi duos fluxus in illis intelligas.

3. sententia. Tertia est quorundam opinio, qui dicunt in motu ab albo in nigrum esse duas mutationes. Altera est termini a quo, secundum quam ex albo fit non album: Altera est termini ad quem, secundum quam ex non nigro fit nigrum: Altera est generatio, altera prior corruptio accidentalis. Motus ergo ex vtraq; mutatione constat: similiter in alijs contrarijs: est ergo vnus motus a contrario in contrarium, duas vero habens mutationes.

Reijcitur 3. sententia. Ista sententia non videtur admodum exacta. Nam tunc motus esset vnum per accidens, nempe aggregatum ex duplici mutatione, specie diuersa; quod re vera falsum est. Quicquid ergo dicatur, siue secundum hanc, siue secundum illam opinionem, videtur difficile ad sustinendum. Dicam, quod mihi conformius veritati, & Aristoteli videtur.

4. Authoris sententia. Aduerte igitur primo, quod terminus a quo non est intrinsecus, nec de essentia motus, sed solum terminus ad quem. Cum enim motus non sit aliud, qd actus entis in potentia, id est, processus, & operatio aliqua tendens in actum perfectum, & consummatum: re vera motus de se non dicit, nisi viam in terminum ad quem, ipse enim est, qui procedit: vnde motus ab albo in nigrum, non est aliud, quam nigredinis processus, & via, que quidem intrinsece incipit in albedine.

1. exemplum. Vt qui tendit in D. Perij, verum non habet fluxum, & motum, nisi in spacio, quod

locum habet termini ad quem. Constat enim spaciū ex multis terminis ad quos non vltimatis: at terminus a quo est extrinsecus, puta, locus, a quo incipit via: at ille locus non est via, nec via pars, nec de essentia via, nisi quatenus finita est.

Ita motus in nigrum non est aliud, qd via, & processus in nigrum, qd processus est realiter in nigredine; & extrinsece incipit ab albedine: non quod talis terminus pars sit ipsius motus, quamuis sine illo non fiat motus.

Et hæc est ratio, quare species, vnitatis, & contrarietas a termino ad quem sumatur, tanquam ab essentiali motus.

Et quod est valde notandum: Aristoteles primo dixit motus contrarios, quorum termini ad quos sunt contrarij, intelligens, hoc esse intrinsecum motui, puta, terminum ad quem. Postea dixit, cum non stet esse in contrarium, nisi a contrario, motus a contrarijs in contraria sunt contrarij, quasi id esset per accidens, & contra, & non ad naturam motus, vt motus est pertinens, & hæc doctrina est notanda.

Aduertendum secundo, quod in motu a contrario in contrarium, cum extremitate suscipiunt intensioem, sunt tres motus & duæ mutationes, & vnumquodq; ex his habet suos terminos distinctos. Prior mutatio est termini a quo, que corruptio secundum quid est, vt in motu a nigro in album: mutatio est, ex nigro fit non nigrum. Altera mutatio est termini ad quem, que est generatio secundum quid: puta, ex non albo fit album.

Motus autem hi sunt. In termino a quo, est motus remissionis, quatenus ex nigro fit minus nigrum, termini sunt nigrum, & minus nigrum. In termino autem ad quem, postquam iam producta est aliqua pars, est motus intentionis a minus albo ad magis album.

Distinguuntur inter se realiter, sicut et ipsa contraria nigredo, & albedo, motus vero a mutationibus non nisi ratione.

At motus tertius est simpliciter ab ipso nigro in album, quo motu subiectum ipsum mutari dicitur ab vno contrario ad aliud

aliud: Et hic differit a motu intensiois ratione tantum, nam motus a nigro in album dicitur ex se incipere extrinsece a nigro, & est totus processus albedinis: at intensio per se, incipit solum ab aliquo gradu albedinis, & est via in perfectam albedinem. Nota igitur hos omnes motus, & mutationes, & ipsorum terminos distinctos.

1. Conclusio. His suppositis, sit prima conclusio. Motus ab albo in nigrum, & vniuersaliter a contrario in contrarium vnus est, sicut est vnus terminus ad quem.

Ratio. Hæc conclusio patet ex fundamento priori. Hic enim non est motus, nisi via ipsius termini ad quem, incipiens a termino a quo, necessario quidem, sed extrinsece: cum igitur vnus sit terminus ad quem, vnus erit motus.

2. conclusio. Secunda conclusio. Iste motus, cum vnus sit, secum fert mutationes duas, & termini a quo, & termini ad quem.

Ratio. Hæc conclusio est nota, nam in omni motu datur generatio vnus extremi, & corruptio alterius. Non quod motus essentialiter sit hoc, est enim via in terminum ad quem, qui non est sine hac mutatione.

Nota. Nota tamen, quod motus non distinguitur realiter a mutatione termini ad quem, vt diximus, distinguitur tamen a termino a quo, & ipsius mutatione.

Ad argum. D. I. ho. Et per hoc soluitur argumentum profancto Thoma & alijs. Dicimus enim in motu ex contrario in contrarium esse duos fluxus, sed solum termini ad quem esse motum, termini vero a quo, fluxus mutatio quedam est.

3. conclusio. Tertia conclusio. Illa via termini ad quem, que motus dicitur, licet re vnus sit, at rationem diuersam habet, est enim recessus a termino a quo, accessus vero ad terminum ad quem, & sic intelligendus est Aristoteles.

Nota. Notandum vero, quod latitudo termini ad quem secundum intensioem vel extensionem se habet, sicut spaciū in motu locali in hoc, quod in illo est motus; non autem in termino a quo spaciū.

Ad argum. ta. 2. opinio. Ad argumenta Pauli respondetur. Licet enim pro nobis sit, tamen quia aliter intendit Paulus dicere, solui debent. Ad

primum dico, quod deperditio albedinis non est motus, sed mutatio, cuius terminus vltimus est, non album: extrinsece enim terminatur in nigrum. Ob id distinguitur a mutatione, que est acquisitio nigredinis, que alium terminum habet.

Ad aliud, nos fatemur illos non esse motus, sed mutationes.

Ad tertium negamus acquisitionem albedinis, & deperditionem nigredinis esse motus contrarios, & probatio est falsa, Nam deperditio nigredinis non terminatur in nigredinem, sed in non nigredine: non nigredo autem, & albedo non opponuntur: ob id nec illæ mutationes, nec motus, quamuis motus esse fateamur, quod quidem non ita est.

Sed posses replicare. Sumo intensioem, & remissionem, cum aliquid ex nigro fit album, tunc intensio terminatur in album, remissio in nigrum, ergo simul sunt contrarij motus.

Solutio. Dico, quod intensio non in album, sed in magis album terminatur, remissio vero non in nigrum, sed in minus nigrum tendit. Minus autem nigrum, & magis album non sunt simpliciter contraria, sed minus nigrum magis nigro, magis album minus albo opponuntur: ob id illi motus non sunt contrarij, hi autem sunt. Ex minus nigro in magis nigrum, & ex magis nigro in minus nigrum, non est intensio, & remissio eiusdem formæ, & hi motus nunquam simul sunt. Diuersarum vero formarum non sunt contrarij, imò simul sunt, nec vnus absque altero fit.

CAPVT VI. Quam autem motui. Tex. LIII.

OSTOQVAM dixit de De contrarietate motuum, nunc de contrarietate quietis cum motu. Primum tamen ostendit aliter motui esse contrariam. Motus enim motui est contrarius simpliciter, id est, perfecta contrarietate: at quietis opponitur motui priuatiue, priuatiue autem quodam modo

T modo

Aliter motus a quiete, & aliter quietes motui est contraria.

Quies motui contraria debet esse in eodem genere.

Nota quid sit quiete in alio quo.

Duplex quies, & quae motui est contraria.

Quae quies est quieti est contraria.

modo contraria dici potest. Supposito tamen quietem motui esse contrariam, dicit, non quietem quamcumque, sed quae est eiusdem generis opponi motui: ut quietes in loco motui in loco, quietes in qualitate motui, in qualitate opponitur, similiter in quantitate.

Hoc tamen est loqui in communi, & in vniuersali: adhuc restat examinandum quae quies in loco cui motui in loco opponatur: an quietes in termino a quo motui ab illo termino: an quietes in termino ad quem. Idem est dubium in alijs motibus.

Et aduerte, quod quietescere in aliquo, est ab illo, vel ad illud non moueri, sed in eo stare, ut esse album, est quietescere in albo. Idem est in alijs motuum generibus & speciebus.

Manifestum est igitur, quod quia in duobus. Text. LIII.

Stensurus, quae quies motui opponatur, distinguit duos terminos in motu quolibet esse, ac confertur duas quietes. Est terminus a quo, & quies in termino a quo: est terminus ad quem, & quies in termino ad quem. Ex his duabus quietibus ea, quae est in termino a quo contrariatur ipsi motui: ut quietescere sub albo, opponitur motui ab albo in nigro, non autem quietescere sub nigro.

Consequenter, quietes sub terminis a quibus motuum contrariatur, sunt inuicem contrariae, ut quietes sub albo, quae opponitur motui ab albo in nigro, & quies sub nigro, quae opponitur motui a nigro in albo. Quod autem haec quietes contrariae sint, probat. Quia inconueniens est, quod motus sint contrarii, & non quietes. Quasi dicat, quaecumque sunt contraria contrarijs, sibi inuicem sunt contraria, sed quietes terminorum a quibus sunt contrariae motibus contrarijs: ergo & ipsae sunt contrariae. Maxima est Topica illa maior. Vnde concludit, quod quietes in sanitate opponitur quieti in aegritudine, & opponitur motui a sanitate in aegritudinem.

Et autem, quae est ex aegritudine in sanitatem.

Quies cui motui non opponitur. Vm dixisset quietem in sanitate opponi motui a sanitate in aegritudinem, dicit modo non opponi motui ab aegritudine in sanitatem, tunc enim esset iam quietes in termino ad quem: est absque ratione quietem in tali termino ad quem motui opponi, & probat.

Ratio autem est. Motus ex se tendit in quietem termini ad quem, in quo stat, & quiescit res: unde motus quietatio quaedam, id est, via in quietem dici potest, quae partim est cum ipso motu. Nam quod mouetur, partim quiescit sub parte termini ad quem: & partim ad reliquas mouetur partes, ergo non est contrarius ipsi quieti: non enim contrarium in suum contrarium tendit.

Dices, Quamuis quies sub termino ad quem motus, non sit contraria motui, non ob id erit contraria quies sub termino a quo illius motus: sed quies in termino alterius motus.

Hoc autem rejicit Aristoteles tanquam manifeste falsum. Vnde concluditur, quietem sub termino a quo esse motui contrariam.

Et possumus nos aliam rationem huius manifestiorem dare. Quia illa quies motui opponitur, qui ponit potentiam ad illum motum, (est enim quies priuatio) sed quies in termino a quo ponit potentiam ad motum, (tunc enim nondum est motus factus,) cum autem est quies termini ad quem, iam amplius motus non est, cum sit consummatus, illa ergo quies termini a quo motui opponitur. Verbi gratia, quod quietescit in albo, est in potentia ad motum ab albo in nigro, non autem quod quietescit sub nigro, quod enim in actu est, non est in potentia ad actum illum.

Quibus autem non sunt contraria. Text. LV.

Intendit modo docere. An mutationi quietes opponatur. Ac primo repetitur, cum inquit, Mutatio fit in his, quae non habent contrarium, id est, si est in contraria, tunc orationum contrarietas est per eandem terminum posituum.

Dubium.

Solutio.

2. Ratio.

De contrarietate quietis cum mutatione.

Quae mutationi opponitur.

Nota, in mutatione non est proprie quies.

Quae mutatio est proprie quies.

Quae quietes mutationi opponitur.

Dubium.

Nota.

ad ipsam mutationem non autem est, sicut in eadem mutatione, quae est ab ente in ens, id est, a contrario in contrarium, quae motus est.

ostendit secundo, quod in mutatione non est proprie quies, sed immutatio quaedam: ut esse ignem est immutatio quaedam opposita mutationi ab igne in non ignem.

ostendit tertio, quod cum in mutatione detur vnum subiectum sub utroque termino contradictorio, puta materia, extremum enim vnum non est simpliciter negatio, sed priuatio ponens subiectum in potentia: tunc immutatio sub termino a quo opponitur mutationi, sicut quies motui, ut esse non ignem opponitur mutationi a non igne in ignem, & esse ignem mutationi ab igne in non ignem. Idem in mutatione accidentis.

Eari ratione quietes terminorum a quibus, seu immutationes oppositae sunt; ut immutatio sub ente in mutatione sub non ente: Idem in particularibus terminis.

Si vero non est aliquid id, quod non est.

Um dixisset, illud non esse dicere subiectum alicuius, dubium ponit, si illud esset pura negatio & nihil, tunc immutatio in ente, cui immutationi opponeretur, nam non esset non entis, & nihil immutatio.

Haec autem verba rationem indicant, propter quam non ens dicitur subiectum, quia nempe immutatio sub ente non haberet contrarium: & ob hoc Aristot. non soluit dubium, qui ipsius ratio est ad inconueniens ducens.

Probat autem duo, quae dixerat. Alterum est, quod illa immutatio non sit dicenda quies; si enim quies esset, tunc non omnis quies esset contraria motui, quod est contra communem sententiam. Id enim quietescit, quod moueri aptum est. Aut sequitur, quod generatio esset motus, quod etiam falsum esse superius dictum est. Verum est, quod licet quies non sit, habet se tamen sicut quies; quia utraque priuatio est, haec motus, illa mutationis.

Alterum, quod dixit, est, quod immutatio sub termino a quo opponitur mutationi, & hoc dicit, puta, quies, seu immutatio, quae est sub ente, opponitur mutationi sub non ente, aut nulli, si non ens, nihil est: Opponitur praeterea corruptioni, quae est ab ente, & non generationi. Rationem eandem dat, quia generatio tendit in ipsam immutationem sub ente, corruptio vero recedit ab ipsa: ergo talis immutatio sub ente corruptioni, quae ab ente est, non autem generationi, contraria est: illa autem est terminus a quo corruptionis.

Dubitabit autem aliquis.

Text. LVI.

Intendit alium modum contrarietatis in motibus & quietibus constituta. Alius modus est, nempe secundum violentum, & naturalis in motibus & quietibus, scilicet secundum violentum. Nempè: quare in motibus secundum violentum locum inuenitur quidam secundum naturam, quidam praeter naturam, non autem alij hoc motibus inesse videtur. Quod in motu locali id sit, notum est: quod vero non in sit alijs motibus, inductione manifestat discurrendo per contrarios motus, & mutationes cuiusque generis, in quibus uterque motus contrarius secundum naturam inesse videtur. Et litera satis est nota, sunt enim exempla varia.

At si est, quod violenta fit.

Text. LVII.

Terminat dubium, dicens: Quod si praeter naturam dicatur id, quod violentum dicitur: utique accidit etiam omnibus alijs motibus, & mutationibus violentum esse & naturale: & sic quaedam est corruptio violenta, quaedam naturalis. Similiter in generatione, & in augmentatione, & diminutione: ut quae augentur praeter tempus, propter alimentum delicatius, dicuntur augeri violenter: quae vero secundum tempus debitum, naturaliter.

Notandum est autem, quod corruptio, seu mors, si ad materiam nudam referatur, naturalis dicitur: at si ad dispositionem

nes comparetur, quædam est naturalis, puta, quæ ex defectu dispositionū in se puenit, vt est mors in senibus: quædā violenta, quæ ab extrinseco prouenit, vt interfectio: & hæc dicitur mors præter fatum.

In alteratione autem quo pacto. Text. LVIII.

Idem esse in alterationibus docet. Est enim quædam violenta, quædam naturalis, vt sanari in diebus iudicatorijs, & ceticis, naturale est: at sanari in diebus non iudicatorijs, violentum est. Vocat enim dies iudicatorios, quibus morbus & natura sensibilibiter pugnant, non enim vna continua est semper.

Concludit generationem contrariari corruptioni, & alteri generationi, quarū vna est naturalis, altera violenta: similiter de corruptione. Nec hæc est inconueniens: nam contrarietas secundum violentum, & naturale est, vt sic, id est secundum qualitatem: at ea contrarietas, quæ est inter generationem & corruptionem, est secundum speciem, & substantiam, quod supra declarauimus.

Omniñò igitur contrarij motus. Text. LIX.

Concludit sic motus, & quietes contrarietatem habere: est enim contrarietas motuum secundum speciem, quæ est penes terminos ad quos. Cum tamen vterq; motus est naturalis aut violentus, & tunc motus hi contrarij sunt diuersorum mobilium: vt motus ignis sursum, & terræ deorsum contrarij sunt. Est alia contrarietas motuum secundum violentū, & naturale: & sic duo motus contrarij eiusdem mobilis esse possunt, vt motus ignis sursum, & eiusdem deorsum. Similiter lapidis.

Et quietes etiam similiter. Text. LX.

Quietes etiam contrarias esse secundum violentum & naturale.

Quietis etiam cum motibus secundum violentum, & naturale opponi docet. Cum enim quietis naturalis est, & motus violentus est: cum verò quietis violenta est, motus naturalis est: lo-

quendo de locali motu: Vt quietis lapidis deorsum, naturalis est, eius contrarius motus à deorsum in sursum violentus. Vt rarius, quietis lapidis in aere violenta est, eius autem contrarius motus in deorsum naturalis est. Similiter in alijs mobilibus.

Habet autem dubitationem. Text. LXI.

Dubia aliquot proponit, quorum primum est, An quietes, quæ non semper est, qualis est violenta generatur, & producat: & quiescere sit idem, quod stare, id est, supposito quòd quietes in motu sit stare, & cessare, vt verè est.

Si igitur quietes, quæ non semper est generatur, quietes violenta eius, quod violentè mouetur, generabitur: vt quietes lapidis sursum. Sed quod hoc fieri non possit, probat. Si enim illa quietes producat, tunc producat illo motu violento, quia non est alia productio. Et hoc est, quòd dicit, quæ sursum ferebatur violentia, stabat, id est, ille motus sursum violentus tendebat in statum, & quietem: sed hoc videtur falsum, & probat duplici ratione.

Prior est: quod stat, id est, quod ad quietem fertur, velocius fertur in fine motus, quàm in principio, & medio, vt patet de his, quæ naturaliter mouentur in sua loca, impetu enim maiori feruntur, cum propius loca sunt naturalia: at quod violentia fertur, remissius est in fine, ergo non propter quietem fertur: quietes igitur violenta non producit.

Alter ratio est. Quia non dicitur proprie quiescere, nisi quod est in suo loco naturali, nec ergo motus tendit in quietem, nisi is, quo in proprio locum fertur, aut proprio loco accedit.

Aduertendum verò, quod aliter se habet quietes in motu naturali, aliter in violento. In naturali est intenta ab ipso mobili per se, & à virtute ipsius, quæ per se attingit illam quietem, sicut calor calorem a violento. At in violenta non est intenta, nec per se prouenit ex aliqua virtute operante, sed potius deficiente: eò enim quòd imperus impressus violentè finitur, fiet quietes: impetus tamen, & virtus illa non per suam efficientiam, sed per sui

deficientiam, quietem talem facit: in naturali verò per efficientiam. Et hoc est, quod hic docet: quòd quietes violenta per accidens producat: & argumentum est, quia in fine motus, cum quietes est, deficit, & remittitur virtus, quæ illam productura erat, quod non esset, si motus ille ex se in quietem tenderet.

Habet autem dubitationem. Text. LXII.

2. Dubium, an quietes terminantur à quo, sic contraria motui.

Alterum dubium proponit contra id, quod dictum est, quietem terminari à quo motui ipsi esse contrariam. Si enim hoc ita est, videntur duo contraria simul esse. Nam cum mouetur aliquid in terminum ad quem, manet aliquid in termino à quo, sub quo quiescit mobile. Non enim in instanti totus terminus à quo abijciitur, vt dum motus est in album, manet mobile sub hoc, vel illo gradu nigredini: sunt igitur duo contraria simul.

Solutio dubij

Respondet id non esse absurdum, quòd contraria secundum aliquid sui simul manent, vt quis sub aliquo gradu nigredinis, & motus ad aliquem gradum albedinis: At duo motus contrarij secundum nullum gradum simul esse possunt: non enim simul ab albo in nigrum: & à nigro in album vnum moueri potest. Ex quo sequitur, quòd magis est contrarius motus motui, quàm quietes motui: hæc enim aliquo modo simul esse possunt, illa verò minime.

Et de motu quidem, & quiete. Text. LXIII.

Epilogus dictorum.

Epilogat, se iam de motuum vnitatem, & contrarietate dixisse: similiter etiam de quiete.

Nota.

Atque in multis codicibus Græcis hic est finis libri, ob id reliqua ab Argiropilo, & Vatablo non vertuntur, leguntur tamen à Simplicio, quamuis ipse iudicet non esse Arist. At quandoquidem à Boetio translata sunt, non erit inconueniens ipsa exponere.

Dubitabit autè quis, & de ipso stare. Text. LXIII.

Omnes ferè fatentur, Aristotelè hic iterum proponere dubium secundum, an quietes producat: & hæc fuit causa, vt existimarentur, non esse hæc verba Arist. Sed pace dicam, mihi videtur ista esse Arist. si non esset alia causa, cur non sint, nisi quia est repetitio eiusdem.

Constat enim esse aliud dubium nouum, quod non fuit propositum. Nempe, an motus violenti terminentur in quiete, sicut motus naturales, ita, vt etià illis sit opposita quietes, id est, finis sit quietes. Superius enim dictum est, non produci quietes violentas, in quo supponebatur ipsas esse: & sic exponit Albertus, & bene respondet, esse tales quietes violentas.

Et probat dupliciter. Primò, quia motus violentus manet, & finitur, cum violentia finitur: ergo sequitur quietes. Nam motus non est finis motus: aliter motus motu produceretur: ex quo sequitur, quòd cum illa quietes sit, & non sit facta, id est, per se, vt supra dictum est, quòd aliquid erit quiescens, & non est factum quiescens, intellige per se.

Secundò probat. Quot modis vnum contrarium, tot etiam alterum dicitur: sed motus & secundum naturam, & præter naturam est, ergo & quietes opposita aliqua est secundum naturam, aliqua præter naturam, & violenta.

Quoniã autem ex quibusdam motus. Text. LXV.

Dubitabat vltimò. Cum vnum videatur habere duos motus oppositos, verbi gratia motus ignis sursum habet motum terræ deorsum, & motum etiam sui sursum, vter horum contrarius est? Respondet esse vtrumque, sed differenter, nam motus terræ contrarius est, sed sicut naturale naturali, nam vterque motus naturalis est, quamuis diuersorum mobilium: at motus eiusdem contrarius est, sicut violentum naturali.

Quasi dicat, potest vnus motus naturalis habere duos contrarios, vnum naturalem pariter, sed diuersi mobilis, alterum violentum eiusdem mobilis.

Idem fit in quietibus. Nam quietes terminantur in centro opponitur quietes naturalis in centro opponitur quietes naturalis.

naturali ignis in loco sursum, & quieti violentæ eiusdem terræ in loco etiã sursum: Ex quo colligitur duplex modus contrarietatis in motibus, & quietibus, ut dictum est.

Forte autem quieti motus.

5. Dubium iterum proponitur.

HAEC verba vltima existimo cum alijs esse omnino superflua, ob id non esse Aristo. Proponitur enim dubium tertium præcedens. Quod si quietes terminant à quo motus contraria est ipsi motui, nunc duo contraria simul erunt. Solutio eiusdem verbis repetitis, & tandem epilogum eorũ, quæ dicta sunt, puta, contrarietatis, & vnitatis motuum, & quietũ facit. Summa brevis eorũ omnium, quæ circa vnitatem & contrarietatem motui in hoc libro sunt dicta. At ut magis in præceptu habeantur, per aliquot conclusiones eadem repetemus.

1. Conclusio.

Prima est. Motuum vnitatis generica, & specifica ab vnitatis termini ad quem generica aut specifica consideranda est.

2. Conclusio.

Secunda. Motus vnitatis numerica, & continuatio ab vnitatis numerica termini ad quem: ab vnitatis etiam numerica mobilis per se, & à tempore non interrupto per aliquam quietem peti debet.

3. Conclusio.

Tertia. Motus contrarij secundum speciem sunt, quia à terminis à quibus con-

trarijs ad terminos ad quos contrarios tendunt.

4. Conclusio.

Quarta. Quies sub termino à quo contraria est motui ab eodem termino: duæ verò quietes sub terminis à quibus motuum contrariorum contrariae sunt.

5. Conclusio.

Quinta. Duo motus contrarij diuersorum mobilium possunt esse, quorum vterque sit naturalis, ut motus terræ deorsum, & ignis sursum, aut quorum vterque sit violentus, ut motus terræ sursum, ignis deorsum.

6. Conclusio.

Sexta. Duo motus contrarij eiusdem mobilis sic se habent, ut si vnus naturalis est, alter violentus erit.

7. Conclusio.

Septima. Idem de quietibus inter se contrarijs, vtraque enim potest esse: naturalis diuersorũ mobilium, ut quies ignis, & terræ in locis proprijs: aut vtraque violenta, ut de conuerso terræ sursum, ignis deorsum: eiusdem mobilis, vna est naturalis, altera non.

Octaua. Si quies naturalis est, motus contrarius violentus est, si violenta, tunc motus naturalis.

Nota.

Notandum autem, quod contrarietas secundum violentum, & naturale est secundum qualitates motuum, altera verò est secundum motus naturam, quæ in terminis consistit. Hæc de libro quinto.

Finis Libri Quinti.

IN LIBRVM SEXTVM PHYSICORVM.

CAPVT I.

Si autem est continuum, & tangens.

Textus primus.

Intentio Arist. de diuisione partium quantitatarum, & earum ordinac.



VID in hoc libro Aristoteles intendat, non est difficile comperire: tractat enim de diuisione partium quantitatarum motuum: quas habent à

spatio & tempore, quibus fiunt. Similiter de ordine harum partium.

1. Concl. ce- lebris Arist.

Præmittit autem ante omnia, conclusionem hanc. Nullum continuum ex indiuisibilibus compositum esse, sed ex continuo, & iterum diuisibilibus.

Nullum continuum compositum ex indiuisibilibus.

Hanc

Supposit.

Hanc autem multipliciter probat, suppositis definitionibus traditis in libro 5. continui, contigui, & consequenter. Sunt enim continua, cuius vltima sunt vnum. Contigua, quorum vltima sunt simul. Consequentia, inter quæ nihil media est eiusdem generis.

1. Ratio Arist.

Ex definitione igitur continui, & contigui, probat continuum non componi ex indiuisibilibus, sic. Si ex his componeretur continuum, tunc indiuisibile esset continuum cum altero indiuisibili, vel contiguum: sed non potest id esse. Probatur, Nam non habet vltimũ, quod indiuisibile est: quod enim habet vltimum, habet partem, quæ non sit vltima, nam relatiuũ est vltimum: quod igitur indiuisibile est in se, non habet vltimum: non ergo alteri continuum est, aut contiguum.

Nota, quod ista ratio principaliter adducta est ad probandum indiuisibile non esse continuum indiuisibili. At quia probatio, nempe nõ habere vltimum, etiam probat, non esse contiguum, ob id simul est vtrumque probatum: sed non ex directa intentione.

Vndè etiam, quod dicitur de puncto respectu lineæ, idem dici de linea respectu superficies, & de hac respectu corporis.

Amplius necesse est, aut continua. Text. II.

2. Ratio.

Alteram facit rationem eadẽ eadem conclusionem probandam. Si continuum ex indiuisibilibus componitur, aut illa sunt inter se continua, aut contigua, aut consequentia, sed nihil ex his potest esse.

Primum, non possunt esse continua, ut in præcedenti ratione probatum est. Quod autem contigua, & se tangentia non sunt, probatur. Omne, quod tangit alterum, aut tangit, ut totum totum, aut ut pars totũ, aut ut pars partem, sed nullo ex his modis punctum punctum, aut indiuisibile indiuisibile potest tangere, ita, ut continuum faciat.

Tamen illa maior est explicanda: tunc totum totum tangit, ùm vnum secundũ suas omnes partes simul est cum altero, quod non potest esse, nisi penetraretur cum

ipso: Cum verò non secundum omnes sui partes, sed secundum aliquas, tunc se tangunt ut pars partem: Cum verò aliqua vnus pars omnes alterius partes tangit, & cum eis penetratur, est sicut pars totum. Modò est argumentum. Cum punctum non habeat partes, magis inerit illi tactus, quo totum tangit totum: si ergo punctum tangit punctum, ut totum totum, non potest continuum ex illis componi: nam continuum habet partem extra partem suam, & loco distantem: at cum totum totum tangit, non est situs, nec locus diuersus.

Et nota hanc esse validissimam rationem, quæ probatur, indiuisibile additum in indiuisibili, non facere ipsum maius, nec continuum non efficit maius.

Tertiam partem argumenti probat, quod non se habeant consequenter; Quia cum duo indiuisibilia non sint contigua, ut probatum est, erit medium, & ita non erunt consequentia.

Dices, non sat est, esse medium, nisi sit Dubium: eiusdem generis.

Respondeo, quod benè procedit Arist. solutio.

Nam si inter duo indiuisibilia data mediat continuum, ut inter duo puncta, linea, cum in quolibet continuo sit indiuisibile, ut in qualibet linea punctum, erit præfectò medium eiusdem generis. Vndè nõ est accipere in linea aliqua duo puncta ita coniuncta, quin aliud sit intermediũ, cum inter quælibet puncta mediet linea, in qua adhuc sunt puncta.

Amplius autem diuideretur. Tex. III.

Tertiam ponit rationem. Si continuum ex indiuisibilibus esset compositum, utique in ipsa diuideretur. Nam res diuiditur in ea, ex quibus composita est. Si ergo continuum diuiditur in indiuisibilia, iam non diuiditur in semper diuisibilia. Hæc autem est continui definitio, pura, quod in diuisibilia semper diuisibile est.

Statim interponit verba, quibus probat inter indiuisibilia mediare continuum, ut inter puncta lineæ: ut exponit S. Th. IIa 2a mediet mas: & probatio est. Cum inter indiuisibilia

bilis

Bilia mediet aliquid, vel illud est diuisibile, vel non. Si non, erit indiuisibile, & ita erunt duo indiuisibilia mediata. Si diuisibile. Vel in semper diuisibilia, vel non. Si non, peruenietur ad indiuisibilia, contra dictam definitionem, & præterea quia tunc indiuisibilia simul erunt. Si verò in semper diuisibilia diuisibile est, erit continuū. Vnde inter duo indiuisibilia, continuū est medium. Quod autem continuū sit diuisibile, semper in diuisibilia, probat. Quia si in diuisibilia non diuideretur, ex indiuisibilibus constaret: & ita indiuisibile tangeret indiuisibile, quod est contra id, quod iam probatum est:

Eiusdem autem rationis est. Text. IIII.

Quod sit eadem ratio de tempore, & motu, quæ de magnitudine.

Quod dixit de magnitudine, nempe non componi ex indiuisibilibus, sed ex diuisibilibus, idem de tempore, & de motu dicendum, censet. Sunt enim omnia hæc eiusdem rationis, quantum ad hoc: vel enim omnia constanter ex indiuisibilibus, vel nullum ipsorum: non enim constat vnū constare, & non aliud. Manifestum est autem ex his.

Text. V.

Motum diuisibilem, sicut magnitudinem, nunc probat, & esse eiusdem rationis, postea de tempore probabit. Cum enim motus magnitudinis, & spatii respondeat, pars motus parti spatii respondebit, & equabitur: si ergo magnitudo A, B, C, componitur ex indiuisibilibus, puta, A, & B, & C, re vera, motus D, E, F, quo mobile, P, mouetur, constabit ex indiuisibilibus, puta D, & E, & F, ita, vt singula singulis magnitudinis indiuisibilibus æquentur, & respondeant, puta, D, ipsi A, E, ipsi B, F, ipsi C, eadem igitur est ratio magnitudinis, & motus simul.

Si igitur præsentem motu.

Text. VI.

4. Ratio ex motu.

Quartam rationem intendit confirmare ad eandem conclusionem superius propositam, quæ sumitur ex motu, ad quam suppositum fundamentum

vnū in textibus duobus præcedentibus: Nempè, si magnitudo ex indiuisibilibus suppositis componeretur, etiam motus componeretur, quod falsum probabit.

Supponit tamen primò alterum fundamentum: Nempè cum motus est, tunc rem moueri: & cum res mouetur, motum esse: & si motus ex indiuisibilibus est, etiam ipsum moueri. Ex priori autem fundamento concludit: Cum aliquid mouetur per illam magnitudinem, A B C, motu, D E F, tunc per singulas partes illius magnitudinis mouebitur singulis partibus motus, vt per A, motu D, per B, motu E, per C, motu F. Nam sicut motus totus toti spatii respondet, ita partes motus partibus spatii respondebunt; & vt quod mouetur, per totum spatium toto motu mouetur, ita per partem spatii parte motus mouebitur, quod probat esse non posse.

Si igitur necessariò est id, quod mouetur. Text. VII.

Quod per singulas magnitudinis partes indiuisibiles motus fieri non possit, probat. Id, quod mouetur, dum mouetur, nondum peruenit ad id, quo mouetur: & prius est moueri, quam motum esse. Sed quod indiuisibile est, non habet, quo motus est, & vnde motus est: igitur quod per indiuisibile mouetur, simul mouetur, & motum est: simul est in eo, quo mouetur, & vnde mouetur: hoc autem impossibile est: ergo impossibile etiam est in partibus illis spatii aliquo modo motum esse.

Quod si dicas, quod per indiuisibile mouetur, non simul est, vnde est motus, & quod motus tendit, ex hoc iam sequitur profectò ipsum esse diuisibile: oportet enim in ipso dare medium, in quo sit verum dicere, quod nec quiescit: hoc enim est, sub termino ad quem, sed mouetur: hæc autem repugnant indiuisibili; impossibile est ergo in partibus illis spatii dari motum fieri, aut rem moueri: & tamen positum est in illis partibus motum esse: contingit ergo motum esse, & rem non moueri contra suppositionem.

Si verò

Si verò per totum, A. B. C. Text. VIII.

Excludit alteram responsionem, inferens plura inconuenientia.

Excludit, quod posset responderi, nempe, quod mobile mouetur per totam magnitudinem, A B C, non tamen per singulas eius partes. hoc impugnat inferens multa inconuenientia. Primum est. Si non est motus in singulis partibus, puta in A, nec in B, nec in C, tunc motus ex non motibus componitur.

2. Inconueniens.

Quod si hoc ita sit, inferitur primum inconueniens, quod aliquid motum est, quod nunquam motum fuit. Stenim per totam simul magnitudinem motus est, in fine magnitudinis res est mora: & tamè si in illa parte præcessit motus, est mora nullo præcedente motu, quod impossibile est. Similiter transiuit spacium nunquam transiens: & erit transiuisse, non præcedente transitu.

Si igitur necesse est, omne aut quiescere. Text. IX.

3. Inconueniens.

Inferret tertium inconueniens. Si enim in singulis partibus non mouetur, quiescit: nam mobile, cum non mouetur, quiescit: quod si in omnibus quiescit partibus, tunc dabitur, quod idè simul quiescat, & continuè moueatur: nam per totam illam magnitudinem mouebatur simul, & quiescebat.

Obiectio & solutio.

Dices, quiescebat secundum partes, mouebatur secundum totum. Hoc reijcit: nam partes omnes totum sunt: si igitur secundum omnes partes quiescit, secundum totum quiescit.

4. Inconueniens.

Vltimum inferit inconueniens, vel in illo indiuisibili, in quo quiescit, est motus, vel non. Si non, motus ex non motibus est. Si verò est motus, est absurdum contra fundamentum, nempe, motu præsentem, res quiescit, & non mouetur.

Perinde autem necesse est. Text. X.

5. Ratio Aristoteli ex tempore.

Argumentum aliud à tempore sumit. Nempè, quod si ex indiuisibilibus magnitudo constat, pariter, & tempus: at cum tempus non constet,

nec magnitudo, Prius tamen assumit, quod conuertantur in diuisibilitate, & indiuisibilitate tempus, & magnitudo ita, vt si vnū ex indiuisibilibus, & alterum. Si verò non, nec alterum componatur.

Probat primum, quod si vnū sit diuisibile, sit & alterum. Demus magnitudinem ex indiuisibilibus, si mobile vnū æquè vclox transit tanto tempore illam, ipsius medietatem in medio transiuit tempore: ergo si magnitudo diuisibilis est, etiam erit tempus. E contra, si in tanto tempore illud mobile transit magnitudinem, in medio transibit medietatem, ergo ex temporis diuisibilitate colligitur diuisibilitas magnitudinis in infinitum, id est in partes diuisibiles.

CAPVT II.

Quoniam autem omnis magnitudo. Text. XI.



Intendit iterum ostendere, si magnitudo in magnitudines semper diuisibilis est, nec ex indiuisibilibus componitur, vt probatum est ex eius continuatione, quod tempus pariter nec ex indiuisibilibus componatur. sed in partes ite: um diuisibiles diuidatur. Est autem probatio notanda.

Supponit tamen duo, quorum primum est: Quod sequitur ex diuisione magnitudinis data, puta, velocius mobile in tempore æquali transire maius spacium, & in minori aliquando maius, aliquando æquale, quam tardius mobile.

Has tres partes ordine probat. Primò, quod in æquali tempore velocius mobile transeat maius spacium, quam tardius. Sit mobile A, velocius, sit mobile tardius B, sit spacium, per quod motus est, C D. Tunc est argumentum. Velocius mobile citius peruenit, ad terminum motus, quàm tardius: ergo in eo tempore, quo A, velocius est in D, ipsum, B, quia tardius est, nondum peruenit ad D, sed est citra ipsum, quod est minus spacium: ergo in eodem tempore velocius transit maius, quam tardius.

Vv At

At verò, & in minori plus.
Tex. XII.

2. partis probatio.

Alteram probat partem, quòd in minori tempore plus spacij transit velocius, quàm tardius. Probatio est. Signetur ex probatione precedenti illud punctum, in quo B, tardius fuit quando A, velocius fuit in D, sit E, distans per aliquid spacium à D. cù enim, B, fuit in E, tunc A, fuit in D, in eodem tempore, F, G. Sed inter hos duos terminos est spacium medium, nempe vltra terminum tardioris, in quo fuit ipsum A, qui terminus sit, H, hoc spacium erit maius, quàm spacium tardioris, cum sit aliquid plus, erit etiam minus spacio, priori velocioris, cum sit aliquid minus: tempus ergo erit etiam minus, quàm precedentis; quod erat æquale cum tempore tardioris: ergo in minori tempore, quod sit, C, H, velocius transit plus spatij quàm tardius.

Manifestum autem est.

Tex. XIII.

3. partis probatio.

Probat tertiam fundamenti partem, nempe, quod velocius mobile in minori tempore transit æquale spacium, quod tardius mobile in maiori tempore transit. Supponit duo. Alterum, quod iam probatum est, quòd in minori tempore transit velocius maius, quàm tardius. Alterum, quòd idem mobile secundum se, id est, nulla facta ad alterum comparatione, sed ipsum solum, siue sit tardum, siue sit velox in tanto tempore transit tantum spacium, in maiori maius, quàm in minori: & in minori minus spacium, quàm in maiori: & deducit hoc ad exemplum.

Nota.

Vbi aduertendum, quòd ex superiori fundameto datur spacium maius, quod velocius transit, dum tardius transit suum spacium minus in tempore æquali. Vterius in secunda parte fundamenti datur maius spacium, quod velocius transit in minori tempore, quàm sit illud spacium tardioris.

Spacium hoc velocioris vocatur, L, M, spacium minus tardioris, L, O, tempus velocioris, E, R, tempus tardioris, quod ma-

ius est, Q, Y.

Dicitur igitur, quod velocius mouetur per L, M, & L, O, clarum est, quòd cum L, M, sit maius, quàm L, O, tempus, quòd velocius consumit in L, M, erit maius, quàm quod consumit in L, O, quod tempus dicitur Q, S. Ex his argumentatur. Si tempus, Q, R, quod velocius consumebat in magnitudine, L, M, est minus, quàm tempus, Q, Y, quod tardius consumebat in magnitudine minori, L, O, & tempus Q, S, quod velocius consumit in eadem L, O, est adhuc minus, quàm, quod consumebat in L, M, profecto tempus Q, S, minus multo erit, quàm Q, Y, tempus tardioris in eadem magnitudine: est enim tempus hoc minori minus. Hæc est litera Arist.

Sensus rationis Arist.

Sed sensus clarus hic est ex secunda parte fundamenti. Velocius transit maius spacium in minori tempore, quàm tardius: ergo idem velocius transit æquale adhuc in minori tempore: æquale enim est minus respectu illius, quod velocius transibat. Accipe exemplum. Si media hora velocius mouetur per leucam integram, & tardius in maiori tempore, puta, hora, mouetur per minus, puta, per tres partes ipsius: velocius in multo minori mouebitur per illas partes tres: nã si leucam perambulabat in media hora; quæ minor erat tempore tardioris, tres partes solum in minori, quàm media hora perambulabit: ergo æquale spacium percurrit velocius in minori tempore, quàm tardius.

Amplius autem si omne.

Tex. XIII.

Altera ratio ad idem.

Idem alio argumento probat. velocius transeat æquale spacium cum tardiori: peto, vel in eodem tempore, vel in maiori, vel in minori. Si in eodem: erit æquæ velox, & non velocius iam. Si in maiori, erit tardius: debet ergo in minori, vt dictum est.

Quoniam autem omnis quidem. Tex. XV.

2. Fundam: Arist. velocius, & tardius in tempore.

Proposito priori fundamento, alterum constituit, nempe velocius, & tardius in tempore accidere: non e-

accidit.

nim constat absque tempore.

Hoc idem ad probationem supponit, quia per velocius, & tardius temporis diuisionem ostensurus est.

Probat autem fundamentum in tertia figura. Omne, quod mouetur, in tempore mouetur: omne, quod mouetur tardius, & velocius mouetur: tardius ergo, & velocius in tempore sunt, & per tempus mensurantur.

Ex his fundamentis infert, tempus continuum esse, id est, in diuisibilia semper diuisibile, vt ipse explicat: quò autem modo sequatur ex precedentibus, ipse dedit in textu sequenti.

Quoniam enim ostensum est.

Tex. XVI.

Concludit Arist. quod si tempus est semper diuisibile, etiam si æquale spacium sit æquale spacium. Sit ergo A, mobile velocius, sit B, tardius: sit spacium, C, D, & tempus, E, G.

Argumentatur igitur ex tertia fundamenti prioris parte, nempe, quod velocius in minori tempore transit æquale spacium. Sit ergo A, mobile velocius, sit B, tardius: sit spacium, C, D, & tempus, E, G.

His suppositis, si B, mouetur per C, D, in tempore, E, G, tunc A, cum sit velocius, mouebitur per eandem magnitudinem in minori tempore, quia velocius transit æquale in minori tempore. Vterius in illo minori tempore, quod sit F, H, tardius mouebitur per minus spacium, quàm C, D, & ita diuidetur magnitudo, & sit illa C, K, iterum idem velocius mouebitur per hanc in minori tempore: & ita diuidetur tempus: vnde per idem velocius, & tardius diuidetur vtrunq; magnitudo, & tempus, quoties sumimus tardius, vt in argumento patet, diuidimus magnitudinem: quoties verò sumimus velocius, diuiditur tempus.

Vnde concludit, quòd cum sit ista conuersio semper à tardiori ad velocius, semper erit diuisio temporis, nec ad indiuisibile peruenietur: Similiter in magnitudine: nam si ad magnitudinem indiuisibilem, & tempus perueniretur, tunc inter velocius, & tardius non esset differentia: imò non esset velox, aut tardum.

Hoc ergo est argumentum, quod tandem colligit Aristoteles, quamuis argumentum procedat, supposita magnitudi-

nis diuisione ad tempus: & supposita postea diuisione temporis ad diuisionem magnitudinis: at vtrunq; debet admitti, & probari per velocioris, & tardioris naturas.

Similiter autem manifestum est.

Tex. XVII.

In primis verbis textus colligit partem conclusionis illatæ ex argumento, vt idem alia ratione probat.

Postea tertium argumentum ponit ad idem probandum, nempe quòd si magnitudo est continua, etiam erit tempus. Argumentum est: quia ita confectum est dici apud eos, qui de hoc tractant: & rationem ipsorum ponit: quia eadem est vtriusq; diuisio, intellige proportionaliter: vt si tantam magnitudinem tanto pertransit tempore, & dimidiam in dimidia temporis, & tertiam in tertia, & quartam in quarta parte: est igitur æqua vtriusq; diuisio.

Et si alterum infinitum.

Tex. XVIII.

Constituit alteram conclusionem de tempore, & magnitudine, puta, si magnitudo finita est, vel infinita, pariter etiam tempus: & eo modo, quo finita, vel infinita est, etiam & tempus. Distinguit autem duplicem modum infiniti. Est infinitum actu, quod vocat infinitum ex terminis: est infinitum potentia, quod vocat diuisione: & hæc ex superioribus dictis patent.

Altera conclusio, si magnitudo finita, vel infinita, est pariter & tempus & confirmati modo.

Vult ergo, quòd si magnitudo, & spacium est infinitum actu, similiter & tempus infinitum actu: si verò potentia, etiam tempus potentia, & diuisione erit infinitum: quod si vtroq; modo, & actu, & diuisione, similiter etiam tempus.

Duplex infinitum actu, & potentia, scilicet diuisione.

Quapropter & Zenonis ratio.

Text. XIX.

Ex hac distinctione soluit argumentum quoddam Zenonis, quo contendebat, nihil moueri. Argumentum erat. In quolibet spacio sunt infinita puncta, & partes: sed infinita non possunt

Soluitur argumentum Zenonis. quo contendebat nihil moueri.

sunt transiri: ergo nullū spacium transi-
tur. Minor probatur. Quia infinitū non
pertransitur, nisi tempore infinito: at
quodlibet tempus finitum est: non ergo
in aliquo tempore contingit moueri per
aliquam magnitudinem.

Hæc est ratio Zenonis, quam repre-
hēdit Aristoteles tanquam equiuocam:
nam sumit magnitudinem infinitam in
potētia, tempus verò infinitum actu, cū
tamen non ita sumere oporteat: sed pari
ratione vtrumq;: & tunc verum est, quod
si magnitudo est potentia infinita, simi-
liter & tempus: vnde vtrumque infinitū
est, potentia tamē. Nec est inconueniens
magnitudinem potentia infinitam tem-
pore actu finito transiri: hæc tamen duo
fieri nō possunt, quod magnitudo sit fi-
nita, & tempus infinitum, aut quod ma-
gnitudo infinita, tempus verò finitum,
sumptis finito, & infinito in actu.

Si enim magnitudo finita.
Tex. XX.

Magnitudo
finita non
potest per-
transiri in
tempore in-
finito.

Probat, finitam magnitudinem tem-
pore infinito actu non posse per-
transiri. Argumentum est, Detur ma-
gnitudo finita A B, & tempus sit infini-
tum C, & supponitur, quod equalis ma-
gnitudo ab eodem mobili in tempore
equali pertransitur. Tunc sumatur aliqua
pars temporis finita, puta, C D, & sit ar-
gumentum. In tempore finito C D, mo-
bile transibit, aliquam partem magnitu-
dinis A B, & sit B E: ergo in æquali tem-
pore finito transibit aliam partem tan-
tam, & in alia aliā: finita autem partes
mensurant, & complent totam magni-
tudinem A B: ergo, & tempora illa fini-
ta partium complēt totū tempus totius
magnitudinis, & sic finitum est, quia ex
finitis finitè sumptis constat.

At quia illa pars magnitudinis sum-
pta poterat esse nō aliquota, sed aliquo-
ties sumpta, aut excederet, aut deficeret
à toto, sicut quaternarius respectu no-
uenarij: subdit parūm hoc referre: nam
si non est aliquota illius magnitudinis,
aut erit maioris, & hanc non continget
tempore infinito pertransire.

**Amplius autē, si non omnem
magnitudinem.**

Tex. XXI.

FErè idem argumentum, alia tamen
via fortiori, proponit, vt vult The-
mist. Sumit enim modò partem ali-
quotam totius magnitudinis finitæ, &
facit argumentum. Nō quælibet magni-
tudo eodem tempore transiri debet: er-
go si totū infinitum tempore, aliqua pars
finito transibitur. Vtlerius, hæc pars in
tēpore finito transibitur, & finities sum-
pta facit totum finitum: ergo & tempus
correspondens parti finitæ, cū sit æqua-
le alijs temporibus partium equalium,
cū ipsis faciet tempus totum illius ma-
gnitudinis finitum.

Quod verò illam partem, quæ est to-
tius magnitudinis, non transeat tem-
pore infinito, probat. Quia ex vtraque par-
te tempus illi parti correspondens, ter-
minum habet. Primò ex principio, quia
sicut incēpit motus in ipsa, ita & tem-
pus. At ex parte finis. Et patet. Quia plus
temporis sequentis consumitur in tota,
quàm in parte: habet ergo terminum ex
vtraque parte, & ex principio cū in-
cēperit, & in fine, cū cesset tempus cor-
respondens parti: & quod vltierius sequi-
tur sit totius.

Vt sit eo ad Diui Petri, tempus corre-
spondens viæ vsque Mineruam, finem
habet: quod enim vltierius est, non illius
partis, sed totius tēpus est: ergo tempus
partis finitum est.

Eadem autē demonstratio est.
Tex. XXII.

Eodem modo docet posse probari,
in finitam magnitudinem non pos-
se transiri tempore finito. Sumam
enim magnitudinem finitam, & dicam,
huius tempus finitum est: ergo & alte-
rius equalis, & alterius: & sic consume-
tur tēpus finitū in magnitudine finita.

Colligit ex prædictis omnibus, nullū
continuum ex indiuisibilibus componi.
Et per omnia posita argumenta vnū
aliud ponit, nempe, quod sequeretur in-
diuisibi-

In finitama-
gnitudo nō
potest per-
transiri tem-
pore finito.
Alia ratio.
Nō probans
continuum
non cōponi
ex indiuisi-
bilibus.

diuisibile esse diuisibile, quod impossibi-
le est: consequentiam ostendit in textu
sequenti.

**Quoniam enim in omni tem-
pore. Tex. XXIII.**

Suppositio
1.

AD probandum sequelā ponit fun-
damentum certum: Quod cū
in æquali tempore velocius tran-
seat maius spacium, quàm tardius, poterit
transire spacium maius in quacunq; por-
tione: nam maius vnū altero mul-
tipliciter euenit: hoc autem est esse velocius
transire maius in æquali tempore.

Supposit. 2.

Quod si ita est: detur spacium maius,
quod velocius transit, sex quialterum ad
spacium tardioris, tunc vnū constabit
ex tribus indiuisibilibus, A, B, B C, C D.
alterum, quod tardioris est ex duobus E
F, F G.

Supposit. 3.

Est modò argumentum. Supposito et-
iam, quod tempus, quod velocius consu-
mitur, sit ex tribus alijs correspondenti-
bus magnitudini, puta K L, L M, M N.

Nec dicitur ra-
tio.

Tunc sic, in eo tempore, quo velocius
transit magnitudinē illam ex tribus, tar-
dum transit ex duobus: sed velocius in
tempore constanti ex tribus indiuisibili-
bus: ergo & tardum. Vtlerius: In toto tē-
pore ex tribus, tardum transit duo indi-
uisibilia: ergo vnū indiuisibile transi-
bit in medio tempore: ergo oportet diui-
dere indiuisibile, aliter tria diuidi neque
unt: est igitur indiuisibile diuisibile. Et vlt-
terius, nō in indiuisibili transibit indiui-
sibile, sed in maiori, puta, aut in duob. v-
nū, aut in vno cū dimidio: vtrumq; absur-
dum est & impossibile: ergo continuum
nullū ex indiuisibilibus est cōpositum,
sed ex continuis, id est, ex his, quæ iterū
atq; iterum diuidi possunt sine limite.

An continuum ex indiuisibilibus partibus
componatur.

QVAESTIO I.

Explicatur
sensus qua-
estionis.

ADuerte circa quæstionis titulū
Nō de quocunq; indiuisibili
loquimur, sed de eo, quod ad
genus quætitatis pertinet, qua-
le punctum, linea, nunc, & similia sunt.
Nec loquimur de quacunq; partium cō-

positione, sed de integrali, quæ sit secun-
dum partes integras, quæ differunt val-
dè à partibus substantiæ rei.

Primò, partes integrantes sæpè simila-
res sunt, vt qualibet pars ignis, ignis est,
& aquæ aqua: Dico sæpè, quia non sem-
per: nam in viuētib; id non est. Non
enim quælibet hominis pars, homo est.
At partes substantiæ dissimilares sunt sem-
per, est enim altera materia, altera forma.

Not quod dif-
ferant in ec-
se partes in-
tegrales &
substantiales.
1. Differen-
tia.

Prima pars integralis non habet eun-
dem adæquatè locū cum altera, nec pars
est in toto loco totius: vt patet in vna,
vbi est medietas, adæquatè nō est altera.
& vna medietas nō est in toto loco, vbi
est totū. At partes substantiæ non sic, sed
in quo loco adæquatè est materia, ibi est
forma, & in toto loco, quo cōpositum
est ibi, & materia, ibi forma etiam est.

2. Differ.
3. Differ.

Præterea, partes integrantes possunt
separatè consistere, vt duæ ligni partes
diuisæ per se sunt: at forma per se, mate-
ria per se non sunt, nec esse possunt. Lo-
quimur igitur in præsentī de cōposi-
tione, non ex partib; substantiæ, sed ex par-
tib; integralib; & querimus. An continui
partes omnium, primæ sint indiuisibiles.

Circa hoc sunt quatuor sententiæ. Est
enim indiuisibile duplex. Quoddam sim-
pliciter & mathematicè, quod nō habet
partes, vt punctū. Quoddā secundū quid,
quod diuidi non potest actu in partes,
quamuis illas habeat, qualia sunt mini-
ma naturalia.

Duplex mo-
dus indiuisi-
bilis.

Et iuxta hoc fuit prima sententia Ana-
xagoræ, vt diximus lib. 1. continuum cō-
poni ex infinitis indiuisibilibus secundū
quid, quæ dicebantur atomi.

1. Sententia
Anaxag.

Secunda sententia fuit Zenonis, & Stoi-
corum, & erat cōmunis tempore Aristo-
continuum componi ex indiuisibilibus
simpliciter: vt lineam ex punctis, superfi-
ciem ex lineis, & similia cōtinua ex indi-
uisibilibus suis.

2. Sententia
Zenonis.

Tertia sententia fuit aliorum, quos re-
citāt Algazel lib. 1. suæ logicæ, qui conti-
num non cōponi dicunt, sed esse quid
simplex, & incompositum.

3. Aliorum.

Vltima sententia fuit Arist. continuum
ex partibus etiam continuis, & indiuisi-
bilibus componi.

4. Sententia
Arist.

Sunt tamen aliquot argumenta, quibus continuum ex indivisibilibus componi probatur.

1. Argumento. quod componitur ex indivisibilibus. Primò: Numerus, & continuum eiusdem sunt generis quantitas: sed non repugnat numerum ex indivisibilibus componi, & augeri: unitates enim numerum augent, & componunt: ergo & continuum ex indivisibilibus componitur & augetur. Adde, quod ex diuisione continui numerus fit: sed numerus est ex indivisibilibus: ergo & continuum in ipsa diuiditur.

2. Argumento. Secundò. Vnumquodque componitur ex his, per quae definitur: sed linea definitur per puncta: ergo conficitur ex punctis. Minor pater ex primo Poster. cap. 4. Puncta dicuntur substantia lineae, & praeterea: quia linea definitur longitudo punctis terminata.

3. Argumento. Tertio. Si diuisione continui est in continua semper, diuisione ipsius nunquam finitur: ergo continuum maius, & minus sunt aequalia: vtrumque enim in infinitum est diuisibile. His argumentis probatur continuum ex indivisibilibus componi.

4. Conclusio. At pro determinatione huius sit prima conclusio. Indivisibilia sunt in re, quamuis non omnino à continuo realiter distincta.

Hae conclusio duas habet partes. Altera est, esse in re puncta, & lineae, & nunc & reliqua indivisibilia, nec esse tantum in imaginatione. Altera est, quod sic sunt in re, & in continuo, vt non sint prorsus ab illo distinctum, sicut res à re.

Prior pars probari potest ex quatuor capitibus. Primum est tactus Physicus. Duo enim corpora, vt experientia monstrat, se adaequatè tangunt, vel igitur in aliquo diuisibili. Et hoc non quia illa duo diuisibilia adhuc non se adaequatè tangunt, nisi secundum aliquid sui: ergo tactus est in indivisibili: sed ille tactus est verus, & realis, igitur verè est indivisibile reale, puta superficies, secundum quam est tactus corporum.

Alterum est tactus mathematicus, tamen constitutus in corporibus Physicis, quem quidem voco tactum Physicum in praesens, qui scilicet fit inter duo corpo-

ra sensibilia: voco tactum mathematicum, qui fit inter mathematicas quantitates, quamuis sumatur cum corporibus naturalibus. Est igitur argumentum. Non repugnat esse corpus perfectè sphaericum, imò est caelum ipsum, nec repugnat esse planum perfectum. Tunc his datus, corpus sphaericum tangeret planum in puncto, vt Geometria facillimum est demonstrare: ergo verè in continuo punctum est.

Tertium est ex continuatione. Duae partes non possunt continuari, nisi sit aliquid vtramque connectens: hoc autem debet esse commune vtrique, aliàs non conneckeret vtrumque: quod si commune est, indivisibile est: nam si diuisibile esset, non esset commune, sed pars esset vni, pars alterius partis continuata: & sic opus esset alio continuante. Est ergo indivisibile: cum autem verè, & realiter continuo sit, realiter indivisibile est.

Quartum caput est ex terminatione. Nam corpora terminantur realiter: terminus ergo, aut diuisibilis est, aut indivisibilis. Si diuisibilis, non est terminus: nam vna medietas terminabitur per alteram debet ergo esse indivisibilis: est igitur indivisibile in re. His rationibus constat esse huiusmodi indivisibilia, puta superficies, lineas, puncta.

Sed non ita esse intelligas in continuo, vt sint duo accidentia simul, puta, albedo & dulcedo in lacte, vt aliqui putant: non enim sic distinguuntur, cum non sint distincta à continuo re, nisi sicut pars continui ab ipso toto. Ita etiam indivisibile à continuo: ac ob id dicitur in altera conclusionis parte, non esse omnino à continuo realiter distincta, quamuis in re sint. Et hoc fieri potest, est enim realiter natura animalis in homine, sed non realiter distincta ab homine, quamuis maiorem habeant distinctionem indivisibilia à continuo: sunt enim quodammodo sicut pars à toto continuo distincta: dico, quodammodo, quia non sunt partes.

Secunda conclusio. Fieri non potest ex huiusmodi indivisibilibus continuum esse compositum.

Hae conclusio praeter argumenta Aristotelis, quae in textu sunt exposita, quae

Prior pars probatur in diuisibilibus: primo ex tactu Physico.

2. Ex tactu mathematico.

3. Ex continuatione.

4. ex terminatione.

Indivisibilia vt puncta non distinguuntur re à continuo.

2. conclusio continuum non componitur ex talibus indivisibilibus.

1. Argumento.

BOB

non est necesse reperere, adhuc alijs tribus probatur. Primum est ex motu sumptum. Si magnitudo ex indivisibilibus esset composita, sequitur, quod motus velocissimus, & motus tardissimus in eodem tempore per aequalia sunt spatia: quod est impossibile. Sequela probatur. Detur spatium decem indivisibilium, per quod A, velocissimum, & B, tardissimum mouentur: tunc in quo tempore A, transit vnam partem, vnum videlicet indivisibile spatij in eodem B, transit eandem, & sic de singulis partibus: ergo in quo toto tempore, A, transit totum spatium, etiam & B, consequentia est nota. Antecedens probatur. Nam singulae partes sunt indivisibiles, & dum velox illarum vna transit, etiam & tardum.

Dices: non sic, sed dum tardum transit vnam, velox transit duas.

Contra. Si dum velox duas transit, tardum vnam tantum, tunc dum velox vna transit, tardum transibit dimidium, & diuidetur indivisibile: quod si nihil transit, non mouebitur, contra suppositionem: dicimus enim vtrumque moueri.

Et rursus sequitur, quod si velox in vno puncto retro, tardum in altero puncto, & simul moueri inciperent, nunquam velox posset consequi tardum, quia dum velox vnam, tardus alteram transit aequali partem: est enim vtraque indivisibilis. Hae autem sunt falsa, & contra experientiam: non ergo magnitudo ex indivisibilibus constat.

Secundò. Si ita esset, sequitur multas esse magnitudines, vt lineas, superficies, quae in duas medietates diuidi non possent: quod quidem falsum est. Omne enim continuum duplam habet proportionem ad suam medietatem. Sequela patet de omnibus magnitudinibus, quae ex imparibus indivisibilibus constant, puta ex tribus, ex quinque, & huiusmodi, quae diuidi in duo aequalia non possunt absque indivisibilis diuisione, ostendit autem contrarium Euclides, demonstrando propositionem decimam lineam datam in duas partes aequales secare.

Tertium sumitur argumentum ex rebus mathematicis; & est argumentum


Obiectio.

1. confutatio.


2. Ratio.

3. Ratio.

Scoti, 2. sent. distinct. 2. q. 9. & Gregorij ibidem quaest. 2. Primò sequeretur, quod diameter quadrati, & eius costa essent aequales: quod est impossibile, & quod sequatur, patet. Nam tot puncta habet vna, quam altera. Si enim à singulis punctis quadrati costae deducantur, lineae ad alteram costam, omnes illae transibunt per omnia puncta diametri, nec habebit aliud punctum, nam lineae illae totum spatium quadrati replent, vbi tantum est diameter.



Vterius sequitur, quod circulus maior, & circulus minor sunt aequales, & quod tot puncta habeant. Et patet. Si duo circuli concentrici describantur, & vsque ad maiorem deducantur omnes lineae ab ipso centro: tunc omnes lineae transibunt etiam per minorem: ergo tot puncta vnus habet, quot alter.




Dices: non ita; sed duae lineae maioris transibunt per vnum punctum minoris.

Contra; sequitur ergo, quod illae duae lineae maioris à centro, vsque ad circulum, minores sunt vna linea tantum: ab vno enim puncto in vnum rectae tendunt: non potest autem à puncto in punctum, nisi vnica duci recta, & tunc ultra illud punctum vsque ad maiorem, vna erit obliqua, altera recta, nec erunt aequales lineae vsque ad circumferentiam à centro ductae.

2. confutatio.

Vlt.



Uterius dicit Gregorius. Sequitur, quod linea intra latera trianguli supra basim descripta esset maior ipsa basi, quod est impossibile. Sequela patet. Detur triangulus ex lateribus, quae constant ex sex singula indiuisibilibus, & basis ex tribus: & deducantur a lateribus in lateris lineae: tunc ab ipso B in H, ad minus habebit duo: C, in K, tria, a D, in L, quatuor: Vide igitur hanc maiorem esse basi, quae tantum habet tria ex compositione. His, & alijs multis constat continuum non posse ex indiuisibilibus componi.

Tertia conclusio. Continuum ex continuis componitur. Aduerte, quod dico, contra tertiam opinionem: est enim uere continuum compositum. Cum enim in re inuenimus esse pluralitatem, & diuersitatem aliquam cum unitate, ibi damus compositionem in his rebus: cum autem in continuo inuenimus, quod uni parti inest, alteri non inest, & quod illae duae unum sunt, necesseario damus compositionem.

Nota. Et notatu dignum est, quod ratio partium non consistit in separatione a toto, imo in conjunctione, quod aliqui non aduertunt, dicentes esse partes in potentia, sed non actu in continuo nisi cum separatae sunt: quod quidem falsum est: imo cum separantur, iam non actu partes, sed tota quaedam dicuntur: dum in toto sunt, actu partes sunt.

Dicitur autem in conclusione: quod ista compositio ex continuis est: hoc autem ex dictis sequitur. Si enim partes continui indiuisibiles esse non possunt, erunt diuisibiles, & continuae: unde ex diuisibilibus & continuis componitur continuum. Quarta conclusio. Cum audis, continuum diuidi in infinitum, ne intelligas partes ipsius infinitas esse actu, sed quod

non in tota diuidetur partes, quin in plures: semper tamen partes ex diuisione finitae erunt, ut dictum est in libro tertio, Per haec possumus ad argumenta superius proposita respondere.

Ad primum. Continui, & discreti. In continuo ob id negamus compositionem ex indiuisibilibus, non quia quantitas est, sed quia partes habet inter se continuas loco, & situ distantes, secundum quas motus fieri possunt. Haec enim omnia non possent esse, si ex indiuisibilibus componeretur: at numerus abstrahit a continuo, a loco, a situ, a motu; ob id ipsum ex indiuisibilibus componi nil repugnat.

Et non ex his componitur, ut indiuisibilia sunt in ratione continui, cum continuorum multorum etiam numerus sit; sed ut sunt indiuisibilia in ratione discreti, de quo locuti sumus in libro tertio.

Ad secundum dico, quod Arist. puncta vocat, substantiam lineae secundum opinionem communem, quae tunc uigebat, quia illic pro exemplo usus erat secundum rei ueritatem, puncta non sunt partes, sed partium continuatiua.

Ad tertium dico, quod non ualet ista consequentia, tot partes habet hoc totum, sicut & hoc: ergo haec duo sunt aequalia, nisi sint etiam partes aequales: unde in duas medietates diuiditur maius, & minus, sed medietates minoris sunt minores, quam maioris, ob id non sequitur, quod ex diuisione partium aequali, quoad numerum sequatur aequalitas continuorum.

Dubia quaedam praecipua, An ex indiuisibilibus continuum componatur.

Incet quaestio haec sufficienter a nobis fuerit disputata, tamen quoniam haec de compositione continui ueritas eiusmodi est, ut preclara etiam semper ingenia multum in ipsa, diuque laborarint; conabor hic, ad calcem antecedentis quaestionis, quo magis ueritas elucescat, omnes quas aduersus id poterit, maioris momenti obiectioes, & dubia cogere, & diluere: & praefertim

Ad primum.

Nota.

Ad secundum.

Ad tertium.

seruim eum non desinat nostra aetate, qui opinionem illam antiquorum Philo- phorum ueram arbitrentur.

Obiectio ad diuisione continui, quae non potest esse infinita cum compositio non sit ex infinitis.

Est ergo contra ea, quae dicta sunt primum argumentum. Diuisio nulla potest in infinitum procedere, nisi praexistant partes diuidendae infinitae: sed in continuo non sunt partes diuidendae infinitae; ergo eius diuisio non potest in infinitum procedere. Consequentia satis est nota: Sed maior probatur. Si enim non praecedunt infinitae partes, utique praecedent finitae: si sunt ergo finitae partes, finita diuisione absoluentur, nec ulterius diuisio procedet, & sic non ibit in infinitum: praecedunt ergo infinitae. Respondebit quis, ut communiter responderi solet ad hoc, & ad minorem illius syllogismi, quod praecedunt infinitae potentia, sed actu finitae: Sed contra hoc est argumentum ualidum. Dicere, quod sunt infinitae potentia, uel est, quod partes non sint actu in illo continuo, sed de nouo producantur; uel est, quod sunt illic infinitae, sed non actu diuisae inter se. Primum est impossibile: quia diuisio quantitatis est in partes quae insunt, ut inquit Arist. 5. Metaph. cap. 13. & praeterea, quia plures essent partes diuisae, quam erant in toto; nec ei equarentur: & praeterea, quia tunc esset generatio nouae substantiae. Alterum uero si dicas, quod ibi infinitae sunt, sed non actu diuisae; tunc sequitur primum, quod cum una non se penetret cum alia, sed distet ab ea, erunt infinitae partes, quarum quaelibet occupat loci distinctam partem: & sic erit infinitum actu continuum; habet enim infinitas partes, quarum una non est alia, & sunt aequales inter se: Nam si sunt infinitae medietates maiores haec, minores illae, in maioribus sunt aequales: maius enim claudit aequale: erunt infinitae aequales non communicantes. Quod enim non sint actu diuisae, solum prodest, ut non sit numerus actu infinitus, sed non ut non sit continuum infinitum.

Uterius cum singulae adhuc partes, & medietates iterum sint diuisibiles, eadem ratione erunt infinitae, & in quolibet continuo erunt infinites infinita, quod est absurdissimum.

Secundum est. Vbi inueniuntur gradus plures, necesse est dare primum: sed in continuo sunt partes secundum plures gradus, ut maiores, minores, posteriores, priores: ergo oportet dare primas partes. Haec diuisibiles non sunt; non enim primae essent, erunt ergo indiuisibiles: ergo continuum tandem ad indiuisibilia reducitur. Discursus hic notissimus est, tamen illa maior, a quo totus pendet, probatur; quia re uera imaginabile uideatur, quod in continuo saltem permanente dentur partes compositae ex alijs, & aliae ex alijs, & non dentur prima componentia. Et est argumentum. Destructo primo, non stat secundum ab illo dependens; sed partes compositae sunt secundae: ergo nisi primae sint, impossibile est ipsas esse.


Tertium est Theologorum argumentum. Cum enim ueritatem hic simpliciter indagemus, licebit a quacunque facultate auxilium petere. Argumentum est. Vel Deus cognoscit distincte omnes partes continui, uel non; absurdum fateris, cum Deus omnia cognoscat, etiam infinita si essent. Qui enim omnia fecit, omnia cognoscit distincte. Si ergo cognoscit omnes distincte partes; peto, An singulae harum quae a Deo cognoscuntur, sint diuisibiles adhuc, an indiuisibiles. Si indiuisibiles, iam non erunt illae omnes cognitae distincte, sed confusae, ut in alijs includuntur: sicut nos cognoscimus, dum tres, aut quatuor partes continui cognoscimus, & in eis reliquas. Si uero indiuisibiles; ergo re uera ex indiuisibilibus primo componitur continuum. Cognoscit enim Deus, quod in rebus est.

Quartum est. Detur corpus perfecte sphaericum super planum tangens in puncto, ut dictum est; & moueatur continue: Quod quidem duobus modis potest accideri, quorum uterque nouam habet difficultatem. Primo moueatur rotando super planum: iam sic perfecte sphaericum tangit perfecte planum solum in puncto: ergo in toto illo motu semper tantum tangit in puncto, & transit totum illud spacium: ergo totum illud spacium constat ex punctis. Secundo modo potest motus fieri ut sphaericum, sic tangens in puncto.

Obiectio ad partem compositionis, quae uidetur necessario debere repeti primam.

Obiectio ad cognitionem Dei, quae debet cognoscere omnes partes continui.

Obiectio ad sphaeram tangentem planum in puncto.



trahatur per totum planum, tunc tale punctum tranſibit totum ſpacium, nihil relictum, & ſemper tangens punctum: ergo totum illud ex punctis conſtat.

Nec opus eſt ad hoc argumentum recurrere ad corpus ſphericum perfectum, ſed ad id, quod in omni corpore reperitur. Demus enim quodcumque mobile: ſignetur punctum in eo, cui correfpondeat punctum loci, tunc tale punctum motu ipſius ſubiectionis tranſit longitudinem ſpacij, & non niſi tangendo puncta; ergo illa longitudo ex punctis eſt.

Nec alio argumento probauit Ariſto. tex. 89. indiuiſibile moueri non poſſe, niſi quia linea ex punctis componeretur, quia tranſitu et ſemper tangendo puncta: unde qui noſtrum argumentum ſoluit, argumentum Ariſt. deſtruit.

Quintum eſt argumentum Zenonis allatum ab Ariſt. ſed non facile ſolutum. Motus non poſteſt eſſe per ſpacium aliquod, niſi prius mobile tranſeat minus, quam maius: ſed quacunq; parte data alia minor eſt, & hoc in infinitum: ergo non poſteſt motus fieri per ſpacium. Inſero ergo aliud a Zenone; hic enim motum non eſſe concluderat, ego inſero: Cum motus ſit, non componetur, nec diuidetur ſpacium in infinitum. Reſpondet Ariſt. quod in ſpacio non ſunt, niſi infinite partes potentia. Sed haec ſolutio videtur intelligibilis: nam, vt diximus argumentum primo cum iſtae partes ſibi ſint, nec per diuiſionem multiplicentur, impertinens eſt, quod diuiſae non ſint; nam nec duae medietates vnius continui diuiſae ſunt; at motus per vnam prius, quam per al-

5. Obiectio. Argumentum Zenonis.

ra fieri debet: quod ſi iſto modo dat partes infinitas, re vera, motus nunquam ad terminum perueniret.

Sextum argumentum eſt de motu, & tempore. De tempore nihil exiſtit, niſi nunc, nec de motu, niſi mutatum eſſe: ergo, re vera; tempus non eſt aliud, quam plura ſuccedentia nunc. Quis enim capit id fuiſſe, aut fore, de quo nec fuit vnquam verum dicere, modo eſt, nec erit verum etiam dicere, modo eſt? Similiter de motu, nihil niſi mutatio inſtantanea vel mutatum eſſe, perpetuo ſit. Quod enim dicitur in ſucceſſiuis non exiſtere, niſi indiuiſibile, non alia videtur eſſe, quam quod ſucceſſiua ſolum ex ſimilibus indiuiſibilibus componantur.

6. Obiectio. De motu & tempore ab exiſtentia ipſorum.

Et vt maior pateat in Ariſto. difficultas, attende in textu octauo: Ipſe ſumit contra alios hoc pro certo principio, Im poſſibile eſſe, aliquid tranſire, quod nunquam fuit tranſiens; & motum fuiſſe, quod nunquam fuit, vt diceretur moueri. Ex hoc ſumo argumentum: quomodo enim motus, aut tempus erit, de quibus nunquam fuit dicere, motus, tempusue exiſtit? Nam quae exiſtunt, indiuiſibilia ſunt, quae ſecundum ipſum non ſunt partes temporis, nec tempus, nec motus, nec motus partes. Cum igitur iſta non exiſtant vnquam, niſi ſecundum indiuiſibilia, non aliud, quam ex his composita videtur.

Augetur virtus in Ariſto.

Et confirmatur iterum: Sumo inſtans hoc & argumentor ſic. Quid primo exiſtit poſt iſtud nunc, vel tempus, vel nunc aliud. Si nunc aliud: duo ergo nunc immediata. Si tempus, cum tempus non exiſtat, niſi ſecundum nunc, & inſtans, erunt adhuc duo immediata inſtantia. Idem eſt argumentum de mutato eſſe, quod non ſequitur motus, niſi per aliud mutatum eſſe: imò etiam in quolibet continuo argumentum hoc fieri poſteſt.

Confirmatur ſecundo.

Septimum argumentum eſt. Videtur ſequi, quod nunquam motus, nec tempus abſolui poſſit; nec peruenire ad vltimum nunc vel primum mutatum eſſe. Et attende rationem, ſit hora, & motus quida aequalis, ſi quis proportionaliter diuidet in duas partes verſus finem, nunquam perue-

7. Obiectio. ex duratione temporis & motus.

8. Obiectio.

perueniret ad vltimum, nec diuiſio finiretur: ſed dum ſiuit tempus, & motus, ſit diuiſio talis, quia ſemper medietas prius tranſit; ergo nunquam finirentur.

Octauum. Sumo tempus aliquod, & dealbationem, quae in eo fiat: peto, vel in tali tempore ſunt finita vel infinita inſtantia. Si des finita, cum debeant eſſe in aliquo numero certo, ſumam duo illorum, quae cum non ſint immediata, habeant inter ſe tempus, in quo erunt inſtantia, & ſic erunt plura, quam assignata ſunt. Neceſſario ergo debes dare: infinite inſtantia tranſacta in quolibet tempore. Ex hoc ſequuntur duo impoſſibilia. Alterum eſt, quod ſunt tranſacta in finita numero de ordine, quia vnũ ſuit poſt aliud. Alterum, cum in illo tempore ſit albefactio, & in quolibet inſtanti ſit mobile ſub alio gradu, & gradu albedinis, vtrique erit infinite intenſa; & ſi eſſet motus ſecundum quantitatem, eſſet infinita quantitas.

9. Ex interſe catione lineae a ſuperficiebus intermediaris, concava, & convexa.

Nonum dubium. Probatur lineam componi ex punctis, unde motus, qui per illam lineam fieret, componeretur ex mutatis eſſe; & tempus illius motus ex inſtantibus. Semper enim puncto ſpacij correfpondet mutatum eſſe, & mutato eſſe, inſtans. Unde ſi probatum fuerit lineam componi ex indiuiſibilibus, probatum eſſet idem in omni genere continui. Probatur autem. Imaginemur lineam a centro terrae duci ad aliquod punctum extremae ſuperficie primi mobilis, illam lineam ſecabunt omnes ſuperficies caelorum. Concipiamus ergo duas, conuexam, videlicet, Lunae, & concauae Mercurij, & quonia linea, qua ſuperficies aliqua ſecat, in vno aliquo puncto ſecatur: complectamur animo duo illa puncta, in quibus talis linea ſecatur a dictis ſuperficiebus; Tunc ſic vel illa ſunt inter ſe mediata, vel immediata. Non mediata, quia ſi inter illa duo puncta mediaret aliqua linea, ſequeretur inter duas illas ſuperficies medietate aliquod ſpacium, quod proculdubio eſſet vacuum: ergo illa duo puncta ſunt immediata. Ex quo ruit ratio illa Ariſt. (vel ſe tangerent, vel non, &c.) Et aduerte hoc argumentum eandem habere vim in quacunq; linea,

Nota.

quam imagineris duci a ſuperficie locati, ad ſuperficie loci, ſed propoſuimus in caelo, vt eius vis eſſet manifeſtia.

Decimum. Deinde non deſunt (vt di. Opinio Neotericorum quorundam circa continui compoſitiones omnes contrarias Ariſtotelis. Quorum ex indiuiſibilibus ſententia in his poſſimum fundam. mentis conſiſtit.

Primum eſt, Eſſe duplices partes in Fundam. quolibet continuo; & primas, & ſecundas partes. Primae ſunt, quae ſunt iam vltimae, nec in alias iterum ſecundum illud genus reſolubiles: ſicut in nouenario ſunt vnitates, & in quolibet numero. Secundae ſunt, quae iterum reſolubiles ſunt, & diuiſibiles; ſicut ternarij, ſunt nouenarij partes ſecundae, & quidam numeri aliorum numerorum maiorum, partes ſecundae ſunt. Ita in continuo ſunt partes primae: & haec indiuiſibilia ſunt, vt in linea puncta, in ſuperficie lineae, in corpore ſuperficies, in tempore inſtantia, in motu mutationes inſtantaneae, quae dicuntur mutata eſſe. Partes vero ſecundae ſunt, quae ex his indiuiſibilibus tantum compoſite iterum componunt magnitudines: ex pluribus enim indiuiſibilibus magnitudo, vel continuum conſtat; quod iterum cum alio, continuum aliud maius componit. Et quemadmodum in numero partes primae non ſunt numerus formaliter: ita nec in continuo partes primae continuae dicuntur. Unde indiuiſibile per ſe, non eſt magnitudo; nec inſtans, tempus: nec mutatum eſſe, motus: Non enim prima compositio eiusdem rationis, & denominationis ſunt cum composito.

2. fundam.

Secundum eſt. Quod iuxta hoc dici poſteſt; tempus non eſſe aliud, quam multae morulae, & durationes indiuiſibiles ſibi ſuccedentes abſque ceſſatione, & ſingula inſtantia, & nunc, dicuntur: ſingulae autem per ſe tempus non ſunt, ſed temporis partes primae: multae autem, quarum vna receſſit, altera ſequitur, tempus ſunt. Unde bene dicitur, Tempus incipere, per vltimum non eſſe. Data enim hac prima morula temporis futuri, dicitur, modo non eſt tempus, tamen immediata poſt

de post hoc erit tempus: quia erit altera morula, & in multarum numerabilitate consistit tempus. similiter definit per primum non esse; nam in ultimo nunc huius temporis, est verum dicere, non esse tale tempus, sed immediate ante hoc fuit, quia erat alterum instans, quod cum hoc ultimo tempus facit. Hoc tamen est verum, quod datur prima pars temporis alicuius, & ultima, non solum prima sed etiam secunda; minima enim ex duobus integratur nunc.

3. Fundam.

Tertium est fundamentum. Idem dicendum esse de motu; Est enim motus plura mutata esse, & plures mutationes instantaneae secundum varias partes formae, vel spaci, quae mutata esse fluunt; vno enim recedente alterum aduenit, Nec singula per se dicenda sunt motus, sed si plura sint, ac idem motus successiuus est, sicut & tempus; & incipit & desinit, sicut & tempus, habetque primas & ultimas partes.

Nota.

Hoc tamen vnum aduertendum erit, quod cum audis in continuo esse indiuisibilia, non sic esse illic istaintelligas, quasi plura accidētia realiter distincta; sic enim non possent vniri inter se; sed quantitas continua est vnum accidens extensum, & vna actu entitas, in qua sunt ipsa indiuisibilia; sed non actu diuisa, nec distincta; sed vnum actu cum continuo facientia: quod quidem superius diximus, esse indiuisibilia re, sed non realiter distincta, quod alij dicunt esse in potentia.

Solutio rationum Aristot. primò negando, illam, quam supra ponit, continui definitionem, esse videlicet continuum, quod vltima sunt vnum, qua probabat indiuisibilia non posse componere continuum, quia non habent vltima. Nam oportet in definitione & principijs vtrique pars conueniat. negaret igitur hæc opinio illam continui definitionem. Sed diceret continuum esse, cuius vna actu est quantitas; & sic duo indiuisibilia sunt continua, quia vnicam actu quantitatem faciunt.

Nota.

Quod si peras, quare ista quantitas vna actu est; dicit: quia partes eius inter se, non habent plures actu terminos; nã in-

diuisibile terminans vnam medietatem, non distinguitur re ab ipsa quantitate altera, nisi cum ab illa separatur; atque sic posset probabiliter, vt videtur, solui argumentum primum Aristot.

Deinde ad id, quod puncta secundum se tota se tangunt, & idem non possunt magnitudinem extensam facere: distinguendum, quæ se tangunt secundum se tota, ita, vt se penetrent, non efficiant magnitudinem: at quæ ita se tangunt, vt non se penetrent; sed sint immediata, faciunt magnitudinem. Esse autem sic possunt immediata, vt constat, in duabus lineis se tangentibus, in extremis punctis: & duobus superficiebus concauis, & conuexa orbium celestium, aliorumve corporum. Quod si in diuersis continuis quantitatibus, esse sic possunt puncta immediata, non se penetrantia, quid vetat quo minus esse possint, in eodem continuo?

Rursus tertio, cum dicitur continuum esse diuisibile, in semper diuisibilia, verum id tantum esset, quousque ad minimas partes esset ventum, sed ulterius non est diuisibile.

Cum etiam dicitur, ex non quanto non posse fieri, & componi quantum, nec ex non continuo, continuum; Negandum quidem esset, de primis, & minimis partibus; concedendum verò de secundis. Nã sicut ex non numero fit numerus, scilicet, ex vnitatibus ita ex non quantis componitur quantum, sicut etiam ex non igne ignis, ex materia, inquam, & forma; quorum neutrum est ignis: postea tamē additur ignis igni, sicut continuum continuo.

Præterea reliqua argumenta, quæ ex motu facit Aristot. & spacio, & tempore, omnia pendēt ex duobus principijs, quæ ab aduersario negari possunt, videlicet, tempus, & spaciū, tot diuisionibus diuidi: & tempus, & motum similiter. Negari enim potest, in instanti, vnicum in indiuisibile spaciū pertransiri; imò concedendum esset, multa indiuisibilia spaciū vnicò indiuisibili temporis, pertransiri posse, si mobile præsertim sic velocissimum: nam & velocius mobile plura indiuisibilia pertransibit, quàm minus velox

lox in eodem instanti: sicut etiam in vno instanti, plura mutata esse fluent in motu velocissimo, quàm in minus veloci, & ita corruent argumenta Aristotelis, vt videtur.

Nec etiam esset admittendum, omne continuum in duas partes æquales diuidi posse, sicut neque omnem numerum: sed solū illud, quod ex paribus indiuisibilibus constaret, non verò quod ex imparibus constaret: aut certè ita diuidi posse in duas medietates, vt punctus medius, vel pereat, vel maneat, vtrinque medietates diuidens, ipso non numerato, sed ex cluso. Hæc ergo sunt quæ maximè videntur Aristotelicæ, & communi ab omnibus receptæ doctrinæ repugnare.

Responsio ad obiecta.

Nihilominus, licet dubia hæc superioris proposita magnam videatur afferre difficultatem, consistendum est in supra dicta Aristotelis sententia, vt quæ & communis sit, & veræ rationi conformis. Vt autem his dubijs plenius satis fiat, proponam prius aliquot, quibus quasi iactis fundamentis, Aristot. sententia sit manifestior.

1. Funda.

Primò ergo nota id, quod Aristot. libro de lineis insec. cum in hac ipsas diuisionis continui salebras incidisset, egregie obseruauit, Imbecillis, & ignari (ita ipse loquitur) opinionem aliquam, quæ euidentis ratio per suadeat, propterea desereret, quod alicui argumento non possis plenè satis facere. Sūt enim apud nos rãfalsã permista veris, vt ea sæpe mēs nostra ægrè distinguat.

Quæ potissimum rationes demōstrent continuum non componi ex indiuisibilibus.

Certissimè igitur tenendum est continuum non componi ex indiuisibilibus, & propterea in infinitum esse diuisibile. Id euidenter probant inter alia demonstrationes illæ. Prima, quod indiuisibilia, si iungantur, maius non efficiunt, cuius rationem explicauimus ad initium sexti. Secunda, quod diameter ex tot punctis componeretur, ex quot costæ, & e contra diameter esset æqualis costæ. Tertia quod paruus circulus esset æqualius maiori, & tot haberet finito puncta numero, quot magnus, & quod intra triangulum lineæ parallele supra basim intra latera trianguli ductæ essent maiores, quàm

sit basis, vt ostendimus. Quarta: quod non omnis linea esset diuisibilis in æqualia, nempe illa, quæ constaret ex indiuisibilibus imparibus, contra decimam propositionem primi Euclid. Sic etiam, nec omne tempus, vel motus, vel superficies, vel corpus, nec omnis continua quantitas in duas posset diuidi medietates, quæ videlicet ex imparibus indiuisibilibus constaret.

Quinta: nullæ lineæ essent inuicem commensurabiles: omnes enim commune haberent partem aliquotam, nempe punctum, contra vltimam decimam, & plures alias Euclidis in eodē libro, vt omittam ceteras, quæ tamen omnes demonstrationes mathematicæ sunt, & propterea in primo gradu certitudinis.

Secundo pro solutione argumentorum 2. Funda.

videndum est, quid sit, continuum esse diuisibile in infinitum. Non enim est habere infinitas partes simul actu, vt dici solet categoricè, nec est habere potentiam, vt per diuisionem procreentur. Diuisio enim nullam mole de nouo pro ducit, sed est habere in finitas syn categoricè, id est, non tot, quin plures, quod Aristot. & alij dicunt infinitas in potentia, atque adeo est esse quandam molem, ex qua in infinitum semper poterit aliquid detrahi, ad quod non requirit, vt sit aliquid infinitum; nam ex finito semper auferri poterit, si semper minus, & minus auferatur, puta, pars eius partis, quæ supererat.

Nota.

Pro quo aduerte: quod si alicui finito fiat in infinitum adiectio alicuius finiti, nunquam prodibit infinitum, nisi infinitæ additiones finiantur æquales, quod esse non potest, V. gr. assumamus binarium, adijce vnitatem, erit ternarius, ternario adijce, erit quaternarius: denique licet in infinitum addas ipsi vnitatem, nunquam facies infinitum. Et ratio est euidentis: quia nullum finitum ex additione vnius vnitatis fit infinitum, & infinities infinitæ additiones fieri nunquam poterunt. Quare semper in quacunque parte huius additionis erit numerus finitus. Et denique quauis numerus crescere possit in infinitum, nihilominus quicumque numerus, qui sumatur in

illo augmento ac decursu, erit finitus.

Nota.

Hoc ergo, quod dico de adiectione in numero, accipe etiā de detractioe in continuo. Poterit. n. fieri in finitum detractio, & tamen nunquam erit detractum in finitum, & eo amplius, quod illic additio fiebat equalis alicuius quantitatis, puta, unitatis: at in detractioe, & diuisione in finitum semper oportebit minores ac minores accipere, vt possit semper procedere diuisio, aliās, si æquales acciperentur, finiretur diuisio.

2. Fund.

Tertiò nota. Cùm dicimus diuisione continui esse in infinitum, nos nō intelligere de diuisione reali: nā cūm omnis quantitas debeat dari in aliquo corpore naturali, nō enim reperitur quantitas separata. Et cūm omnia corpora naturalia terminentur ad minimum, fit, vt, quoad rem, reperiatur cōtinuum, quod nō poterit diuidi, de quo egimus in primo lib. sensus ergo est, nullam esse quantitatem in qua nō possimus intellectu concipere duas partes, & plures situ distinctas, & hoc in infinitum.

Ad primū.

Ex his facile soluitur primum dubiū. Dico enim non debere præexistere partes infinitas actu, sed potentia, non categorematicè, vt absolute dicantur infinitæ, sed syncategorematicè, (vt diximus) non tot, quin plures, atque ideo nec est vltima pars, nec prima, ad quam infinita illa diuisio possit terminari. Quare eodem modo sunt infinitæ, quomodo debet fieri diuisio in infinitum. Vnde cūm hæc diuisio dicatur infinita, quia nullum habet terminum, non tamen quia erunt factæ diuisiones infinitæ aliquæ, ita etiā procedunt partes tot, vt nullum habeāt terminum intrinsecum, sed solum terminentur extrinsecè ad infinitum, omnes autem sunt finitæ. Vnde concedimus nihil ex diuisione produci. Item omnes partes esse distinctas situ, Tamen non sequi molem debere esse infinitam, aut infinitum spaciū occupare, quia semper sunt minores, & minores, & ita occupāt minus, & minus spaciū. Nec verò inconueniens est, & quod vltimò inferitur, vt qualibet pars sic possit rursus in infinitum diuidi.

Ad secundum respondeo, quod prima pars in continuo aliquo, potest vel simpliciter cōsiderari respectu omnium partium ipsius cōtinui, & sic nec est prima pars, nec vltima continui secundū se totum, quia (vt rectè ostendit Aristoteles) illius adhuc partis, pars est prior eius altera. Vel cōsideratur prima pars respectu non omnium partium cōtinui, sed aliorum à se ipsa in eodem continuo, & sic concedimus dari primam, & vltimā. Vt, v.g. diuidatur in decem partes, erit prima decima, & vltima decima, & sic nil concludit argumentum.

Nec maior veta est simpliciter, nisi cū sint posteriores, & priores determinatæ, non verò indeterminatæ, vt in continuo accidit ante diuisionem factam tantum intellectu: et ita similiter, nec potest reperiri maxima, nec minima respectu omnium, & indeterminatè. Sed solum respectu aliarum facta diuisione determinatarum, & certarū partium: Vt v.g. si diuidatur in vnam medietatem, & duas alias quartas, vel in vnā quartam, & residuū, &c. nā tunc sicut assignantur certæ quædā maiores, vel minores, ita assignantur quoque maxima, vel minima illius determinatæ diuisionis.

Quod si omnes partes aliquādo fuissent distinctæ, & post conuenissent, vt componerent vnum totum, tunc simpliciter esset verum, quod si nulla esset pars prima, nulla fieret compositio, at res nō ita se habet, vt sint, vel fuerint aliquando omnes diuisæ, sed tota illa quantitas, tanquam quid vnum fuit, & est coniuncta, quam nos imaginamur postea diuidi in infinitū eo modo, quo superius explicauimus.

Vnde cūm dicitur, destructo primo, non stat secundum ex illo pendens: Respondemus, quod si indeterminatas accipiat partes omnes continui, nec esse primas, nec secundas &c. Si verò determinatas partes accipiat, facta iam per intellectum diuisione, puta, in medietates, vel quartas &c. tunc concedamus, & primas esse, & postremas posse.

Ad tertium. Non est dubium, non modo secundum Theologiam sacram, sed etiam

Ad tertiu.

etiam secundum Aristotelem & omnes ferè veteres Peripateticos, quos aliās attuli: Deum optimum cognoscere omne id, quod fuerit cognoscibile. Cū ergo queritur: an cognoscat distincte partes continui. Respondeo habere duplicem sensum: cognoscit distincte ex parte subiecti, id est, cognitione distincta, vel distincte ex parte obiecti, id est, esse distinctas, quæ duo non sunt idē. Ego enim video distincte partes superficies, quas non video esse distinctas. Deus ergo cognoscit omnes partes cognitione distinctissima, non tamen cognoscendo illas esse distinctas, primò cognoscit non esse distinctas: & hæc est distincta cognitio continui: cognoscit enim eas partes, vt sunt in ipso continuo, esse inquam infinitas, sed potentia. Altera verò cognitio non modò non est distincta, sed esset falsa.

Ad quartū.

Ad quartum de sphaera mota super planum, Respondeo ad primam illā difficultatē, si moueatur rotando, quod illa maior: perfecte sphaericum tangit planum in puncto, est vera de sphaerico quiescente. Aliud ergo est considerare sphaericum quiescens, nam tunc in quiete tangit in puncto, aliud sphaericum in motu: nam motum tangit in linea: vnde ista proportione sibi respondent punctus & linea, Instans, & tempus, motus & mutatum esse. Dicimus itaque, quod punctus tangit punctum in instanti, & in mutato esse, & linea lineam immediate post hoc in tempore, & in motu ipso: atq; ita prima difficultas: cūm sphaericum rotando mouetur, est dissoluta.

Ad alteram partem arg.

Ad alteram difficultatem, cūm trahitur sphaericum per planū, Respondent aliqui, quod punctus mobilis in hoc instanti est in hoc puncto, sed immediate post hoc erit in alio puncto, sed non assignabili, nec in puncto immediato: nam immediate post hoc est tempus, in quo sunt infinita instantia, in quorum singulis fuit in alijs punctis, & ita nō dabitur immediatum punctum. Hæc solutio est multorum.

Reijcitur solutio.

Sed hæc perspicua est contra Aristotelem. Nam ita etiam posset responderi argumento Aristotelis, quo probat: si pun-

ctus moueretur, componi lineam ex punctis, quia illud punctum tangens puncta tangeret immediata puncta, quæ tamen non sunt, posset itaque consimilis solutio Aristoteli dari.

Burkæus aliter respondet: negat enim punctū illum proprio motu moueri, aut transire minus spaciū prius, quàm maius, dum mouetur ad motum corporis, nō enim mouetur sicut pars in toto, sed sicut accidens in subiecto, & ita non responderi illi pars motus, nec pars spaciij, sicut respondet parti mobilis, secus esse, si per se moueretur.

Hæc solutio est probabilis, & eidē ad di posset non quidem respondere illi puncto partem motui, nec partem spaciij, sicut etiam nec partem temporis, sed respondere in tali motu mobilis ipsa puncta spaciij illius, & mutata esse, & instantia temporis, ita vt in quouis instanti alio, & alio tangat alia & alia puncta, & habeat aliud, & aliud mutatum esse: motus verò sicut mobilis ipsius: Atque ita vno verbo respondendum, punctum illud tangere solū omnia, & singula puncta in omnibus & singulis instantibus, mobile verò moueri in tempore, & per spaciū moueri.

Ac profectò ita videtur, in cuiuslibet mobilis motu: nam puncta eius puncta spaciij tangunt, & lineæ eius lineis spaciij respondent, & superficies eius superficies spaciij, & corpus corpus tandem ipsum mobile totum implet, & transit spaciū, non verò punctus lineam, vel linea superficies, vel superficies corpus, aut spaciū. Hæc itaque satis est probabilis solutio, & defenditur sententia Aristot. punctū scilicet non moueri per se, sed solum coexistere punctis spaciij, per singula temporis instantia.

Tertia solutio fortasse verior, quamuis non ad mentē Aristot. si dicamus indiuisibile posse moueri per se cum Scoto, 2. sent. d. 2. q. 9. ad 3. & alijs, ac tūc ita dicendum: punctum illum mobilis in quiete tangere punctum spaciij tactu per se manenti: at in motu, ipsum percurrere lineam, & successiuo tactu, tangere lineam, quare in singulis instantibus, erunt singula mutata esse, & erūt tactus puncti in

singulis punctis spatij, sed immediatè post hoc erit tempus, & erit punctum moueri, & ita successiuo tactu, & fluctu lineæ tangere immediatè post hoc.

Obiectio.
Solutio.

Quod si obieciat impossibile esse, vt punctus lineæ tangat, Respondeo distinctio de tactu. Tactus enim est duplex, adæquatus, & inadæquatus, & permanentis, & successiuus. De tactu igitur adæquato, & permanenti concedo, non posse tangere lineam, sed alterum tantum punctum: at inadæquato successiuè posse. Simile est, vt digitus vnus potest successiuè tangere totum spatium palmi, qui ex multis constat digitis, adæquato verò tactu, & permanenti tantum potest alterum digitale spatium tangere. Sic tactu quidem permanenti adæquato non potest nisi punctus punctum tangere, sed successiuè potest inadæquate. Simile etiam esset, de instanti, si vnum aliquod instans cõseruaretur à Deo per annum sequentem, tunc toti anno idem illud instans coexisteret, & omnibus alijs illius anni instantibus: Ita hic idem numero punctus in casu per totum spatium lineæ deducitur, & trahitur, sicut illic instans cõseruaretur.

Ad Quintum.

Ad quintum, iam est solutum partim supra, partim ex fundamento supra posito, tantum enim concludit, sicut spatium est diuisibile in infinitum, ita & motus, qui fit in illo spatio: at sicut spatium non habet partes infinitas actu, sed potentia, & syncategorematicè, non tot, quin plures, vt dixi: ita nec motus. Præterea sicut partium diuisio in infinitum tantum est, secundum imaginationem, tantum concludit illud mobile, quod vellet moueri, distinguendo prius per imaginationem omnes partes nunquam posse hic absolute motum; at verò mobile sicut est integrum, mouetur.

Ad sextum.

Ad sextum, Respondetur falsum esse putare de tempore non existere, nisi nunc nec de motu, nisi mutatum esse: nam tempus ipsum, & motus existunt, & verè dicimus diem esse, & cursum, & ambulationem esse, tamen non immediatè secundum se existunt ita, vt partes simul sint, sed secundum cõtinuationem suarum

partium, quia hæc est natura successiuorum entium.

Simile etiam est in quantitate permanenti: nam signato quouis medio puncto lineæ, possum verè dicere, hic est linea, & hic; & hic, cum tamen demonstratio sola sit puncti continuantis huius, vel alterius.

Ita etiam in loco continuo, similiter esse dicimus totum, demonstrando tantum particulam aliquam paruum loci eius, aut punctum: vt dicimus spheram esse in plano, cum tamè tangat in puncto solum, & sic etiam dicimus, gemma est in annulo, cum ex infima solum parte contingat, sic etiam crux in turri, aqua in vase, &c. & lignum transuersum supra alium, dices esse in altero inferius supposito, cum tamen per mediam solum partem contingat, & extrema vtrinque in aere pendant. Sic etiam in hoc instanti verum est etiam dicere esse tempus, & motum, & deambulationem, & sonum, & quodcumque aliud similiter successiuum, dum fit, & succedit. Ad cõfirmationem ex dictis liquet solutio, immediatè post hoc instans, esse tempus, nec verò esse primum aliud instans immediatum.

Ad septimum.

Ad septimum. Respondeo, quod tantum probat, quod nunquam finiretur non absolute, sed intra terminum ipsius diuisionis, & intra terminum illius temporis, quo fit diuisio: nam semper quacunq; data diuisione, vltior diuisio super est, sed non probat, quod illud tandem tempus totum non finiretur, vel quod ille motus, qui in eo fit, non finiretur. Vnde argumentum hoc tunc probaret, non posse perueniri ad vltimam diuisionem, si partes assumeretur æquales semper motus, vel temporis, nam tunc, & tempus, & motus excresceret, in infinitum. Et quidem simile argumentum hoc est illi Zenonis, quo probabat velocissimum in motu non posse consequi tardissimum, quod Aristoteles eodem modo soluit.

Præterea dicimus, quod si essent omnes illæ partes diuise, in eodem tempore pertransirentur realiter, in quo modo pertransirentur coniunctæ, licet per imaginationem: nec si essent distinctæ, nec cõ-

iunctæ

iunctæ à nobis pertransirentur. Vnde in argumento est deceptio, ex eo enim quod nunquam absoluet imaginationem nostram distinguentis distinctionem, argumentatur ad transitionem realem, quæ etiam partes distinguantur, vel coniungantur, semper erit finita, vt dixi.

Ad octauum.

Ad octauum, Respondeo: non esse inconueniens, esse infinita puncta in quavis parte lineæ, & infinita instantia in quavis parte temporis in potentia, & syncategorematicè, vt diximus, id est, non tot assignari posse, qui in sint plura, sicut etiam infinitas diuisibiles esse partes cuiusuis continui esse concedimus. Nec impossibile est tale infinitum, quod tempore finito clauditur, vel magnitudine finita, sic pertransiri, cum ipsum sit finitum cõtinuum, quod motu pertransitur, in quo illa sunt indiuisibilia instantia, vel puncta, quæ nec spatium faciunt, nec tempus maius per se, cum sint indiuisibilia: imò si non essent in continuo, sed per se, omnia simul in vno instanti pertransirentur: modò verò per se, & propriè cõtinuum est, quod pertransitur; non indiuisibilia, cum illis nulla pars, nec temporis, nec motus respondeat, sed parti mobilis.

Ad alterum inconueniens respondeo, quod nunquam erit albefactio, vel intensio albedinis infinita, sed erit semper maior, & maior, quousque finiretur terminus albefactionis. Vt v. g. à septimo gradu ad octauum semper esse potest, maior & maior, vt septimo cum dimidio, & dimidio residui, & altero residui dimidio, &c. tamen omnia hæc intra latitudinem octauæ gradus. In singulis verò instantibus non acquiritur noua intensio, sed noua intensa esse, & noua albefactio esse: nam (vt sæpè diximus) hæc sibi inuicem correspondent, albefactionis motus, & tempus, & albefactio esse, & instantia.

Ad nonum.

Ad nonum, respondeo illas duas superficies secare lineam in vno, & eodem puncto. Et ratio est manifesta: quia cum se tangat, & sint indiuisibilia secundum profunditatem, secundum se tota debent se tangere. Vnde secundum se tota non attollunt maius: eadem ergo distantia est à centro terræ ad vtranq; & cum illa li-

nea metiatur illam distantiam, erit eadem linea, quare in eodem puncto secabunt. quo fit, vt si imaginemur vnum pedem circini figi in cetro terræ, & alterum extendi vsq; ad illam sectionem, vt eodem ductu describatur duo circuli in illis duabus superficiebus; & hoc congruit Arist. qui in 5. Physic. tex. 21. definit illa se tangere, quorum vltima sunt simul, similiter illa esse continua. vnde oportet, cum se tangant cæli, & sint continui, vt sua extrema simul habeant, quare duæ superficies se secabunt in eodem puncto: alias enim duo cæli non essent contigui, sed potius se haberent consequenter, vt definitur ibi tex. 25.

Atq; duo indiuisibilia esse cõsequenter non possunt, vt idè ostendit: nec plus, multa simul, quam vnum solum spatium occupat, quandoquidè seorsim nullum illorum aliquid spatij occupat, & quia se tangunt per se tota. Quare tantum vna superficies, ac duæ, occupabit secundum latitudinem, id est indiuisibiliter. Atque hæc de tota questione dicta sufficiant.

At obieciat. Si illæ duæ superficies se

penetrant: ergo & corpora, ac substantiæ, quæ sub illis sunt superficiebus, se penetrabunt: non enim accidens est sine subiecto. Et hoc est impossibile, vt duæ substantiæ extense, vel corpora, se penetrèt, &c.

Respondendum est. Superficies quidem

sibi superpositas, seu indiuisibilia, quauis inuicem superposita, non se propriè penetrare, quia penetrare propriè est corporum, sed sunt simul secundum se tota indiuisibiliter, vt ait Aristotel. nisi hoc velis impropriè vocare penetrationem indiuisibilem, hanc inquam, simul coexistentiam. Sed vtrunq; voces, dicimus corpora illa se tangere, & esse solum contigua, quorum vltima, id est, superficies suæ sunt ita simul, vt diximus, secundum se tota: se inquam dicuntur tangere ipsa corpora, quia sunt immediatè post ipsam superficiem, & inter illa solum sunt mediæ superficies. Et est quidem superficies in corpore, vt in subiecto, sed non respondet ei substantia superficialis, sicut nec puncto respondet pro subiecto substantia punctualis, quæ sit verè substantia

Yy

diuisi-

diuisibilis, sed superficies, & quantitas est in substantia, & in corpore, & tangit per superficiem, sicut substantia agit, v. g. per calorem.

Ad 10.

Ad decimū. Ex dictis satis liquet quid sit dicendum, nempe, non esse vllas eiusmodi partes indiuisibiles, & cōmentum esse, aliās esse partes primas continui indiuisibiles, & aliās esse secundas diuisibiles, in quantitate continua permanente, motu, vel tempore: sed planē esse hoc falsum & fictum, commentū, & quamuis ea ratione aliqua saluari possent, vt, de fine & initio temporis, & quādā alia; non tamen omnium incommoda, vt vidimus ea que grauiissima.

Ad 11. Ad solutiones rationū Aristot.

Ad solutiones verō rationum Aristotelis, ex dictis constat esse insufficientes: & negari non posse, nec debere, illa axiomata, & principia, quæ tamen negabat, & negare cogebatur illa opinio: cū sint à Mathematicis demonstrata, & à Philosophis præsertim post Aristotelem, validissimis rationibus ostēsa: atque idcirco ab omnibus iam recepta. Sed ad singulas solutiones confutandas particulatim accedamus.

Ad 1. solutionem.

Ad primam illam igitur solutionem. Dicimus, quod nō debet negari illa continui definitio: continua sunt, quorum vltima sunt vnum: nam si negetur, non poterunt rationem reddere continuitatis, aut quæ ipsa sit cōtinuitatis essentia, & in quo cōsistat: aut cur potius illa pūcta sint continua, quàm contigua, vel se tangentia: aut cur non discreta inter se, cum nullo copulentur.

Ad 2. solutionem.

Ad secundā similiter, dicendum, quod illa distinctio de punctis se tangentibus, nulla est, videlicet quæ secundum se tota, se tangunt: si non se penetrent, quantitatem facere, non verō si se penetrent: nulla inquam est, nam si secundum se tota se tangunt, necesse est se tota penetrent, nec vnum sit extra alterum.

Secundō, nec possunt esse puncta consequenter immediata, in eodem continuo, vt ostēsum est, aliās essent cōtigua, & oporteret præterea assignari, per quid ipsa puncta continuantur: & quid plus habent, continua, quàm cū sunt con-

tigua: aut cur continuantur.

Tertiō. Sed nec si essent immediata, quantitatem auget, aut locum maiorem occuparent: nō enim duo puncta plus loci, quàm vnum occupare possūt, cū si et res indiuisibiles, & neutrum per se locum occupet: imō omnia puncta simul, nullū omnino locum extensum per se occupabunt: non magis, quàm duo, vel plures angeli simul, plus loci quàm vnus angelus, aut quæcunque alia res indiuisibiles, quarum omnium eadem est ratio.

Ad tertiam similiter eorū solutionem negari non debet illud axioma: indiuisibile additum indiuisibili nō facere maius. Nec concedendū contrā non quantitatē componere, tanquam videlicet partes continuas integrantes.

Nam quod ex non igne componatur ignis, scilicet ex materia, & forma, vt obijciebatur, nihil ad rem facit, cū non sint eius partes integrantes, sed Physicæ, & essentielles.

Nec verō solūm in quantitate, sed in omnibus homogeneis, de illorum integrantes partibus id verum est: non inquam augeri aquam, nisi addita aqua, & ignem non nisi addito igne, & carnē addita carnē: & ita in cæteris omnibus homogeneis. Sic etiam fatēdūm necessariō, non augeri quantitatem, nisi addita quantitate: cū hæc sit partium integratium continuarum compositio, non essentialium, aut discretarum.

Ad quartam. Primō gratis negatur, eiusmodi commensuratio spacij, motus, & temporis: sed nec negari debet, nec potest, nam aliās assignari non potest, in quanto tempore pertransibitur illud indiuisibile spacij, vel in quanto tempore, à velocissimo mobili, vel in quanto à tardissimo, vel in quanto à mediocriter veloci, pertransibitur: assignari inquam non potest in hac re aliquid certi.

Secundō. Deinde etiā si pro libitu dicatur à velocissimo mobili in vno instanti temporis, puncta multa pertransiri, vt v. g. decē puncta spacij, eadem nihilominus, sequentur Aristotelis incommoda. Nam si sic est, à minus veloci pauciora puncta pertransibuntur, & si decupla sit tardi-

tarditatis proportio ad illud velocissimum, mobile, quod v. g. decem indiuisibilia loci pertransibat in instanti, tunc ab illo tardiori in decuplo, in instanti punctus vnus tantum pertransibitur, & si vltius augetur tarditatis proportio, etiā minus, quā punctus in instanti pertransiretur, quæ sunt inconuenientia illata ab Aristotele, cum alijs.

Tertiō. Quod si contra dixeris à velocissimo, v. g. in instanti pertransiri illud indiuisibile spacij, & à tardissimo in decem, v. g. instantibus, vel in hora illud indiuisibile pertransiri, vel alia quauis proportione pro libitu, tunc iam rediret omnia argumenta Aristotelis, facta ex commensuratione spacij, motus, & temporis, variata videlicet velocitate mobilis maiori, vel minori, vt ille demonstrat, quæ hic non repetuntur ob prolixitatem.

Quartō. Et præterea est impossibile, in eodem puncto spacij, per plura instantia temporis moueri aliquod mobile, & ibidem diutius in eodem semper sitēs puncto cū moueatur pluribus instantibus permanere: nam sic simul esset verum mobile quiescere, & moueri, in illo vno, & eodem existens puncto. Quare necesse est, omnino, admittatur illa commensurabilitas spacij, loci, & motus, ab Aristotele posita.

Ad 5. solutionem.

Ad quintam. Facile refellitur illa solutio, qua negatur illud axioma continuum in duas partes æquales posse diuidi, cū Mathematici, vt Euclides, & alij, simpliciter, & absolutē demonstrant, diuidi posse omnem finitam lineam, vel quantitatem continuam in duas partes æquales: idque demonstrant per se, simpliciter, & inuiuersum; nullā quidem excipiendo, quæ vel ex paribus, vel ex imparibus partibus constat.

In numeris verō, non sic concedunt, in duas omnes numeros medietates posse diuidi, sed solūm numeros pares: quā parium, & imparium distinctionem in continua quantitate non faciunt: sed de quacunq; in genere, in duas (vt diximus) medietates diuidi posse demonstrant. De his ergo dubijs, quæ in hac difficili materia contingunt, & de tota hac indiuisi-

bilium, & partium continui compositione, dicta sint satis.

De dubijs quibusdam circa textum Aristot. Vtrum omne, quod mouetur, tardius & velocius moueri possit, &c.

Quest. I I.

Proposita est quæstio, per quibusdam alijs dubijs, quæ etiam ex textibus aliquibus oriuntur.

Est ergo primum argumentum contra textum secundum, vbi dicitur: Continuum non componi ex his, quæ secundum se tota se tangunt. Mixtum componitur ex elementis, quæ corpora sunt: & tamen elementa secundum se tota in ipso se tangunt: Nam quælibet pars mixti, mixta est: & in ipsa quatuor elementa inueniuntur: ergo totum potest secundum se totum tangere.

Secundum est contra textū quartum, vbi dicitur, eiusdem rationis esse tempus, motum, magnitudinem, quoad diuisionem. Videtur hoc falsum: illa enim tria differunt genere; ergo impossibile est eadem habere rationem.

Tertium est contra textū septimum, vbi dicitur: Non esse simul fieri motum, & mutatum esse. Videtur falsum. Nam illuminatio motus est, & tamen simul sunt, illuminatio, & illuminatū esse. Est enim illuminatio instantanea. Imō vltius, de congelatione, quæ verus est motus, dicitur lib. de sens. quod tota congelatio fit simul: ergo simul erunt congelatio, & congelatum esse.

Quartum est contra eundem textum, dicitur: In indiuisibili nō fieri motum. Est argumentum. Signetur in magnitudine aliquod indiuisibile punctum, & moueatur mobile per illud spatiū: tunc omnes partes mobilis transeunt per illud indiuisibile: ergo per indiuisibile est motus.

Quintum est contra text. 15. circa quæ est titulus quæstionis: dicitur. Omne mobile tardius, & velocius moueri. Videtur falsū: Primō de cælo: mouetur enim velociter,

Xy a lociter,

lociter, ita, vt nec velocius, nec tardius moueri possit, cū motus ille necessarius sit. Vt rariius virtus motiua elemētorum est determinata: ergo etiā motus, vt non possit esse velocior, aut tardior.

6. argumēt.

Sextum est, contra tex. 18. vbi dicitur: Quod si tempus infinitum est extremis, etiam magnitudo erit. Videtur hoc non ita esse, cū tempus secundum Aristotelem sit infinitum à parte ante, & erit à parte post, & tamen spatium, circa quod fit motus cæli, quod temporis est causa, finitum est: imò in magnitudine circulari finiti non prohibet motum, & tempus fieri infinita.

Ad solut. Iandun.

Ad hæc singula oportet respondere. Ad primum Iandun. q. 4. dicit, quod elementa in mixto non iunguntur, nec miscentur secundum suas quantitates, sed secundum suas formas substantiales. Imaginatur enim quod sunt partes diuersæ diuersorum elementorum, & quantitates singularū non penetrantur, sed quæque suum occupat locum: tamen mixtio in hoc est, quod vnumquodque elementum inducit, & producit in alio suā formā, vt pars ignis producit in parte aquæ formam ignis, stante forma aquæ, & iterum aqua producit in igne formā aquæ. Similiter terra, & aer inducunt suas formas in alijs, & recipiunt ab alijs, & ipsorum formas: vnde in qualibet quantitate elemētū inueniuntur quatuor formæ elementorum, & hæc est mixtio.

Improbatio.

Hæc sententia non mihi placet. Putat enim elementa manere in mixto secundum suas formas substantiales, & quod substantia recipit magis, & minus, & quod in eadem materia multe simul esse formæ possunt substantiales: quæ improbanda sunt, cū de mixtione alias disputatio fiet.

Alij dicunt fieri diuisionem vsque ad minima tantum elementorum, & ita non se tangunt secundum totum: quia illa minima sunt extensa.

Alij aiunt esse irregularem mixtionem, vt cū aqua in vino infunditur, & nec se tangunt secundum tota: quia semper elementa formaliter in mixto non admittimus, facilius respondemus.

Dico ad argumentum, quod cū elementa ad mixtum conueniunt, suas formas substantiales amittunt: & pariter quantitatem, & omnium istorum vna fit materia, in quam formam mixti inducitur, & quantitas de nouo producta vt enim formæ elementorum non manent, ita nec in ipsorum dimensiones: Et vt noua mixti forma substantialis educitur ex potentia materiæ, ita etiam noua mixti quæritas. Hinc patet solutio, quod non est ibi contractus secundum se tota, cū ipsorum dimensiones non manent, sed vna omnium fiat materia.

Ad 2. Solutio.

Ad secundum respondeo, quod cū dicitur, vnā esse rationem illorum trium, non oportet intelligere de vnitate specificæ, aut genericæ, sed de vnitate consequentiæ, vt dicit Iandun. quæstione 5. ita, vt valeat, si vnum diuisibile est, & etiam aliud.

Altera solutio.

Sed melius est dicere, quod sit identitas proportionalis: Nempè, quod sic se habet tempus ad suas partes, vt motus ad suas, & magnitudo ad suas: vt si vnum non ex indiuisibilibus componitur, nec alterum componatur.

3. Solutio.

Vel similiter de identitate simultatis: nam dum vnum diuidimus, etiam fit alterius diuisio, vt postea Arist. ostendit.

Ad 3.

Ad tertium dico, quod Arist. loquitur de motu, qui fit à contrario in contrarium, qui successiuus est, non autem de eo, qui non fit à contrario, & mutatio dicitur: hæc enim est instantanea, & simul sunt mutatio, & mutatum esse.

Not. in motu esse partes.

Sed adhuc restat dubium de congelatione. Dico autem quod motus duas habet partes: Quasdam à subiecto quod mouetur: dum enim homo mouetur, partes ipsius pariter mouentur: & hæc partes simul habet, & quantum ad has totus simul est: & de his loquitur Aristoteles de congelatione, nempè, quod congelatur, simul quoad omnes suas partes congelatur: Alias habet partes à spatio, & forma, quæ acquiruntur, & hæc successiuæ sunt: & quantum ad has totum motum esse simul est impossibile, nec congelatio tota simul sic est, sed paulatim fit: & in presenti hoc pacto loquitur: puta, non esse simul motum.

motum & mutatum est: non enim totus motus simul est.

Ad 4.

Ad quartum dico, quod dupliciter possumus imaginari, motum fieri localem super indiuisibili. Vno modo per se, id est, quod sit spatium, in quo fit motus: & sic est impossibile, cū in eo signari non possint terminus à quo, & terminus ad quem: & isto modo procedit Aristoteles, quod nullus motus supra indiuisibile fieri possit. Altero modo per accidens, quatenus est coniunctum cum continuo, in quo fit motus per se: & sic super indiuisibile motus est, non tamen super ipsum per se, sed cum continuo sumptum.

Ad 5. Solut. Alex. contra Eudem.

Ad quintum, non est idem respondendum modus. Auero. eodem com. citat duas sententias. Alteram Alexand. & Eudemi, dicentium: motum cæli posse esse velociorem & tardiorem, pro voluntate Angeli mouentis. Hoc non recipit Auero. quia cū ille motus sit necessarius, non potest procedere à voluntate libera. Alteram citat aliorum, qui dicunt, motum cæli posse esse velociorem, aut tardiorem, si in alio subiecto sumatur. Nec hoc recipit Auero. quia motus vnus non potest accipi in subiecto altero.

2. Solut. Alex.

Tandem ipse dicit, quod motus dupliciter consideratur. Vno modo secundum se, altero modo, vt huius vel illius mobilis est. Si secundum se consideretur, vt motus est, non est velox, aut tardus, quin velocior, aut tardior esse possit, & sic ab Aristotele consideratur. Vt aut. huius, vel illius est, limitatus est, vt probat argumentum, & est exemplum ipsius de quantitate. Hæc enim potest secundum se considerari: & sic eius diuisio in infinitum procedit: at, vt quantitas rei naturalis est, determinata est, vt nec maior, nec minor esse possit.

Improbatio.

Hæc sententia non mihi omnino placet, propter duo. Alterum est, quod putat accidentia, secundum se, non habere determinatum gradum, nec quoad maximum, nec quoad minimum: quod est valde incertum. Alterum est, quod considerat motum, secundum se, non est

speculatio merè Physica; Physicus enim de accidenti, vt corpori naturali inest, tractat: loquitur ergo Aristoteles hic de motu corporum naturalium, vt corporum est.

Defensio.

Respondent aliqui, quod cū dicitur quod tractat de motu secundum se, non oportet intelligere, quod consideret motum abstractum, sed quod tractet de motu corporum, non tamen horum, vel illorum, sed abstrahendo à corporibus particularibus.

Reijcitur defensio.

Ista defensio nulla est. Nam tunc non posset esse motus in infinitum velocior, aut tardior: non enim in vniuersali aliquid est, quod non reperitur in aliquo singulari: at motus omnes naturales determinati sunt: est enim maximè velox motus primi cæli.

Vera solutio.

Ob id dico ad Aristotelem, quod sensus est, quod omne mobile tardius & velocius mouetur, id est, in quocunque genere motus datur tardior, & velocior: non tamen, quod in particulari omni motu veloci, aut tardo tardior, & velocior esse possit, & sic soluitur argumentum: illa etiam Alexandri, & Eudemi solutio vera quidem est, cū verè intelligentia cælum mouens sit Angelus, & agens liberum, quàm si qui ad mentem Aristotelis esse dixerint, hos interpretes eius sequendo, profectò maximè indè argumentum pro libertate Dei secundum Aristot. desumi possit; quandoquidem secundum hos intelligentia pro eius voluntate cælum tardius, & velocius mouere posset.

Ad 6. arg.

Ad sextum dici potest primò, quod loquitur de motu simplici, qualis est rectus aut circularis, quantum ad primam circulationem: nam cum plures circulationes cumulantur, iam quodammodo motus ille compositus & geminatus est. Motus autem simplex, si infinitus fuerit secundum extrema, spatium etiam secundum extrema, & ita potest intelligi Aristoteles. Vel dici potest, quod circulus dici potest infinitus; cū careat actu extremis, vt dictum est.

in libro tertio.

CAPVT III.

Necesse est aut, & ipsum nunc. Tex. XXIII.

De diuisione motus, ac primo de Nunc temporis.



Ostquam diuisiones magnitudinis, & temporis ostendit: nunc diuisionem motus tractare aggredietur: ac primo probat, motum in tempore esse: hoc enim ad ipsius diuisionem conducit.

Quid Nunc temporis sit, & indiuisibile.

In hoc vero textu proponit ipsum Nunc, esse indiuisibile, vt probet in ipso non esse motum, sed in tempore. Dicit ergo, Nunc quod secundum se, terminus est, & non secundum aliud, est indiuisibile: & est in tempore utroque quod terminat, puta praterito & futuro, finis quidem prateriti, vltra quod nihil illius prateriti est, initium futuri, ante quod nihil illius futuri est, est enim vtriusque terminus.

Nota. Duobus modis potest terminare.

Notandum autem, quod aliquid potest terminare dupliciter, sicut tangere, adaequatè, & inadaequatè, id tangit inadaequatè, quod non secundum se totum tangit, sed secundum aliquid sui, sicut vnus digitus tangit lignum inadaequatè, quia non secundum se totum, sed secundum vltimum sui. Illud autem vltimum, quod secundum se totum tangit, cum indiuisibilis superficies sit, adaequatè tangit. Ita similiter de termino. Aliquis est inadaequatus, qui non secundum se totum terminat. Alius adaequatus, & hic indiuisibilis est. Et hoc est, quod dicit: Nunc, quod secundum se terminat, esse indiuisibile: vt enim dictum est in libro quarto, Nunc etiam vocatur tempus proximum nunc presenti: sed id non secundum se terminat, sed secundum suas partes: ob id tale non est indiuisibile.

Hoc autem si demonstretur. Tex. XXV.

Si sit idem Nunc, terminans vtriusque tempus erit indiuisibile.

Adprobandum, Nunc, esse indiuisibile, docet id facere, si probetur, vnum esse, & idem nunc, quod secundum se, terminat vtriusque tempus. Si enim probatur, esse vnum & idem, quod secundum futurum, & prateritum ter-

minat, tunc indiuisibile esse constabit.

Necesse est igitur idem esse ipsum nunc. Tex. XXVI.

Probat, tale Nunc vnum, & idem esse. Argumentum est. Si non est vnum Nunc, quod finis prateriti, & initium futuri sit, erunt duo, vnum vnus, alterum alterius: Tunc, cum duo Nunc sint indiuisibilia, & immediata esse non possint, non erunt absque medio: erit igitur medium tempus. Nam quod medium est inter finis alicuius continui, est vniuocum, & rationes eiusdem cum eo, cuius fines sunt: vt inter fines lineae mediat linea: inter fines corporis mediat corpus: ita inter fines temporis: qui sunt Nunc, mediat tempus: Tunc, si mediat tempus, cum non sit prateritum, nec futurum, inter quae est, erit Nunc, & praesens copulans vtrunque, & erit finis prateriti, & principium futuri.

1. Ratio. Idem Nunc, esse vtriusque temporis prateriti & futuri.

Vltius, illud tempus est diuisibile. Omne enim tempus in prateritum & futurum diuiditur. Si igitur illud Nunc est in praterito, cum sit ipsius finis, iam aliquid futuri erit in praterito: similiter est in futuro, cum sit eius principium: ergo aliquid prateriti erit in futuro: nam in tali termino, cum diuisibilis sit, vtrunque reperitur, & secundum vtrunque terminabit, quod est impossibile: Non ergo sunt duo nunc, sed vnum, & idem: si enim duo sunt, terminus erit diuisibilis.

Simul autem nec per se erit. Tex. XXVII.

Probat adhuc terminum tale non esse tempus intermedium, & diuisibile. Quia non esset terminus per se, sed secundum aliquid sui, puta, secundum vnam partem vnus, secundum alteram alterius. Hoc autem falsum est, quod alicuius finiti non sit terminus per se, & adaequatus: quod si terminus est per se, indiuisibilis est: Non enim diuiditur id, quod per se terminus est.

2. Ratio.

Adducit aliam rationem ad idem probandum, quod non sit medium diuisibile. Nam cum diuisibilis alia sit pars praterita, alia futura: sequitur quod non erit

3. Ratio.

rit

rit idem praesens, & Nunc vnquam, quia tempus multipliciter diuiditur, & in illis partibus, alia nunc inueniuntur continua, quae recedunt, & alia adueniunt.

Vel melius potest sic exponi: Nunc vnum, & idem est in tota sua duratione: si igitur ex praterito, & futuro constat, non est idem in tota sua duratione, cum prateritum non sit futurum. Antecedens est per se notum: Nunc enim vocamus, quod totum est, & idem durationis praesens. Non igitur duo sunt termini, sed vnus.

Quare si impossibile est. Tex. XXVIII.

Concludit ex dictis illud Nunc, esse indiuisibile

Concludit cum ista non possint isti Nunc competere, puta quod sit diuisibile, quod non sit per se terminus, quod non sit totum simul, & idem: Nec vera, vnum est, & idem, quod vtriusque temporis est terminus, quod vnum est, & indiuisibile erit. Aliter enim sequetur praedicta inconuenientia: erit enim diuisibile, & non secundum terminos: & prateritum in futuro, ac futurum in praterito erit. Nec erit idem Nunc vnquam, quae iam reprobata sunt.

Quod igitur sit aliquid in tempore indiuisibile. Tex. XXIX.

Quod nullus motus est in Nunc, indiuisibili, sed in tempore.

Riora verba textus conclusio sunt praecedentium, post quae conclusio nem iactantam ponit, nempe: Nullus motus est in nunc indiuisibili, sed in tempore. Probat: Si enim motus in instanti sit, tunc & motus velox, & tardus in instanti fieri posset. Demus igitur spacium A B, per hoc moueatur iam mobile velocius in instanti N, si in instanti velocius transit A B, ergo tardum in eodem instanti transibit: minus spacium, vtdictum est, sit A C, iterum hoc transit tardum in instanti: ergo velox in minori transibit idem: & sic instans, & nunc erit diuisibile, quod esse non potest.

At vero neque quiescere. Tex. XXX.

Quod quies sit etiam in tempore, non in

Alteram constituit conclusionem, Quies etiam in tempore sit, non au-

tem in instanti. Hanc tripliciter probat. Nunc in instanti. Primò, id quiescit, quod non mouetur, diuisibili, quando moueri poterat, & modo, & loco. Ratio: co, quo poterat, & aptum erat, vt diximus superius: sed in instanti non est quicquam aptum moueri, vt probatum fuit: ergo nec quiescere.

Amplius si idem nunc. Tex. XXXI.

Secundò probat idem, & supponit duo. Vnum est, quod idem sit nunc continuatum temporis vtriusque: & prateriti & futuri, vt iam probatum est. Alterum, quod dati alicuius temporis aliquid in tota medietate praterita moueatur, & in tota altera quiescat. Ex his sequitur, quod motus & quies sunt simul. Patet: Motus est in tota medietate prima: ergo etiam in nunc continuatio illius medietatis: est enim terminus intrinsecus ipsius. Vltius: Quies est in tota altera medietate: ergo etiam in illo nunc, cum sit futuri etiam terminus intrinsecus: ergo in vno nunc simul aliquid quiescit, & mouetur: si quies in instanti esset, & motus: esset autem motus, si quies esset in nunc: vtriusque enim ratio est eadem.

Contra hanc rationem Aristotelis de Dubiis cogitatur. Nam non videtur valere, quod quies & motus simul essent in vno nunc, sed quod illud vnum esset finis, extrinsecus tamen motus, vt dicatur in tali nunc non est motus, sed immediatè ante hoc fuit: sic enim definit motus. Similiter esset vltimum non esse quietis, puta nunc non est quies, sed immediatè post hoc erit.

Solutio.

Ad hoc respondetur, quod si motus in instanti posset esse, tunc re vera, non per vltimum non esse inciperet, sed per primum esse, similiter & quies. Vnde cum illud instans prateriti sit ipsius prateriti, in quo toto motus est, qui in instanti fieri posse supponitur, esset utique in illo instanti: similiter & quies, & sic simul essent.

Sed profectò adhuc non satis facit hoc. Dubium est. Nam quamuis in instanti fieret motus, & quies, adhuc simul esse non probatur, quia cum in continuo tempore sit immedia-

tamur

mutatio vnus ad alterum, licet sit instantanea, non potest vnicum instans esse vtriusque; intrinsecum.

Et declaro, & confirmo hoc euidenter Demus quod generatio, & corruptio substantiæ sunt instanti, (quod verum est) demus modò, quòd in media prima hora materia sit sub forma ignis, & in tota, alia media sub forma aquæ, per corruptionem vnus, & alterius generatione. Tunc argumentor, istæ mutationes in instanti sunt, sed in tota media prima ignis est: ergo etiã in vltimo nunc, in tota iterum media altera aqua est: ergo & in illo nunc: ergo simul aqua & ignis.

Clarum est, quòd Aristot. non admittet casum, sed dicit postquam datum est, quòd in tota media hora sit aliqua forma, non oportet dare, quòd in tota altera continua sit altera, nam instans illud est intrinsecum vnus, extrinsecum alterius: est enim primũ non esse ignis, primum esse aquæ. Ita dicã de motu, & quiete, quamuis admitrantur esse in instanti, non ob id erunt simul: imò esset primũ non esse motus, & primum esse quietis: nec sua petitio est admittenda: ob id existimo, argumentum hoc esse probabile, non autem demonstratiuum.

Amplius autem quiescere quidem.

Ratio.

Tertio probat idem ex definitione quiescentis. Id enim quiescit, quod ita se habet: sicut prius: quod enim mouetur, in continua est variatione: At quod quiescit, in uariationem habet, vt sic modò se habeat, vt prius: at in nunc non est assignare prius, cũ sit indiuisibile: ergo non est quies in solo nunc: quod ergo mouetur, & quiescit, in tempore mouetur, & in tempore quiescit.

Quod autem mutatur omne. Tex. XXXII.

Ratio.

Omne mobile necessarium est diuisibile.

Diuisione motus indagaturus, primo mobile diuisibile esse probat hac ratioe. Omne, quod mutatur, partem habet sub termino à quo, partem sub termino ad quem: ergo omne, quod mutatur, est diuisibile. Antecedens pro

bat: Quia cũ mobile est totum in termino à quo, vel totum in termino ad quem quiescit: & non mouetur: cum igitur mouetur, partim est in vno, partim in alio: dicere enim, quod in neutro est, est impossibile.

At quis dubitaret, cũ aliquid Roma mouetur Neapolim, non est partim Roma, partim Neapoli.

Respondet se nã loqui de vltimis terminis, sed de proximis motus illius, puta, de his, in quibus fit primum mutatio: vt cũ proximè mouetur in A, ex B, partim est in A, partim in B, sicut quod mouetur ex albo, pro proximo termino habet medium, puta fuscum; non tamen opus est, quod sit simul in terminis primis, & remotis, sed in proximis opus est.

Circa intelligentiam Text. 32. Aristotelis, An omne mutabile sit diuisibile. Et an mutatio esse possit in non tempore.

QUESTIO III.



On hic querimus, An indiuisibile moueri possit; hoc enim postea examinandum est inferius, vbi Aristoteles id tradit: sed difficultas solũ est in intelligendo sensu Aristotelis in hoc textu 32. vbi docet, omne mutabile esse diuisibile, in quo laborant interpretes adeo, vt dicat Auer. hanc esse eis questionem quasi insolubilem contra Aristot.

Difficultas autem in hoc consistit, vt notat Auer. Aristotel. enim facit hoc argumentũ Omne, quod partim est in termino à quo, partim in termino ad quem, est diuisibile: omne mutabile partim est in termino à quo, partim in termino ad quem; ergo omne mutabile est diuisibile. Pcto. An in conclusione loquatur de omni mutabili secundum generationem, & de mutabili in tempore, & in non tempore, vel non. Si non de omni loquatur, tunc est demonstratio particularis: nam prædicatum diuisibile conuenit omnibus mutabilibus: nam quæ in non tempore mutantur, etiam diuisibilia sunt; vt patet de ære, qui in non tempore illuminatur. Similiter

Dubium Aristot.

Solutio.

Sensus questionis.

Ratio difficultatis contra Aristot.

Similiter materia, in qua generatio fit, diuisibilis est.

Si autem de mutabili omni sermo fiat, tunc incidimus in aliud peius; minor enim est falsa: nam quod in instanti mutatur, non est partim sub termino à quo, partim sub termino ad quem.

Circa hanc difficultatem Auerroes, in huius loci digressionem citat tres sententias, & eas impugnat, tandem suam ponit, quæ etiam mihi non probatur, vt postea ostendam. Prima est Alexand. qui nullã existimat esse mutationem in non tempore, sed omnes esse in tempore: aliquas tamen in tempore ita breui, vt lateat: ob id apud ipsum clarũ est, Aristotelẽ loqui de omni mutabili. Hanc rejicit Auer. dupliciter. Primò, quia est contra Aristot. quem magnum, & famosum magistrũ vocat. Aristoteles 1. Physic. tex. 23. contra Parmen. dicit mutationes aliquas esse in instanti. Secundò, quia est contra rationem: illuminatio enim, generatio, corruptio, & aliæ sunt mutationes, quæ fiunt in instanti.

Altera sententia est Themist. admittit enim Themist. esse mutationes aliquas in non tempore: similiter admittit, omne mutabile siue in tempore, siue in non tempore esse diuisibile: tamen dicit, quòd Aristot. demonstratio procedit de mutabili in tempore, eò quod mutabile in non tempore, per se notũ est, esse diuisibile; nam ex definitione id notum fit: Id enim est in non tempore mutabile, quod totum & ipsius partes simul motæ sunt: vnde patet ipsum habere partes.

Auer. rejicit istam sententiam dupliciter. Primò, quia non est per se notum, mutabile in non tempore habere partes, & esse diuisibile: immodò magis videtur ipsum esse indiuisibile: nam vt se habet mutabile in tempore ad mutationem in tempore, ita se habet mutabile in non tempore ad mutationem in non tempore: sed mutatio in tempore colligit ipsum mutabile diuisibile; ergo mutatio in non tempore, quæ indiuisibilis est, videbitur magis colligere, ipsum mutabile esse indiuisibile: non ergo per se notum est, diuisibile esse.

1. sententia Alexandri.

Reijcitur opin. Alex.

2. Sententia Themist.

Reijcitur sententia Themist.

Secundò, quia tunc Arist. demonstratio nulla esset: daret enim non causam pro causa, puta, habere partem in termino à quo, & partem in termino ad quem, & ob id diuisibile; constaret autem non esse id causam, nam mutabile in non tempore diuisibile est, & non habet partem in terminis à quo, & ad quem.

Tertia sententia est Auerroes: iste enim duplicem distinguit mobilis diuisionem. Vnam, secundum quam diuisibile est secundum suam quantitatem, quæ vocat diuisiõnem secundum vltima. Alteram secundum quam diuiditur in formas contrarias, quas ex motu habet: quæ enim mouetur, participat de termino à quo, & de termino ad quem, dum mouetur.

Existimat autem Arist. non loqui de priori diuisiõne, quia postea probat non esse mobile indiuisibile: sed de posteriori, & hoc in tribus speciebus motus, quæ ex contrario in contrarium fiunt: Tunc sensus est: Omne mobile, dum mouetur, participat terminum à quo, & ad quem, ob id diuisibile est in formas, vt quod de albaturo, partem habet albedinis, partem nigredinis, & sic in alijs: siue ipsum mobile sit in se diuisibile, siue indiuisibile: de hoc enim modò non est sermo.

Hanc sententiã dicit Auerroes esse meliorem alijs, eò quod nullum inconueniens ex prædictis in ea sequitur, atque fatetur se multo tempore in ipsa fuisse. Sed modò rejicit, eò, quod diuisio secundum formas accidentalis est subiectio: de prædicato autem accidentali non fit demonstratio.

Sed ista ratio Auerrois est debilissima, quanto, vt quatum est, at vt mobile est, non ipsi accidit, sed valde de per se est, & necessaria.

Potior ratio est. S. Tho. quia talis expositio non conuenit literæ Arist. vbi dicitur, quod mutatur, habere partem in vno termino, partem in altero: vbi de diuisiõne quantitatiua mobilis sermo est.

Tandem Auerroes suam ponit sententiam quartam, quam latuisse omnes philosophos dicit. Notat tamen primò aliqua. Primum est; quod mutatio est duplex

3. Sententia Auerroes. Nota diuisio duplex mobilis.

Obijcit Auer. contra Auerroes.

Soluitur Auerroes obiect.

4. Sententia Auerroes.

Nota 1. plex

plex. Altera per se; Altera non per se. Mutatio nō per se est, quæ ex motu tendit in quietem, vt cum aliquid ex albo mutatur in nigrum: ex quiete enim albi tendit in quietem nigri. Similiter reliqui motus, qui ex contrario in contrarium tendunt. Mutatio verò per se est, quæ ex quiete tendit in quietem, & hæc nimirū est, quæ non est sola, nisi coniuncta motui alicui, tanquam ipsius terminus; vt generatio substantiæ, quæ sequitur alterationē: illuminatio, quæ sequitur motum localem illuminantis, & huiusmodi aliæ, quæ mutationes tantum, nō motus dicuntur: ac ob id appellantur mutationes non per se, quasi non sint nisi alij iunctæ.

Nota 2. Mutatio per se à motu ad quietem duplex.

Notat secundò, quòd mutatio nō per se, duplex est. Altera, quæ habet alterū specie terminū à mutatione per se, vt generatio, quæ alterationi iungitur, sed illa in substantiam, hæc in qualitatem terminatur. Similiter illuminatio, quæ est cū motu locali. Altera est, quæ terminum habet eundem, vt cum motu ex nigro in album est, mutatio ex non albo in album.

Nota 3. Mutationes non per se sunt in instanti. Sensus Arist. secundum Auerr.

Notat terciò, quòd mutationes nō per se sunt in instanti, quia sunt in termino præcedentis motus, qui terminus est instantis, reliquæ in tempore sunt.

His suppositis, dicit, quòd conclusio Aristor. est vera in vniuersum, sed differenter. Nam de mutatione non per se est vera, sed per accidens; quòd est dicere: quòd mutatur non per se, est diuisibile, non propter id, sed quia illud tale mutatur simul mutatione per se, à qua diuisibilitas prouenit. De mutatione verò per se, est vera per se: quòd enim mutatione per se mutabile est, diuisibile est: & quia quòd est per accidens, omittitur in demonstratione, ob id Arist. demonstratio in mutabilibus per se fit, per ipsa enim veritatem habet etiã in mutabilibus non per se.

Reijcitur sententia Auerr.

Ista sententia non mihi placet. Nam vel loquitur de diuisione secundum formam, & hoc non: esset enim incidere in sententiã Auerr. impugnatam ab ipso in hoc: vel loquitur de diuisibilitate se-

cundum vltima, id est, quantitatem subiecti: & tunc minor non est propositio per se, sed per accidens. Nam alterabile vt alterabile non habet vnã partem in termino à quo, & alteram in termino ad quem, cū in vna sola parte possit alteratio perfecta fieri: nec quòd alteratur, opus est, vt sit quantum.

Defensio Auerr à quibusdam.

Quòd si dicas cum quibusdam, quòd id, quòd alteratur, non habet partem in vno, partem in altero termino, vt alteratur, nisi quia quòd alterabile est, mobile localiter est; & quòd localiter mouetur, id habet.

Reijcitur responsio.

Hęc responsio nihil valet; nam etiã si id admittatur, iam alterabile nō per se habet partem in vno, partē in altero termino: & ita nō est minor de per se, sicut nec conclusio de mutabili mutatione nō per se, sicut ergo exclusit ipse Auerr. mutationem non per se, ita debuit eadē causã excludere alterationem: imò & augmentationem, quamuis sint mutationes per se. Hoc argumentum validissimū puto contra Auerr. ad eòd vt discipuli ipsius fateantur, non constare sensum Auerr. in hoc. Relinquatur igitur hæc expositio, & recipiamus illa tria notabilia, vt vera.

5. sententia D. Tho.

Quinta sententia est S. Thomæ in præfati: vult, quòd hic fiat sermo de diuisione quantitatiua mobilis, dicit tamen, quòd verum habet ista demonstratio in omni mutabili, etiã secundum generationem.

Quòd mutatur enim est partim in termino à quo, partim in termino ad quē: & de motu locali notū est: at de generatione substantiali, & alteratione indiget declaratione. Dicit ergo Doctor sanctus. Quòd mutatur in generatione substantiæ, est partim sub termino à quo, puta sub priuatione, partim sub termino ad quem, non quide forma, sed sub aliquo formæ, pura sub ipsius dispositione, nam cū forma est, priuatio non est.

De alteratione verò dicit, qd id, quòd alteratur, quamuis totū alteretur, tamen vna pars alterata alteram alterat, vt vna medietas aliam, & vna extrinseca aliam intrinsecam, quia non omnes partes æqualiter

Dubia cōtra sententiam D. Thom.

1.

qualiter ab agente ad motu primum alterantur: & sic alterabile diuisibile est.

Ista sententia est Sancti Tho. quæ licet sit melior cæteris, tamen mihi non plenè satis facit: primò, quia cum ipse fateatur hic agi de diuisione secundum partes mobilis, quomodo verum habet, quòd dicit de generatione: enim recurrit ad partes secundum formas cum Auerr. pace.

2.

Præterea, quòd dicit de alteratione, non habet efficaciam, quia per accidens est, quòd pars alterata altera alteret: illa enim saltem partis alteratio est, vera alteratio, & tamen non fit secundum diuersas partes, quarum vna sit in termino à quo, altera in termino ad quem.

3.

Iandū quæst. 13. arguit etiã contra S. Thom. & probat, quòd nec secundum formarum diuisionem locum habeat hoc in generatione, quia cum materia est sub priuatione, & sub dispositione formæ, profectò non est sub parte formæ: dispositio enim alterius est generis.

Præterea, quia sunt formæ ad quas nullus est dispositionis motus præcedens, vt patet in lumine: nō enim disponitur aer ad ipsum recipiendum.

Sententia authoris.

Ob hæc igitur in tanta varietate opinionum mihi videtur, Aristot. rationem esse de mobili localiter, de quo hætenus locutus est, quia talis motus communis est omnibus naturalibus. reliqui enim particulares sunt, atq; in alios libros dimittuntur: & tunc procedit de diuisione quantitatiua mobilis: de hac enim videtur loqui verba textus: aliter enim expositio Auerr. erat optima: quòd si Aristot. loquitur, & concludit vniuersaliter de omni mutabili, id est, quia in omni mutabili, verum habet, sed nō per se: sed quatenus, quæ alterantur, & augentur, motum localem præsupponunt, ad quē est necessaria mobilis diuisio.

Obiectio.

Nec te moueat exemplum Aristotelis de fusco, in quo videtur conformari sententiæ Auerr.

Solutio.

Nam exemplum solū est ad explicandum, quòd sit primum, & proximū, ad quòd peruenitur in motu: tale enim in quocunq; motu reperitur.

Ad argumētum Auerr.

Nec argumentum Auerr. in principio quicquam valet: nam quamuis diuisibile alijs insit mobilibus, id tamen est mediata, & per mobile localiter: & iuxta hoc dici potest procedere per causam rationem Aristotel. nam causa, quòd mobile localiter diuisibile sit, vt mobile est, ea est, quia partem in vno, partem in alio termino habet: de necessitate tamen, & veritate huius postea latius dicetur, cum examinauerimus. An diuisibile moueri possit.

CAPVT III. Motus autem est diuisibilis. Text. XXXIII.



Diuisiōne motu tractat, ipsumque dupliciter diuisibile esse dicit: Vno modo, ad diuisionem motuū partiū subiecti: & ad diuisionē temporis. Diuiditur ergo motus alius totius in motus partiū illius totius mobilis. Hoc autem probat ex eo, qd motus totius magnitudinis mobilis nō est alius, quàm motus constans ex partiū motibus; sic enim diuidetur in tales partes: at quòd motus totius constet ex motibus partiū, tripliciter probat.

Motus dupliciter est diuisibilis ad diuisionē subiecti, & ad diuisionem temporis.

Nota verò hæc, quòd argumenta non probat: primò, motum esse diuisibilem, quòd aliqui expositores putarunt: sed qd motus totius mobilis sit coniunctus ex motibus partiū, hinc enim est manifestum, diuisibile ipsum esse in motus partium, quia vnumquodq; resoluitur in ea ex quibus compositur.

Nota scopū Aristor.

Argumentum igitur primum est. Sumamus totū, quòd mouetur, A C, quòd si mouetur, ipse duæ medietates mouentur duabus partibus motus, quarum vna non est alia: tunc sic partes mobilis mouentur partibus motus distinctis; ergo totum mobile toto integro motu ex vtraq; parte constante.

Argumentum igitur primum est. Sumamus totū, quòd mouetur, A C, quòd si mouetur, ipse duæ medietates mouentur duabus partibus motus, quarum vna non est alia: tunc sic partes mobilis mouentur partibus motus distinctis; ergo totum mobile toto integro motu ex vtraq; parte constante.

Vis argumenti est. Ita se habent partes motus ad totum, vt partes mobilis ad ipsum mobile: sed partes mobilis sunt totum simul iunctæ; ergo & partes motus simul.

Vis argū.

simul totus motus. Vltorius: Sicut partes mobilis ad partes motus, & totum mobile ad totum motum: est igitur motus totus totius mobilis compositus ex partibus motus partium mobilis: & ita est diuisibilis in tales partes.

Nota. Literæ expo- sitione.

Consideranda litera. Nam per A C. notat motum mobile; per A B. vnam ipsius medietatem, per C B. alteram. Item per D F. notat motum compositum ex motibus partium: per D E. motum prioris medietatis mobilis: per E F. motum alterius medietatis eiusdem mobilis.

Amplius autem si omnis quidem. Tex. XXXIII.

2. Ratio Aristot.

Secundò, idem probat deducendo ad inconueniens. Si motus ille compositus ex partibus, non est totius magnitudinis mobilis, tunc vel erit partium, vel alterius mobilis. Non partium, quia singule partes singulis partibus illius mouentur, non toto ipso.

(Vide autem, quod loquitur de partibus per se, & non simul sumptis: hæc enim sunt totum.) Nec talis motus potest esse alterius mobilis, quia si totus ille motus esset alterius, partes etiam essent partium alterius mobilis, cuius enim totus est motus, & partes motus sunt, sed partes illius motus non sunt alterius, cum sint ipsius A C. nec plurimum mobilium est vnus motus, ergo nec totus motus erit alterius mobilis. Ergo oportet dicere, quod motus coniunctus ex motibus partium magnitudinis mobilis alicuius, sit ipsius motus totius mobilis: & ita motus totius diuiditur in motus partium illius totius mobilis.

Amplius autem si est quidem rotius. Tex. XXXV.

3. Ratio Aristot.

Tertium ponit argumentum, quo probat idem, puta, Motum coniunctum ex motibus partium mobilis esse totius ipsius mobilis, ante probauit esse ipsius mobilis, quia non poterat esse alterius mobilis: modo probat esse etiam ipsius totius, quia alius motus, præter illum, non potest esse illius mobilis.

Est igitur argumentum. Si motus compositus ex partibus, puta, D F, non est illius totius mobilis, erit aliquis alius, datur ille, & sit, H I. tunc ab isto oportet abscindere duas partes æquales illis duobus motibus, quæ erant partium mobilis. Ni si enim auferrentur, tunc partes mobilis haberent duos motus, singulæ vnum positum iam alterum ab isto, qui modo datur.

Ablatis igitur partibus à motu H I, puto, vel superest aliquid ex illo motu, vel prorsus est æqualis partibus ablati, vel minor: si sit æqualis partibus ablati, erit æqualis etiam motui illi composito, de quo est argumentum. Quod si illi æqualis est, profectò ille erit motus totius mobilis, quia duo æquales motus vnus speciei non sunt in vno. Si verò excedit, iste excessus nullius erit, nam non totius mobilis, cum sit minor: non partium, quia habent iam suum motum: non alterius subiecti, quia non esset motus cõtinuus. Quod si minor sit, quàm partes simul sumptæ, tunc excessus partium nullius erit: est ergo motus æqualis partibus ablati.

Aduerte itaq; vim argumenti totam hanc esse. Si motus compositus ex motibus partium non esset motus totius, sed alius motus; ex eo esset, quod non esset æqualis ipsi toti: sed quicumq; alius motus ponatur, erit necessariò æqualis isti motui composito, non maior nec minor: si debet esse totius mobilis, ergo præter motum compositum ex partibus non oportet ponere motum alium totius mobilis. Vnde concludit, hanc diuisionem motus esse, & necessarium esse, ipsam fore, quoties subiectum mobile partibile est.

Alia autem est secundum tempus. Tex. XXXVI.

Alteram constituit diuisionem motus, qui in successione consistit, & hanc habet secundum temporis diuisionem: & probat. Quia totus motus in toto tempore est minor motus in tempore minori, igitur motus ad diuisionem temporis diuiditur: ipsius enim partibus cõmensuratur, & correspondet, ut patet. Quo.

Vis argu. Aristot.

De diuisione motus secundum tempus & terminum.

Quoniam autem omne, quod mouetur.

Tex. XXXVII.

De diuisione motus mobilis, & temporis, & termini ad quem eandem esse omnium istorum in diuisione proportionem, licet non eadem sit diuisionis ratio.

Diuisionem motus, mobilis, & temporis etiam in alijs, quæ in motu sunt, reperiri docet. Et constituit quinq; puta, Motus, Tempus, Moueri, id est, motus in concreto, Mobile: In quo sit motus, id est, terminus ad quem. Hæc, inquit, omnia proportionaliter diuidi eodem modo docet in hoc, quod diuisionem vnus respondeat diuisioni alterius.

Quamuis diuisionis ratio non omnibus sit eadem. Nam quantitates, ad quas est augmentatio, per se, diuisibiles sunt: qualitates verò, ad quas alteratio est, per accidens diuiduntur ad quantitatis diuisionem.

Motus & temporis diuisiones se consequuntur.

Incipit autem ostendere, quod tempus & motus se in diuisione consequantur. Primò de motu, quod sequatur tempus sic. Totus motus est in toto tempore, in parte temporis pars motus, in dimidia dimidia, in tertia alia tertia: & sic consequenter, ergo ad temporis diuisionem motus diuiditur: è conuerso etiam totus tempus est mensura totius motus, pars verò temporis partis motus: ergo tempus pariter diuiditur ad diuisionem motus.

Eodem autem modo, & ipsum moueri. Tex. XXXVIII.

Moueri diuiditur diuisione motus.

Ostendit modò, quod moueri etiam diuiditur motus diuisione, sic, Moueri totum est secundum totum motum, moueri minus secundum minorem motum, maior secundum maiorem. Tunc multum est res mota, cum motus magnus est, tunc parum, cum parus est: ergo moueri diuiditur ad motus diuisionem. Est autem eadem argumentandi forma cum superiori.

Est autem & cum quis designauerit ipsum.

1. Expositio.

Sancus Thomas exponit modò Aristot. è conuerso ostendere motus ad diuisionem moueri diuidi. Eorsan tamè conformius literæ dicitur.

mus: quod reiciat id, quod dici poterat, nec. 2. Expò. quod partes, partes ipsius moueri correspondere moueri ipsius partes motus, sed non totum moueri ipsius partes motus, sed non totum moueri ipsius partes motus. Quod est dicere, Totum motum deat, partium non est compositum ex moueri partibus motus, quod ante de motu dicebatur.

Hoc autem reicit multipliciter. Pri. 1. Ratio. mo, Signetur vtraq; pars ipsius moueri D C, C E, tunc partes singulis motibus correspondent, ergo & totum toti motui composito. Nam si aliud moueri esset, tunc duo moueri ab vno motu essent. Vt enim probatum est iam, in mobili toto non est nisi vnus motus ex partibus constans: ergo, & vnum moueri.

2. Ratio. Probat secundò (ut puto) Motus totius est ex motibus partium, ut dictum est, ergo, & ipsum moueri ex moueri partium. Et ita moueri totum respondet toti motui, sicut partes moueri partibus motus.

Item tertio, Quia sicut ex vtroq; motu vnus est compositus motus cõtinuus, & æqualis toti mobili: ita ex vtroq; moueri sit vnicum, & cõtinuum moueri: est igitur mutua correspondentia vtriusq;.

Similiter autem demonstrabitur. Tex. XXXIX.

Quod dictum est de motu, moueri, & tempore, quantum ad diuisionem, idem docet esse de termino ad quem, & de longitudine in augmento, & de alijs aliorum motuum terminis, qui pariter sunt diuisibiles, quamuis quædam horum sint per accidens diuisibilia, puta, penes ipsum mobile.

Item docet, hæc omnia non solum se consequi quantum ad diuisionem, sed etiam quantum ad finitum vel infinitum, quod superius de spacio dictum est: At tunc de autè, quod hic spacium cum termino ad quem cõiungitur: Spacium enim est latitudo termini ad quem in locali motu.

Vtrumque tamen, puta, diuisibile, & finitum vel infinitum in his maximè ab ipso mobili procedit, eo enim, quod quælibet motus est, & secundum diuersas sui partes aliorum diuersis in vno loco succedit, facit in motu, & tempore diuisibilitatem, & quatenus termini in ipso sunt, diuisibiles redduntur.

Vnde vide, quomodo radix diuisibilitatis.

Terminus ad quem diuiditur sicut motus.

Ex diuisibilitate motus procedit.

statis in illis omnibus: Primò à mobili quanto ortum habet, eo modo, qui dicitur esse: sic enim sunt partes mobilis sumenda: puta, vt in loco succedunt, nam sic diuidit tempus, & motum effectiue, vt dicit Aegidius, & non solum diuisibilitas prouenit alijs à mobili, sed & finitū, & infinitum, de quibus modò dicitur. Sunt enim hæc coniuncta, ac mobili ista statim, & per se insunt: est enim ipsum aliorum primum.

CAPVT V.

Quoniam autem omne, quod mutatur. Text. XL.

De ordine partium motus & primū de ipsius principio & fine.



Rdinem partium motus tractare aggreditur, ac de ipsius principio, ac fine differit prius. Constituit tamen duo fundamenta necessaria ad hæc, quorū alterum est in hoc textu. Nempè: quod mutatur est, cū primū mutatur est, est in eo, in quo primum mutatum. Explicat hoc, Mouetur à nigro in albū mobile aliquod, cū primum est iam mutatum, est sub albo, dico, cū primum mutatum est, quia potest inde mutari ab illo albo: at tunc, cū primum mutatio est facta, vtrique sub illo albo est.

r. Ratio.

Probat Arist. quod mutatur, relinquit terminum à quo: & mutari est relinquitur, aut saltem non est mutari, nisi sit relinquitur terminum à quo: ergo mutatur esse erit reliquisse terminum à quo: vtriusque enim eadem ratio, nempè, inter mutari, & relinquitur, & mutatum esse primum, & reliquisse. Cū igitur, quod mutatum est, reliquerit terminum à quo erit. Tunc sub termino ad quem: recessus enim vniuersus, accessus est alterius.

Quoniam ergo vna mutationum. Text. XLI.

r. Inductio, ac primo in generatione & corruptio.

Quòd id, quod mutatum est, postquam reliquit terminū à quo sit mutatum sub termino ad quem, ostendit per ipsas mutationes: & primò per generationem, & corruptionem, ni-

hil enim clarius hoc est, ob id, quia eam termini sunt cōtradietorij, puta, esse, nō esse, quæ non habent mediū, propterea recessus ab vno erit accessus ad alterum.

Dicit ergo, quod mutatum est, ex eo quod non est, in id quod est: puta, per generationem relinquit id, quod nō est: erit ergo sub eo, quod est. E contra, in corruptione, mutata est res ex eo, quod est, igitur erit sub eo, quod non est: non enim est medium. Quod ergo mutatum est, cū primum mutatur est, est sub termino ad quem in his mutationibus, quæ secundū contradictionē fiunt: quod si in his hoc est, erit etiam in alijs.

Amplius & per se vnamquamque. Text. XLII.

NON contentus probare id in mutatione secundum substantiam, ac mutationibus per eam in alijs, etiam vult in alijs mutationibus hoc idem ostendere: & facit argumentum. Quod mutatum est, cū mutatur, non est sub termino à quo, quia relinquit ipsum, ergo erit alicubi, id est, in altero loco: si motus fuerit localis vel in alio termino. Si alius fuerit motus, vt alteratio vel augmentatio, tūc vel est in hoc, in quo mutatur est, vel in alio: in alio esse non potest, erit ergo in eo, in quo est mutatum.

s. In alijs mutationibus idem ostendit.

Probat, quòd non in alio, & describit hoc litteris. Sit aliquod mobile, quod est mutatum in B, ex alio termino motu cōtinuo: si cū primum mutatum est in B, non est in ipso, erit ergo in aliquo termino ante, puta, C. Cū autem ista duo nō sint cōtigua, & immediata, quia motus vsque ad B, continuus est: Nec potest signari aliquid ipsi immediatū, quin detur medium: Tunc profectò ex C, mouebitur in B, & ita mouetur, & mutatur res ad id, in quo iam est mutata: tunc cū est mutata, quod est impossibile. Nam ego iam sum mutatus in hunc locum, comet tempore impossibile est moueri ad eundem locum, vnde concludit intertum, & esse in B.

Manifestum igitur est. Text. XLIII.

CON.

Conclusio primi fundamenti.

Concludit, quòd cū id, quod mutatum est, cum primum mutatum est, sit in termino ad quē, sequitur quòd factū est, cū primum factum est esse, & quod corruptum est, cū primum corruptum est, non esse. Dico, cū primum, nam quod factum est, potest postea non esse, sed non cū primum factum est. Et quod in generatione dicitur, etiam in omni alia mutatione verum est, licet notius id sit in generatione, & corruptione propter rationem dictam. Ex his concludit fundamentum, quod mutatum est, cū primum mutatum est, est sub eo, in quo mutatum est.

In quo autem primò mutatum est.


Text. XLIII.

r. Fundam. Aristot. Primum mutatum esse est in indiuisibili tempore.

Alterum fundamentum. Id, in quo primò mutatum est, quòd est mutatur, indiuisibile est. Explicat autem in indiuisibili tempore, quid vocet mutari in aliquo primò. Nempè, mutari in aliquo, ratione sui, nō autem ratione alicuius partis eius: vnde lectio est in hoc die, sed non primò, quia in dici parte est. Dicit ergo, quod id, in quo est primum mutatum esse, id est, primum esse motus facti, est indiuisibile, Exponit Themist. & bene de tempore, quod primū mutatur esse est in indiuisibili tempore. V. g. mouetur à nigro in album aliquid in tempore, quoties est sub albo, finitus est motus: Dicit, quòd illud primū, in quo sub albo est, est indiuisibile tempore, & instans.

r. Ratio.

Et probat, Nam si esset diuisibile tempus, detur illud, & sit, A C. diuidatur per



b. & c. vnt duæ partes, A. B. & C. A tunc peto: Aut res est mutata in altera parte harum, vel vtraque per se, aut in altera mutatur, in altera est mutata, aut in vtraque mutatur.

Si in altera mutata est, ergo iam non

est illud totum, in quo primò mutata est: cū in parte, nisi detur prius primò: pars enim fuit prior toto.

Si verò in vtraque mutabatur, iam etiā in toto mutabatur contra suppositionē. Dicimus enim, quòd in illa sit mutata.

Si verò in vna mutatur, in altera est mutata: Sequitur idem inconueniens, quod ad primam partem, nempè, quòd non erit totum primum, in quo est motus, & mutatum esse: non ergo erit diuisibile id, in quo primo dicitur, res est mutata, & motus est factus.

Manifestum est igitur, quod et id. Text. XLV.

Infert ex dictis, quòd id quod generatur, & corruptum est, in nunc generatum, & corruptum est, & mutatur: Id est, id, in quo motus finitur, vt sit verum dicere, nunc primò motus est factus, est indiuisibile instans.

His suppositis, distinguit, dupliciter dici, primū mutatur esse. Vno modo versus finem motus, vt sit primum mutatur esse id primum, in quo absoluta est mutatio. Altero modo, versus principium, vt primum mutatum sit, in quo incipit primò mutatio fieri. An tamen vtrumque in motu sit, explicat statim.

Quod igitur circa finem. Text. XLVI.

versus finem

Ostendit versus finem motus, & mutationis dari primū mutatur esse: esse, id est instans, in quo sit verum dicere, nunc primò mutatio facta est, ante enim mutatio erat, nec erat motus finitus.

motus dari primū mutatur esse.

Notandum, quòd tale primū factum, seu mutatum esse, non est motus, sed ipsius terminus, quod alij vocant, primum nō esse motus. Nam in eo primo, in quo est iam verum dicere, motum esse factū, est etiam verum dicere, nunc non est iam motus, sed immediatè ante hoc erat, seu fuit, quod dicitur, primum non esse.

Nota.

Aristoteles autem probat, dari hoc instans, quia datur mutatum esse, quod sit finis motus: Non enim mutatio in infinitum durat: at primum mutatum esse.

indivisible est, ergo reuera datur primū mutatum esse, cum in plura diuidi nequeat.

In principio motus non datur primū mutari esse. Nota ex Themist. Duobus modis sumi potest principium, & finis motus.

At circa principium motus, & mutationis dicitur non dari primū mutatum esse. Notat hic Themist. quod principium, & finem motus dupliciter considerare possumus. vno modo pro parte, vt id sit primum mutationis, seu motus, quod est prima pars motus primū facta: Id vltimum, seu finis, quod est vltima pars motus vltimū facta, & tunc vtriusque est ratio æqua. Sicut enim non datur in principio prima pars motus propter eius diuisibilitatem, ita nec datur vltima pars. Altero modo, finis motus potest considerari pro vltimo instanti, in quo definit motus, & principium pro instanti, in quo incipit: & tunc sicut datur finis, ita & principium. Finis enim est primū non esse, puta, non est motus, sed immediate ante hoc fuit principium, verò vltimum non esse, nunc non est motus, sed immediate post hoc erit. Hæc, quæ Themist. hucusque dicit, vera sunt.

Themist. interpretatio Aristot.

Dicit tamen vltimus, quod Aristotel. aliter sumit finem motus hic, aliter principium: finem enim sumit pro vltimo instanti motus, in quo non est motus: sed primū res est mutata, & talis finis datur in mutatione: at principium sumit pro parte motus, & tunc non datur primum motus, id est, non datur prima pars.

Reijcitur hæc interpretatio, & vera proponitur.

Hoc dictum Themist. non recipio, procedit enim contra Aristot. sensum, vt patet. Sensus enim Arist. hic est, quod licet in fine motus datur instans vltimum, in quo dici potest, nunc primo res est mutata: nunc licet principium datur vltimū mutatum esse, à quo incipiat motus, vel quod sit primū in motu: Propterea subdit rationem in textu. Nam mutatum esse supponit mutationem, sed non datur prima pars motus, vel mutationis, quin datur prior, & prior: ergo non datur primum mutatum esse, à quo incipit motus, sicut in fine, quæ motus præcessit. Vnde quod non sit prima pars motus, adducitur in probationem huius, quod non datur primum motus: non ergo idem sunt, vt vult Themist.

Sit enim primum, in quo A D.

Probat, quod assumpserat, Nempè, non dari primam mutationis partem: & probat hoc primò per tempus, sed, quod non datur prima pars temporis in quo mutatio fit. Argumentum est: Detur igitur illud primum tempus, in quo prima mutationis pars sit, & vocetur tempus. A D, hoc vel est diuisibile, vel indiuisibile: sed neutrum esse potest: ergo non datur primū tempus, & sic nec prima pars mutationis. Probatur primò, quod non sit indiuisibile, puta nunc, dupliciter. Primò, Quia sequeretur, duo nunc esse immediata, sed quod sequatur, non ostendit.

Probat non dari primam mutationis partem: & probat hoc primò per tempus, sed, quod non datur prima pars temporis in quo mutatio fit.

Putat autem sic ostendi: si enim in hoc instanti sit prima motus pars, cum proximè sequatur pars equalis, & non minor, erit in instanti proximo, & essent duo instantia simul, quod si diceret, non sequi alteram partem, sed minorem, tunc esset in minori tempore; quàm nunc indiuisibile, quod tamen esse non potest. Si verò dicas esse maiorem: id esse non potest: nam in motu, quod minus est, prius est: sic mihi videtur probari illud.

1. Ratio, pars quod non possit esse primū in indiuisibili tempore.

Secundò probat. Demus, quod in aliquo tempore quiescat toto, C A, tunc quiescat, in A. Moueatur tunc: Re vera, si instanti est primum motus, tunc erit motus in A, cum quiete: nã in proximo instanti non potest esse, cum duo non sint contigua: nũquam ergo datur vlla pars motus, quæ prima dicatur, quin alia, & alia prior sit.

1. Ratio.

Quoniam autem non est impartibile. Text. XLVII.

Alteram argumenti partem probat, quod non datur prima pars temporis, in quo sit motus, & illa sit diuisibilis: Diuidatur ergo in duas partes: tunc, vel in vtraque est motus, vel in neutra, vel in altera tantum: si in vtraque, igitur non est illud totum primū, in quo est motus, cum in parte etiã motus sit. Si in neutra, tunc nec in toto erit motus contra suppositionem. Dicitur enim est,

2. Pars ratio nis quod non possit etiam esse illud primū tempore primo.

est illud esse in quo primò motus est. Si in altera tantum, iam illud totum non est primum. Cùm igitur non detur primum tempus, in quo res dicatur moueri primū, diuiditur enim tempus in infinitum, nec dabitur prima motus pars, & ita non est primum mutatum esse. Motus enim præcedit mutatum esse: nulla autem est prima motus pars: nullum ergo est verus principium mutatum esse primum.

Nec igitur eius, quod mutatum est. Text. XLVIII.

2. Ratio. Quod non datur prima pars motus, ex mobili assumpta.

Secundò idem probat, non dari primam motus partem versus principium ex parte mobilis. Probatur enim est, quod mouetur, esse diuisibile: moueatur ergo lignum supra vnum locum secundum partes succedentes vnam post alteram: vel calefiat secundum partes extensionis. Tunc argumentum est. Quod mouetur diuisibile est: sit igitur motus primus in parte mobilis, D F, & tempus motus N I, si tota pars in illo tempore mota est: ergo in medio temporis media pars: & rursus in alio medio alia media, & sic in infinitum: non ergo dabitur prima pars motus in illo mobili, & sic nec primum mutatum esse versus principium.

Explicatur. Transseat digitus meus per hunc locum, A, successiue, tunc quod transit, indiuisibile esse non potest: erit ergo diuisibile. Prius ergo transit vna pars, quàm alia: sed non datur pars prima transiens, quin fuerit alia prior, cum sit diuisio in infinitum: ergo non datur prima pars motus, & ita nec primū mutatum esse. Similiter cùm per partes successiue quid alteratur.

Quod igitur nec eius, quod mutatur. Text. XLIX.

3. Ratio, ad id ex termino motus.

VM nec ex parte temporis, in quo motus sit, nec ex parte mobilis primam mutationis dari partem probasset: nunc ex parte etiam termini, ad quem motus est, non dari primam partem acquisitam ostendit.

Dicit tamen, quod quamuis ista tria


diuisibilia sunt, puta, Tempus, Mobile, Terminus ad quem: non tamen semper eodem modo.

Nota verò, quod spacium in motu locali reputatur pro termino ad quem: est enim sicut latitudo, seu longitudo ipsius termini.

Nota.

Distinguitur dupliciter diuisibile. V. Duplex diuisibile, per se, & sic quantum, vt tempus, mobile, spacium per se diuisibilia sunt. Altero modo per accidens, quia nimirum est in quanto, sicut qualitates.

Probat autem, quod non sit primum in magnitudine per se diuisibile motus facti: Sit spacium A B, motus autem primus sit ex B, in C.



Tunc, vel C, est contiguum ipsi B, & sic erunt duo indiuisibilia simul: vel non est contiguum, sed mediat spacium: ergo in illo fuit primus motus. Et cùm spacium sit diuisibile in infinitum, non dabitur prima ipsius pars motu acquisita. Idem est in augmentatione, quæ secundum continuam quantitatem fit. At in alteratione cùm sit ad qualitatem, non datur iste processus diuisibilitatis eodem modo, sed est ad qualitatem indiuisibilem per se diuisibilem per accidens.

Aduerte autem duplicem successiuenam in alteratione. Vnam secundum intensiorem formæ, vel remissionem. Et nem, in altero quantum ad has partes diuisibilis est forma per se: Alteram quantum ad extensionem, secundum quam quantum paulatim alteratur.

Nota, dupli- cè successio- ratione, scilicet in alteratione & extensionem.

Et de hac loquitur Aristoteles, dum dicit esse diuisibilem per accidens, nec dari primam partem, quia hæc notior est. Altera enim secundum intensiorem obscura est, & ad alios libros pertinet, cùm non secundum quantitatem sit, quæ com-

nunc accidēs est. An tamen etiam quoad intensiōnis partes, non detur prima, paulo post in loco id examinabimus.

CAP. VI.

Quoniam autem omne, quod mutatur, in tempore mutatur. Text. L.

De ordine partium motus

DE ordine partium motus modò differit, atque duo docere intēdit. Alterum, quod ante quālibet partem motus diuisi præcedit vniū mutatum esse: Et alterum, quòd ante quodlibet mutatum esse præcedit aliqua motus pars. Sunt enim mutata esse, sicut pūcta in linea, terminat enim motus partē.

Suppositio Axiom.

Ad probationem primi vnū præmittit. Nempe, Omne, quod mutatur, in aliquo tempore primo mutari, id est, omnis motus fit in aliquo adæquato tempore, id est, in aliquo toto tempore.

Distinguit tamen primò, dupliciter aliquid fieri in tempore. Vno modo non primò, sed secundū alterum: vt quod in parte alicuius temporis fit, in toto fieri dicitur: vt quod in die hoc fit, dicitur tali anno fieri. Altero modo fit primò in tempore, & hoc est quod in toto tempore aliquo fit, & in vtraque eius parte. Quòd autem fieri in tempore primo, fit fieri in omni eius parte, vt pars motus parti temporis, & totus toti respōdeat.


probat suppositio.

Probat ex definitione primi supra data. Id enim est primū, in quo secundū fit, non secundum alterum, puta, secundum sui partem motus fit, & idem probat ratione sequenti.

Sed & ex his manifestum est. Text. LI.

eadem probatur.

Ratione id probat. Nempe, motū, qui in tempore primò fit, fieri etiam in omnibus illius partibus. Sit tempus, quod primum ponitur Y K, & diuidatur p R in duas partes, Y R, R K.



Tunc, vel in neutra mouetur, vel in vna, vel in vtraque: Si in neutra mouetur, vtrique in illo toto quiescit: impossibile enim est moueri in aliquo tempore, & non in vlla eius parte. Si verò in vna tantum mouetur, tunc iam non est primū, cum in eo ratione vnus partis motus sit. Si autem in vtraque, habetur intentum: ergo necesse est, quòd si aliquid in aliquo tempore primo mouetur, quòd in qualibet eius parte moueatur. Cum autem omnis motus in tempore sit, erit in tempore primo: nam quod in tempore primo non est, ratione primi est, cuiuslibet enim motus tempus æquale respondet.

Hoc autem ostenso. Text. LII.

Ex hoc principio sic ostenso, concludit ante quamlibet motus partem præcedere mutatum esse, sumpta diuisione à fine, versus principiū motus: probat hoc tripliciter.

Ante omne moueri, est mutatum esse, si diuisio sumatur à fine versus principium motus. Ratio ex spacio, & tempore.

Primò, ex spacio & tempore. Detur tempus primum, in quo est motus, Y R, detur magnitudo & spaciū K L. Si igitur mobile mouetur per totum in toto tempore: ergo in dimidio illius temporis, & spacij mutatum est. Iterum, si in dimidio mutatum est, ante motus medietatem præcessit mutatum per dimidiū. Rursus diuidatur in alias duas partes, & erit mutatum esse, quòd partem motus præcessit. Cum igitur sit diuisibile spaciū, & tempus in infinitum, & quodlibet mutatum esse, sit finis præcedentis, quòd sequens præcedit: vtiq; ante quamlibet motus partē præcedit aliquod mutatum esse, partem motus antecedentis terminans.

Verbi

Verbi gratia, mouetur ab A in B, spacio, re vera, cum istud spaciū sit diuisibile in infinitum, & per totum sit motus: etiam motus diuidetur in infinitū. Et sicut in spacio ante spaciū datur pūctum, diuisione facta versus extremum: ita dabitur, ante quemlibet motum mutatum esse.

In medio temporis est mutatum esse

Quòd autem in medio tempore sit mutatum esse, probat subtiliter. Sumatur aliud mobile æquè velox per æquale spaciū, & simul moueatur cum illo mobili per dimidiū tantum, tunc hoc dicitur in illo mutatum. Si ergo hoc in medio tempore mutatum est in dimidio, cum re vera moueatur in eodem tempore, & æquali spacio: quamuis hoc vltius moueatur: hoc enim non impedit, quin in parte qualibet sit mutatum, Et sic de quacūq; parte est idem argumentum, quòd sit mutatio: motum ergo præcedit mutatum esse.

Amplius autē, si in toto tempore. Text. LIII.

Ratio.

Secundò idem probat. Ob id in illo toto tempore primo, Y R, dicitur aliquid mutatum, quia est vnum nunc terminans tale tempus, in quo res mutata dicitur: sed qualibet pars temporis suo nunc terminata est: ergo in qualibet parte illius temporis erit mutatum esse. Cum ergo pars partem præcedat propter ipsarum diuisibilitatē in infinitū, etiam mutatum esse, quòd est in vna parte, præcedet motum: qui est in alia: & sic motum semper antecedit mutatum esse, quòd est finis cuiusque partis.

Amplius autem si id. Text. LIII.

Ratio.

Tertio probat. Omne, quod continē mouetur in aliquo tempore (dico autem, continē mouetur, quia nō est conuptum tale mobile: iam enim non continē mouetur: nec cessauit à mutatione) omne tale, aut mouetur, aut mutatum est in illo tempore: sed in nunc est mutatum. Sed sunt infinita mutata esse: ergo non dabitur pars mo-

rus, quam non antecedit aliquod mutatum esse in altero nunc, & instanti antecedenti.

Nota.

Aduerte igitur, quòd dicit (nisi sit cessatio à motu) quia mutatum esse, quòd in fine totius motus est, non est ante motum: hic autē loquimur de intermedijs. Similiter, si in medio motu corrumpitur res, motus continuus est, vt diximus: sed illud mutatum esse, in quo res corrumpitur, non antecedit motum eiusdem rei, vt patet in cane, qui in descensu moritur.

Non solum autē id, quod mutatur. Text. LV.

Alterum, quod superius diximus, ostendere aggreditur, nempe, ante mutatum esse præcedere motū, & quod mutatum est, prius mutari.

Ante etiam mutatum esse præcedere motum.

Ad cuius probationem præmittit vnum aliud principiū, puta: Omne, quòd à quodam in quiddam, id est, à contrario in contrarium mutatum esse, id est, mutationem factam esse in tempore.

Suppositio. Omne, quod mouetur, à contrario in contrarium in tempore mouetur.

Hoc probat. Mutetur aliquid ex nigro in album, quòd dicitur ex A, in B, tunc si res est mutata in eodem instanti, in quo erat sub A, puta, nigro, profectò simul erit sub albo, & nigro, & sub diuersis locis & formis, secundū alios motus. Nam si facta est mutatio, res debet esse sub termino ad quem, vt dictum est: si verò in alio nunc, est sub termino ad quem, cum duo nunc immediata non sint, quin sit intermedium tempus, erit ille motus à contrario in contrarium, factus in illo tempore. Non ergo est vllus transitus, aut mutatio ab vno contrario in alterū, nisi in tempore, quamuis sint in gradu remisso contraria: cum in eodem nunc duo termini motus simul non sint. Nam motus est accessus ad vnum, recessus ab altero. Si igitur in duobus, erit motus in tempore. Hæc ratio posterius examinabitur. Colligitur ergo principium, motus ab vno in aliud in tempore fit.

Quoniam igitur in tempore. Text. LVI.

1. ratio Arist.

EX fundamento supposito colligit, ante quodlibet mutatum esse præcessisse motum: & ratio est. Omne tempus diuisibile, est in minores partes absq; vlllo termino, ita, vt nō detur nūc, quōd non præcedat temporis pars: ergo, & in motu, qui in tempore fit, idem erit. Si enim motus præcedit mutatum esse: & iterum ille motus diuisibilis est, & terminatur pars per mutatum esse: hoc iterum præcedet illa motus particula, quæ iterum diuisibilis est, & sic in infinitum: ergo ante quodlibet mutatum esse datur motus antecedens.

Amplius autem in magnitudine. Text. LVII.

2. Idē in motu locali.

Adducit alterum argumentum in motu locali, quod clarius rē conuincit, quia spacium est per se cōtinuum. Moueatur ergo aliquid à C, in D. Tunc vel vterque terminus est contiguus: & hoc non, quia duo indiuisibilia simul erunt: termini enim primi indiuisibiles sunt. Si ergo inter illa, C, D, medium diuisibile est, & continuum erit diuisibile in infinitum: & inter terminū, et terminum dōbigū medium, in quo sit motus: ergo ante quodlibet mutatum esse, quōd in termino fit, præcedit aliqua motus pars, & quod mutatum est, mutatur prius.

Eodem enim demonstratio est. Text. LVIII.

3. Idē in motu locali.

Idem, quod demonstratum est in motu locali, vbi spacium est per se continuum, ostendit etiam in alijs motibus non cōtinuis, vt in generationibus & alterationibus, quamuis non sint harum termini quanti, nisi per accidens, tamen cognoscemus in his per tempus ipsum, sicut in motu locali per spacium.

Concludit.

Ex quibus omnibus concludit, quod mutatur, mutatum fuisse, & quod est mutatum prius mutari, id est, ante motum mutatum esse, & ante ipsum mutatum esse, quodlibet motum præcedere.

Nota 1.

Et omnia hæc probantur ex illo principio, quōd continuum nullum ex indi-

uisibilibus componitur, sed in diuisibilia semper diuisibile est.

Aduerte autem, quōd alterationem, & generationem vocat non continuos motus, id est, quorum termini à quo, & ad quem cōtinui non sunt, cum sint cōtrarii specie differentes: at in spacio termini cōtinui sunt, ob id magis inest tali motui cōtinuitas: tamen non ob hoc illi cōtinui non sunt.

Aduerte etiam, quōd hic, vt dicit Arist. uerr. per generationem, non præcisam substantiæ mutationem intelligit, sed simul cum præuia dispositione.

Manifestum est igitur. Text. LIX.

Infert in vniuersum, & in quacūq; mutatione cōtinua, & diuisibilis, esse hoc verū, quōd ante quodcūq; mutatum esse, præcedit mutari, & ante mutari mutatum esse: & hoc ob id, quia nō datur prima pars in vlllo continuo propter diuisibilitatem in infinitum: & hoc in particularibus mutationibus patet, vt in generationibus, factionibus, corruptionibus, & alijs, in quibus generari, seu fieri præcedit factum esse, & e contra.

Quāuis non sit idem, prorsus, quōd fit: fat est, quōd fit pars illius, vt continudomus fit, tamē modō fundamentū; postea muri, postea reliqua: sic in alijs. Per generationes intellige similiter mutationes, cum præiis motibus, vt dictum est.

CAPVT VII.

Quoniam autem omne id. Text. LX.



Heoremata quædam de infinitate, seu finitate motus, magnitudinis, & mobilis constituit. Et quāuis superius de hoc tam tractauerit, id tamen non ex professo fuit, sed vt motus diuisio, & alio: um magis innotesceret. Modō tamē ex professo id docet, ob id vniuersaliter, & distinctius loquitur.

Sex

Theorema sex de infinitate, & finitate motus, magnitudinis & mobilis.

Sex igitur Theoremata constituit, quorum primum est; magnitudinem finitā tempore infinito impossibile est pertransire, tam in motu regulari, quando motus vniformiter per totum spacium mouetur, siue velociter, siue tardē: quā in motu irregulari, cum motus nō est in toto spacio vniformis, sed modō tardus, modō velox.

1. Theorema impossibile est pertransire magnitudinem finitam tempore infinito. Limitatur primum.

Hoc Theorema limitat: vt notat D. Tho. est etiam intelligendum: Cum motus non fit sæpè per eandem magnitudinem, aut aliquam eius partem: tunc enim, magnitudine finita existente, tempus erit infinitum, vt in circulo: sed debet sumi vna magnitudo tota, in qua totus motus fiat, non repetito toto spacio, nec parte.

2. Theorema Fundamentum probationis. Probatio de motu regulari.

Ad probationem huius supponit: Quod mouetur, in tempore moueri: & in maiori tempore maius pertransiri spacium: quōd in motu regulari intelligi debet.

Hoc supposito, probat Theorema, in motu regulari. Detur magnitudo hæc finita, & diuidatur in partes æquales, quarum vnæquæque erit finita in magnitudine, & omnes simul numero finitæ: tunc quæque istarum pertransibitur, in tempore finito, vna enim in tanto finito, & alia in æquali, & iterum alia in æquali: ergo omnes oportebit transire in tempore finito, puta in tempore tanto, quantū est aggregatum ex tot partibus, quot erant partes magnitudinis: quæ tempora pariter etiam in multitudine, seu numero & magnitudine finita erant: ac ob id totum non erit infinitum, nō enim finita finitè sumpta, infinitum compleat.

Sed & si non æquè velociter. Text. LXI.

Probatio in irregulari.

Idem probat, cum motus est irregularis: hic enim maior est difficultas, eō quōd æquales partes non habent æquale tempus propter difformitatem: & breuiter ratio est ista. Illa magnitudo finita diuidatur in æquales omnes partes, quæ sunt finitæ, puta, in decem: tunc tem-

pus in singulis consumptum, quāuis nō sit vnū alteri æquale, tamen in singulis erit finitum: si enim infinitum esset, tunc tantum temporis in toto quantum in parte consumeretur, quod est impossibile: igitur tempus consumptū in tota magnitudine, erit aggregatū ex finitis partibus in numero finito: ergo impossibile est totum esse infinitum. Nam infinitū nullam habet partem aliquorā, quæ sumpta toties ipsum æquet, cum non sit in vlla proportione: ergo magnitudinē finitam non est possibile tempore infinito transire.

Aristoteles ergo, antequam rationē hanc proponat, sumit per literas magnitudinem finitam, quæ sit A B, & tempus infinitum, quod sit C D, sumit statim fundamentum: Quod prius pertransitur vna pars, quā alia, & prius est vna pars motus, quā alia, cum vna pars in priori tempore, alia in posteriori sit: vltimus in maiori tempore magis pertransitur, quā in minori, siue æqualis sit motus, siue nō vniformis. Et idem de mansione, & quiete.

Hoc autem sic debet intelligi. Quōd si difformiter motum, in tanto tempore transit tantum spacium, idem difformiter motum in maiori tempore transibit vltra illud spacium, sicut etiā in vniformi & regulari.

His suppositis, diuidit magnitudinē A B, in partes suas aliquotas, & mēsurantes æquales, quarum singulæ dicuntur A E, & facit argumentum. Quælibet harum siue inæqualis, siue inæqualis tempore finito mēsuratur, cum debeat esse minus, quā totius tempus: ergo totum tempus finitum est. Nam in infinitum non habet partes mēsurantes, quæ finities sumptæ ipsum æquent.

Quod enim partes finites infinities sumptæ, faciant infinitum, fieri potest: quōd etiam finitæ partes finities sumptæ faciunt infinitum, impossibile est.

Concludit idem esse in quiete. Non enim est quies finita tempore infinito. Idem de generabili, & corruptibili. Non enim finitum generabile, potest generari in infinito tempore, nec corrumpi.

Explicatur ratio Arist.

Idem inferitur in quiete & generatione, & corruptione.

Eadem autem ratio est. Tex. LXII.

2. Theorema magnitudinē infinitā tēpore finito nō est pertransire. Probatio Theorematīs.

Secundum constituit Theorema. Magnitudinem infinitam tempore finito non est pertransire. Probat hoc tēpore finito diuiso in partes aequales finitas in numero, & magnitudine, cū sit finitum.

Et est argumentum, In qualibet parte huius temporis finitam trāsit magnitudinem: ergo in omnibus simul partibus transit finitas partes, quoad numerum, & quoad magnitudinem: ergo magnitudo, quam illo toto tempore trāsiuit, finita est. Finita enim finities sumpta, nec in numero, nec in magnitudine infinitum faciunt: siue infinitum sit versus vnum extremum, vt si hinc linea versus hoc extremum protenderetur in infinitum: siue infinitum sit ex vtroq; extremo. Nullum enim finitum sit ex finitis finities multiplicatis.

His autem demonstratis. Text. LXIII.

3. Theore. Nullum mobile finitum potest pertransire infinitum spacium in tempore infinito.

Tertium Theorema constituit de mobili cum alijs, Nempē, nullum mobile finitum potest transire infinitum spacium in tempore finito.

Nota verò, magnitudinem finitam in hoc textu vocari mobile infinitum: hoc enim fuit alijs occasio aliter exponendi, sed absq; dubio sic est exponendum, vt ex contextu patet.

Probatio Theor.

Hoc Theorema dicit patere ratione supra posita. Diuiso enim tempore aequaliter finitè, cum in qualibet parte transeat finitum spacium, in toto etiam tempore finitum transibit.

Quoniam autem finitum non transibit.

Text. LXIII.

4. Theore. mobile infinitum non transibit magnitudinem finitam

Ex tertio Theoremate quartum colligit, ybi manifestatur, illud fuisse tertium. Est igitur quartum. Mobile infinitum non transibit magnitudinē finitam tempore finitam, Hoc ex precedenti sequi probat.

Et ratio profectò est subtilis. Imaginare ergo, quod sit spacium in finitum, per quod moueatur lignum cubitale: imaginare iterum locum, & spacium cubitale, per quod paulatim succedens moueatur in finitum: tunc modo vtroq; accidit infinitū transiri à finito: nam in priori mobile finitū transit in finitum, in posteriori spacium finitū transit quodammodo ipsum mobile infinitum: vt ergo repugnat tempore finito transiri in finitum spacium, ita, & finitum magnitudinem tempore finito, illud à mobili finito, hoc à mobili infinito.

Nec aliter posse infinitū à finito transiri, docet: nisi quod spacium sit finitū, mobile infinitum: & hoc est, quod finitū vtatur in finitum in mouendo: aut quod spacium sit infinitum, mobile finitum, & hoc vocat finitum vti in finitum, vt latatione.

Quasi dicat: non aliter infinitum finitum trāsit, nisi duobus modis: aut quod mobile sit finitum, spacium verò infinitum, aut è contra: neutrum autem fieri potest in tempore finito.

At verò neque infinitum. Tex. LXV.

Quintum cōstituit Theorema. Mobile infinitum in tempore finito non potest transire spacium infinitum.

Probat dupliciter. Quia infinitū non potest transire aliquod spacium, nisi aliqua ipsius pars finita illud transeat, & hoc vocat in finitum inesse finitum. Sed (vt probatum est) finitum mobile non transit in finitum tempore finito: ergo nec transibit mobile finitum.

Idem dicit posse probari per tempus. Si enim tempus finitum diuidatur in partes aequales finitas, & infinitū in vna tēporis parte transeat finitum spacium, vtrique in toto tempore transibit finitum, vt superius diximus. Nam infinitum, sic debet transire, nempē, secundum partem finitam suam, Hunc crediderim esse sensum horum verborum, licet S. Th. aliter exponat.

Quo.

Quoniam autem neque finitum. Tex. LXVI.

6. Theor. Motus infinitus non potest tempore finito. Probatio Theor. Illatio qdam est prædictis

Ex his omnibus colligit sextū Theorema. Motus infinitus non potest esse tempore finito.

Probat: Quia eadem est ratio magnitudinis, & motus: se enim cōsequitur quātum ad hoc: sed infinita magnitudo nō transitur tempore finito: ergo nec motus in finitum est tempore finito.

Relinquitur ex his, magnitudinē infinitam in tempore infinito posse pertransiri à finito, vel in finitum mobili: magnitudo enim, & tempus, motus parem rationem, & coniunctam habent in hoc.

An detur primum, & vltimum in motu. Quæstio. IIII.

Colliguntur ea, quæ tradit Arist. de vlt. in r. motu de quibus quæstio instituitur. Primum.

Aristoteles circa hanc difficultatē, vt in textu expositum est, docuit aliqua. Primum est, in motu versus finem dari primum mutatum esse, id est, vnum in itans, in quo esset verū dicere, nunc primò motus est factus, & similiter, nūc nō est motus, sed immediatè ante hoc fuit motus. At versus principium, nō datur primū mutatum esse: quia cum mutatum esse præcedat motus, & motus sit diuisibilis in infinitum, nō dabitur mutatum esse, ante quod non sit aliud, nempē in medieta te motus antecedentis illud mutatum esse. Nam quælibet pars motus finitur in mutatum esse.

2.

Alterum est. Quod ante quælibet motus particulam præcedit mutatum esse, et è contra ante mutatum esse motum, diuisione facta motus per partes proportionales, vt diximus in textu.

3.

Tertium est: Quod à contrario in contrarium non sit transitus, nisi in tempore.

1. Argumen. Quod detur in motu.

Iam ergo, quod detur primum, & vltimum in motu, sunt aliquot argumenta. Primum est. Motus sit in aliquo tempore primo, & adæquato, puta, vna hora: sed in tali tempore datur vnum nunc terminans in fine, alterum in principio: ergo dabitur in motu ex vtraq; par-

te mutatum esse, nempē, primum & vltimum.

Præterea secundò. Motus sit adæquatus per spacium aliquod, puta ab A, in B, sed huius spacij ex vtraque parte datur punctum: ergo & in motu mutatum esse etiā ex principio, sicut ex fine. Sic enim sunt mutata esse in motu, vt puncta in linea, & nunc in tempore.

Tertio. Omne finitum ex vtraque parte habet principium, & finem: sed motus vnus horæ ex vtraq; parte finitus est: vt ergo habet principium, & habet finem.

Quartò Aristoteles versus finem dicit dari primum mutatum esse: videtur falsum, Mutatum esse versus finem est post multa mutata esse, quæ sunt in medio motus: ergo illud non debet primum, sed potius vltimum dici.

Quintò, Demus motū diuisum in decem partes æquales: si ante quamlibet motus partem præcedit mutatum esse: ergo ante primam illarum præcedit mutatum esse: & ante illam non est motus, ergo erit illud primum mutatum esse in principio, quod non præcedit motus.

Sextò, Contra rationem in textu, quæ probat, ab albo in nigrum trāfiri in tēpore, facit argumentum. Vel in vno nunc, quo est sub albo, est sub nigro: Et hoc nō, quia simul non stat, sub vtroq; termino. Vel in alio, & tunc erit tempus medium, in quo sit factus motus. Hoc argumentū videtur nihil valere: nam per ipsum etiā probaretur, generationem substantiæ esse in tēpore, vt cū ex aqua fit aer: quod falsum est. Et illud patet. Nam cum non in eodem instanti materia sit sub vtraq; forma, erit sub diuersis instantibus, & sic in tempore.

Septimò. Si calor, nigredo, & huiusmodi qualitates per motum acquiruntur semper: sequitur, quod nunquam datur minimum in eis: nam cum per motum totæ acquirantur, non dabitur pars minima, sed minor, & minor fuit prius acquisita. Hoc tamen videtur falsum. Cū enim formæ substantiales habeant certam minimam quantitatem, etiam habebunt formæ accidentales, quæ in illas ordinant, vel p̄sas consequuntur.

Pro

1. Fundam. Pro huius declaratione aduertendum Not. Dupli- riter res, quæ de nouo esse habent, dupliciter habere esse. Quædam acquirunt esse per motum, & cum motu: quædam, quamuis per motum, non tamen cum motu acquirunt esse. Id dicitur per motum, & cum motu esse, quod non solum per motum fit, sed etiam ipsi motui adæquat: vt pars per partem motus, & totum per totum motum acquiratur. Vt albedo habet esse per dealbationem, & cum ipsa: quælibet enim dealbationis pars in albedinis partem terminatur: & quæ huiusmodi sunt, eadem cum motu diuisionem patiuntur, fiuntque in tempore.

Illæ verò aliæ per motum, sed nõ cum motu habent esse, quæ non in ipso motu sunt, sed in instanti totum suum esse habent, quamuis aliquis motus præcesserit: quales substantiæ generabiles, quæ fiunt in instanti, & in fine motus. Ad hoc genus rerum reducuntur ea omnia, quæ in instanti totum suum esse habet, & simul sunt secundum se tota: vt Angelus à Deo productus. Similiter instantia singula, mutata esse, & huiusmodi, quæ in indiuisibili consistunt.

2. Fundam. Aduertendum secundo ista, quæ non cum motu habent esse acquisitum, dupliciter se habere. Quædam enim acquirunt esse dupliciter se habere. Quædam enim acquirunt esse dupliciter se habere. Quædam enim acquirunt esse dupliciter se habere. Quædam enim acquirunt esse dupliciter se habere.

3. Fundam. Aduertendum tertio, quod partes rei sunt in duplici differentia. Quædam sunt secundum extensionem: quales quæ à magnitudine sumuntur, vt albedo habet partes extensionis à subiecti magnitudine, in quo est extensa. Quædam sunt partes secundum intentionem, & remissum: quales sunt gradus formæ suscipientis magis, & minus, vt cum album fit magis, & magis, album.

Sunt autem res, quæ vtraque habent partes, vt albedo, calor, & huiusmodi.

habent enim extensionis partes à subiecto, cui insunt: habent etiam extensionis partes, secundum quas magis, aut minus actuant subiectum idem.

Formæ verò substantiales, & aliquæ accidentales non recipientes magis, aut minus, habent solas extensionis partes, quamuis sint partes per accidens: non enim à se, sed à quantitate eas habent. Contingit autem quantum ad has partes per motum esse, siue intentionis, vt cum albedo successiuè intenditur: siue extensionis, vt cum successiuè per subiecti partes extenditur, & hoc non repugnat formæ substantiali: potest enim quantum ad extensionem in materia motum admittere.

Aduertendum quarto, quod sunt duo modi, quibus res incipiunt esse, duo etiam modi, quibus desinunt. Modi incipiendi sunt, vltimum non esse, & primum esse. Tunc res incipit per vltimum non esse, cum datur instans, in quo, quamuis nondum illa res sit, tamè statim post illud erit. Vnde vltimum non esse est; quod in hoc instanti non sit res; tamen immediate post hoc erit. Tunc autè incipit per primum esse, cum datur instans, in quo primum res sit ita, vt immediate ante illud non fuerit. Prior modus dicitur extrinsecus, propterea, quod in illo instanti inceptio nis nondum sit res: Posterior intrinsecus, quia in illo iam sit res.

Modi autè desinendi sunt pariter duo, vnus extrinsecus, qui dicitur primum non esse, alter intrinsecus, qui dicitur vltimum esse. Tunc res desinit per primum non esse, cum datur instans, in quo licet dicere, modò non est res, sed immediate ante hoc fuit. Tunc verò desinit per vltimum esse, cum datur instans, in quo licet dicere, nunc est res, sed immediate post hoc non erit. Horum omnium exactior paulò post reddetur ratio.

His suppositis sit prima conclusio. In motu, nec datur prima pars primo tempore acquisita, nec vltima vltimo tempore acquisita: hoc idem de re, quæ cum motu habet esse, quantum ad eas partes, quas cum motu acquirit.

Prima pars huius conclusionis nota est.

4. Fundam. dupliciter res incipiunt, & desinunt, intrinsecè, vel extrinsecè.

1. Conclusio

est ex textu. Cùm enim motus & tempus, in quo fit motus, sint diuisibilia in infinitum & successiua; non habent partes simul, profectò neutrius dabitur ita minima pars in principio, quin minor & minor præcesserit, nec ita minima in fine, quin minor succedat, puta, illius medietas.

2. pars conclusionis.

Altera pars conclusionis est, esse idem de re, quæ cum motu incipit. Vt enim nõ datur minimum motus, ita nec erit minimum albedinis, & alterius formæ, quæ cù motu acquiritur: & hoc est satis manifestum. Nam si daretur minimum formæ, non dato minimo motus, tunc illud motus, quod est vltra illud minimum, esset sine forma, quod est impossibile, motus enim non est sine forma, cum sint simul, & ipsius fluxus.

3. pars conclusionis.

Tertia pars conclusionis, nõ pòtè, quantum ad partes quæ motu acquiruntur, duplici ex causa est posita.

Notat.

Altera est, vt intelligas non omnia, quæ motu acquiruntur, esse diuisibilia omnino, nisi secundum partes, quas per motum habent: vnde forma substantialis secundum partes extensionis motu acquisitas, non habet minimum: alia formæ nec secundum extensionis, nec secundum intentionis partes, minimum habent.

Nota 2.

Altera causa est: quia est grauis difficultas, an omnes partes extensionis, & intentionis motu acquirantur: tunc nõ daretur minimum naturale, nec in intentione, nec in extensione substantiæ, vel accidentis, de quo inferius dicemus: modò tamen generaliter dicimus, in his partibus, quæ motu acquiruntur, non dari minimum, sicut nec in motu.

3. Conclusio

Secunda conclusio. Motus, tempus, & res, quæ cum motu, & tempore acquirunt esse, incipiunt per vltimum non esse, & desinunt per primum non esse. Hęc conclusio sequitur ex præcedenti. Cùm enim non detur prima pars horum, quæ primum sit, non dabitur instans, in quo datur, tunc primum ista esse, nec similiter vltimum, in quo post eadè sint: sed extrinsecè incipit, & desinit ex his vniuersis, quodque, signato instanti, in quo non

sunt, sed immediate ante illud fuerunt, vel immediate post illud erunt.

Vbi nota cum S. Th. supra textum 35. quod hoc nunc vnus est terminans præteritum, & incipiens futurum tempus: vnde post nunc immediate sequitur tempus, & ante nunc immediatum est tempus: quæ per nunc continuantur. Sicut si sumas punctum in media linea, ante ipsum enim, & post ipsum immediate est linea. Dicere igitur, hæc res incipit per vltimum non esse, est dicere, quod in illo nunc est, sed in tempore, quod illi nunc primum est; illa erit: similiter in definitione per primum non esse, hæc res non est nunc, sed immediato tempore ante hoc fuit.

Nota ex D. Tho.

Et merito ita fit, quia cum res hæc in instanti esse non possint, sed in tempore, in tempore autem non sit prima; nec vltima pars, initium suum, & finem ab extrinsecò sumunt: perinde enim est dicere, ipsas sic incipere, ac desinere, quàm quod non habeant primam, nec vltimam partem, propter earum diuisibilitatem in infinitum.

3. Conclusio

Tertia conclusio. In motu versus fine datur primum mutatum esse, non tamè versus principium: in re similiter; quæ motu acquiritur, datur totius primum esse, sed non primum esse partis.

Explico: Illud primum non est motus, in fine, in quo dicitur, nunc non est motus, sed immediate ante hoc fuit, illud inquam, est primum, in quo est verum dicere: nunc primum factus, & perfectus est iam motus, & similiter nunc primum talis & tanta forma acquisita est, & hoc est dicere, quod in fine motus, datur primum mutatum esse: eodem modo in fine cuiusque partis motus.

At cum motus sit diuisibilis in infinitum, versus principium non dabitur primum mutatum esse, quia ante tale mutatum esse præcessit motus diuisibilis, vbi fuit aliud, & aliud mutatum esse.

Et ob hoc nec datur primum esse omnium partium, nam ante illud prius, fuit minor pars formæ acquisitæ.

Nec est eadem ratio in fine, & in principio motus: nam in fine datur mutatum esse

Nota discriminem in fine, & principio esse motus.

esse, quia ante illud fuit motus: at in principio non potest dari primum mutatum esse, quia debet antecedere motus; qui cum diuisibilis sit semper, habet aliud, & aliud mutatum esse prius.

Nota disci-
men puncti,
& mutati
esse.

4. Conclu.

Quarta conclusio. Res, quæ sine contrarij expulsiõe acquirunt esse, incipiunt per primum sui esse, desinunt per vltimū sui esse. Vnde, nunc, temporis mutatum esse motus, angelus, mundus, per primū esse inceperunt: nunc aut mutatum esse per vltimum esse desinunt, reliqua enim non corrumpuntur.

5. Conclu.

Quinta conclusio. Quæ cum abiectione contrarij corrumpuntur, vel generantur, incipiunt esse, per primū esse, desinunt per primū non esse. Vnde cum ex aqua fit aer, aqua desinit per primum non esse, vt sit verum dicere, nunc non est, & immediatè ante hoc fuit aqua: aer verò incipit per primū esse, nempe nunc est aer, & immediatè ante hoc non fuit.

Probat
conclusio.

Hæc conclusio est Aristotelis. 8. Physic. tex. 69. & huius ratio est notanda. Sē per enim generatio fit in fine alicuius motus præcedentis, ratione cuius disponitur subiectum: vnde dum motus ille est, nondum est forma generata, quia dispositio non est perfecta, finito autem motu, forma inducitur in eo instati primo, in quo est primum mutatum esse in fine motus. Cū autem detur tale primum mutatum esse, datur etiam primum esse formæ productæ: Cū autem talis forma nondum sit, cū motus est, erit forma, quæ corrumpitur: non enim est materia sine forma: vnde sicut forma generanda non est, dum fit motus, ita forma corrumpenda est, quousque motus sit finitus.

Vnde sequitur, quod desinente motu, tunc non est forma corrupta, sed desinet, sicut motus, & desinet per primum non esse, & tunc erit forma generata.

Vt autem clarius intelligas. Fiat motus calefactionis aquæ, vt ex ipsa fiat ignis, dum fit calefactio, est aqua, & nō ignis, facta calefactione, est ignis, nō aqua: datur enim in fine motus vnum instans, in quo licet dicere: modo primū absoluta facta est calefactio, & hoc idē instans est primum non esse motus, & primum non esse ipsius forme, aquæ, primum verò esse ignis: hæc enim omnia illi instanti insunt.

Per hæc patet solutio ad argumenta posita. Ad primum enim, & secundum, & tertia est responsio. Non enim mutatum esse omnino simile est puncto, & nunc. De ratione enim puncti non est, quod ipsum linea præcedat: at de ratione mutati esse est, quod ante ipsum sit mutatio: ob id non potest incipere motus à mutato esse, quia necesse est, quod ipsum antecedat motus, est enim mutationis finis.

Nec inde sequitur, quod motus non potest esse in tempore, aut spacio adæquatis, nam motus non fit nisi in tempore, & magnitudine: at nunc non est temporis pars, nec indiuisibile magnitudinis.

Ad tertium, non negamus motum habere principium, dictū enim est, quod sicut non datur prima pars, ita nec vltima, at sicut datur vnum instans, in quo desinit motus, quod dicitur primum non esse motus, ita etiam datur aliud instans, in quo incipit, quod sit vltimum non esse ipsius.

Discrimen est, quod instans finis dicitur mutatum esse, quia motus præcessit imo totus: in principio tamen nō est mutatum esse, quia nō præcessit motus, tamē vtrumq; instans, & vterq; terminus est extrinsecus, quia in eo non est motus.

Ad quartum non sic est intelligenda illa cōparatio: si enim mutatum esse, quod in fine est, absolute ad alia mutata esse confertur, quæ in illo motu fuerunt, ipsum vltimum dicitur: tamen non sic debet hoc intelligi, sed quod ipsum est primum post totum motum factum, & respectu temporis sequentis. Vt sit sensus, in hoc

Ad primum
& secundū.

Ad 3.

Ad 4.

Nota.

in hoc

CAPVT VII.
Quoniam autem omne, aut mouetur. Tex. LXVII.



Ve de motu docuit, pu-
ta non dari primū, idē
de quiete, & de quiete
tione. i. motu, quo qui
es acquiritur, docet, &
tale moueri ad quietē
vertit Boetius [stare]
De primo &
ultimo in
quiete cad.
ratio, quæ
in motu.
i. Fundam.
quietationē
esse in tem-
pore.

in hoc instanti omnium sequentiū primū motus totus dicitur esse factus, & perfectus, antè enim non fuit totus factus, post verò fuit, sed non primo, nisi in tali instanti, in quo dicitur primum mutatum esse.

Ad 5.

Ad quintum dicimus, non sic illā diuisionem motus fieri debere, sed proportionaliter versus principium, & tunc nō dabitur pars, quam non antecedar mutatum esse, vt dictum est.

Ad 6.

Ad sextum dico, in generatione substantiæ esse aliam diuersam rationem: nam generatio substantiæ, & corruptio fiunt in fine motus, & in fine temporis illius motus. Cū autem vnus motus vnicum habeat terminum, in vno instanti fiunt illa, quod sit primum non esse vnius, quā esse alterius, tunc enim forma recedit cum motu, quo generatur res: at verò cū ex calido sit frigidum, cū nullus alius antecedat motus, ille transitus non fit in instanti, sed in tempore. Si enim diceretur, quod instans vnum est, in quo frigidum primo est, & calidum non est, non videtur, quare in illo non sit calidum, cū nullus motus, aut mutatio præcesserit, qua expulsus sit: & ob hoc Arist. nunquam admittit mutationes instataneas, nisi adiunctas motibus. Sic puto esse respondendum secundum viam Aristotelis.

Ad 7.

Ad septimum difficultas est magna, an detur minimum in formis accidentalibus in instanti productum, quod nos tractabimus 8. lib. tex. 23. Interim tamen dico, cum S. Thom. ibidem, quod hic Aristoteles solum loquitur vniuersaliter, nempe, quæcunque forma motu acquiritur, non habet minimam partem primam illius, quod motu acquiritur: & hoc satis constat secundum prædicta principia. Sed an rota latitudo formæ motu acquiritur, illic disputabitur, quamuis, re vera, hoc Aristoteles videatur docere, sed postea latius dicemus.

quasi ad standum ire posset, id verbo non satis latino, tamen rei energiam exprimente, dici quietari. Probat autē primò, quod quietatio illa sit in tempore dupliciter. Primò, quia est motus, & quod stat. i. ad quietem mouetur, re vera mouetur: in hoc autē textu, tale stare motum esse probat, sic. Omne, quod aptum est moueri, & tempore & loco, & modo, quibus aptū est moueri, aut mouetur, aut quiescit, sed stans (si sic licet dicere, quod quietatur) est huiusmodi, & nō quiescit. ergo mouetur. Non enim est sic dare medium, Quod autē nō quiescat, probat. Quia quod stat, tendit in quietem: quod autem in quietem cedit, nondū quiescit: ergo stans nō quiescit.

Aduertenda est declaratio illarū particularum, quæ in maiori ponuntur. Nō enim omne, quod nō mouetur, quiescit, sed quod aptum est naturam moueri: vnde immobilia non dicuntur quiescere proprie. Vltèrius, nō omne aptum moueri, cū non mouetur, quiescit, nisi sit tunc cum aptum est moueri: vnde in instanti non mouetur, in instanti autē non quiescit res. Nec satis adhuc est, sed etiam requiritur ex parte loci, nam in puncto nō est motus, etiam tempore, & mobili positus. Similiter nō est motus, nec quiescit res à motu, quo non est apta moueri: vn de calum non mouetur rectè, tamē non qui scit à motu recto, non enim sic moueri est aptum.

Cū igitur aliquid est aptum sic moueri, & tali loco & tempore, & non mouetur, tunc quiescit. Quies enim priuationem dicit, quæ negatio est cum aptitudine, & circumstantijs illis.

Hoc autem demonstrato.

Text. LXXVIII. LXXIX.

1. Ratio.

Hoc principio ostenso, quod stat. i. qd' quietatur moueri, facit priorem rationem. Omnis motus, & quod mouetur, in tempore mouetur: at quod sic stat, mouetur, ergo quod stat, in tempore stat.

2. Ratio.

Afferat alteram rationem, in altero textu, Velocius, & tardius in tempore sunt, quod stat, velocius, & tardius stat, ergo quod stat, in tempore stat: & vide per, stare, intelligi motum in statum, & quiete, ut diximus iam, quam quietationem dicere possumus.

In quo autem tempore.

Text. LXX.

2. Fundam. quod in aliquo tempore primo stat, in qualibet parte illius stat.

Alterum statuit simile principium, sicut in motu. Nempè, quod in aliquo tempore primo stat, in qualibet parte illius temporis stat, & facit eandem rationem cum superiori. Diuidatur illud tempus primum: non enim esse potest indiuisibile: aliter enim non esset in eo motus, diuidatur ergo in duas partes. Tunc non est dicendum, quod in neutra stat, tunc enim non staret in toto. Similiter non est dicendum, quod in altera tantum stat, tunc enim non esset illud totum primum, in quo stat, sed illius pars. Colligitur ergo, quod in vtraque stat, & sic de alijs ipsius partibus. Ex his concludit, quod intenderat: nempè non dari primum in statu, et motu isto, sicut nec in motu vniuersaliter dicto datur.

Neque enim ipsius motus.

Text. LXXI.

Non dari primum in statione.

Probat, non dari primum in statione hac. Sit esse primum, vel esset in indiuisibili temporis, vel non, sed neutro modo esse potest: Primum non potest esse in indiuisibili, sic enim non esset motus: at dictum est, motum esse: Preterea, nec potest indiuisibile esse: si enim diuisibile est id tempus primum, erit immediatè motus ille, quia alias non esset in illo tempore primo, & adæquatè, ergo illa medieta sicut prius, cumque in tem-

poris diuisione non perueniatur ad vnam partem omnium primam, cum illa adhuc diuisibilis sit, profectò nec in tali motu quietationis, quæ status dicitur, dabitur prima pars, sed semper erit alia, & alia, ut in tempore.

Neque igitur quiescens.

Text. LXXII.

Quod de motu in quietem dixit, eadem ratio de quiete tradit, puta, non dari primam ipsius partem, quæ de motu in quietem. Et hoc probat, quia in tempore quies est, & quod quiescit, in tempore quiescit: temporis autem cum non detur prima pars, nec dabitur in quiete. Quod autem in tempore sit quies, dupliciter probat.

Primo: Tunc res quiescit, cum non mouetur, & moueri apta est: sed in instanti non est moueri apta: ergo nec quiescere, sed in tempore.

Amplius autem & tunc dicimus. Text. LXXIII.

Secundò idem probat ex descriptione quiescentis. Id enim quiescere dicimus, quod sic se habet modò, sicut ante, quasi quies non dignoscatur, nisi per diuersa nunc: sed instans non habet modò, & antè, ergo in tempore quiescens est. Vtraque ratio superius exposita est. Iam concludit hoc prouenire ex diuisione continui in infinitum, qua supposita, sequitur non dari primum in motu: & similiter nec dari vltimam partem.

Quoniam autem omne quod mouetur.

Text. LXXIII.

Aristoteles preparans se ad soluendum argumenta Zenonis, præmittit vnum in hoc textu, Nempè, cum aliquid mouetur in aliquo tempore primo, & adæquato, non potest in aliqua parte illius temporis esse in vno loco æquali, aut in vno gradu formæ secundum alios motus, sed semper mutat & mutat locum æqualem, aut est sub alio, & alio gradu formæ.

Attende, quod dicit in tempore primo. Si enim sumas tempus non primum, potest

1. Ratio.

2. Ratio.

Nota.

Quo sit instanti

telligendū fundamentum Arist.

test in vno loco esse in aliquo tempore, verbi gratia, ego dicor moueri in classe in hoc die, quia moueor in tempore huius horæ, finito isto motu, possum manere in loco, in quo motus sum per horam aliam eiusdem diei, tamen in hac eadem hora, in qua tota moueor, permanere per aliquod tempus in eodem loco equa- li mihi, impossibile est.

Nota.

Attende etiam, quod loquitur de loco æquali, in quo toto est mobile: nam intra totum spacium maius, intra quod totus fit motus, per tempus manet. At de illo loco, in quo adæquatè est ipsum locatum loquentes, dicimus, quod dum mouetur, non permanet in vno per temporis particulam vel minimam, sed mutat, & mutat loca alia, nec in eodem permanet, dummodò moueatur secundum se totum: quod si secundum partem mouetur, illa saltem pars nunquam in eodem loco æquali erit per aliquod tempus, quod mouetur.

Probatur fundament.

Probat hoc: quia si in aliquo loco æquali per aliquod tempus maneret, utique quiesceret. Quiescere enim, est eodè modo se habere in duobus, nunc temporis continui, id est, in aliquo tempore, quod si quiesceret, iam non esset illud tempus primum motus.

Si verò non sic est, sed vno solo nunc.

Concludit, quod cum non sit in vlla parte temporis in vno, & eodem loco, quod in instanti erit in illo loco sibi æquali, & in alio instanti in alio: tamen in tempore semper mutat loca æqualia: nec propterea admitti debet, quod quiescat in illo. Nam sicut in instanti non est motus, ita nec quies: ob id in tempore primo, toto mouetur, & in parte qualibet temporis locum æqualem alium, & alium mutat, nec quiescit, licet per instans sit in vno, & eodem sibi æquali loco: instans enim tempus non est.

CAPVT IX.

Zeno autem malè ratiocinatur. Text. LXXV.

Argu. contra motum.



X doctrina textus præcedentis soluit sophisma Zenonis, quo probabat, non esse motum. Dicebat sic: Quod in quolibet nunc temporis quiescit, non mouetur in illo tempore: sed id, quod moueri dicitur, puta sagitta, in quolibet. Nunc temporis quiescit, ergo non mouetur: Probat minorem. Quia quod est in sibi æquali loco, non mouetur, sagitta in singulis Nunc, est in sibi æqualibus locis: ergo in illis non mouetur: quod si non mouetur, quiescit. Omne enim in sibi æquali loco, aut mouetur, aut quiescit.

Hoc autem falsum est.

Text. LXXVI.

Voluit prædictam rationem, dicens, quod tempus non componitur ex ipsis Nunc, sed ex diuisibilibus partibus: idè non si in omnibus Nunc non mouetur, in toto non mouetur: nam in partibus omnibus temporis mouetur. Et hæc est solutio potissima. Hinc enim prouenit, quod non sit in Nunc non moueri quiescere, non enim Nunc est pars temporis. Quod autem in omnibus partibus temporis in loco æquali non sit per aliquam temporis partem, dictum est in textu antecedenti.

Quatuor autem sunt rationes.

Text. LXXVII.

Huius occasione à principio incipit numerare quatuor rationes Zenonis, quibus contendebat, non esse motum, quas difficilis solutionis dicit, Prima ratio erat. Supposito, quod esset motus, esset à termino in terminum alicuius spacij, & quod spacium diuisibile est in infinitum: tunc est argumentum. Mobile non potest peruenire ad terminum per spacium, nisi prius transeat dimidium spacij, nec potest hoc transire, nisi prius aliud huius dimidiū, nec hoc, nisi huius aliud dimidiū. Sed sic est, quod sunt infinita dimidia, quæ prius oportet transire, ergo nunquam contin-

4. Argu. Zenonis contra motum.

Primum.

git moueri per spacium aliquod. Infiniti enim non est finis.

Solutio.

De hac autem diuisione se locutu superius dicit. Vel potest esse sensus, quod iam ista ratio soluta est, per distinctione superius, puta, textu. 19. vbi dictum est, spacium non esse actu infinitum, sed potentia: vnde non opus est, quod infinite partes sint, quas actu oporteat transire. Sed hoc postea in fine libri examinabimus magis.

Secunda autem ea, quae vocatur. Text. LXXVIII.

Secundum.

Proponit secundam rationem Zenonis, quam dicit vocari Achille. Ratio autem erat, quia utebatur exemplo Achillis, qui erat celerissimus: & sic exponunt Themist. Simplic. Psellus. Vnde male interpretes aliquot putant, dici Achillem, quia erat ratio validissima. Ratio autem ducit ad inconueniens, quod velocissimum, puta, Achilles, nunquam apprehenderet tardissimum, puta, testudinem. Probat autem: quia semper erit aliquod spacium inter vnum, & alterum. Sed quomodo id probet, optime explicat Themist. Demus spacium, in quo fit motus. Sit miliar, quod octo stadijs constat, & Achilles incipiat moueri a principio primi stadij, & testudo a dimidio illius stadij. Sitque Achilles in decupla proportione velocior. Est argumentum. Dum Achilles transit illud medium stadij, testudo saltem transiit decimam partem alterius dimidij, & sic nondum est apprehensa iterum dum Achilles transit illam decimam, testudo transit aliam decimam illius decimae: & dum hanc decimam decimae Achilles, testudo aliam decimam decimae alterius decimae transibit: cumque sint infinite huiusmodi diuisiones, nunquam Achilles testudinem motam consequetur.

Est autem, & haec ratio eadem. Text. LXXIX.

Comparat Arist. argu. Zenonis cum 2.

Hanc secundam rationem cum prima comparat, ac dicit, esse eandem. Nempe, quia idem supponit cum ea, non tamen omnino eandem, quia il-

la aliter procedit. Supponit igitur idem: quia infinitum putatur spacium, nec ad terminum peruenire posse in vtraque ratione. Sed non est idem modus, nam prima diuidit spacium semper in duas partes proportionaliter: at posterior non diuidit, nisi secundum proportionem, & rationem velocioris, & tardioris. Vnde quamuis diuerso modo procedant, ad idem tendunt, eademque est vtriusque solutio. Quod si in argumento secundo sumatur velocissimum, & tardissimum, fuit tragico modo ad faciendum argumentum admirabile, sed non quod nouam difficultatem faceret.

Solutio ergo est, quod velox non apprehendet tardum, dum non attingit ipsum, tamen attinget. Maius enim spacium transit velox in eodem tempore, quam tardum: cum spacium finitum actu sit. Argumentum autem procedit, ibi esse infinitas actu partes, quod falsum est.

Tertia autem, quae nunc dicta est. Text. LXXX.

Tertiam rationem Zenonis dicit esse eandem, quae iam proposita est textu 85. Nempe, quod si in quolibet instanti quiescit mobile, cum non mutet locum, quod in toto tempore quiescet.

Et repetit solutionem eandem, quia innititur ratio in hoc, quod tempus ex Nunc componitur. Hoc autem negato, nihil concludit. Dicitur enim, quod in qualibet parte mutat locum, & mouetur. licet in singulis instantibus sit in singulis locis, nec in illis motus sit, non tamen propterea dicendum est, mobile quiescere, vt dictum est, In instanti enim, nec quies, nec motus est.

Quarta autem ea, quae de ijs est. Text. LXXXI.

Quartam facit rationem Zenonis, quae re vera difficile colligi potest: aliqui enim eam sic construunt, vt nec minimam apparentiam faciat, quod credendum non est. Existimo sic esse proponendam: & in hoc magis accedo ad expositionem S. Thom. Zeno in hac ratione ducebat ad impossibile Nempe, si motus

Solut. Arist.


3. argum.

Solut. Arist.

Quarta ratio.

tus esset tempus, duplum esset equale suo dimidio, nepe, vna hora aequalis mediae: Ad hoc ostendendum sumebat hoc principium. Cum duo mobilia aequae velociae aequalam magnitudinem percurrunt, tempora vtriusque motus sunt aequalia.

Ex hoc principio argumentabatur, & sumebat tres magnitudines aequales singulas quatuor partium equalium. Et primam ponebat immobilem, quae dicebatur AAAA. Alteram constituebat superius, quae inciperet ex media parte fixae & immobilis, quae dicebatur BBBB, ita vt primum B, esset cum secundo A. Tertiam sumebat, quae dicebatur CCCC, & ponebat a principio immobilis, vt esset primum C, cum primo A, contra alteram magnitudinem, vt notum fit in figura infra descripta.



Mouebatur igitur tertia, quae dicitur C, per totam magnitudinem A, per horam, ita vt cum perueniat ad secundum A, vbi incipiebat B, mouebatur ipsum B, versus A, a quo incepit C. Tunc, quia non habet nisi duo A, pertransenda, per media horam mouebitur: & in illa media ipsum C, transibit alia duo A, & nunc in fine mediae horae vltima omnium horum simul erunt, primum C, cum vltimo B, & A, & primum B, cum vltimo C, & A, ac si essent iuxta postea.

In hoc igitur casu, tempus ipsius C, est duplum ad tempus ipsius B, quia C, transiit quatuor A, & B, non nisi duo. Quod autem ista tempora sint aequalia, probatur. Ipsum B, in media hora transit per omnia quatuor C, vt notum est, quia in principio mediae horae est cum pri-

mo C, in fine cum vltimo: sed quatuor C, sunt equalia quatuor A, ergo B, transit tantam magnitudinem, ergo per fundamētum tempora ipsorum B, & C, sunt equalia.

Solutio huius est, quod illud fundamētum intelligi debet, quod duo mobilia transeant equalis magnitudines fixas. nam cum vna est fixa, altera mouetur contra mobile, citius transitur mota, & ita errabat Zenon. Hic est sensus horum duorum textuum, & est notanda expositio. Ad litteram deueniamus. Quartam rationem, dicit eam, in qua sumebat magnitudines equalis cum alijs equalibus, & applicabat stadio vna a principio, altera a medio, & contra: & per hoc probabat duplum tempus aequale dimidio, sumpta duplici illa magnitudine mobili aequaliter veloci.

Solutio Arist.

Littera Arist. & est notanda expositio. argumenti expositio.

Et attende, quod vna magnitudo ponitur in principio, altera in medio illius tertiae, quae dicitur stadio, & non vtraque in medio: vt multi expositores ponunt: ideoque vix intelliguntur.

Est autem deceptio in eo. Text. LXXXII.

Solutionem caulli ponit in hoc, quod falsam statem fundamētum aperit. Putat enim, quod cum duo mobilia aequae velociae mouebantur per equalis magnitudinem, ita, vt vnum per fixam, alterum per motam mouebatur, quod tempora sunt equalia. Et hoc quidem falsum est: aut enim vtraque debet esse fixa, aut vtraque aequaliter mota.

Constituit autem casum argumenti. Sint tres magnitudines, prima fixa, AA, alia mota, tamen equalis, & numero, & partium magnitudine, quarum vna BBBB, sit incipiens a secundo A, altera vero, CCCC, a primo A, & contra: continget duas has simul coniungi cum vltimis A.

Casus argumenti.

Sed intellige, quod C, incepit moueri, nec B, motum fuit, quousque ad ipsum peruenit C, vt diximus. Hoc casu posito dicit, cum B, transferit duo A, ipsum vero C, quatuor A, erit tempus B, dimidium ad tempus C, nam in singulis A, equalis tempus consumptum est. Tunc ulterius sequitur, quod B, transiit per omnia C, in illo medio tempore: Cumque tantum tempore.

Nota.

poris sit consumptum in C, quantum in A, ut ipse inquit, erunt tempora equalia. Et nota, quod dicit, (ut ipse inquit:) nam re vera, plus temporis consumit B, in vno A, quam in vno C: imò dum duo A, transit, percurrit quatuor C: nam A, si xum est, C, verò contra ipsum mouetur. Et in hoc consistit deceptio & cauillus Zenonis. Hæc est expositio clara textus huius difficilis.

Nota.

At verò secundum eam, quæ in contradictione. Text. LXXXIII.

Duo alia argum. cõtra motum.

Alia duo argumenta soluit, quibus motum esse negabatur, & quamuis multi ea esse Zenonis putent, mihi non placet, quia solum quatuor rationes esse ipsius dixit, & præterea Psellus expositor Græcus, has non esse Zenonis, sed aliorum, dicit. Quicquid tamen sit, ratio proponitur, qua mutationem non esse probatur: præsertim eam, quæ inter contradictoria fit, ut ex non albo in album.

2. argum.

Argumentum est. Dum res mutatur, nec est sub vno extremo, nec sub altero. Cum autem extrema sint cõtradiçtoria, dabitur quod neutrum contradictorium vni competat, ut nec sit album, nec non album.

Solut. Arist.

Respondet Aristot. hoc argumentum nihil concludere: Nam tunc esset inconueniens, si vnum totum nec esset album, nec non album in mutatione. Sed hoc falsum est, nam cum mouetur, partim est album, partim non album, nam cum album dicitur aliquid, nihil vetat habere partes aliquas nigras. Similiter dicitur non album, quamuis habet partes aliquas albas. Fit enim denominatio à pluribus, seu præcipuis partibus. Non ergo, propter eam quod non sit sub albo, nec sub non albo, ob id inferi debet, quod totum non sit album, & totum non sit non album, erit enim partem habens in albo, partem in non albo. Idemque dicitur de alijs extremis cõtradiçtorijs, ut de esse, & non esse in generatione.

Nota.

Hic aduerte, quod Aristotel. loquitur hic de mutatione albi, & non ex albo, &

de mutatione generationis, quibus sit album, vel sit aliquid secundum partes extensionis: tunc enim quandam partem sub vno, quandam sub altero habet extremo. Non tamen loquitur de generatione, quæ in vnica parte, & de mutatione, quæ in instanti fit, tunc enim non est secundum partes diuersas mobilis: sed dicendum est, quod est sub termino ad quem. In mutationibus enim instantaneis, simul sunt mutatio, & mutatum esse, ut dicitur in libro 8. Modò tamen non de his loquitur, de quibus illi Antiqui forsitan non argumentabantur, sed de mutationibus, quæ successiuè secundum extensionis partes fiunt, quamuis non omnes successiuè extensionem acquirant, ut alibi dicitur.

Rursus in circulo. Text. LXXXIII.

Alteram facit rationem ipsorum. Accidit id, quod moueri dicitur, non mutare locum, nec secundum totum, nec secundum partes in tempore: ergo non mouetur. Antecedens patet de sphaera, quæ dum circulariter mouetur, nec totum nec partes locum mutant, cum circa idem semper voluantur: quod si motus non est circularis, nec alius motus vllus erit. Quod si dicatur, adhuc sphaeram moueri, utiq; motus, & quies simul erunt: quiescit enim cum locum non mutet.

2. argum.

Primò namque partes. Text. LXXXV.

Soluit argumentum: Et primò negat, partes non mutare locum, mutant enim singula. Ut si consideres partes octauæ sphaeræ, quæ sub nona mouetur, partes nonæ sphaeræ continent octauam, non semper respondent eiusdem partibus octauæ, imò vna octauæ succedit, vbi erat altera, & alia, vbi erat illa. Secundo negat etiam totum non mutare locum: imò mutat locum.

Nota.

Aduerte autem, quod in aliquo circulo possumus multos circulos sumere, si incipiamus à varijs punctis illius circuli: tamen isti non sunt omnino distincti. Cum

Cum vnus sumatur in alio. Differunt, sicut homo, & homo albus: vnus enim alterum includit. Ex quo sequitur, quod corpus circulare, quod mouetur interiorius, totum sit semper in alio, & alio circulo, & loco: & hoc pacto dicit Aristoteles etiam totum mutare locum, dum modo in circumferentia sit, quæ incipit ab A, modò in ea, quæ incipit à B, modò in ea, quæ incipit à C, & sic in alijs.

Nota.

Aduerte præterea, quod in non circularibus etiam inuenimus loca, quorum vnus est alterius pars: Ut si ego sim in hoc loco, & parum discedam, ita, ut non deseram totum: tunc locum alium habeo. Sed non omnino, quia iste partem habet alterius. Corpus igitur illud circulare cum in quolibet tempore mutet locum, & ipsum, & ipsius partes non quiescent, sed mouebitur in illo tempore: & sic soluitur argumentum.

C A P V T X.

Demonstratis autem his. Text. LXXXVI.

Questio 2. apud Arist. an indiuisibile possit moueri. Sensus questionis.



Ran sit Aristot. ad vnum Problema determinandum. Nempe, an indiuisibile moueri possit. Explicat autem primò, se de indiuisibili in quantitate loqui, ut de puncto, linea, superficie, non de alijs indiuisibilibus, puta, secundum formam, qualiter species vltima indiuisibilis est, cum in plures species diuidi nequeat: Vel de indiuisibili secundum indiuiduum, ut Petrus indiuisibilis dicitur in plura illius speciei singularia: de his non est sermo.

Responso ad questionem. Indiuisibile potest moueri per accidens.

Responder igitur, quod indiuisibile moueri potest per accidens ad motum magnitudinis, in qua est: sicut nauta mouetur ad motum nauis. At ne quis existimet, indiuisibile moueri per accidens, sicut pars ad motum totius: explicat, quod non sic mouetur, sed sicut accidens ad motum subiecti, ut exponit S. Thom. & hoc significatur per nautam in nauis.

Mouetur autem pars ita in toto, quod habeat alium motum ab ipso toto: alius enim est motus partium singularum, alius totius. Nam quælibet pars, parte motus existente, in se mouetur, & inde potest separata moueri. At accidens non habet alium motum à motu totius, nec separatum posse moueri, & huic assimilatur punctum.

Aliter mouetur per accidens pars, aliter accidens & punctum.

Quod autem partes singulae suis motibus moueantur, dicitur hoc ostendi in sphaera. Si enim partes profunditatis considerentur, quæ propinquoires sunt centro, tardiores motum habent, cum breuiorem circulum describant, quam remotiores, maiorem describentes circulum. Non ob id intelligas, esse motus partium, & rotius diuersos, sed potentia: actu enim vnus est motus cõtinuus. Indiuisibile igitur mouetur per accidens, ut in subiecto, accidens per se autem nullo modo.

Mutetur enim ex A B, in B C. Text. LXXXVII.

Triplici ratione probat, indiuisibile per se moueri non posse. Prima est, Detur, quod moueatur ab vno termino in alium, siue motu locali, siue quocumq; alio: & sit tempus motus aliquod. Tunc in hoc tempore, aut est in termino à quo, aut in termino ad quem, aut partem habet in vno, partem in alio. Si dicas in aliquo esse termino: erit iam quæ, cum sit illud tempus. Si dicas tertium, erit iam diuisibile: Dicere, quod nullo modo est in terminis, est impossibile: ergo tale indiuisibile, verbi gratia, non potest moueri per se solum.

Indiuisibile non potest moueri per se terminis. Ratio 3. terminis.

Quare non contingit id. Text. LXXXVIII.

Vnum modum reprobatur, quo quis posset affirmare, punctum per se moueri. Puta, si tempus tantum ex instantibus componeretur, & tunc in quolibet instanti esset in aliquo indiuisibili. Hoc reiecit primò: quia tempus ex instantibus non componitur.

Reiecitur facta, quia quis vni possit in articulo.

Secundo, quia tunc in quolibet instanti esset mobile mutatum, & tunc non esset

set motus: nam motus non esset, nisi plura mutata esse. Hoc autem reprobatur: nullum enim continuum ex indiuisibilibus componitur. Hoc enim supposito, illud esse non potest.

Amplius autem & ex his.
Text. LXXXIX.

2. Rat. à partibus spacij.

Alteram facit rationem. Omne, quod mouetur per spacium maius se, debet prius transire minus, & æquale sibi, vt notum est. Si ergo punctum mouetur per spacium maius, transibit vtique prius per minus, aut æquale sibi. Per minus non potest, ergo per æquale. Si ergo totam lineam transit semper, & non nisi tangendo æqualia: ergo linea componitur ex punctis, cum mensuretur à puncto transeunte per totam lineam, & non nisi per puncta. Illud autem impossibile est: ergo punctum per se moueri non potest. Idem intellige de linea, quæ per latitudinem, & de superficie, quæ per profunditatem, non possunt moueri, nisi magnitudo ex indiuisibilibus componatur.

Amplius autem si omni in tempore. Text. XC.

1. Rat. à tempore.

Tertiam rationem facit, quæ ducit ad hoc inconueniens, quod esset tempus minus quocunque motu: quod est impossibile, cum motus & tempus æqualiter diuidantur. Supponit autem primo, quod omnis motus est in tempore: & quocunque tempus est diuisibile. Moueatur igitur, quod est indiuisibile, ab vno in alterum indiuisibile: cum ille sit motus, erit in aliquo tempore: hoc quidem diuisibile est: motus autem ille non, cum in vno puncto solo non sit motus: ergo medietas illius temporis erit tempus minus tali motu, qui minimus est. Quod autem talis medietas sit tempus minus, patet: nam totum tempus erat æquale motui.

Aliud etiam inferunt inconueniens.

Obiectio.

Ex hoc autem absurdo sequitur, quod aliquid mouetur in tempore aliquo, & in minori non potest minus moueri, nisi indiuisibile diuidatur.

Possit quis dicere, quod à puncto in

punctum in instanti mouetur.

Hoc reiecit sicut superius: tunc enim ex mutatis componeretur motus, & ex indiuisibilibus quodlibet continuum, quod fieri non posse demonstratum est superius.

Mutatio autem nulla est infinita. Text. XCI.

Ex his omnibus, quæ circa diuisionem mutationum dicta sunt: ne quis, infinitam esse mutationem, arbitraretur: concludit tandem nullam esse mutationem actu infinitam, ita vt sit ad extrema infinitè distantia. Probat hac ratione. Omnis mutatio fit ab vno in alterum, siue contrario, siue contradictorio: sed talia extrema finitam habent inter se distantiam: ergo, & mutationes finitæ sunt: non enim ultra extrema sua singulæ sunt.

Et in augmentatione ac diminutione explicat, quæ sint extrema: quia hic videbatur res obscurior, quia quæritas certum terminum non habet. Dicitq; illud esse extremum augmenti, puta, quantitatem, quam vnumquodq; secundum suam naturam attingere potest: & huius remotio est terminus diminutionis. Vbi vides, res terminari certo termino magnitudinis, & paruitatis.

Latio autem sic quidem.
Text. XCII.

De motu locali, qui secundum voluntatem fit, non videtur certum, quomodo extrema sint determinata, propterea alia ratione ostendit, nec talem motum infinitum fieri posse. Impossibile est motum, seu mutationem esse, cuius mutatum esse, est impossibile, sed secundum motum infinitum, impossibile est esse motum, vel mutatum: ergo ille motus impossibilis est. Maior sub exemplo, seu inductione ponitur. Impossibile est diuidi, secundum quod impossibile est esse diuisum: & generari, secundum quod impossibile est, esse genitum: & mutari, secundum quod impossibile est esse mutatum.

At quia impossibile multipliciter dicitur.

Solutio.

Nulla mutatio est actu infinita.

1. Rat. de omni motu in extremum.

2. Ratio, de motu locali, q. fit secundum voluntatem.

citur, & quod non potest fieri, & quod difficulter fit: dicit, se loqui de eo, quod non potest fieri. Ac propterea dixit, quod esse diuisum, est impossibile tale, vt non contingat: nec possit esse diuisum, hoc tale impossibile est diuidi.

Et attende literam: nam quidam infinitiui de præsentis, quidam de præterito sumendi sunt, vt exposui: quamuis in litera omnes sint de præsentis: ob id parum habet obscuritatis.

Si ergo id, quod fertur.
Text. XCIII.

Concludit omnem motum, & mutationem esse finitam.

Concludit in motu locali, cum non sit motus, nec moueatur aliquid, nisi possit secundum talem motum, esse mutatum, non erit motus infinitus, vt nunquam habeat finem. Similiter quacunque alia mutatio erit finita.

Sed si esse possit sic, vt tempore sit. Text. XCIII.

Ostendit, quomodo in mutatione possit infinitas reperiri: in vna enim per se, quæ ad determinatam extrema tendit, non potest esse, vt dictum est: tamen in vna per accidens, puta, per contiguationem ratione temporis esse potest. Vt si alterationi succedat generatio, & generationi augmentatio, & huic latitudo, & huic iterum generatio. Hoc modo nihil prohibet. Non enim est vna mutatio secundum extrema: at in vno continuo motu id non est, præter motum circulare, de quo lib. 8. dicitur: in eo enim sunt quodam modo plures motus, & circulares, quamuis propter continuitatem vnus dicantur. Et ita absoluit librum Aristoteles.

FINIS LIBRI SEXTI.

Hæc commentaria vnà cum Questionibus Doctoris Francisci Toleti, in quatuor hos libros Physicorum, videlicet, in tertium, quartum, quintum, & sextum, nil continent contra fidem, vel bonos mores, & sunt vtilia, quæ studiosis prælegantur. Atq; ideo poterunt typis excudæ.

† D. Ledesma. †

† M. Antonius. †

† M. Hieronymus Hurtadus. †

Imprimantur si videtur R. P. Magistro Sacri Palatii. A. Viceß.
Poterint imprimi. Datum 13. Augusti. A. 1572.

Frater Thomas Maracis Sacri Palatii Magister.

IN LIBRVM SEPTIMUM PHYSICORVM.

CAPVT I.

Omne, quod mouetur, necesse est ab aliquo moueri.
Textus primus.



ICET ea, quæ ab Aristot. traduntur in hoc libro, rationibus tantum dialecticis comprobentur, eademq; postea ab eodem Arist. in 8. libro fufius, & acutius pertractentur, adeo, vt liber hic Alex. nothus, & adiectitius visus fuerit: quam etiam ob causam, Eudemus & Themistius, veteres Aristotelis interpretes, eius expositionem omiserunt. Tamen quoniam Simplicio, D. Thomæ, alijsque grauisimis Peripateticis dignus visus est, quem ipsi interpretarentur, nos etiam non inutile fore arbitramur, si quæ in eo docet Aristoteles, breuiter, more nostro, & summam persequamur.

Postquam ergo de motu, quid sit, Infitur A. quæ ipsius species, quales ipsius partes, risto. in hoc differuit: nunc de ipso efficiendi principio tractat, quod facit in 8. lib. At in præ- quor princi- pia, seu The- oremata p- ponat, ex q- bus causam efficientem circa motus principium. In posteriori, de motuum comparatione loquitur, quo ad velocitatem, & tarditatem. Proponit igitur in textu primo Theo- rist. omne q- mouetur ab aliquo mouetur, aut à principio externo mouentur, vt plecta: aut à principio interno, vt uentia. Et loquitur de actiuo principio.

In his quæ ab externo mouentur, factis constat, ab alio moueri ipsa: in his, quæ ab interno, non ita constat. Sed etiã hæc ab alio mouetur: nam habent duas partes, alteram, quæ mouetur, alterã, quæ mouet: & dum mouet, per accidens mouetur, sicut nauta in naui. Nauim enim, quæ mouetur, nauta mouet, & simul mouetur motu nauis. Sicut igitur, quãuis nauis tota non moueatur ab aliquo extra nauim, non propterea dicitur moueri à se: ita nec illa, quæ ab intrinseco mouentur. Et qui dicit, ea à se moueri, nescit distinguere partem, quæ mouet, & partem, quæ mouetur.

Hoc est, quod Aristoteles dicit. Sumatur, inquit, AB, quod mouetur secundum se totum, & non quia pars mouetur, (hic enim loquimur de his, quæ moueri dicuntur, quia tota mouentur: & per A B, intelligit viuentis, vel id, quod ab intrinseco mouetur.) Dicere, quod AB, mouetur à se, quia totum videtur moueri, & non ab extrinseco, est simile, ac si esset vnicum totum DEF, motum, cuius vna pars EF, mouetur ab altera DE, & ob id totum mouetur. Et quis propter ignorantiam duarum harum partium existimaret moueri à se? Quasi dicat: illa talia mota ab intrinseco, habere partem aliã mouentem, aliam motam. Et quia mouens mouetur per accidens ad motum partis motæ, totum mouetur: cumque non appareat extrinsecum mouens, existimatur à se moueri. Sed non ita est, vt ostendi in exemplo de nauis & nauata. Colligitur ergo, quæ mouentur, ab aliq moueri.

Am.


Amplius id, quod à se ipso.
Tex. II.

Idem modo demonstrare contendit. Sumit autem tria. Primum est. Quod à se ipso mouetur, non desinet moueri, quamuis quodcunq; aliud à se, quod mouetur, quiescat, & moueri desinat. Quasi dicat, motus eius, quod à se ipso mouetur, non pendet ex alterius motu, ita vt si alterum cessat moueri, cesset & ipsum.

Secundum. Alterum principium ex hoc sequitur. Si, quod mouetur, cessat moueri, quia aliud cessat moueri, tunc illud non à se ipso mouetur.

Tertium. Tertium est, quod mouetur esse diuisibile.

Nescitur ratio. Ex his est argumentum. Detur mobile, quod à se ipso moueri dicitur (& attende, quod loquimur de motu secundum se totum), hoc mobile A B, diuisibile erit per tertium principium. Diuidatur ergo in duas partes, in BC, & AC.



Peto vel quiescente vna parte, puta, B C, mouebitur, vel nõ. Si mouebitur totum, cum non moueatur nisi ratione vnius partis AC, iam non totum primo mouebitur, ergo desinet moueri, quia aliud, puta, pars mota quiescit, ergo per primum & secundum principium, totum illud non à se ipso mouetur.

Potest autem tota ratio sic in forma ordinari. Omne, quod mouetur, cuius si aliqua pars quiescit, totum quiescit, non mouetur à se, sed ab alio: omne, quod mouetur, est huiusmodi, vt quiescat, si eius aliqua pars quiescat: ergo omne, quod mouetur, non à se, sed ab alio mouetur. Ratio hæc in quæstione postea examinabitur cum alijs.

Quoniam autem omne, quod mouetur. Tex. III.

EX hoc vniuersali theoremate infertur secundum theor. Arist. quod localiter mouetur, ab alio mouetur. Et quamuis contingat vnum ab alio & hoc ab altero, & hoc rursus ab alio moueri, nõ tamẽ potest esse in infinitum processus: sed peruenire oportet ad vnum primum mouens, quod rursus non ab alio mouetur.

Si enim non, sed in infinitum abibit. Tex. IIII.

Quod omne motum localiter ab alio moueatur, non probat, quia in ratione præcedenti de quocunq; motu vniuersaliter probatum est. Quod verò in mouentibus non sit processus in infinitum, modò demonstrat.

Exemplum. Statuit ad hoc aliquot principia. Primum est: Quod simul mouebitur A, & B, & aliorum vnumquodq;. Ratio est: quia quod mouet, dum mouet, mouetur, cum igitur A mouetur, B mouetur; sed dum B mouet, mouetur, & dum A mouetur, etiam B mouetur: & dum B, similiter etiam C, ob eandem rationem, & cæterorum vnumquodq;.

Suppositio. Statuit ad hoc aliquot principia. Primum est: Quod simul mouebitur A, & B, & aliorum vnumquodq;. Ratio est: quia quod mouet, dum mouet, mouetur, cum igitur A mouetur, B mouetur; sed dum B mouet, mouetur, & dum A mouetur, etiam B mouetur: & dum B, similiter etiam C, ob eandem rationem, & cæterorum vnumquodq;.

Suppositio. Alterum principium est. Motus cuiusque horum finitus est, & vnus numero, vt motus, A, & motus B, & motus C, quanuis enim infiniti omnes sint, vnusquisq; tamen finitus est extremis: est enim ab vno loco in alium determinatum locum.

Aut enim numero accidit.
Tex. V.

Occasione illius, quod dixerat, sin- gulos illos motus esse finitos, & pliciter dicitur vnus. Motus tri- quoque pro se vnum esse numero motum vnum. Numero, genere, specie. Vnus numero est, qui ab vno numero termino à quo, ad vnum numero terminum ad quem, in vno numero, & non per quietem interrupto tempore fit.

ab hoc albo in hoc nigrum, in hoc tempore. Vnus genere, qui est ad terminū vnius prædicamenti. Vnius specie, qui ad terminum est vnius speciei. Quæ omnia fati expōita iam sunt in libro quinto.

Accipiatur igitur motus ipsius A. Tex. VI.

Suppositio
3. Motus finitus erit in tempore finito.
Vis rationis Aristotelis.

Pōnit tertium principium. Quod cū motus A, sit finitus: erit in tempore finito, & sit R. Pōnit autē nomina motibus illis, motus A. dicitur E; motus B, dicitur F, motus C, est G, motus autē ipsius D, sit H. Ex his omnibus colligit argumentum. Motus ipsius A, est in tempore, R, finito: sed omnes reliqui motus sunt simul cum motu A, vt dictum est in primo principio: ergo omnes illi motus sunt in tempore finito. At illi motus infiniti sunt, motus ergo infinitus est in tempore finito: quod impossibile est.

At quia posset quis dubitare, An motus A, & aliorum sint æquales, Respondet, parum hoc referre: siue enim æquales, siue inæquales sint, motus totus infinitus est, tempus autem finitum est.

Si igitur videbitur demonstrari. Tex. VII.

Obiectio Arist. contra rationem supradictā.

Obijcit huic rationi. Non enim videtur demonstrare intentū. Nam motum infinitum, cū vnius est, repugnat esse in tempore finito. At cū plures sunt motus, mobilibus existentibus infinitis, nō videtur repugnare; possunt enim multa simul moueri. In præsentem autem casu ille motus non est vnus, cū mobilia sint multa; ob id nullū sequitur inconueniens.

Sed si id, quod mouetur primo. Tex. VIII.

Solutio.

Excludit obiectiōnem, supposito vni co fundamento. Quod secundum locum immediatē mouetur ab altero mouente motu corporeo, necesse est illi esse contiguum per tactum, aut esse continuum. Ex hoc argumentatur. Cū immobilia saltem sint contigua: ponatur, quod continuentur. Non enim minus contigua, quam continua occupāt:

nec minor motus est in illis, quā in his. Sumatur igitur vt vna magnitudo, A B CD, & motus tunc vnus erit ex ipsis, puta, EFGH, erit igitur iā motus vnus infinitus tempore finito: quod impossibile est, siue magnitudo, & mobile finitū sit, siue infinitum. Vtroque enim modo motus infinitus tempore finito esse non potest: ob id nihil refert, quod mobile sit finitum, aut infinitum, si motus infinitus est. Ita hæc verba Simplicius exponit: & sic excluditur obiectio, & perficitur demonstratio.

Manifestum est igitur. Tex. IX.

Inferunt conclusionem. Quod non erit processus infinitus in mouētibus: sed ad primum deuenire oportet. Duo autem adiungit, quæ sumpta sunt in textu præcedenti. Alterum est, quod ponatur illa mobilia continuari. Possent quis dicere, rationem esse nullam, quæ ex suppositione procedit. Ad hoc respondet, quod licet suppositioe vt, cū id, quod petitur, est possibile; Nam possibili posito in esse, nullum sequitur inconueniens. Est igitur modus argumentandi iste, ex vno possibili dato; puta, quod illa continuentur: inferre vnum impossibile; nempe, quod vnus motus infinitus esset in tempore finito; vt inde colligatur. Cū hoc impossibile non sequatur ex hoc, quod continuentur (nam possibile non inferit impossibile:) profectō sequetur ex eo, quod infinita mobilia sunt: & ita hoc erit impossibile. Nam impossibile ex impossibili sequitur. Alterum declarat, quo modo, quod mouet, & quod mouetur, si mul sunt. Dicit duo. Primum est, quod loquitur de mouente efficiente. Nam quod mouet, vt finis, potest distare a re, quæ propter ipsum mouetur. Alterum, Quod omne simul mouens, & motum est, quod non sit inter ipsa medium, id est quod se tangant.

Ad

An vtraque ratio Aristot. necessariō concludat, qua probatur omne, quod mouetur, ab alio moueri. Quæstio I.

1 Obiectio Galeni, contra primam rationem.

Prima ratio, qua omne, quod mouetur, ab alio moueri probatur, tripliciter impugnatur. Primo à Galeno, vt refert Simplicius. Galenus enim dicebat, quod non bene inferitur, illud mobile non moueri per se, quia pars quiescat, & pars moueatur. Quod enim per partem suam mouetur, per se moueri dicitur: & sic Auerroes explicat argumentum Galeni.

2. obiectio aliorum.

Secundō impugnatur ab alijs, vt refert Simplicius: quia ratio illa petit principium: nam petit partem quiescere, partem moueri, & hoc idem est, totum non per se primo moueri. Nam quod per se primo mouetur, secundum omnes partes mouetur.

3. Auerroes

Tertiō impugnatur ab Auerroes, quia petit vnum impossibile. Nam si totū per se primo mouetur, impossibile est, quod pars ipsius aliqua quiescat: & ob id ratio nulla est, quia impossibile supponit. Posterior ratio potest adhuc tripliciter impugnari. Primo supponit, quod cū vnum mouetur, reliqua simul mouentur. Hoc autem videtur falsum: Sat enim lapidem proiectum moueri, quiescente projectile generante.

Obiectioes contra secundam rationem Prima.

Secunda.

Secundō impugnatur. Quia ipse sumit motum infinitū ratione partium subiecti, & non ratione partium successiōnis. Motum autem infinitum sic non repugnat esse in tempore finito; nam secundum tales partes non diuiditur ad diuisionem temporis, sed subiecti.

Tertia.

Tertiō impugnatur. Quia existimat possibile, illa mouentia continuari: & tamen videtur impossibile: quia specie differentia, impossibile est, continuari, vt dictum est in 3. lib. Hæ igitur sunt obiectiōnes contra Arist. quæ iā sunt dissoluendæ.

Ad primam obiectiōnem Galeni.

Prima ergo Galeni nulla est, & soluitur facile ab Auerroes. Nam per se moueri dupliciter dicitur. Vno modo, vt distinguitur contra per accidens: & sic etiam,

quod ratione partis mouetur, per se mouetur: & hoc probat Galenus. Altero modo, vt distinguitur contra per accidens, & secundum partem, vt quod secundum se totum mouetur, per se moueri dicitur: & de hoc loquitur Arist. Constat autem, quod si vna pars quiescit, non per se mouetur, hoc modo: vnde nulla est obiectio contra Arist.

Circa secundam, & tertiam augmentum, maior est difficultas. Auerroes dupliciter constituit demonstrationem Arist. Primō sic. Omne, quod quiescit ad quietem alterius, mouetur ab alio: sed quod mouetur, omne quiescit ad alterius quietem: ergo omne, quod mouetur, ab alio mouetur. Dicitur hanc rationem confici ex maiori de necessario, & minori de possibili; ex quibus sequitur conclusio de necessario.

Obijcit tamen sibi. Nam minor videtur impossibilis, siquidem singulares habet impossibiles: cælum enim mouetur, cuius aliquam partem quiescere, est impossibile. Respondet, quod cæli, quatenus corpus est, non repugnat partem quiescere: & sic debet minor intelligi: quod mouetur, vt corpus est, non repugnat, ipsius partem quiescere.

3. Tho. merito reijcit hanc responsionem propter duo, quæ dicit Auerroes. Primū, quod aliqua propositio impossibilis est cū prædicatū repugnat subiecto ratione speciei, licet non ratione generis: vt homo est irrationalis, est impossibilis, licet non ratione animalis: ita cæli partē quiescere, est impossibile. Alterū est, quod eodē modo possemus dicere: Quod mouetur, per se quiescere, nō esse impossibile; quia quod per se mouetur, vt corpus est, quiescere potest. Et sic nullum esset impossibile, quod inferat Arist. in sua ratioe, scilicet quod per se mouetur, quiescere.

Vnde dico, non esse illam rationē sic constructam. Nam Arist. nō absolutas, sed conditionatas sumit propositiones: Propterea etiam Auerroes aliter proponit rationem, vt diximus in textu. Nempe, Omne, quod mouetur, cuius si aliqua pars quiescit, totum quiescit, mouetur ab

Ad secundam, & tertiam solutiōnes Auerroes.

Reijcit solutio Auerroes.

Secundā.

Quomodo sit constructa Arist. ratio.

ab alio: omne motum est huiusmodi: ergo omne motum, seu quod mouetur, ab alio mouetur.

No. ex D. Th. conditionalem posse esse veram, licet vtraque pars sit impossibilis.

Et notat. S. Th. quod conditionalis propositio vera esse potest, quamuis vtraque pars sit impossibilis, sit tamen vna sequitur ex altera, vnde impossibile est (vt dicebat Auicenna) quod pars illius, quod per se primo mouetur, quiescat. Impossibile etiam est, quod omne, quod mouetur, eius aliqua pars quiescat: tamen hoc est necessarium, quod si cuiusque mobilis per se aliqua pars quiescat, totum quiescat: Et hoc sumit Aristoteles ad probandum: omne, quod mouetur, ab alio moueri.

Solutio 2. & 3. obiectio ex D. Th.

Et sic soluitur ratio Auicennae: quae erat tertia obiectio: ex hac doctrina D. Thom. Non enim petet, quod pars quiescat, nec quod totum, sed conditionaliter vsus est propositione. Vt sensus demonstrationis clarus sit iste. Si aliquid moueret se per se primo, vtrique motus eius a nullo alio dependeret: sed motus cuiusque mobilis totius dependet ex partibus & ipsarum moribus, cum, si ipsae quiescerent, totum quiesceret: non autem e contra: nam potest vna pars moueri, non motu toto: ergo motus non inest alicui toti habenti partes a se primo. Est autem omne mobile partes habens: ergo omne, quod mouetur, ab alio mouetur, & per partes inest ei motus.

Dubium. Solutio Auerro.

Dubitat Auerroes, An sit demonstratio cause. Et dicit, quod est signi tantum. S. Thom. autem dicit esse per causam.

Solutio D. Tho. Conciliatur vtraque solutio.

Possimus vtranque conciliare, Auerroes enim considerauit terminos demonstrationis, puta, quod mouetur moueri ab alio per hoc medium, quia quiescit, alio quiescente. Quies autem signum videtur, quod ab alio moueatur: non enim est causa motus. At S. Tho. profundius re considerauit. Res enim haec est: propterea mobile ab alio moueri, quia motus eius a partibus dependet: partes autem sicut sunt causa totius quoad esse: ita motus partium causa sunt motus totius: ipsum enim componunt. Ob id per causam procedit, & sic potest vtrumque conciliari: loquimur autem de partibus etiam integranibus.

At circa alteram demonstrationem non minor est difficultas, quamuis argumentum primum facile sit, de quo est pugna inter Galenum, & Auerroem. Galenus enim existimat dictum Aristotelis, si primum mouetur, reliqua mouentur, etiam esse verum de quiete: vt si primum quiescat, reliqua etiam quiescant. Vnde id erit principium, quo moto, reliqua mouentur: quo quiescente, reliqua quiescant. Hinc infert contra Aristotelem, quod cor non est principium primum motus animalium, quia ipse inquit, se expertum fuisse, animalia moueri, corde ablato: vnde cessante corde, motus membrum non cessabat. Auerroes vero dictum Aristotelis, de motu tantum intelligendum docet: Vt si primum moueatur, etiam reliqua moueantur: non tamen de quiete. Potest enim primum mouens quiescere, alijs motum habentibus, vt patet in proijciente. Adfert etiam contra Galenum aliam experientiam, quod ipse vidit arietem ambulans abscisso capite: non igitur cerebrum est principium motus, vt vult Galenus. Etiam docet Albertus, se vidisse cicadam abscisso capite ambulans per dimidium miliare, & cantantem, sicut prius.

Adt. obiectio nem secundam rationis. Dissidium inter Galenum, & Auerroem.

Nota.

Nota.

Authoris sententia, i. Notandum Motus alij sunt essentialiter subordinati, alij non.

Notandum.

In hac controuersia dico primo, quod motus sunt in duplici differentia. Quidam essentialiter subordinati, quidam vero accidentaliter, illi sunt essentialiter subordinati, cum mouens, & mobile sic ordinantur, vt non sit motus mobilis sine mouentis: quomodo calorum motus, & elementorum ordinati sunt. Non enim possunt elementa moueri, nisi existente motu calorum, illi sunt accidentaliter subordinati, qui licet vnus ab altero procedat, non tamen dependet in esse semper, sicut dictum est superius in causis, vbi ista distinctio data fuit. Si de priori motu sermos fiat, verum dicit Galenus. Si de posteriori, verum dicit Auerroes: & de hoc procedit argumentum. At in praesenti Arist. de moribus essentialiter ordinatis loquitur, alia omnia mobilia non mouerentur simul.

Dico secundo, quod neuter loquitur ad mentem Aristotelis. Ipsi enim sumunt pri-

contra Auerroem & Galenum.

primum, & supremum mouens: & dicit, quod hoc motu inferiora mouentur: At Arist. non hoc, sed vltimum fumit, puta, vltimum mouetur, superiora mouentur, vt manifeste patet in textu. Dicit enim, si A, mouetur a B, & B, a C, & C a D, quod si A mouetur, & reliqua supra ipsum mouentur.

Nota. Circa expositiones Galeni & Auerrois.

Dico tertio, quod nulla experientia quicquam ostendit, nec pro vna, nec pro altera parte. Nam cum cor, aut cerebrum moueant partes distantes medijs spiritibus, euenit, vt principio abscisso, per aliquod tempus maneat virtus a principio impressa spiritibus, per quam ille sit motus: sicut in lapide proiecto, manet adhuc impetus, quiescente proijciente. Et sic soluitur primum argumentum.

Solutio. obiectio.

Circa secundum dubium, quod proponit Burleus, & vera, magna habet vim contra rationem Aristotelis. Nam solum concludit, quod infinitum continuum secundum omnes suas simul partes, locum mutaret tempore finito. Hoc autem nihil prohibet, na motus partium, cum vnus non sit post alium, nihil prohibet esse simul. Repugnantia esset, si infinitum secundum omnes sui partes absolueret, & transfret spacium finitum, aut infinitum. Sed hoc non concludit Arist. Vnde dicere, quod intelligitur ratio Aristotelis, quod si vna esset magnitudo infinita, tunc vnum continuum infinitum moueretur tempore finito. Hoc autem impossibile est: quia continuum infinitum moueri non potest, non solum tempore finito, sed nec infinito, vt demonstratum est in lib. 3. Physic.

Nota.

Nota autem, quod per istam rationem Aristoteles concludit, quod deuenire oportet ad vnum primum, quod non moueatur ab alio extrinseco, siue ipsum moueatur a principio intrinseco, siue sit omnino immobile.

Ad 3. ex D. Tho. & Alber.

Ad tertium respondet S. Th. & Albertus, quod quamuis in ratione specifica repugnet illa continuari, tamen sub ratione communi, qua quanta, & corpora mobilia sunt, non est impossibile continuari: Hic autem sub tali ratione communi considerantur, vt mobilia sunt.

Nec putes, quod ista potentia, per quam dicuntur posse continuari, sit potentia physica, quae ad actum reducetur: sed est potentia logica, secundum quam, quod fieri non repugnat, possibile, & fieri potest, dicitur. Reliqua in textu dicta sunt.

Nota.

CAPVT II. Quoniam autem tres sunt motus. Tex. X.



Via Aristoteles sumpsit in ratione praecedenti mouens, & motum esse simul, & immediata, ob id non prohibere, continuari potest, id modo probat, & non solum in aliquo motu genere, sed in omni, verum id esse, ostendit. Ideo triplicem motum distinguit, puta, Alterationem, Augmentationem, & Diminutionem, & Localem.

Mouens & mobile debere esse simul probatur in omni motu.

Incipit autem in locali motu id ostendere tali ratione. Omne, quod localiter mouetur, aut ab intrinseco, aut ab extrinseco mouetur principio: sed in vtroque motu, mouens, & motum simul sunt: ergo & in omni motu locali. Minor est probat, & quidem pro altera parte satis nota est. Quae enim ab intrinseco mouetur, simul habent, & quod mouet, & quod mouetur, cum vnus partes sint: in his vero, quae ab extrinseco mouentur, non est ita notum, quare in his probabit idem.

Pabatur in ratione, quae fit a principio interno.

Quod autem ab alio mouetur.

Robatur in his, quae ab extrinseco mouentur, & quod mouet, & quod mouetur, simul esse, hos motus locales ab extrinseco principio prius distinguit in quatuor, postea reducit ad duos, & in his illud ostendit.

in ratione quae fit ab externo.

Motus igitur ab extrinseco locales quatuor sunt, Pulsio, Tractio, Vectio, Vertigo. Pulsio est motus, quo aliquid, vel a se, vel ab alio in aliud pellitur. A se, vt cum quis se proicit in mare, vel deicit se de turri. Ab alio; vt cum liber proicitur a manu; quamuis etiam possit intelligi illud verbum (a se,) quod inferius dicitur in definitione pulsionis, vt sit sensus: Pulsio

Quatuor sunt species motus localis a principio externo.

Ddd. sio

Ho est motus, quo aliquid a se, vel ab alio remouet aliquid.

Quid pulsio, & quæ eius species. Huius pulsionis duplex ponitur species, Impulsio, & Expulsio. Impulsio est, cum quod pellitur, non remouetur a pulso in toto motu. Expulsio verò, cum deserit ipsum pulsum. Vt cum aliquid extra se mittit aliquid, licet non sit semper simul cum illo, quod mittitur.

Et adhuc huius ponitur species alia inferior, quæ est proiectio. Cum quod pellitur, relinquit quidem pulsum, sed imprimat ei motum fortioerem, quam sua natura postulabat; vt qui lapidem etiam deorsum mittit vi maiori, quam ipse descenderet.

Quid trahio, & qui motus ad trahionem deducantur. Trahio est motus oppositus, cum aliquid ad se, vel ad aliud trahitur aliquid, & hoc maiori motu, quam res secundum se moueretur. Cum est motus ad se, dicitur Attractio: cum ad aliud, Extensio dicitur. Quod sit maiori motu, quia cum res suo motu fertur. Trahio non est.

Ad hos duos multos reduci dicit: nã inspiratio trahio quædam est, expiratio expulsio. Similiter operationes, quibus naturales virtutes, aut alimenta trahunt, aut excrementa propellunt. Similiter spiritatio, & spatatio, id est, diuulsio, aut dilaceratio, & radiatio, id est, motus instrumenti, quo nent mulieres: & deniq; vocabulo communi trahiones, coniectiones dici possunt, quasi quod mouet, & quod mouetur, coniungantur: pulsiones verò disgregationes.

Quid vertigo, vectio, &c. & ad quos motus reducuntur. Vertigo est motus circularis, vt motus, quo trahitur rota.

Vectio verò, quo pondera supra alia feruntur.

Inter hos quatuor motus, duo eorum ad alios duos reducuntur. Nam vectio nõ distinguitur ab alijs tribus. Ratio est, quia quod vehitur, non proprio motu fertur, sed alterius, supra quod, vel in quo est: ob id, si ipsum pellitur, trahitur, aut vertitur. Similiter etiam & ipsum vectũ. Vt etiam vertigo non distinguitur a pulsione, & trahione: est enim ex vtriusq; composita, nam quod circulariter fertur, secundum vnã partem recedit a mouente, & pulsio est: secundum alteram accedat, & trahio est. Hi igitur motus ab extrinseco ad pulsionem, & trahionem reducuntur.

Quod si in his simul sunt mouens, & motum, profectò in omni motu locali ab extrinseco, simul erunt quod mouet, & quod mouetur.

Est autem litera valde clara, quamuis ob maiorem dilucidationem, & claritatem harum specierum non seruari eundem ordinem in exponendo, qui in textu est.

Proiectio autem quando velocior motus fit.

Difficultas maior erat in motu proiectionis. Id enim, quod proicit, non simul eũ eos quod proicitur, videtur simul esse: ob id in hoc ostendit, illud etiam esse. Definit aut motum proiectionis esse, cum res fertur motu vehementiori, quam sua postulet natura, eò; quod mouens maiorem impetum imprimat, & maiori vi ipsam expellit. Tandem autem durat iste motus, quamdiu durat illa vis, & expulsio. Per quod vult intelligere, vt dicit S. Tho. q. immmediatè mouetur proiectum ab aere eò riguo pulso, cuius vi cessante, cessat proiectio. Ex quibus colligit vniuersaliter: quæ mouet, & mouentur locali motu, esse simul.

At verò neq; inter id, quod alteratur. Tex. XI.

Quod in motu locali docuerat, idẽ in alteratione ostendit: magis tamen explicat propositionẽ in præsententi, nempe, quomodo, quod mouet, & quod mouetur, simul sint. Dicit se loqui de alterate vltimo, & de alterato primo. Aliquando enim quod primò alterat, & quod vltimò alteratur, distant: vt eũ ignis lignũ a longè calefacit, & talia simul non sunt. Si tamen alterans vltimum sumamus, simul erit: est. n. aer ligno proximus, qui calefactus lignum calefacit: & hoc vltimum alterans dicitur. Potest etiam intelligi, cum aliquid alterat, & aliquid alteratur, non sunt simul secundũ se tota: sed secundũ id, quod primò alteratur ex parte alterati: & quod vltimo alteratur

erat ex parte alterantis. i. vltima pars alterantis cum prima alterati est coniuncta: vt sit sensus. Quod nunquam alteratio vlla contingit, nisi sit aliquis tactus alterantis, & alterati, qui secundum extrema primò fit, vel secundum proxima alterantis, & alterata.

In quibus accidit alteratio. Artificiose Arist. hoc probat. Explicat tamen primò duo. Alterũ est: in quibus accidat alteratio: Alterum, quæ dicatur alterari. Dicit igitur, quod quale alteratur, vt sensibile. i. secundũ qualitates sensibiles qualitates, quib. corpora communitè differunt, vt albedo, nigredo, calor, humiditas, siccitas, & reliquæ quæ sunt passiones subiectæ qualitatis. i. quæ sunt termini passionum: subiectum. n. terminum vocat. Per has autem qualitates differunt corpora dupliciter. Aut quia eiusdem magis, vel minus participant: sunt enim quædam calida, quædam calidiora, quædam calidissima: & sic in alijs qualitibus. Aut differunt, quia diuersas habent qualitates.

Quæ dicatur alterari. Explicat modò alterum: Quæ dicatur alterari. Et dicit, secundũ has omnes qualitates alterari corpora tã animata, quã inanimata, & partes animatorum inanimata, vt pili, vngues, & alia huiusmodi quæ anima carent. Hæc enim omnia calefiunt, frige fiunt, reliquasq; patiuntur alterationes secundum tales qualitates.

Atque etiam ipsi sensus alterantur. Tex. XII.

Aliam peculiarem alterationem animalibus dat, puta, sentire, quæ non est concessa alijs. Vnde, quæ patiuntur inanimata, & patiuntur animalia, vt albescere, calescere, & alia, quæ sunt aliquando nobis non sentientibus. Non enim animalia omnes alterationes ipsorum sentiunt: mutantur enim ipsis non sentientibus sapè, vt accidit in alterationibus interioribus corporis. Inanimata autem non omnes alterationes habent animalium, quia sensu carent. Quod autem sentire alteratio sit, ostendit, quia non fit sensatio, nisi in organo corpore, id est, nõ sentimus, nisi in organo corpore

De alio alterationis genere, quæ est sensatio.

reo sensus recipiamus species sensibilem, & hoc alterari quoddam est, vt alibi dicitur.

Ex his rationem constituit ad probandum intentum. Alteratio fit secundum qualitates sensibiles, quæ obiecta sensuũ sunt: sed hæc agunt semper per medium illis contiguum: ergo inter alteras, & alteratum primum nullũ est mediũ. Ostendit mediũ contiguitatem, nam corpori est contiguus aer, similiter & visui: & sic lumen agit in corpus, & superficiẽ per aerem contiguum: & color similiter per aerem in visum. Similiter in alijs sensibus hoc idem est.

Similiter autem & inanimatis. Tex. XIII.

De augmento, & diminutione id ostendit: nec loquitur de ea, quæ fit in ipsis animatis. Cum enim ab intrinseco fiat, manifestum est simul esse, quod auget, & augetur: sed de ea, quæ in animatis est, quæ additio, vel ablatio dicitur, in quibus notũ etiam est, augens, & auctum, diminuens, vel auferens, & ablatum esse simul. Ex quibus omnibus vniuersaliter concludit, primũ moti, & vltimum mouentis simul esse, quia solũ immediatè duo se tangunt secundum vltimas superficies.

An mouens, & motum simul sint. Quæstio I.

N hac difficultate sunt aliquot argumenta, quibus mouens probatur agere in rem motam distantẽ abiq; eo, quod agat in medium. Sũt etiam argumenta, quibus attrahens non videtur simul eũ attracto. quæ duo sunt contra Aristot. vt visum est in text. Primum argumentum est. Sol agit in ista inferiora calefaciendo, producendo metalla, & alia: tamen horum nihil patiuntur orbis intermedij, cum sint incorruptibiles, & impassibiles. Est autẽ Sol in quarto celo: ergo aliquid agit in distans, & non per mediũ. Secundũ. Est pisciculus, qui Torpedo dicitur, qui facit obstupescere manus piscatoris, & tamẽ nõ obstupescit rete: & dicit Plin. Ddd 2 quod

Nota de Torpedine.

quod si tangatur extremitate hastae, manus tenentis hastam obstupefit. Huius Torpedinis tanta est vis, quod narrat Albert. lib. 24. de animalibus, quem ad extremitate digiti tenuit ipsum attigisse, & ipsius brachium ita fuit obstupefactum: ut per dimidium annum loturis calidis, & vnguentis vix sensum receperit. Similiter dicit, quod pisces ipsum tangentes obstupefunt. Idem dicit Arist. lib. 9. Histor. c. 37. Hic igitur piscis cum distantia etiam obstupefere faciat, videtur agere in mediata, & non agit in medium.

Tertium.

Tertio dicit Avicenna, quod homines sua imaginatione faciunt pluias, & mutant res extrinsecas, & non per medium, imò experimur imaginatione immutare partes corporis distantes. Similiter fascinatores nocent animalibus distantibus, nihil tamen in his videtur in medio esse.

Quartum.

Quarto, Magnes trahit ferrum distans, nec est simul cum illo, nec trahit aerem medium. Similiter electrum, seu ambratrahit distantes paleas. Et membra sibi trahunt cibum, in quibus non videmus conjunctionem inter trahentia, & tracta.

Primum fundamentum. Duplex agens, alterum mediatum & remotum, alterum proximum, & immediatum.

Circa horum solutionem sit primum fundamentum. Quod mouens est duplex. Alterum mediatum, & remotum: Alterum immediatum, & proximum immediatum est, inter quod, & rem motam, non est aliud mouens medium, ut cum ignis sibi lignum proximum comburit: mediatum verò cum inter ipsum, & rem motam aliud mediat: ut cum ignis calefacit distantia, prius tamen calefaciendo medium aërem.

Quid sit immediatio virtutis, & suppositi.

Ista autem mediatio, vel immediatio dicitur suppositorum. Alia enim est immediatio, vel mediatio virtutis. Cum enim aliquid propria virtute agit, dicitur immediatum immediatione virtutis: cum verò agit virtute recepta, & dependente ab altero, agit mediate mediatio virtutis. Unde ignis cum manum calefacit per medium aërem, dicitur mediatum mediatio suppositi, tamen immediatum secundum virtutem, quia proprio calore agit. Aer verò licet immediatus sit secundum suppositum, tamen mediat

in virtute, quia calore dependenti ab igne calefacit. Aliquando etiam fit, quod simul sit mouens immediatum, quantum ad vtrumque, ut cum aqua sibi manum adiunctam frigefacit, & ignis calefacit.

Hic aut attende, quod ista virtus, quae recipitur in medio à mouente mediato quantum ad suppositum, & immediato secundum virtutem, quamuis à tali mouente pendeat, tamen non omnis aequaliter. Est enim virtus, quae per parum temporis durat in medio, ut calor receptus in aere: ob id fit idem effectus per illud tempus etiam recedente primo mouente, licet non sit tam fortis motio. Quaedam vero virtus nec per minimum tempus manet, ut lumen in medio, & virtus magnetis in aere: semper enim dependent huiusmodi virtutes à mouente immediato secundum virtutem: unde absque illo nihil agunt in sibi proxima, & immediata, ut sensu notum est.

Sit secundum fundamentum, ex Alex. 1. Meteor. com. 17. & etiam Themist. quae recitat Auerr. lib. 2. coeli, com. 42. Quando aliquid agit in medio, & aliquid distans, non semper est idem effectus in medio, & in distanti obiecto. Potest hoc exemplo manifestari, lignum per vitrum medium calefacit ceram, tunc cera liquefit, non tamè vitrum: & hoc vniuersaliter est verum, quod idem accidens secundum varias dispositiones subiectorum, in quibus recipitur, potest varios effectus facere, V. g. calor in quibusdam albedinem, in quibusdam nigredinem facit: Solis lumen, hic aurum, illic argentum, illic plumbum facit: & ex hoc provenit, quod quamuis idem accidens sit receptum in medio, & in obiecto remoto, non semper idem sequatur in vtroque effectus. Et hoc maxime est obseruandum: nam ex hoc solutio pendet multorum.

Sit tertium fundamentum. Quod attractio est quadruplex. Prima, qua finis trahit ad se, quod ad finem est, & quod sic trahitur, non trahitur per virtutem aliquam receptam, & impressam ab ipso fine, sed sua virtute in proprium finem tendit. Unde quia sic locus trahit locata, non recipiunt

Nota

2. fundam. Agens quod agit in medio, & ex semper idem verobique producit.

3. fundam. Attractio est quadruplex. Prima.

piunt locata aliquam virtutem à loco, secundum quam ferantur, ut bene notat hic S. Th. & Auerr. sed ipsa proprijs virtutibus in loca mouentur: nec de ista attractione loquitur hic Arist.

Secunda.

Alia est attractio, quae fit secundum vacuum, cuius meminit Cōciliator differencia, scilicet quae fit, cum aliquid attrahitur, quia remouetur illi cōtiguum, quo ablato datur vacuum, nisi illud tale corpus moueatur: & sic per fistulam absorpto aere attrahitur aqua.

Tertia.

Tertia attractio est, quam Auerroes com. 11. vocat æquiocam, & impropria: cum id, quod trahit, manet immotum, quomodo magnes, & electrum trahunt ad se, ille ferrum, hoc verò paleas: nec in tali attractione mouetur magnes, aut electrum. Similiter etiam membrum, quod ad se cibum trahit.

Discrimē in tert. & 2. attractionem.

Est autem discrimē inter id, quod se trahitur, & id, quod à loco trahi dicitur. Nam quod ad locum mouetur, non recipit virtutem à loco, secundum quam fertur: sed à se habet, vel à generante, vel ab alio. At quod ad magnetem fertur, recipit virtutem, qua fertur.

Nota de magete ex D. Thoma, &c.

Vnde est notandum ex Albert. & S. Thom. quod sicut per grauitatem, aut leuitatem feruntur res in loca propria: ita ferrum, & paleae feruntur ad magnetem, & electrum per virtutem talem. Vnde fit, quod in his omnibus illa virtus sit instrumentum actiuum motus illius: Ceterum discrimen est, quod grauium, & leuium non à loco, sed à generantibus receperunt virtutes illas: at ferrum, & paleae à magnetem, vel electro receperunt virtutes, ob id alterata prius ab ipsis, ad eadem feruntur.

Alterū discrimen.

Adde etiam tu aliud discrimen, quod motus grauium & leuium, naturalis est ex parte formae, & ex parte materiae: at ferro, & paleis non est talis motus naturalis, sed praecipue violentus est: quamuis non omnino propter aliquam conuenientiam tracti, & trahentis. Ex hoc sequitur, quod grauium & leuium à loco finali: ista verò à magnetem, electro. Similiter à virtute membrorum trahantur effectiue.

4. attract.

Quarta attractio est. Cum quod tra-

hit pariter mouetur, & suo motu mouetur actiue vehementiori motu, quam postulat ipsius natura, ut dictum est in textu: & de hoc praecipue loquitur Arist. quauis etiam verum sit in omnibus tribus modis, in quibus contingit effectiue trahere, ut dicemus.

His suppositis, sit prior conclusio. Vbi nullum est mouens immediatum, passio nulla esse potest. Hoc est velut principium omnibus Peripateticis. Non enim intelligi potest, quomodo aliquid efficiat id, quod nullo modo tangit, nec per se, nec per aliud. Cum enim operatio sequatur esse, vbi res non est, nec ipsius operatio erit: cum autem in medio non agat, quod est proximum obiecto distanti, tunc nullo modo est vbi illa res est: & sic nihil efficere potest: Imò hoc est vniuersale validum argumentum, quo Theologi ostendunt praesentiam Dei vbiq; operatur. Auicenna autem lib. de anima. par. 4. cap. 4. oppositum existimauit, conuictus argumento tertio, quod facile soluetur à nobis postea.

Secunda conclusio, Mouens proximum & motum semper simul, & immediata sunt, quod si mouens primum sit aliquando remotum secundum suppositum, tamen secundum virtutem immediatum est: & sic est intelligendus Arist. quasi velit dicere, non contingere motum, quia quod mouet, & mouetur sunt simul: non tamen quod omnia mouentia simul sint.

Ad primum tet solutio ex secundo fundamento. Sol enim agit quidem in orbem medios, & in inferiora per lumen: & omnes suas virtutes: at lumen non eisdem vbiq; effectus facit, sed orbem illuminat, aërem calefacit, & in terra varios producit effectus. Nec hoc impedit, calum esse in cornu uptibile, ut notat bene Alexand. loco citato, quia lumen non est qualitas destructiua, imò, (ut inquit,) luna, & astra, quae eiusdem substantiae sunt cum caelo, lumen à sole recipiunt.

Per hoc idem respondetur ad secundum de Torpedine: est enim eadem qualitas, & in manu, & in retibus, sed non

1. conclusio. Vbi nullum est mouens immediatum, passio nulla esse potest.

Ratio quare operatio sequitur esse, &c.

2. conclusio. Mouens proximum & motus sunt, quod si mouens primum sit aliquando remotum secundum suppositum, tamen secundum virtutem immediatum est.

Nota de actione solis in haec inferiora.

Ad 2. de torpedine.

idē operatur, manū enim obtufofacit, non aut retia: & hoc fit etiā in alijs qualitatibus, vt dictum est.

Ad 3. de hominis imaginatione.

Ad tertium dico, quod homo per imaginationem sēpē seipsum immutat, sed hoc non fit, nisi spiritibus in imaginationis organo existentibus immutatis, per quos fit celeris immutatio partium corporis.

De fascinatione.

Quod autem dicitur de fascinante oculo, nō negamus, sed dicimus, vapores nocuos egredientes per oculos acie offendere, & aer nocet alijs, sicut homines peste facti alijs etiam distantibus nocēt, sed hoc non fit, nisi per medij immutationem.

Quod autē dicitur de his, qui pluuias, & alia multa faciunt per imaginationē: id falsum est: sēpē enim puenit arte demonum, vel casu aliquo, vt dicit Iand. Aliud est, cum miraculosē accidunt effectus: ibi enim virtus diuina operatur.

Ad 4. de magnetē sententia Alex.

Ad quartum de magnete Alexā. lib. 2. quæst. naturalium ca. 23. recitatis aliorū sententijs, dicit, moueri ferrum à magnetē, tanquā à sine propter conuenientiam, quam cum eo habet.

Impugnatio Alexand.

At ista sententia non est tenenda. Omnis autem multis, quibus poterat impugari, id fat fit, quod (vt notat S. Th. Albert. & Auerr.) in quacunq; distantia moueretur ferrum ad magnetem, sicut ignis ad suum locum. Præterea, quantūq; magnum esset, traheretur, quæ tamē duo non ita eueniunt. Præterea, quia si tingatur, seu vngatur alijs ferrū, aut magnes non trahit: & similiter nisi motu cōprimatur electrum, vt calefiat: quod vtique ostendit magnetem agere in ferrum, vt diximus: vndē agit quidem in ferrum, sed non prius, nisi immutando medium.

Nota de magnetē inuncto alijs, & sanguine hirci.

Sed hic sunt duo notanda. Alterum est, quod Conciliat. differentia 31. dicit, se expectum esse, magnetem vinctum alij ferrum trahere: dicit tamen, quod si magnes, aut ferrum per diem sanguine hircino intingeretur, non esset talis attractio: nec ego dubito, aliquando decipere illam experientiam de alijs.

Causa autem, quare alijam talem virtutem habeat, existimo esse, quia calidū est, & calor eius mordax, & diuulsiuum partium subtiliorum: & ita appositum magneti, diuertit partes calidiores, quæ magis actiuę sunt, & ita impedit ab actione: & hinc prouenit aliquando, quod non impediatur propter debilitatem caloris aliorum.

Cur electrum debeat calefi fieri vt attrahat paleas.

Alterū est, quod electrum ob id prius motu calefit, vt dicit Albert. vt fiat digregatio partium, & facilius virtus possit agere: quod si calore ignis calefiat, nō trahet, quia talis calor consumptiuus est virtutis. Et quamuis hoc verum sit, quantum ad hoc, quod est de ignis calore, existimo etiam calefactum attrahere, quia calor attractiuus est ex se, vndē etiā alia calida paleas trahunt, & calidum magis trahit minus, vt dicit Conciliator. Hæc de magnete, & cæteris satis sint dicta, nam eadem fufius persequi non est nostri muneris.

CAPVT III.

Quod autem ea, quę alterantur. Text. XIII.



VM alterans & alteratum simul esse probauerit, idque solum in qualitatibus tertie speciei ostenderit, nunc huius rationē reddit, docēs alterationē nō esse nisi secundum tales qualitates: & quę alterantur, non nisi secundum has alterari.

Nota autem, quod sunt qualitates quartę speciei, quales sunt, figurę, & formę: sunt etiam primę speciei, quales sunt habitus: Habitus autem sunt in triplici differentia, quidam corporis, vt robur, sanitas, & alia: quidam animę appetitiuę, quales sunt virtutes morales: quidam animę intellectuę, vt scientia, prudentia, ars & similes: Hoc etiam intellige de habitibus oppositis. In omnibus his probat, non esse alterationem.

Prætermittit autem secundā speciem. Nam

Alteratio nō est ad 4. specię, qualitatē scilicet ad figuram.

Alteratio nō fit, nisi secundū qualitates tertie speciei.

Nota.

Nota.

Nam, vt dicit S. Thomas, talis qualitas, puta, potentia, vel impotentia, naturalis est, & non de nouo acquiritur, sed cum ipsa generatione rei.

Aliorum enim maximē vtique. Text. XV.

Alteratio nō est ad 4. specię, qualitatē scilicet ad figuram.

Primo de figuris probat, in quibus dicit, maximē apparere, alterationem esse, cum fiat remotio & acquisitio, ipsarum: at verē alteratio non est ad ipsas primō, sed ad aliquid aliud, ex quo ipsę sequuntur, vt dolatio tendit ad partium remotionem, actio pingēdi ad partium, vel accidētium appositionem, vndē sequuntur figurę, sicut dealbatio primō ad albedinem tendit, à qua sequitur similitudo: ob id ad similitudinem non est alteratio per se, sic ad figurę. Materia enim, & subiectum patitur alias alterationes, vt densationem, rarefactionem, vel alias mutationes secundum artem: & ex his consequuntur figurę: ad has tamen non est per se alteratio. Hoc probat duplici ratione. Prior est. Quę alterantur, denominantur à qualitatibus, secundum quas est alteratio, ita vt sit prædicatio æquiuoca, id est, quę vocis, nempe quod alteratur secundum suam vocem, prædicatur de qualitate, & è contra: at hoc nō fit in figuris: ergo secundum eas non est alteratio. Maior patet. Dicimus enim, quod est humidum, homo est albus, & è contra, album est homo, humidum est æs: at cum æs sit statua, non eadem voce dicitur, æs est statua, nec est statua æs, sed ærea: nec cathedra lignum, sed lignea: & hoc est non æquiuocē prædicari, id est, non æqua voce, sed murata, nam non aurum, sed aureum prædicatur, non æs, sed æreum. Aliter enim æquiuocē sumitur hic, quā in prædicamentis.

x. Ratio.

Amplius & aliter inconueniēs est. Text. XVI.

Nota.

2. Ratio.

Alteram rationem facit ad idem probandum. Res cum sit, non dicitur alterari: est enim alteratio rei iam factę, & existentis: sed cum res accipit formam, seu figuram, fit: ergo per figuram, vel formam non alteratur.

Et hoc est, quod dicit: ridiculum esse, parietem, aut tegulam esse domus alterationem, & domum alterari, cum tegitur, aut parietibus clauditur: cum enim tunc non sit, sed fiat, non alteratur. Est enim alteratio perfectorum, & eorum, quę iam sunt. Et sic est intelligenda ratio hæc, & non vt declarat Auerro. vt dicemus in quæstione.

Manifestum autem est. Text. XVII.

Verba hæc priora cum superioribus copulantur, quibus dicit id, quod sumpterat, puta, quod fit, non alterari, esse manifestū, & dedimus nos rationem, quia nondum est res, cum fit.

Statim prosequitur declarare, non esse alterationem secundū alias qualitates corporis habitus nō sit bitibus corporis, & facit argumentum. Omnis habitus, siue virtus, siue vitium sit, est ad aliquid: sed eorum, quę sunt ad aliquid, non est per se generatio, nec alteratio: ergo nec alium habitū. Explicat, quomodo ad aliquid sint ista, & primō de sanitate. Sanitas enim est calidorum, & frigidorum commensuratio, aut eorum, quę sunt intra, aut quę sunt ad continens.

Quod ad se alterationem secundū alias qualitates corporis habitus nō sit bitibus corporis, & facit argumentum. alteratio.

Quod sic explicat Auerr. vt per temperiem caloris, & frigiditatis intrinsecē intelligit sanitatem animalis, per temperiem caloris, & frigiditatis cōtinentis sanitatem, quę dicitur aeris, vel aquę, secundū quam aer temperatus, vel aqua sana dicuntur ipsis animalibus.

Explicatio rationis Aristot.

Probat Arist. quod alij corporis habitus sint ad aliquid, quia sunt dispositiones præstantis, & perfecti ad optimum.

Vbi nota, quod habitus superueniūt naturę iam perfectę, & potenti operari: sed adueniunt ad hoc, vt melius operentur. Vndē habitus corporis supponunt naturam constitutam, & perfectam per sanitatem & temperiem, & ipsam ad operationes perfectius disponunt, vt robur & macies: per maciem intelligit aptitudinem ad motus veloces, & cursus, quę in obæsis non inest. Hi igitur etiam habitus ad aliquid sunt, vt sanitas: & hic

Habitus est dispositio perfecti, ad optimum. Nota.

...sensu illorum verborum, quod habitus est dispositio perfecti ad optimum, ut explicat bene S. Thomas, nec expositio A uerr. est ad rem.

Nota.

Hic attende maximè vnum: quod dicere hos habitus esse ad aliquid, nō est aliud, quàm consequantur ex habitudine multorum inter se. Vndè sanitas ad aliquid est, quia cōsurgit ex certa temperie qualitatum. & pulchritudo, quæ ex debita partium proportionē, & dispositione procedit: & robur ex membrorum coaptatione. Vult ergo Aristoteles, quod alterationes terminentur in qualitates illas primò, vel in partes, vel in membra: & indè per accidens tales habitus consequantur. Vndè qui sanat, ipsas qualitates temperat, & secundum has est alteratio: indè cōsurgit sanitas. Similiter in alijs corporis habitibus.

Neq; igitur circa animę virtutes. Text. XVIII.

Idè ostendit, qd secundū virtutes non fit alteratio. Ratio.

Tertio, idem ostendit in virtutibus moralibus: & facit duas rationes. Altera est, (vt bene dicunt Themist. & S. Thomas,) similis secundæ rationi, quam fecerat de figura. Cū res perficitur, non alteratur: sed homo per virtutes maximè perficitur, & consummatur: ergo non est dicendus secundum illas tūc alterari, quia nondum est perfectus homo. Probat, quod homo perficiatur. Quia tunc quodq; maximè perficitur, cū attingit summam perfectionē suę naturæ, vt circulus, cū maximè circulus est: sed homo per virtutes maximè secundū naturam perfectus est, ergo per illas fit perfectus: nō ergo illarum est alteratio, nec oppositarum puta, vitiorum, sed corruptiones potius sunt. Perfectò magna est virtutis laus. Tunc dicitur completus homo, cū virtutem habet, tūc diminutus, cū vitium.

Fit igitur cū alteratur. Text. XIX.

Ratio.

Alteram rationem ponit similem ei, qua probauerat in habitibus corporis. Quia virtutes hę ad aliquid sunt, & presupponit aliud, in quo

fit alteratio, & quod ipse consequuntur. Vt autem explicet, quid est, quod presupponant virtutes, dicit ipsas esse impassibilitates, vel passiuum lic, id est, passiones temperatas.

Nota, quod Stoici, tunc esse virtutem putabant, cū nullus est in sensu appetitus motus, nec passionis illius insultus, & idè impassibilitates eas vocabāt, quasi ex tali passionum negatione insurgerent virtutes. At Peripatetici tunc virtutem esse existimāt, cū passiones & motus sensuum secundum rationem frenati sunt: vndè licet insurgant contra rationem, tamen à ratione superantur, & eas moderatur ratio.

At quia in presenti nihil huius ex professo determinabat, vsus est distinctione, etiam vt ostēderet, in quacunq; opinione esse hoc certum, quod virtus ad aliquid est, & insurgit, cū alteratio facta est in passionibus, secundum quam dormitæ sunt & frenatæ, sicut dictum est de sanitate. Per victoriam enim, & superatiam passionum virtus aduenit.

Ad hoc autem ostendendum, dicit virtutem totam moralem positam esse in voluptatibus, & tristitijs, id est, in domandis his passionibus appetitus. At voluptas & tristitia, sensus ipsius est: nam voluptas & tristitia, aut in actu presenti, aut in memoria, aut in spe posita sunt: hæc autem sensus sunt ipsius. Explicat hoc: Nā in memoria ob id est voluptas, aut tristitia, quia actus boni vel mali presentis, recordamur: in spe verò, quia similem presenti speramus, quę in sensibus sunt. In his igitur passionibus primò accidit alteratio, per accidens in virtutibus, quæ factas alterationes sequuntur.

At verò neque in intellectu. Text. XX.

Quarto, id in habitibus intellectiuis ostendit, & virtus ratione eadem. Quia scientia est ad aliquid, nec est, nisi cū aliquid aliud alteratur, puta, sensus. Nā ex alteratione, quæ in sensu fit, puta, cū experientia partium, & singularum acquiritur: anima vniuersale colligit, & scit absq; mutatione, seu alteratione.

Nota ex Pe. ripa & Stoici. Quis quid virtus sit.

Nota circa vniuersale materiã virtutum.

Idè ostenditur in habitibus intellectiuis.

tionem per se, nisi ex sensus alteratione. Et hoc est, quod dicit: quod cū fit scientia, nō est motus in nobis secundū aliquam animæ potentiam, sed tantum per experientiam, quæ fit in sensibus. Particulariter tamen ostendit, quod alteratio non fit scientiæ.

Nota.

Est autem duplex scientia, & actus, qui est iam in homine docto, & scienti, & alter etiã actus, qui est à principio, per quē fit doctus. Sunt enim actus antecedentes, & consequentes habitus. Dicit igitur de actu consequente, de quo dixit, quod nō est alteratio. Dicit modò, quod nec ipse est generatio, vel quod sicut nec est alteratio, ita nec est generatio, quemadmodum visio, gustatio, non sunt generationes. Sed melius puto intelligendum, quod ipse non fit generatio, quia non præcedit vlla alteratio ipsū in anima, & intellectu.

At de actibus primis hic videtur difficultas: ob id docet, quod nec ipsorum est per se alteratio, vel generatio: sed consequuntur alterationem in alio factam. Explicat hoc exemplo dormientium, & ebriorum, etiam exemplo malè habentium. Hi omnes, postquā recesserunt ista impedimenta, per nullam aliam alterationem intelligunt, sed facta quiete humorū instantiū, nullo alio adueniente, facta est scientia: ita fit in pueris de nouo scientia: facta enim quiete, & humorum pacatione, vel per ætatem, vel alijs causis, puta, disciplinis, & exercitio, accedit scientia, nulla in anima alteratione facta, sed solū in sensu, & corpore: non est igitur alteratio primò, nisi ad qualitates sensibiles: ad reliqua verò, per accidens est.

An ad qualitates tantum tertiæ speciei fit alteratio.

Quæst. I I I.



Verò hæc tota erit posita in rationibus Arist. examinandis, & declarandis: ideoq; proponemus argumenta cōtra ipsas.

Argum.

Primum est vniuersale. Ipse enim ad qualitates aliarum specierum docet, nō esse alterationem, quia consequitur alterationem factā in alio: quod si ita est,

sequitur etiam, quod ad multas qualitates etiam sensibiles non est alteratio, puta, albedinem, nigredinem, & omnes colores: similiter raritatem, asperitatem, & alias omnes secundas, quia istę non sunt, nisi ex antecedenti primarum alteratione: quia enim est alteratio secundum calorem, frigiditatem, & humiditatem, acciditatem, alia consequuntur: ergo illarum non est alteratio.

Secundum.

Secundò, contra rationem primam, qua ad figuram nō esse alterationē probat, quia subiectum de ipsa non prædicatur, quod fit in alijs qualitibus. Est argumentum. Vel sumit figuram in abstracto, & tunc subiectum non prædicatur de ipsa: sicut etiam subiectū non prædicatur de qualitate sensibili: vt enim nō dicitur, cathedra est lignum, ita nec albedo est corpus. Vel sumit in concreto, & tunc prædicatur: vt enim dicitur, album est corpus, & corpus est album, ita lignū est figuratum, & triangulare, & contra: & ita licet sumere nomina cōcreta aliarum figurarum, quamuis opus sit aliquando fingere ea.

Tertium.

Tertio, contra alteram rationem, qua dicit, quod domus fit, ob id non dicitur alterari. Si ista ratio valeret, & nec calidum, aut frigidū, cū sit calidum, aut frigidum, dicendū esset, alterari. Quod si dicitur subiectum, puta corpus alterari secundum illas qualitates: ita nos profectò dicemus, lignum, aut lapides secundum tales figuras alterari. Vel ergo ratio nulla est, vel contra ipsummet probat.

Quartum.

Quarto, contra id, quod dicitur, virtutes esse ad aliquid, habitus sunt absolute qualitates distincte ab his, in quibus alteratio ponitur: ergo profectò anima alteratur secundum ipsas. Explico antecedens: Scientia non solum est quies humorum, sed qualitas in intellectu. Similiter virtutes morales sunt qualitates, & non solum quietes passionum: Similiter in corpore sanitas, & robur: ergo secundum has alteratio esse videtur.

Quintum.

Quinto, cōtra id, quod dicitur, hominem perfici secundum virtutem. Vel loquitur de perfectione essentiali, & hoc non, quia virtus est accidens, quod non

Ecc perfici.

perficit essentialiter substantiam. Vel de perfectione accidentali: & tunc quodlibet corpus sensibile perficitur per accidentia: unde secundum illa non esset alteratio: quod falsum est.

Sexum.

Sexto, contra ultimam rationem. Si homo in potentia scientie acquisita habet se, sicut qui dormit; ergo sicut in dormiente, & ebrio scientia presunt, sed erat impedita: ita etiam in puero. Quod si ita est, scire est remissibile, & de nouo non acquiritur scientia, quod est contra ipsum Arist. 1. Post. cap. 14. & 2. Post. c. ultimo, qui in hoc a Platone dissentit.

Septimum.

Septimo. Ibi est alteratio, ubi est vera contrarietas: at in habitibus, & huiusmodi actibus est contrarietas: sunt enim assensus contrarii; qui se mutuo expellunt: ut habetur 2. periheme. c. 4. & 1. Poster. cap. 12. sunt etiam vitia contraria: ergo secundum haec est alteratio.

Ad primū. Dupliciter est alteratio ad aliquam formam per se, & per accidens.

Ad primum aduerte, quod dupliciter ad aliquam formam est alteratio. Vno modo per se, altero per accidens: Per se alteratio est ad illas formas, quae sunt contrariae, ac mutuam habent inter se pugnam, inuicem agendo, & patiundo: per accidens alteratio est, cum formae non sunt contrariae, nec inuicem agunt aut patiuntur, sed tantum consequuntur ad eas, quae contrariae sunt, & inuicem agunt, quomodo alteratio dicitur esse per accidens ad similitudinem, quae ex qualitate consurgit: similiter ad figuras, quae ex alijs formis oriuntur.

Alteratio per se ad aliquam formam est duplex, altera mediata, altera immediata.

Alteratio autem per se duplex est, altera immediata, altera mediata. Immediata est ad qualitates, quae contrariae sunt; & per se ipsas agunt, & patiuntur: huiusmodi sunt solus, quatuor elementares qualitates: quae primae dicuntur: haec enim secundum se agunt inuicem, ac immediatam habent contrarietatem: Mediata vero est secundum qualitates contrarias quidem, sed quae non secundum se agunt, sed secundum primas, ex quarum commixtione sunt: huiusmodi sunt omnes qualitates sensibiles, quae secundae dicuntur; ut colores, sapes, & odores, & alia. Huiusmodi. In his quidem vera est, & per se alteratio, cum contrariae sunt, & pugnant,

quamuis pugna sit medijs primis.

Unde soluitur argumentum. Est. n. differentia inter figuram, & qualitates secundas. Figurae. n. nullo modo actiuae sunt; nec secundum se, nec secundum sui aliquid: non enim ex primis componuntur: At secundae contrarietatem habent, & actionem; & passionem mutuam, ut ex primis sunt.

Solutio. Ad secundam. Duplex est concretum, aliquid accidens.

Ad secundum nota, quod est duplex concretum. Vnum primum, quod ex sola inexistencia formae in subiecto fit, ut album, calidum: dicunt enim ista solas qualitates in subiecto. Alterum secundum, quod ab hoc deducitur, quod propter formam in subiecto dicitur mutationem subiecti secundum illam formam, ut dealbatum, calefactum, denigratum. Huiusmodi, duplex concretum, in figuris reperitur: & primum, ut cathedra: dicit enim formam in materia, domus, arca, & reliqua: & secundum, quod mutationem subiecti notat, ut triangulare, & ut ita dicam, cathedratum, figuratum, & reliqua.

Solutio. argo.

Arist. ergo bene comparauit arcem, statuam albo, & calido, quia utraq; sunt concreta prima. (Nec sunt audiendi, qui arcem statuam, & similia putant abstracta, sicut albedinem, & calorem: hoc enim falsum est, dicunt materiam tanquam partem) hoc etiam inuenitur in subiecto. Est enim duplex concretum; & absolutum, ut aes, aurum: & denominatiuum, ut aeneum, aureum, terreum, ligneum. In accidentibus ergo reliquis absolutum praedicatur, ut calidum est corpus, terra, aut ignis: at in formis non, sed denominatiuum statuam terrea, aurea, aut aerea dicitur, quae nomina denotant mutationem factam prius; ut consequatur tales figurae, ut dicitur 7. Meta. tex. 26. in alijs vero non fit alia mutatio in subiecto, nisi secundum tales qualitates, ut dictum est. & sic soluitur argumentum, quo etiam pacto soluit Burke. hic enim fateretur illa esse concreta, sed prima, puta statuam, & similia.

Ad 3. Respondeo. figurae magis habent proportionem cum formis substantialibus, quam formis & speciebus singulis sequuntur: ita etiam & substantia- figurae istae exteriores: adde ut multi, non aliam

aliam esse substantialem rei formam, quam istam exteriori decepti existimauerint.

Ex quo fit, ut sicut ex forma, & materia substantialibus fit unum per se compositum, ita etiam ex figura, & subiecto proportionem quadam compositum fiat quodammodo per se, ita, ut in modo significandi, non differant voces significantes composita substantialia, ut homo, leo, capra, & voces significantes huiusmodi artificialia, ut statua, domus, lectus: imo aliquando sunt eadem voces: sculpturas enim, & rerum picturas eisdem nominibus nominamus.

Explicatur vis rationis Aristot.

Vide igitur, quam bene procedat Arist. ex hac propositione. Sicut generatio non est alteratio eius, quod fit: sed productio in substantijs. Ita in figuratis, figurae productio non est alteratio ipsius figurati: cum enim fit homo, non dicitur alterari: similiter etiam cum fit statua, non dicitur alterari.

Obiectio. Solutio.

Quod si dicas, subiectum dicitur alterari, ut lignum: Respondetur, licet subiectio sit bona, tamen iam in primo argumento probauit Arist. non alterari subiectum secundum figuram, sed secundum accidens aliud prius, unde sequitur figura. Et quia restabat. An saltem alteretur compositum figuratum: ob id obicit hoc secundum argumentum, quo illud alterari non dici probaret.

Unde argumentum de albo nullum est. Nam quamuis totum album non alteretur, subiectum tamen alteratur: in figura vero supposuit ex primo argumento, non alterari subiectum: & in secundo probat, quod nec ipsum compositum: & sic concluditur, quod nulla ex parte secundum figuram per se alteratio est.

Ad quartum. Nota quid sint habitus in potentijs tam animae, quam corporis.

Ad quartum dico, quod est non eadem ratio, de sanitate, pulchritudine, & similibus, ac de alijs habitibus animae. Existimo enim habitus animae esse, qualitates distinctas re, a passionibus sensus, & ab experientijs, & reliquis sensibilibus, quae qualitates existunt in potentijs ad faciendas eas promptiores, ac faciliores in suis operationibus: & haec est communis sententia. At in corporis habitibus existimo probabilius, non esse re distinctos

habitus ab ipsis sensibilibus. Volo dicere, quod sanitas non est qualitas realiter distincta a qualitatibus primis, sed sunt ipsae qualitates ad temperiem redactae, sicut harmonia, & consonantia non est vox distincta, nisi multae proportionem habentes: similiter ipsa pulchritudo est perfectarum partium recta illa ordinatio.

Solutio. argo.

Et sic patet, quomodo non est alteratio, nisi ad qualitates primas, & ad partium constitutionem. Nam pulchritudo, & sanitas sola ratione separantur ab ipsis, cum ordinem, & commensurationem superaddant. At de reliquis habitibus quomodo secundum ipsos alteratio non sit, cum purae qualitates sint, dicitur in solutione aliorum argumentorum.

Ad quintum. Solutio. Auer. Reijcitur solutio. Auer.

Ad quintum Auerroes dicit, propter ea id, quod perficitur, non alterari, quia alteratio est successiua: at quod perficitur, in instanti perficitur. Perfectio enim in indiuisibili consistit. Sed hoc mihi non placet. Primum, quia ut dicit S. Tho. licet perfectio indiuisibilis sit, quia ultimus gradus rei est, qui in instanti acquiritur: tamen corruptio non est in indiuisibili, quia potest magis, & magis recedi a perfectione: unde corruptio diceretur alteratio. Et nota, quod loquimur de perfectione secundum virtutem, & accidentia.

Praterea, quia ut dicit Aegid. perfectio latitudinem habet, est enim, & fit homo magis, & magis studiosus. praterea, si dicas, quod ultimum perfectionis in instanti est, ac ob id perfectio non est alteratio; perfectio hoc idem posset in quolibet accidenti dici: summus enim gradus caloris, & albedinis in indiuisibili consistit.

Quomodo intelligenda sit ratio Aristot.

Non ergo sic est ratio intelligenda Arist. sed ut dixi in textu: ob id, quod perficitur, ut non dicitur alterari, quia non est, dum perficitur: alterari autem est eius, quod iam est.

Obiectio.

Sed manet argumentum quintum: cum enim sit perfectio accidentalis, idem posset dici de quocunque alio accidenti.

Solutio.

Respondetur, quod est perfectio accidentalis duplex. Altera propria, quae perficitur, quantum ad operationes proprias

Nota duplicem perfectionem accidentalem.

prie speciei: & talis est virtus in homine, & scientia: & hec perfectio videtur con- summare hominem, vt homo est: vnde non verè alteratur homo secundum hanc. Alia est perfectio communis, quæ rem quidem perficit, sed non secundum talem speciem, qualia communia accidentia, et secundum hæc alteratio est.

Nota 2. Et nota, quod non negat Arist. Aliquam alterationem secundum virtutes, sed tamen non est tam propria alteratio, qualis est secundum accidentia; nam per illas adhuc subiectum sub ratione particulari perficitur.

Ad sextum ex D. Tho.

Ad sextum mihi placet sententia S. Tho. & aliorum: quod hic loquatur secundum sententiam Platonis, quæ communis erat. Plato enim ponebat habitus, & species in fitas à natura hominibus cum intellectu ipso: impediabantur tamen ab operatione propter sensum: accedente autem alteratione corporis, & sensus, anima operabatur, nulla facta in ea mutatione: & hoc significat illa exempla ebrii, dormientis, & infirmi: quæ Auerroes dicit esse secundum Platonem.

Nota sententiam Plat. & Arist. circa habitus animæ.

At verò alia est sententia Arist. quæ habetur in 2. lib. de anima à text. 55. vsq; ad 59. vbi ponit à natura solum haberi nudam potentiam intellectus, quæ postea alteratur per habitus: acquirit enim de nouo species & habitus: & his acquisitis est in proxima potentia ad actum, & contemplationem. Vnde discrimen est inter ebrium doctum, & puerum, quamuis neuter contempletur. Puer enim non perueniet ad actum, nisi prius acquirat habitum: at ebrius absque noua acquisitione per quietem vaporum perueniet ad actum: vbi clarè admittit esse aliquam alterationem secundum habitus: sed vocat talem alterationem perfectiuam, quæ improprie alteratio est, præsertim cum sequatur post alterationem, quæ fit in sensibus, & in passionibus, quæ propria alteratio est. Ac propterea in presenti etiã docet, non esse alterationem veram, sed coniungi cum altera, quæ vera est. Plato verò nullam prorsus esse alterationem confesbat.

Ad 7.

Ad septimum resp. quod non est vera

contrarietas inter habitus, & actus, cum non sit actio vera Physica, sed est quadam repugnantia & compatibilitas, quæ contrarietas dicitur: & sic patet explicatio rationum Aristot. in textu.

CAPVT IIII.

Dubitabit autem aliquis.

Tex. XXI.



Res quæstiones determinauit iam Arist. & an omne, quod mouetur, ab alio moueatur: & an quod localiter mouetur, à motore distincto moueatur: & an mouens, & motum simul sint. Nunc quartam aggreditur, nempe, An quicumque motus cuilibet motui sit comparabilis.

Argumentatur autem à parte negatiua dupliciter. Primum, Si omnis motus omni motui comparabilis est, sequitur, quod motus per circulum, & motus per rectum erunt comparabiles: sed hoc esse non potest. Probatur suppositio, quod distinctum est, motus æquè veloces in tempore æquali transiri spatium æquale: tunc est argumentum, Si illi motus sunt comparabiles, possunt esse inuicè tardiores, & velociores, & æqualis velocitatis: in hoc enim comparatio fit: Si igitur æquè velox est motus per circulum motui per rectum: ergo in æquali tempore transibit æquale: ergo iam datur curuum, & circulare æquale recto; quod tanquam impossibile inferri non igitur quilibet motus cuilibet comparari potest in velocitate.

Alterum facit argumentum. Nam si motus omni motui comparatur, latius, et alteratio essent æquales, puta si in æquali tempore mouerentur: sed impossibile est, quod sint æquales: quod probatur. Nam æquales motus in vno tempore transiunt æquale; at qualitas non dicitur æqualis, spatium: ergo alteratio in qualitate non transibit æquale, inest enim quantitati, æqualitas.

In circulo autem, & recta.

Tex. XXII.

Exclu.

Excludit solutionem quædam primæ rationis.

Excludit responsum, quæ dari poterat ad argumentum primum. Nam dici poterat, quod motus per circulum, & motus per rectum sunt quidem comparabiles, non tamen æquè veloces ambo, sed semper vnus altero velocior: hoc autem modo non sequitur, rectum æquale curuo. Excludit hoc dicens, quod inconueniens est, quod nunquam contingat similiter moueri: & æquè velociter duo saltem, hoc per rectum, illud per curuum: sed quod semper sit vnus motus velocior altero, quasi per circulum, & per rectum: moueri esset moueri per accliuem, & decliuem, frequentius enim motus decliuis velocior est.

Amplius nihil differt.

Tex. XXIII.

herum reijcit eandem solutionem.

Reijcit vltimus eandem responsum. Dicens, quod adhuc illa ratio manet in suo vigore. Nam quamuis datur, quod motus vnus sit velocior altero: adhuc sequitur, quod sicut datur maior circularis & minor, quam recta, debeat etiam dari æqualis. Et probatur. Demus vnum, quod velocius moueatur per circulum, alterum tardius, per rectum, C, in vno tempore A. Tunc per prædicta maius erit, quod transiit de B, quam quæ de C, Tunc vltimus, quod mouetur per B, in eodem tempore transiit maius, quam C, ergo per definitionem velocioris in minori tempore transiit de circulo æquale: ita, vt quod mouetur per C, in toto tempore A, & quod mouetur per B, in minori tempore, transeant æquale. Sequitur igitur adhuc æquale esse circulare recto. Perpende autem expositionem hanc, quia alij aliter exponunt, sed præter sensum Arist.

Dubium an si datur maius, & minus, debeat dari æquale: ratio quod non sit necesse.

Dubitabis hic, quia videtur Arist. dicere. Quod si datur maius, & minus, quod debet dari æquale: hoc autem videtur falsum rationibus multis: Nam angulo semi circuli datur vnus rectilineus maior, puta, rectus, aut obtusus: datur etiam minor, puta, acutus, tamen impossibile est, illi dare rectilineum æquale.

Vltimus Ternario, & cuilibet numero datur alius maior, alius minor, sed non alius æqualis.

Præterea. Circulo datur quadratum maius; aliud minus, sed non æquale.

Præterea. Datur elementum maius ac, datur aliud minus, non tamen datur aliud æquale. Burleus, & alij, nescio quæ distinctione æqualitatis solunt argumenta: sed quicquid sit, non est dubium, non valere consequentiam illam in omnibus, vt argumenta conuincunt, quorum aliqua id demonstrant.

Sed nota, quod Arist. non facit hoc argumentum absolute, puta, datur maius, & minus: ergo datur æquale: sed quod si illud mobile transiit maius, & transiit minus, quod ex hoc probabitur, quod transeat æquale. & postea id probat argumento velocioris, quod in minori tempore transiit æquale, vt diximus.

At verò si sunt comparabilia.

Tex. XXIII.

Concludit, non esse omnes motus comparabiles inter se, & argumentatur ex opposito consequentis sic. Si quilibet motus cuilibet esset comparabilis, sequeretur, quod linea recta, & circularis essent comparabiles: at non sunt: ergo nec ipsi motus omnes.

Incipit autem explicare leges eorum, quæ comparari possunt: & prima est, quæ non sit æquiocum id, in quo est comparari.

Vnde non dicitur, gladius est acutior, quam vltima chorda lyre, quia acutum sit æquiocum dicitur de vtroque: esset tamen id in quo fit comparatio inter ipsas chordas, an vltima, an proxima acutior sit: similiter inter gladios, quia æquiocatio non est: tamen gladius cum chorda nequit comparari in acuto. Ita similiter velox non est idem, & vniuocum in circulari motu, & in recto, & in alteratione, ac latius multo minus: ob id inter se hi motus comparabiles non sunt.

An primum quidem.

Tex. XXV.

Aliam constitutus legem comparabilium, dubium proponit, an sufficiat, vt fiat comparatio in aliquo, quod non sit æquiocum, ita vt

Dubium, an sit sufficiens esse vniuocum.

Ecc 3. in quo

Ratio quæ non sufficit.

In quocunque vniuo: comparatio fieri possit: & ponit argumentum, quo probat, non sufficere: Multum dicitur vniuo de aqua & aere, & tamen non comparatur aer, & aqua: ergo illa prior lex non sufficit.

Sumitur autem hic multum, vt distinguatur contra paucum. At quia posset quæ negare de ipso multo propter vniuersalitatem eius, ponit etiam duplum. Duplum enim videtur vniuo de aqua prædicari, & de aere, tamen inter se non comparantur, quia aer non dicitur duplus ad aquam. Quod aut duplum sit vniuo cum, probat ex definitione: est enim his vniuo, id est, his vniuo quantitate amplectens.

Nota ex Simplicem duplicem comparationis æris, & aquæ

Aduertendum autem est, quod dupliciter potest aqua aeri comparari, vt notat Simplicius. Vno modo in quantitate, altero modo in facultate, & potentia. Comparare in quantitate est ipsa conferre secundum quantitatem, quam actum habet in se: comparare vero secundum facultatem, est conferre secundum quantitatem, quæ est in ipsorum potentia, si aer fieret aqua, & si aqua aer.

Fit autem, vt non eadem sit ratio, quantitatæ, & facultatis, nam parua, & minor aqua secundum quantitatem potest multo maior esse, quam aer secundum facultatem: & hinc prouenit, quod non conferatur aer aqua, sicut aer aeri, vel aqua aqua, in his enim vtriusque & quantitatis, & facultatis simul collatio est, in illis vero non: propterea absolute non confertur: nisi aut secundum quantitatem per se, aut secundum facultatem per se, simul tamē nulla est collatio.

An & in his eadem ratio. Tex. XXVI.

Solut. ad rationem duplicem.

Solut dubium dupliciter. Primum dicit, illa esse æquiuoca, puta, multum, æquale, duplum, vnum, nec obstat esse vnam definitionem, vt multum est tantum, & amplius, æquale, quod habet eandem mensuram, duplum, quod bis se habet ad vnum, nã definitiones etiam æquiuocæ dicuntur, & non secundum eandem rationem de aqua, & aere propter rationem dictam: nam singula, aut quantita-

tem, aut facultatem dicunt, quæ duo vnum non sunt, sicut nec acutum in voce & in gladio.

Nota.

Vbi nota non inconueniens esse analogia, seu æquiuoca definitione etiam æquiuoca definiiri, non enim hæc definitiones quidditatæ sunt.

Verum propter quid alia. Tex. XXVII.

Aliam solutionem inquirat, & dubitat: Admissio, quod multum, & duplum sit vniuo cum, & secundum eandem naturam prædicetur de aqua, & aere, quare non sunt comparabilia. Respondet, quia non sunt in eodem susceptiuo primo, id est, non habent subiectum idem immediatum.

Nota. Altera solutio.

Est enim hæc secunda lex eorum, quæ in aliquo accidenti comparantur, vt quæuis sit vniuo cum id in quo comparatur, & ipsa diuersa sint, sit tamen susceptiuum immediatum idem, & eiusdem rationis in vtroque. V.g. equus potest dici albius canis: non solum, quia album vniuo cum est vtriusque, sed quia immediatum susceptiuum albedinis est eiusdem rationis in vtroque: puta, superficies, quamuis ipsa subiecta mediata sint diuersa: non tamen vox dicitur albius aqua, quia albedo non recipitur in voce ratione eius, cuius ratione recipitur in aqua: nã in ipsa aqua ratione superficies, in voce vero non huius ratione recipitur.

Nota. Lex eorum, quæ debent comparari, vt sit susceptiuum, immediatum idem, & eiusdem rationis.

Aduerte, quod per albedinem, claritatem significat: vocabulum enim Græcū commune & claritati, & ipsi colori, qui albedo dicitur.

Nota.

Ponit etiam exemplum. Equus & canis comparari etiam possunt secundum magnitudinem: habent enim idem receptiuum primum, puta, materiam primam eiusdem rationis, quam sequitur quantitas.

Per hoc idem soluitur illud de aqua, & aere, quia non est idem susceptiuum primum, nam in vno duplum, & multum dicunt facultatem: in altero dicunt quantitatem: & hoc modo non est comparatio.

An

An manifestum est. Tex. XXVIII.

Dubium quod non sit satis esse susceptiuum, primum, & eiusdem rationis.

Aliam legem declaraturus subtiliter dubitat contra id, quod dictum est: Nempe, quod non est comparatio in natura, quando diuersum est susceptiuum primum, quasi natura illa iam esset multiplex facta. In hoc autem videtur in sinuari distinctionem naturarum non esse nisi per materiam, quod Plato dicebat: Hoc autem falsum est. Primum, quia sequitur, quod dulce, album, æquale, secundum se vna esset natura, solum differret in receptiuo, & sic esset omnia vnum secundum se facere.

Nota.

Amplius susceptiuum. Tex. XXIX.

Secundum.

Secundo impugnat idem. Nam primum susceptiuum est multiplex secundum receptorum multipliciter, id est, quæque forma habet proprium subiectum, & materiam proximam: ergo & ipse forma secundum se diuersa sunt: aliter enim non essent receptiua propria pro proprijs formis.

Nota. Alia lex, quæ forma in qua fit comparatio, sit vna specie.

Nota artificium. Cum enim dixisset, formam in qua futura est comparatio, debere esse vnam, seu vniuo cum, & receptiuum vnum specie, & ratione: intendit, quod præter hoc forma debet esse in se vna specie, nec satis est, quod sit vniuo cum: propterea dubitabit, An vnitas sit ex receptiuo. Si enim esset, non oporteret addere hanc legem. At quia non est, nam receptiuum potest esse vnum specie, & forma vna genere, & multipliciter habens, vt patet de colore, cuius receptiua est superficies: ob id adiunxit legem tertiam. Debet attendi, præter vniuo cationem formæ, quod non habeat differentias, sed sit vltima species (non solum quod, sed in quo) id est, non solum debet esse eadē specie ipsa forma, quæ dicitur, quæ sed ipsum receptiuum quod dicitur, in quo. Vnde non comparabitur in colore, quia genus est: non enim dicitur, album est magis coloratum, quam nigrum: sed comparatio debet esse in albedine, aut nigredine, aut in alia specie.

Nota.

Ex his concludit, illos motus esse æquales.

veloces, qui in eodē tempore æquale spacium transeunt in hoc, id est, secundum speciem: ac si dicat, motus eiusdē speciei comparandos esse.

Si autem aliud quidem. Tex. XXX.

Ad dubium modò respondet, quod in secundo argumento tetigerat, etiam, puta, an latitudo, & alteratio, quæ æquali tempore fiunt, dicantur æquales, & comparabiles sint. Respondet, non comparari posse, quia motus est genus quoddam, in quo non est comparatio. Vt enim albius non dicitur magis, aut æquale coloratum cum nigro: ita nec latitudo dicitur æqualis motus, aut maior, vel minor latitudo.

Quod latitudo & alteratio nequeunt comparari in velocitate, nec circuitus motus & rectus in æqualitate.

Similiter etiam nec motus circularis, & rectus sunt æquales veloces, nisi circularis linea, & recta sint æquales, quod esse non potest.

Proponit statim duo dubia ad horum declarationem. Alterum est, cum dicitur motum rectum & circulem non comparari in motu, dubium est, an hoc sit, quia motus est genus: an quia linea, quæ est terminus ad quem, est genus. Respondet propter vtrumque, quia vnum sequitur aliud: si enim motus genus est, & terminus motus vnus erit genere. Ac si clarius dixisset, motus circularis, & rectus non sunt comparabiles, quia esset non solum comparare duos motus ad vnicū genus, sed etiam comparare duas lineas, puta curuam & rectam ad vnum genus. Vt autem hæc duæ lineæ non comparantur sub linea in comuni, nec etiam ipsi motus sub motu in comuni locali.

Dubium 2. Cur motus rectus & circularis nequeant comparari.

Alterum dubium est. Si debet considerari ad vnitatem specificam motus vnitas instrumentorum: vt si motus fiat pede, vt in progressu: an ala, vt in volatione: an in instrumento alio, vt in narratione. Requiritur vnitas instrumentorum: rectum fiant, aut per circulem: nam sola spacij diuersa figura impedit motus comparationem. Vnde concludit, motus esse æquales veloces, qui fiunt per eandem magnitudinem speciei: & sic ipsi sunt idem specie, vt dictum est: secus autem, comparabiles non sunt.

Dubium 2. An ad vnitatem motus specificam, requiratur vnitas instrumentorum.

Quare

Quare hoc considerandum. Tex. XXXI.

Necesse est inquirere motuum differentias ad certum comparationem non.

Ad motus comparationem necessaria esse docet, motuum inquirere differentias. Ex his enim cognoscetur, qui comparabiles sint, qui vero non. Differentias autem considerare oportet, quia re vera, in genere multa latent, ut quamuis in ipso vnitas appareat, tamen multa varietas in eo sit clausa: Et per genus vniuersale aliquod, & vocem communem intelligere oportet.

Tres autem gradus æquiuocacionis.

Distinguit autem tres gradus æquiuocacionis, qui sub communi voce concludi possunt. Primus est, quem remotū vocat eō, quod sub eo prorsus diuersa continentur, ita, ut non sit, nisi sola vox communis. Huiusmodi sunt æquiuoca à casu. Alter gradus est, qui analogiæ proportionis dicitur, cum res multæ sub aliqua voce sunt, propter aliquā tamen similitudinem, sicut homo viuus, & pictus sub homine significantur. Tertius est proportionalitatis, cuiusdam autem conuenientia: vnus genericiæ naturæ, ut cidere de prato, & homine: gubernator de natura, & duce animal de leone, & equo: & in hoc tertio gradu est deceptio. Nam apparet vnica esse naturam, quæ tamen multiplex est: ob id maximè prodest omnia hæc distinguere ad eliciendas specificas naturas, in quibus solis comparatio est.

Quando forma dicitur diuersa specie.

Statim cum determinasset, non esse comparationem in diuersa forma specie, sed eadem quærere. Quando forma dicitur diuersa specie: an quando fuerit in diuerso subiecto, ut in homine, & leone albedo: an quando præter hoc, etiam est in se diuersa, Et quamuis non respondeat: tamē hæc pars est sumenda, puta, quod sit alia & alia in se.

Quando definitio forme significabit illam esse diuersam à specie: an quando in alio subiecto illam significat: aut quādo ipsam in se nō eandem significat, sed diuersam ab alijs: & sumenda est hæc posterior pars.

Subiungit alteram quæstionem, quando definitio forme significabit illam esse diuersam à specie: an quando in alio subiecto illam significat: aut quādo ipsam in se nō eandem significat, sed diuersam ab alijs: & sumenda est hæc posterior pars.

Nota.

Deniq; formarum diuersitas specifica non solum in subiectis, sed in se ipsis est

attendenda, nihil enim prodest sola specifica subiectorum distinctio.

De alteratione autem quomodo est. Tex. XXXII.

Comparationem duarum alterationum inquirat. Et primò, eas comparari posse probat: nam duo eodem tempore sanari æquè possunt: si igitur sanatio alteratio est, altera alteri comparari potest.

Dubitatiuè autem loquitur de sanatione, quia supra dictum est, ad sanitatem non esse per se alterationem: tamen argumentum adhuc fit in eo, in quo potest esse per se alteratio, ut in qualitatibus primis: possunt enim duo æqualiter sanari, & etiam caleferi, vel humectari.

Ex altera parte argumentatur, & probat, quod non sint æquales illæ alterationes. Nam quæ alterata sunt, seu ipsæ qualitates, secundum quas alteratio est, non dicuntur æquales, sed similes: quod enim in quantitate est æquale, in qualitate est simile: non ergo videntur comparabiles alterationes.

Sed sit idem, quod mutatur in æquali.

Aristoteles subtiliter ad indagandam alterationum comparationem se transfert ad vocabulum commune, ad æquale & simile, ut notat Simpli. puta, idem, Nam similia, & æqualia communiter dicuntur eadem. Et dicit, quod motus dicuntur æquè veloces, qui sunt secundum eundem terminum, siue sit similis, siue sit æqualis: hoc enim supponatur ad cognitionem identitatis alterationis.

Tunc autem est quæstio duplex in alteratione. Prior est: an comparatio duarum alterationum sit sumenda penes qualitates, & passiones, quæ sunt termini ad quos: an penes partes æquales, vel inæquales subiectorum, quæ alterantur.

Alter est: Si penes qualitates sumatur, an oporteat respicere identitatem, & diuersitatem specificam qualitatū solā: an similiter etiam gradus intensiōis formarum: ut illæ dicantur eadem alterationes,

An alteratio alterationi possit comparari.

Nota, idem commune est vocabulum ad simile & æquale.

Quæstio 1. an comparatio duarum alterationum sit sumenda penes qualitates, an penes subiectum.

Quæstio 2. An sit sumenda penes speciem diuersam qualitatū.

rum, an secundum gradus intensiōis. Similiter se habentes, id est, æquè intentionis.

Et ad hoc posterius respondet, Ad comparationem alterationum oportere respicere, quod forme sint eiusdem speciei. Cum enim sunt secundum diuersas species, comparari non possunt: ut dealbatio, & sanatio. Sicut nec comparantur in latione, circularis, & recta: Idcirco prodest alterationis species cognoscere, & distinguere, Vt comparare quis possit.

Nota.

Statim regulam hoc cognoscendi ponit, nempe (quæ mouentur) id est, terminos, ad quos est motus respicere, an idem specie, genere, numero ve sint. Qualis enim vnitas in termino, talis est in motu. Loquimur de termino per se, qui primò per talem motum habetur. Quæ omnia superius declarata sunt.

Sed vtrum oportet ad passionem. Tex. XXXIII.

Terum quæstionem priorem proponit, & soluit. In alterationibus enim possumus duplicem identitatem considerare: alteram similitudinis, alteram æqualitatis. Ad similitudinem oportet, quod sint termini eiusdem speciei, & eiusdem intensiōis gradus: aliter erunt dissimiles. Ad æqualitatem verò debemus respicere partes subiecti alterati, an sint æquales, vel inæquales, in eodem tempore.

Itaque alterationes dicuntur similes, quæ in tempore æquali secundum gradus eodē formatū vnus speciei sunt. Vt si calefiat vnus in hora secundum calorē, vt quatuor: & alterū in eodē tempore etiā vt quatuor: Secus verò sunt dissimiles. Illæ verò sunt æquales, secundum quas subiecta eodē tempore alterata sunt secundum partes suas æquales: secus verò, alterationes inæquales erunt. Et sic comparantur ipsæ alterationes.

Et in generatione quoq; & corruptione. Tex. XXXIII.

Comparationem generationum facit; & hic sumit generationem, nō solum pro introductione putat for-

De comparatione generationum.

me, sed etiam pro successione, qua partes præsertim viuentium paulatim formantur. in generatione autem non sumitur velocitas, ex parte æqualitatis, sicut in alteratione: quia substantia nō est in subiecto, sed velocitas attenditur ex parte identitatis termini; vt æquè voloces sint generationes, cum in eodem tempore termini vnus speciei indiuisibilis sint secundum idem producti. Vt cum in mense vno vnus homo generatur secundum eadem partes, secundum quas alius. Sed nō de alio animali, quod non sit eiusdem speciei: quod si nōn secundum easdem partes, tunc vna esset velocior altera.

Notat tamen, quod defunt vocabula, quibus explicemus hos gradus generabilium. Nam in alteratione sunt duo nomina, intensum, remissum: In quantitate, æquale, inæquale, maius, minus: In substantijs, nec est vnus nomē, nec multa: nā homo imperfectus, & vnus quodque cum sic paulatim perficitur, non habet nomina distincta: & sic generationes distinguuntur non videntur, sed omnes æquales. At non sunt, si haberemus sententiam Platonis, qui res ex numeris in æqualibus componebat: tunc per nomina numerorum possemus distinguere, vt diceretur: nunc res generatur ad duo, nunc ad tria, nunc ad quatuor: sed hoc non est. Sic igitur comparabiles sunt alterationes, & generationes, & motus localibus comparantur: in vtrisque enim quantitas est.

Nota.

De comparatione augmentationis.

An comparatio tantum sit in specie vltima. QVAESTIO IIII.

VO in cōparatione aliqua necessariò conueniunt, & ea, quæ stat difficultas quæstionis. comparantur, ac conferuntur, quæ plura sunt: & id, in quo comparantur. Dubium autem nō est: ea, quæ conferuntur, posse esse diuersæ speciei, & generis, Lapis enim, & animal ali quod in albedine comparari possunt, cū diuersi sint generis. At difficultas est de eo, in quo cōparatio fit. Docet enim Aristoteles debere esse vnus speciei vltimæ, ita vt comparatio in specie a specialissima

In quo cessat difficultas quæstionis.

fiat. Aduersus quod sunt aliquot argu-
menta.

1. Argum.

Primum est. Ista comparatio est bona,
nigrior est coruus, quā sit albus cygnus,
& tamen albedo, & nigredo specie diffe-
runt: imò huiusmodi cōparationes sunt
frequētes: dicitur enim, melior est vnus,
quā alter sit malus. Et dicitur in Euan-
gelio: Filios huius seculi esse prudentio-
res in generatione sua, quā filij lucis
sunt prudentes in sua: & tamē diuersa est
vera; prudentia: non igitur comparatio
tantū in specie fit.

2. Argum.

Secundō. Hoc est commune axioma
Geometrarum, quod omnium linearum
ductarum ab vno puncto in aliud, breui-
sima est recta, & tamen constat, reliquas
esse arcuales. Aliter enim duci non pos-
sunt plures lineæ inter duos eadem pun-
cta: comparatur ergo linea recta curuis,
cum sit harum breuissima.

3. Argum.

Tertiū est argumentum contra id, quod
dicitur in genere latere multa, atque idē
non esse in eo comparationē sicut speci-
es, Puta, homo dicit vnā naturam com-
munem multis vnus definitionis, & v-
niuocā: ita etiam genus dicit suam natu-
ram vnus definitionis & vniuocā mul-
tis speciebus, vt animal naturā sensitiuam:
ergo sicut duo indiuidua cōparantur in
natura specifica; non obstante, quod si-
mul multa contineat. Ita etiam duæ speci-
es comparari poterunt in natura gene-
rica, quamuis ipsa multa cōtineat: ergo
non tantū est comparatio in specie.

4. Argum.

Quartō. Iste sunt comparationes re-
ctæ: homo est perfectius animal, quā leo:
substantia est perfectius ens, quā acci-
dens: & tamen vna est secundum genus,
altera secundum analogum.

5. Argum.

Quintō. Velocitas est accidens motus,
sicut albedo corporis: sed duo corpora
etiam differentia possunt in albedine cō-
parari: ergo & duo motus, puta rectus, &
circularis in velocitate: non enim maior
ratio vnus, quā alterius videtur esse.

Ad 1. No. du-
plicē esse cō-
parationem
simplicē, &
cōpositam.

Ad singula horum respondeamus: in
iporum enim solutione res poterit decla-
rari. Circa primum aduerte, esse duplicē
comparationem. Alteram simplicem, al-
teram cōpositam.

Simplex est, quæ secundum vnā for-
mam fit, quatenus magis, & minus, per-
fectē vel imperfectē, vel equaliter à mul-
tis participatur, sicut in albedine, calore,
grauitate, aut alio quouis aliqua confer-
ri accidit: quam aliqui comparationem
secundum proportionem vocant. Est e-
nim proportio habitudo vna duorū nu-
merorum inter se, vt habitudo quatuor,
ad duo, & sex ad tria; aut cuiusuis nume-
ri ad alterum secundum quam excedit,
aut exceditur ab ipso.

Composita est, quæ fit inter duas for-
mas, sicut in exemplis argumenti primi:
quæ quidem dicitur comparatio secun-
dum proportionalitatem. Est enim apud
Mathematicos proportionalitas habitu-
do duarum proportionum; vt dicimus,
ita se habet quatuor ad duo, sicut sex ad
tria: ita etiam fit cōparatio inter formas
diuersas.

Tamen si rectē aduertas, inuenies, quod
etiam hic comparatio fit virtualiter in
vna forma. Dicere enim, hoc est nigrius,
quā illud sit album, est dicere, hoc ni-
grum est intensius, quā illud album: & sic
in forma intensiōis comparatio est.

Dico igitur ad argumentū, quod Ari-
sto. loquitur de simplici, quia ipsa est po-
tissima: & quia composita ad ipsam redu-
citur. Sed an simplex fiat in specie, hoc in
solutione aliorum argumentorum exa-
minabitur.

Ad secundū respondet Auer. commē.
29. quod illa est impropria comparatio.
Non enim linea recta, sub forma rectæ cō-
paratur curuis, sed sub forma curuæ. Vt
sit sensus: illa recta est breuissima omniū
aliarum circularium, id est, si illa recta in-
curuetur, sicut aliæ, efficiet curuam alia-
rum breuissimam.

Dices tu, an maneat eadem linea, cum
ex recta fit curua.

Respon. quod manet secundum subie-
ctum, sed non secundum formam: sicut
cum album fit nigrum: subiectū manet,
sed nō albedo: ita manet quantitas lineæ,
sed recedit illa rectitudo: accedit curui-
tas eidem tamen quantitati. hæ enim qua-
litates sunt. Sed melius respondebitur ibi
comparationē esse in breuitate, & longi-
tudine.

Nota

Solutio
Argumenti

Ad 2. solm.
tio Auer.

Obiectio

Solutio

Alia solm.

quidine, quæ communis est lineis, vt li-
neæ sunt, quæ longitudo minima in vna
earum specie reperitur, scilicet in recta:
Nam ex recta curuam facere, esset curuas
curuis cōparare, non aut rectam curuis.

Ad 3. No. a-
diter Physi-
cum confi-
derare sua
vniuersalia,
aliter Logi-
cum, & Me-
taphysicū.

Ad tertium. Maximē aduertendū est,
quod Physicus aliter considerat sua vni-
uersalia, aliter logicus, & metaphysicus.
Hi enim essentias puras, & abstractas spe-
culantes, considerant naturas, non confi-
deratis, quæ extra essentias ipsarū sunt:
vnde considerant animal, vt dicit puram
naturam sensitiuam, & vnum quodq; v-
niuersale, vt præcisam dicit naturam. At
Physicus, cum non ita puras essentias spe-
culetur, nisi concretas cum sensibilibus,
non vititur tanta abstractione: sed solum
à singularib; abstrahit. Vnde animal phy-
sicē dicit ipsa indiuidua sensibilia, nō ta-
men determinatē hoc, aut illud.

Hinc infertur vnū: vt quod apud Lo-
gicum, seu Metaphysicum vnum fit, pu-
ta genus, quia abstractum consideratur;
apud Physicum multipliciter quando
habeat, quid concretē cōsideratur: quod
optimē notauit Alb. tract. 2. c. 2. & S. Th.
text. 26.

Ex hoc sequitur vterius; quod Logi-
cus, & Metaphysicus comparant aliquā-
do in genere, quia apud ipsos vna est na-
tura: at Physicus non, quia non specula-
tur genus sub illa abstracta vnitatem natu-
ræ, sed sub multiplicitate specierū, & in-
diuiduorum sensibilibium.

Obiectio

Dices, ergo etiam ipsa species erit mul-
tiplex.

Solutio

Respon. quod non sic multiplicatur
species per indiuidua, sicut genus per spe-
cies. Nam forma specifica vna est, & non
multiplicatur nisi per materiam: vn-
de propter ea sunt multi homines, non
quia multæ formæ, sed quia multæ ma-
teria; ita vt si vna esset vnus tantū corpo-
ris materia, vnus tantū homo esset: ob
hoc semper non ratione formæ specificæ,
quæ vna tantū esset, si vnum tantū esset
corpus, fit illa multiplicatio, sed ratione
matarum. At species se ipsis multipli-
catur, quia ex se diuersæ formæ sunt, ita,
vt vbi nulla est materia, sicut inter angu-
los, ibi diuersas species intelligimus, &

sunt: Genus ergo multitudinem specierū
dicens multiplicatē formæ continet: id-
eod; Philosophus nō in eo comparat, at
in specie comparationē facit: & sic solui-
tur argumentum.

Ad quartum patet solutio, partim, Nā
comparationes, quæ sunt in genere, vt
in vnica natura, sunt potius metaphysi-
cæ, quā physice. De his autem Aristot.
loquitur.

Aduerte autem, quod vniuersaliter Triplex est
loquendo: Comparatio, vt notat Albertus
tract. 2. c. 2. est triplex, & loquor de sim-
plici. Quædam, quæ fit in specie, & physi-
ca est, de qua Arist. hic loquitur. Altera,
quæ in genere fit, quam metaphysicam
possumus vocare, seu logicam, cū in for-
ma generica comparatio fit: & in hac fit
comparatio secundum magis, & minus,
aliquando secundum æquale. Dicitur e-
nim duo esse æqualiter colorata: aut v-
num magis, alterum minus, sicut in spe-
cie. Tertia comparatio est latē dicta, quæ
fit in analogo, quæ fit secundum, quod
vnum magis, aut minus accedit, vel rece-
dit ab vno primo, quod est in analogo, v.
g. angelus est perfectior homine, quia ma-
gis accedit Deo, quā homo; & homo,
quā brutum. Et in hac comparatione
non est æquale, quia non est æqualis ac-
cessus, aut recessus: & ista comparatione
conferimus species penes vnā, quæ no-
bilissima sit ipsius generis. & sic substan-
tia est perfectior accidente, cum magis ac-
cedat summo enti Deo: & per hæc solui-
tur argumentum.

Ad quintum dico, quod quamuis ve-
locitas non differat essentialiter in omni
mobili, & motu localiter recto, & cur-
uo: tamen quia non est idem modus
mensurandi vtriusq; velocitates, nec ead-
em regula, idē non fit comparatio, sic
ut fit in albedine: Aliter enim definimus
definitione ab effectu velocitatis circulari-
s, & recti motus.

Vt autem hoc intelligas, aduertendum
primō. Aliud est, motum esse breuiorem
aut longiorem: aliud autem esse veloci-
rem, & tardiorem, siue sit motus rectus,
siue circularis, siue quicunq; alius. Is bre-
uior est, qui citius suum terminum con-
sequitur.

Ad 5.

No. aliud est
motum esse
longiorem,
vel breui-
orē, aliud esse
velociorē,
& tardiore.


sequitur, siue sit tardus, siue velox. Vt si mouetur aliquid per milliari, alteru per decem milliaria: si id, quod per milliari mouetur, citius absoluit illud, tunc breuior dicitur, quamuis tardior sit: si verò non ita cito, longior dicitur. Ita similiter in motu circulari, cum duo equè cito circulum faciunt, dicuntur equè longi, aut breues, quamuis nò sit equalis velocitas. Vt si sint duo orbis, vnus altero maior: si tamen vno, eodemq; tempore suu motum compleant, equè breues circulationes faciunt, quamuis velocius moueatur qui maior est.

Nota.

Hanc autem breuitatem, seu longitudinem motus circularis vocant alij velocitatem circulationis: & dicunt, quòd possunt esse equè veloces circulationes, cum tamen sint nò equè veloces motus.

Quo cognoscatur velocitas motus circularis.

Cognoscitur aut, & mensuratur hæc velocitas circularis penes angulos descriptos, in centro. Vt si imaginemur vnum punctum in circumferentiavna, & aliud in alio alterius circuli, à quibus incipit motus: & imaginemur alia pucta ad que peruenit pars motus in eodem tempore: tunc describamus triangulum à primo puncto, & vltimo motus, vsq; ad centrũ.



si angulos equales facit in vno, & altero, circulares sunt equales: sin autem, non sunt. At de velocitate, seu tarditate motus, alia est ratio.

Uo cognoscatur velocitas motus vniformis.

Aduerte igitur secundò, quòd velocitas recti vniformis sic sumitur, Nempè, supposita equalitate temporis penes spacij proportionem: vt id sit velocius, quod equali tempore maius transit spacium: sin duplum, erit in duplo velocius. similiter in alia quavis proportionem. Potest

etiã sumi temporis variatione, non variato spacio, vt sit velocius, quod minori tempore equalis: aut vtroque variato, puta, quod minori tempore maius transit spacium: at equè velox eodem tempore equalis transit.

At velocitas circularis motus non sic definitur, nec mensuratur, sed penè, circulum descriptum à puncto maximè distanti à polis corporum illorum: vt illud velocius moueatur, quod maiore circulum eodem tempore præscribit. V. g. primum mobile, & octaua sphaera, quamuis simul ab oriente in occidès moueantur, tamen velocius mouetur primum mobile, quia circulus descriptus à primo maior est, puta æquinoctialis. Dico autem, quòd sit à puncto maximè distanti: nam si alios circulos sumas, sunt minores, quã octauo sphaera: sic igitur mensuratur velocitas duorum corporũ rotundorum.

Dices, nõne si formica moueatur per circulum, & vno tempore maiorem partem circuli transeat, & alio equali tempore minore, dicitur ille motus velocior. penes spacium, sicut in motu recto? ergo eadem est ratio vtriusq;.

Obiectio.

Respon. ita se habere motus per circulum inter se, cum idem est, & rectus inter se: at rectus cum circulari nullo modo, quia pars circuli ad circulum proportionem habet, sicut recta pars ad rectum spacium. At recta pars nullam habet proportionem cũ curuo; nec potest esse aliquota pars curuum recti, nec rectum curui: ob id non habent vnã mensuram velocitatis: ac propterea comparabiles non sunt: Et hoc est, quod docet Aristoteles, & hoc aduerte.

Solutio.

CAPVT V.

Quoniam autem mouens.

Tex. XXXV.



VM motus comparabiles esse ostēdisset, & qui essent cõparandi; nunc quomodo comparandi sunt, tractat; ac septem regulas proportionum motuum constituit, ante quas.

Septẽ regulas ad cognoscendam proportionem motuum. Suppositio.

re quas proponit, quod mouet, mouere aliquod mobile in aliquo tempore per aliquod spacium, vnde conueniunt in motu ista quatuor: Virtus motiua, quæ dicitur mouens: Resistentia, quæ mouetur, quæ dicitur mobile: Tempus, & Spacium, in quibus motiua virtus resistentiam mouet.

1. Regula.

Est igitur prima regula, si aliqua virtus mouet aliquam resistentiam per aliquod spacium in aliquo tempore: eadẽ virtus mouebit dimidiam resistentiam in eodem tempore per duplum spacium. V. g. si mouens potest portare quatuor pondera per vnum milliari vna hora; portabit etiam vna hora duo pondera per duo milliaria.

2. Regula.

Altera regula est. Si virtus aliqua in aliquo tempore mouet resistentiam aliquam per aliquod spacium, eadem aut equalis virtus mouebit dimidiam resistentiam in dimidio tempore per equalis spacium. V. g. si in vna hora mouens potest portare decem libras per milliari, in media hora portabit quinque per idem milliari.

Ratio.

Harum regularum dat rationem, quia sic (inquit) seruetur eadem proportio, puta, spacij ad tempus, & mobilis ad mouens.

Not. vnde proueniat motus, & eius proportio.

Pro quo aduerte, quòd motus prouenit ex excessu virtutis mouentis supra resistentiam mobilis. Nisi enim superet virtus, non erit motus. Vnde fit, quod quanto superat virtus resistentiam in motu, tantum debeat diminui de tempore vel addi spatio: quia velocius in minori tempore transit equalis, aut in eodem maius spacium. Cum igitur in prima regula virtus sit dupla, & tempus sit idem, debuit spacium duplicari: in secunda verò cum spacium sit idem, debuit tempus diminui ad subduplum: nam secundum vtranque regulam, virtus est dupla ad resistentiam.

Et si eadem potentia idem in hoc. Tex. XXXVI.

3. Regula.

Etiam regulam constituit, quæ satis nota est. Si aliqua virtus mouet aliquam resistentiam aliquo tempo-

re per aliquod spacium: eadem, aut equalis virtus mouebit eandem resistentiam in dimidio illius temporis, per dimidiũ spacium.

Est notanda litera horum textuũ, nã per A, virtus mouens, per B, mobile & resistentia, per C, spacium; per D, tempus intelligi debet.

Adiungit quartam regulam. Si A, mouens virtus mouet resistentiam B, per tempus D, in spacio C, dimidiũ virtutis mouebit dimidium resistentiæ, in eodem tempore, per equalis spacium: vocat autem virtutis dimidium E, resistentiæ verò dimidium F.

V. g. si mouens vt sex, mouet resistentiã vt quatuor, per milliari in hora: tunc mouens, vt tria mouebit pondus vt duo, per milliari idem, in eodem tempore.

Rationem assignat. Quia eadẽ est proportio virtutis, & resistentiæ, seu grauitatis totius ad totam: & dimidiæ ad dimidiam: resistentiã: erit ergo tempus equalis, similiter & spacium.

Et si ipsum E ipsum F, mouet.

Tex. XXXVII.

Quinta regula est negatiua, ex qua tamen sumetur affirmatiua. Regula est. Si virtus aliqua, puta, E mouet resistentiam F, in aliquo tempore D, per aliquod spacium: non est necessariũ quòd eadem virtus moueat duplam resistentiam in eodẽ tempore per dimidium spacium. Adde tu, nec quòd moueat in duplo tempore per idem spacium.

V. g. si mouens, vt sex, mouet resistentiã, vt quatuor per horam, & per milliari: non est necessarium, quòd eadem virtus vt sex, moueat resistentiam, vt octo, quæ dupla est ad priorem: nec per horã in dimidio milliari, nec per duas horas in eodem milliari.

Ratio huius est: quia à proportiõ minoris inæqualitatis non est actio, id est, nunquã equalis agit in equali, sed in inæquali. Vnde actio, & passio est, cum virtus & resistentia inæquales sunt: & vterius, id quod minus est, non agit per se in maius, sed maius in minus. Vnde minor virtus non potest mouere maiorem resistentiam.

Ratio.

Quantiam: quod si hæc regula valeret, utique maius ageret in maius, ut in ipso exemplo patet.

Nota.

Ex quo sumi potest, quod hæc regula valet: Cū dupla resistentia adhuc est minor, quam sit virtus, v.g. virtus, ut decem, mouet resistentiam, ut quatuor, per horam, & per milliarem: ergo virtus eadem ut decem mouebit resistentiam duplam, puta ut octo, in hora vna per dimidium milliarem: aut per idem milliarem duabus horis. Propterea Aristoteles non dixit, illam regulam non esse, sed non esse necessariam, quasi aliquando illud esset.

Si igitur ipsum A ipsum B mouebit.

Regula.

Regulam sextam ponit etiam negatiuam, ex qua iterum affirmatiuam sumemus. Regula est. Si virtus A, mouet resistentiam B, tempore D, per spacium C: non est necessarium, quod dimidium virtutis, puta E, moueat ipsum totum B, per dimidium spacium in toto tempore D: imò nec per vllam spacij partem, quæ sit in eadem proportione, & analogia, ad totum spacium: in qua pars virtutis E, est ad totam virtutem A: ac si dicat: tertia pars virtutis non mouebit idem mobile per tertiam partem spacij, sicut nec dimidia virtus per dimidium spacium, nec quarta per quartam spacij. Deniq; pars virtutis non mouebit totam resistentiam, nec quouis tempore, nec quouis parte spacij, propter idem inconueniens.

V.g. si mouens, ut sex, mouet resistentiam, ut quatuor per horam, & milliarem, virtus, ut tria non mouebit eandem resistentiam ut quatuor, nec per minimam partem spacij in quouis tempore: quia minus non mouet maius.

Ratio ab exemplo.

Ponit autem vnū inconueniens, quod sequeretur ex hoc, puta, quod vnus solus homo traheret nauim, V.g. si diuidatur virtus, & spacium sic. Centum homines trahant nauim per centum milliaria centum horis: si regula esset vera, centesima pars virtutis, puta vnus homo, traheret totam nauim eodem tempore per centesimam partem spacij, nempe, per millia-

re: quod est impossibile.

Ex hoc soluit sophisma Zenonis. Zeno enim dicebat, quod quælibet particula millij etiam minima faceret sonum in aere, quia totus modius granorū simul facit sonum. Hoc non valet: quia quouis cum toto modio faciat, id est, quia vincit resistentiam aeris: at per se non vincit.

Nota 1.

Vnde docet, quod pars in toto facit aliquid, quod separata nõ faceret: quia dū est in toto, vnum facit actu cum ipso, nec per se est, nisi in potentia. Idem dici potest de parte quouis alterius corporis.

Nota 2.

Hinc potest sumi regula affirmatiua, quod id verū habet. Quando pars virtutis adhuc vincit totam resistentiam, v.g. si mouens, ut decem, mouet resistentiam ut quatuor, per horam, & per milliarem: dimidiū virtutis, ut quinq; mouebit eandem resistentiam, ut quatuor, eodem tempore per dimidium, aut duplo tempore per idem milliarem. Idem de alijs partibus secundum quilibet proportionem.

Si verò duo, & vtrumque. Tex. XXXVIII.

Septima regula est. Si aliqua virtus mouet aliquā resistentiā, per aliquod tempus, & per aliquod spacium: & iterū cum alia æqualis virtus æquali tempore & spacio mouet æqualem resistentiam: tunc compositum ex duabus virtutibus mouebit compositum ex vtraque resistentia per idem spacium eodem tempore.

7. Regula.

V.g. Si virtus, ut tria, portat duo pondera per horam, & per milliarem: & altera similis virtus, ut tria, portat alia duo pondera æquali tempore, & spacio, tūc vtraque virtus, puta, ut sex, portabit vtranque resistentiam, ut quatuor, per vnum milliarem, & vna etiam hora.

Num igitur sic est in alteratione.

Varit, an ita sit in alijs motibus, puta, augmentacione, & alteratione. Sunt enim in eis etiam quatuor, quod alterat, seu quod auget: & quod alteratur, seu augetur: tempus etiā in quo sunt alteratio, & augmentatio: & loco

Regula fert eadem de alijs motib. Alterationis, & Augmentacionis. Nota.

spacij in augmento est ipsum, quantum maius, aut minus: in alteratione autem magis, & minus formæ. Constituitq; aliquot regulas ferè similes.

Prima est. Si aliquod alterans, vel augens mouet alterabile, aut augmentabile, in aliquo tempore, in duplo tempore duplum alterabit, aut auget: & hoc est, quod dicit (duplum in duplo.)

Secunda. Virtus dupla in æquali tempore alterabit, aut auget duplū: & hoc est, quod dicit. (aut duplum in duplo.)

Tertia est. Si virtus aliqua auget, aut alterat mobile in aliquo tempore: eadē virtus dimidium faciet in dimidio temporis: & hoc est, quod dicit, (dimidium in dimidio.)

Quarta est. Si virtus alterat, aut auget mobile in aliquo tempore secundū quantitatem, vel qualitatem aliquam, mediū virtutis mouebit secundum dimidium quantitatis, aut qualitatis in eodem tempore: & hoc est, quod dicit, (aut in dimidio dimidium.)

6. & 7.

Excludit etiam regulas duas negatiuas, sicut in motu locali. Si enim virtus dimidia sit, non mouebit, si fuerit minor, quam resistentia, tam in alteratione, quam in augmentacione, ut dictum est de pondera in motu locali.

An regula hæc vniuersaliter habeant verum. Questio. V.

Non est modica difficultas, quæ in examine harum regularum posita est: breuiter tamen attingam ea, per quæ ipsarum veritas appareat. Est autem in oppositum argumentum primum. Intelligentia mouet cælum tanto tempore: & tamen nõ potest sumi aliqua pars huius virtutis, quæ cæli partē moueat, eo, quod virtus ista indiuisibilis est, cū sit incorporea: ergo non habet locum in huiusmodi virtutibus regula.

7. argum.

Secundò. Sequeretur, quod id, quod non potest moueri per aliquod spacium, moueretur per ipsum. Patet. Sit homo, qui per centum milliaria nõ potest moueri, potest tamen per vnum, & ferre vnā librā. Est argumentum. Iste vnā librā

potest per vnū milliarem portare: ergo centesimam partem poterit per centū milliaria portare: quod est impossibile. Præterea. Non valet, quod si per stadium potest aliquis lapidem iacere, quod decimam illius partem possit per decem stadia iacere.

Tertio, contra primam regulam, secundum quam est verum: quod si virtus, ut octo, potest quatuor pondera portare per stadium: quod eadē virtus portabit duo per duo stadia eodē tempore: & sic erit motus in duplo velocior. Est contra hoc argumentum. Velocitas motus consistit in excessu virtutis supra resistentiam: ergo proportio velocitatis duorum motuum consistet in proportione excessuum: sed virtutis, ut octo, excessus supra quatuor est tantum quatuor: excessus autē supra duo est, ut sex: sed hi excessus sunt in sexqui altera proportione: ergo & vnus illorum motus non in duplo, sed in sexqui altero erit velocior altero.

Circa argumentum primum Auerroes Ad primam com. 3, dicit, has regulas habere locum tantum in virtutibus motiuis corporeis, nõ autem in incorporeis, eo quod in his non est proportio vnus ad alteram, quia sunt indiuisibiles: nec virtutis ad resistentiam, quia resistentia est in corpore: Ar indiuisibile non est in proportione ad diuisibile. Quod si queras ab Auerro, quare vna virtus velocius mouet, quam altera, & in tanta proportione velocius, cū nulla sit proportio inter ipsas virtutes incorporeas. Respondet, quod hoc est ex eo, quod vna virtus, & intelligentia est nobilior altera.

Reijcitur solutio Auerro. Contra Auerro.

Sed mihi non placet ista sententia. Primum. Quomodò vna est nobilior altera, nisi excedat illam in nobilitate. Quod si excedit, iā aliqua profectò diuisibilitas est, puta, illius, in quo excedit, & illius, in quo non.

Præterea. Vbi est motus, & determinatus motus, ibi est virtutis & resistentiæ aliqua proportio: at motus cæli ab intelligentia est determinatus, ut non possit esse velocior: ergo ibi est proportio inter mouens, & motum.

Præterea. Quia ibi est actio, & passio.

Solutio
authoris.
Not. dupli-
cem quanti-
tate motus,
& virtutis.

ergo & proportio agentis, & patientis.
Respondetur ergo, quod quantitas du-
plex est: Altera propria, quæ est molis, &
dicitur quantitas corporea, & dimensua,
quæ tantum rebus inest corporeis, & se-
cundum hanc sumitur proportio aliqua.
Est alia quantitas virtutis secundum quã
vnum est perfectius alio, tantò plus, mi-
nusue. Similiter vna qualitas alia est in-
tensior, & remissior: & secundum hanc
etiam proportio est. Dicimus enim calo-
rem vnum duplo intensiorem altero: &
huius generis quantitatem, diuisionem,
ac proportionem etiam in substantijs in-
diuisibilibus finitis inuenire possumus:
& secundum hanc etiam veritatem ha-
bet regulæ Arist.

Not. in quo
differat quã-
titas virtu-
tis, & perfe-
ctionis à
quantitate
intensionis.

Nota tamen, quod non sic vna intel-
ligentia, & substantia est perfectior alia,
sicut calor intensus perfectior est remisso.
Hi. n. calores sunt speciei vnus: at illæ
perfectionis nõ sunt tamen vnus gene-
ris: & ita habet gradus in genere, & pro-
portionem in genere, secundum quam
vna est perfectior substantia, quàm alte-
ra. Et sic soluitur argumentum primum.
Sunt enim tales virtutes indiuisibiles
mole, sed non vigore, & perfectione gra-
duali.

Ad secundũ

Ad secundũ, omisso aliorum respon-
sionibus, dico duo. Alterum est quod lo-
quitur Aristoteles de virtute motiua so-
la, & similiter de resistentia. Declaro, nõ
est idem mouens, & virtus motiua pura:
cũ enim equus mouet pondera, equus
nõ est virtus motiua pura: sed simul ha-
bet resistentiam. Nam corpus ipsius ei re-
sistit, & non solum pondus. Vnde fallacia
est existimare, sola pondera esse resi-
stentiam. Similiter cũ iacitur lapis, nõ
solum lapis est resistentia, sed aeris den-
sitas, & raritas, quæ motiua virtuti resi-
stunt. Vnde cũ lapis multum minuitur,
crefcit potius resistentia: nam minus ei
cedit aer.

Debet igitur per mobile intelligi totã
resistentiam, siue proueniat ex mouente,
siue ex medijs densitate, siue ex ipso pon-
dere: & per mouens oportet etiam intel-
ligere solam virtutem motiuam, non
mixtam cum resistentia: & per spatium

solam quantitatem absq; resistentia: &
procedunt regulæ Arist. nec argumentũ
quicquam facit contra ipsas.

Dico præterea alterum, quod adhuc
supponit Aristor. quod medium secun-
dum solam distantiam non resistit, nisi
ratione densitatis maioris, vel minoris:
hoc autem debet computari cum mobi-
li, & resistentia. Hoc autem factò, facile
est intelligere rationes, & regulas hæc.

Ad tertium.

Ad tertium argumentum petit diffi-
cultatem: in quo consistat proportio ve-
locitatis motuum, vt in causa. Quod est
dicere cũ cognoscatur, quanto vnus
motus sit altero velocior. Quatuor enim
modis possumus dubitare.

Dubium.
Vnde para-
tur propor-
tio in velo-
citate mo-
tuum.

Primo, an proportio velocitatis duo-
rum motuum sit eadem proportio, quæ
est inter virtutes motiuas. V. g. Mouet
virtus, vt octo, duo pondera: mouet vir-
tus, vt quatuor, duo etiã pondera: an mo-
tus prior sit duplo velocior, quia virtus,
vt octo, est dupla ad virtutẽ, vt quatuor.

Dico non sic esse sumendam propor-
tionem velocitatis motuum.

Primo non
sumitur pe-
nes propor-
tionem vir-
tutum mo-
tuarum.
Secundo nec
penes resi-
stentiam.

Secundo: an penes proportionem re-
sistentiarum. V. g. Virtus, vt octo vnum
mouet pondus: virtus, vt quatuor, mouet
duo pondera: an ille sit duplo velocior
motus, quia resistentia est dupla ad resi-
stentiam, puta duo ad vnum. Dico, nec
sic esse sumendam proportionem.

Tertio: an penes proportionem exce-
ssum supra resistentias. V. g. Virtus, vt o-
cto mouet vnum pondus: virtus, vt qua-
tuor, mouet etiam vnum pondus. Virtus,
vt octo, excedit suam resistentiam in se-
ptẽ: virtus, vt quatuor, excedit in tribus:
an ille motus sit velocior in tanta pro-
portione, in quãta sunt excessus: septem
enim ad tria est proportio dupla sexqui-
tertia: dico nec sic esse sumendam pro-
portionem.

Tertio nec
proportionem
excessus vir-
tutis supra
resistentiã.

Quarto verò modo sumitur penes
proportionalitatem virtutum ad suas resi-
stentias, quod est dicere, vt clarè explic-
mus. Datis duobus motibus, cõsidera in
qua proportione virtutes excedat: resi-
stentias suas: iterũ cõsidera, quæ propor-
tio sit inter illas duas proportiões: nam
in hac erit vnus motus altero velocior.

Quarto p-
portio in ve-
locitate mo-
tuum sumi-
tur penes
proportiona-
litatẽ por-
tionum vir-
tutum ad suas
resistentias.

V. g. Sit

V. g. Sit virtus, vt octo, mouens pon-
dera quatuor: sit etiam virtus, vt octo,
mouens pondera, vt duo: prior virtus est
in proportione dupla ad suam resisten-
tiam: posterior verò in quadrupla, puta,
octo ad duo. Quia ergo proportio qua-
drupla est dupla ad duplam, & iste mo-
tus erit duplo velocior. Hoc autem mo-

do infallibiliter inuenies proportionem
velocitatis motuum: si tamen cognosca-
tur, in qua proportiõ sit vna ad aliam:
& sic patet solutio argumenti. Nõ enim
illo modo, est sumenda proportio veloci-
tatis motuũ, penes proportionem
excessuum, sed modo, qui dictus est. Hæc
de libro septimo.

Finis libri Septimi.

IN OCTAVVM LI- BRVM PHYSICORVM.

CAPVT I.

Vtrum autem factus est aliquando motus.

Textus primus.

Institutum
Arist. in hoc
libro.



Questio quã
i. tractat A-
rist. An mo-
tus habue-
rit princi-
pium.

Motus est
ceu vita re-
zum.

In principio igitur quæstionẽ ipsam
proponit, quæ talis est. An motus princi-
pium habuerit ita, vt nõ esset vllus antè
motus, & finem similiter sit habiturus
ita, vt aliquando nullus sit futurus mo-
tus: an non sic, sed semper fuerit, & sem-
per futurus sit: nec sit generatus in to-
tum, nec corruptendus totus vnquam;
qui quidem motus sit velut vita immor-
talis rebus hisce naturalibus, & mundo
huic sensibili.

Attende, quod motum hunc dicit esse
veluti vitam, quia, vt notat Simplic. non
est prorsus vita: non enim omnia natu-
ralia viuunt, sed quæ motus actiuum ha-
bent principium intrinsecum, vt aliàs
diximus. Sed aliquo modo motus hic vi-

ta dicitur, quatenus intrinsecus est rebus
naturalibus.

Adde etiam, quod licet in particulari
non sit vita huic, vel illi rei naturali: ta-
men toti mudo in generali est veluti vi-
ta, quatenus in eo sunt; & quæ mouent,
& quæ mouentur. Non est tamen om-
nino vita, quia mundus totus non est vn-
um compositũ per se, vt animal quod-
dam: sed vnũ est ordinata aggregatiõne.

Circa hanc quæstionẽ Aristotelis du-
bium est, de quo motu procedat. Auerr. Dubium de
enim in Com. i. citat Auic. Alphara, & quo motu
hic quærat
Auempa. Arabes Hispanos dicentes, hic Arist.
Aristotelem non loqui de motu aliquo Sen tentia
vno, & continuo: sed in genere de mo- Auerr.
tu, ita, vt dubium sit, an motus semper
fuerit, & semper futurus sit, siue sit vnus,
& idem: siue alius, & alius motus, & mu-
tatio.

Auerroes verò hoc non recipit: sed
quod sermo sit de vno motu continuo,
qualis est primus cõlorum motus. Ratio
ipsum est: quia aliter rationes, quas indu-
cit Aristoteles, essent iam minuta; quia nõ
probant, quod sit motus sempiternus
continuus, nisi id esset in quæstione sup-
positum.

Dubium de
quo motu
hic quærat
Arist.

Ratio
Auer.

Ggg

At mihi

Reijetur et
tota Auer.
Sententia co
munis Simp
lii. D. Tho.
& Auicem.
1. Ratio.

At mihi non placet ista expositio. Vnde melior est sententia Arabum, quae quidem est communis, & Simplicii, expressa, & S. Thomae. Et ratio huic fauet. Primum, ex ipsa met quaestione, quae vniuersaliter proposita est de motu omnium naturalium. Secundo ex ipsa ratione, qua probatur pars negativa de pluribus motibus non de vno continuo: Tercio, quia inferius per hoc principium commune venit ad probandum in particulari vnum esse motum, primum sempiternum. Quarto, quia haec est methodus bona, vt ab vniuersalibus ad particularia progressus fiat.

Ad rationem
Auerro.

Nec ratio Auerrois quicquam valet; nam ea his rationibus non concluditur, esse motum continuu sempiternum: hoc enim alijs vijs inferius probatur.

Esse igitur motum omnes affirmant.

Primum in
quo omnes
naturales
conuenie
bant circa
quaestione
5. motum
esse.

Quaestione proposita, aliorum sententias circa ipsam proponit. Ac primo ponit id, in quo omnes conueniebant. postea, id, in quo erant discordes. Omnes ergo naturaliter loquentes in hoc concordantes erant; nempe motum esse. Quod duplici signo ostendit. Primum est: quia mundum faciunt, id est, de mundi constitutione loquuntur, sine in tempore, an non: quod quidem non petissent, nisi motum esse existimassent. Alterum est: quia tractant de generationibus, & corruptionibus, quae quidem sine motu, & alteratione praecedenti non sunt.

Nota.

Attende, quod dicit, hos philosophos naturaliter loqui: quia qui motum negant, vt diximus in libro primo, non sunt Physici, nec naturales: quia natura est motus principium. In hoc igitur naturales concordantes erant.

Nota.

In quibus verbis, vt notat Simplicius, respondet tacitae obiectioni, qua posset quis ipsum redarguere: quare de sempiternitate motus differat, & non primum statuas, motum esse: respondet, id ab omnibus concessum esse. sed mihi videtur, quod haec verba nulli obiecti di respondeant. In enim lib. 3. exclusa fuit obiectio talis. Postea vero proponit id, in quo Philosophi concordantes erant: at quamuis in motu non differant, varij tamen sunt in eius sempiternitate. Proponit autem tres sententias philosophorum. Prima fuit eorum, qui infinitos posuerunt mundos: quales fuerunt Democritus, Leucippus, Epicurus. Hi enim motum sempiternum ponunt: quod patet ex eo, quod non simul mundos ponebant, sed vnum generari ex alio, ita, vt sit perpetua series mundorum generationum: ex quo sequitur, quod motus sit sempiternus. Nam generatio non est sine motu, & alteratione aliqua.

des erant: at quamuis in motu non differant, varij tamen sunt in eius sempiternitate. Proponit autem tres sententias philosophorum. Prima fuit eorum, qui infinitos posuerunt mundos: quales fuerunt Democritus, Leucippus, Epicurus. Hi enim motum sempiternum ponunt: quod patet ex eo, quod non simul mundos ponebant, sed vnum generari ex alio, ita, vt sit perpetua series mundorum generationum: ex quo sequitur, quod motus sit sempiternus. Nam generatio non est sine motu, & alteratione aliqua.

Secunda opinio est eorum, qui vnum mundum ponebant. Et debes addere: & semper fuisse, & fore: nam haec litera manca videtur: & ita exponit Simplicius. & Theophrastus. Haec sententia est Aristoteli, qui vnum mundum & eundem sempiternum facit: Nonnulli etiam, vt Simplicius, Platoni quoque tribuunt: sed verius est in contrarium eum fuisse opinione, vt alii asserunt.

Tertia sententia est eorum, qui vnum mundum vnum, sed non semper fuisse posuerunt: quales Anaxagoras, & Empedocles: & hi duo secundum rationem de motu dixerunt, id est, quod dicebant de mundo, dicebant de motu. Qui enim sempiternum vnum mundum dicunt, pariter etiam motum ponunt sempiternum: qui vero mundum non sempiternum ponunt, pari etiam ratione motum non sempiternum ponunt.

Nota.

Notandum verò quod Empedocles dicitur posuisse de nouo mundum, quia quauis infinites generatum, & corruptum dixisset: tamen ponebat tempus, in quo non erat, puta, cum chaos durabat. At Democritus non ponebat nec instans, in quo non esset aliquis mundus.

Præterea: iste diuersos mundos dicebat substantia: Empedocles verò non nisi vnum. Haec igitur sunt tres opiniones circa motum aeternitatem.

Si igitur contingit aliquando nihil moueri. Tex. II.

Tertiam opinionem impugnaturus, dupliciter qua motum aliquando non esse contingere posse dicitur: distinguit dupliciter poterat: accidere.

Id, de quo Philosophi diffidebat. 1. Sententia infinitos fuisse mundos, & motum sempiternum.

2. vnum fuisse mundum, & illum aeternum.

3. vnum mundum, & non sempiternum.

Carmina Emped.

dum non esse & postea incepisse. Eius.

Accidere, motum aliquando non esse, sed incepisse. Vno modo, vt dixit Anaxagoras, nempe quod mundus factus fuit de nouo, tamen praecessit chaos tempore infinito quiescens, ex quo ipsa mens & Deus postea mundum, & motum fecit.

Altero modo, vt dixit Empedocles, quod motus incepit esse non sic, vt ante nullus fuerit: fuit enim alius, & alius motus: sed quod post longam quietem talis motus erat. Ponebat enim motum duplicem: & cum ex mundo per amicitiam fiebat chaos, & tunc ex multis fiebat vnum: & cum per litem ex chaos fiebat mundus, & ex vno multa fiebant, puta, corpora ipsa naturalia. At quietem ponebat in spacijs intermedijs, puta, dum erat chaos, & dum erat mundus.

Allegat autem quaedam ipsius carmina, quorum sensus hic est. Eatenus sit motus, quatenus ex multis vnum, vel ex vno multa fiunt, & mutantur: id est, ex chaos mundus, & ex mundo fit chaos: & sic res non habent firmitatem: at in hoc habent constantiam, & firmitatem, quod nunquam prorsus pereunt, sed secundum circulum inuariabilem redeunt.

Ex hoc colligit Aristoteli, quod ponebat quietem: nam dicere, (quatenus mutantur) denotatur, quod ex vno in aliud est mutatio: & ita ex quiete vni termini ad aliud mutatio est.

Dices: cur, qui motum de nouo factum ponunt, necesse est, aut cum Empedocle, aut cum Anaxagora dicere: nam datur aliud medium, puta, quod sic incepit motus, quod nec alius motus, nec quicquam nec chaos praefuit, sed sola efficiens causa, quod nos Christiani fatemur?

Respondeo, quod hoc omisit Aristoteli, supponens vnum ab antiquis concessum, quod ex nihilo nihil fit, sed ex aliqua materia: & propter hoc deceptus fuit, vt postea dicemus.

Considerandum igitur de hoc. Tex. III.

Quantum sit
vtilis cogitatio
huius
quaestio-

Propositis aliorum sententijs, dicit esse admodum vtile, hoc discutere: & hoc maxime est vtile ad duo. Alterum est, ad scientiam naturalem. Alterum est, ad scientiam naturalem. Alterum est, ad scientiam naturalem.

rum est: ad scientiam de primo principio, qui Deus est, quae scientia pars est Metaphysica.

nis & ad res
Physicas, &
Metaphysicas.

Dices: quomodo hoc est vtile ad philosophiam naturalem? Respondet Simplicius, quia data motus sempiternitate, Physicus colliget esse quoque quaedam entia naturalia sempiterna, puta, caelestia corpora, & quaedam alia corruptibilia. Est etiam hoc vtile ad cognitionem primi principij, quia motus est via maxime apta ad indagandam sempiternitatem ipsius primae causae. Si enim motus aeternus est, & ipsa causa erit sempiterna.

Incipiemus autem primum ex definitis. Tex. III.

Motus aeternitatem rationibus probare intendit. At pro prima praemittit vnum principium: puta, mobile secundum motum praecedit illi motum, quo mouetur: vt prius est, quod potest deambulare, quam sit deambulatio; prius combustibile, quam quod comburatur. Hoc autem principium dupliciter ostendit. Primum ex motus definitione, a qua probationis sumit exordium. Motus est actus mobilis, vt mobile est: ergo mobile debet existere ante actum ipsum, qui motus est. Vt enim actui praesupponatur potentia: ita motui, qui actus est, mobile praesupponitur, quod est in potentia.

Prima ratio pro aeternitate motus eius. Fundamentum mobile debet praexistere motui.

Secundo probat ex communi consensu, etiam seclusa motus definitione: vt patet per species motus, & mobilis. Oportet enim praecedere alterabile, vt sit alteratio: & mobile localiter, vt mouetur, & combustibile, vt comburatur: & sic de alijs. Mobile igitur semper motum praecedit.

Ergo & hoc necessarium est. Tex. V.

Ergo & hoc necessarium est. Tex. V.

Ex hoc principio facit argumentum. Datur ille motus primus, qui erit si incepit esse motus: tunc mobile debuit illum praecedere. Peto, vel mobile illud fuit factum per aliam mutationem, vel non, sed sempiterno praecessit, & postea motum fuit: non enim datur medium inter ista: sed neutrum dici potest, vt probabitur.

Vis rationis Aristot.

habitur: ergo motus nullus est primus, nec inceptus.

Si igitur factum est.

Tex. VI.

Mobile nō esse factum.

R Eprobat priorem partē argumenti: & probat, quod non sit factum mobile, si enim factum est, per aliquam mutationem factum est: hanc autem per principium debuit precedere mobile, & mutabile: quod si factum est, erit alia mutatio: & de hac erit idem processus: & præterea iam ille motus primus non erit primus, cum sit prior alia mutatio, & motus.

Si autem, quæ sunt, ante erant.

Tex. VII.

Mobile nō præcessit sine motu æterno tempore.

R Eprobat alteram partem, puta, quæ præcessit mobile æternū sine motu. Dicit, quod hoc irrationabile videtur etiam ijs, qui nihil didicerunt: id est, etiam ijs, qui solo intellectu vtuntur absque habitu scientiæ: quia (vt dicit Simplicius:) cum sit mobile æternum, et etiam mouens, non poterit assignari ratio, quare modo, & non ante mouerit.

Si ante motū fuit quies oportet assignare aliquam causam illius quietis: primò ex parte mobilis.

Uterius probat Aristot. dicens, quod (parū progressis) id est, qui iam aliquid didicerunt, ratio cōtra hoc apparebit, puta, existente mouente primo & mobili. Et si aliquando est quies, aliquando est motus: necesse est dare aliquam causam quietis, qua stante, non erit motus: ergo si ad motū postea transitus fit, præcedet alia mutatio, qua aufertur causa quietis: ergo ante primū motum præcessit alius: & iterum quæretur, quare ista mutatio modo est, & non ante: & sic erit semper processus infinitus. Quod autem aliqua debeat remoueri causa, vt sit motus, probat. Nā quies est priuatio motus: at priuatio non est, nisi aliqua ex causa motum impediante.

Secunda ex parte mouētis non potest incipere moueri, quæ non mouebatur nisi per mutationem.

Aliter enim mouēt singulariter Tex. VIII.

C Vm ostendisset, non esse motū aliquando post quietem, nisi præcedente mutatione, & hoc probasset ex parte mobilis: nūc id ostendit ex par-

te mouentis, vt notat Simpli. Et probat, quod tam in mouentibus, quæ ad vnum determinata sunt, vt ignis ad calefaciendum, & frigidum ad frigefaciendū, nunquam accidit contraria fieri sine ipsorū mutatione, quàm etiam in ipsis, quæ ad contraria determinantur, qualia sunt agentia per intellectum, & scientiā. Nam sicut frigidum non calefacit, nisi per sui mutationem, puta, quia recedit & abest, & sciens nō decipitur, nisi contrario modo se habeat, quàm secundum scientiam: impossibile est igitur, quod agēs aliquod quietem illam faciat, & postea motum, nisi mutetur, vt dicit Auer. saltem ex concupiscentia vna in aliam, qua vult mouere: non ergo erit ille motus primus.

Vndè facit argumentum generale in quocunq; mouēte: impossibile est, quod aliquid moueat, & aliquid moueatur, nisi sint sibi inuicem propinqua & proxima potentia: & si sic se habent, profecto fieri etiam non potest, quin sit motus.

Si igitur non semper mouebatur. Tex. IX.

E X principio posito in fine textus concludit argumentū. Si fuit illud mouens, & motum ab æterno vel sic erant, vt essent in potentia propinqua, vt vnum moueret, alterum moueretur vel nō, si sic, fuit motus æternus. Si verò nō; ergo præcessit alia mutatio, per quam vnum aut vtrunq; sibi inuicem essent propinqua sicut in reatiuis. Cum enim de nouo vnum sit duplum ad alterum, præcedit mutatio in vno, aut vtroque, vt sic se habeant; Ita in motiuo & mobili: quod si præcessit mutatio, iam non fuit ille motus primus: & præterea, quia idē peti potest de motiuo & mobili, secundum illam mutationem.

Ad hæc autem prius, & posterius. Tex. X.

A lteram facit rationē, qua motus sempiternitatem ostendit, qua sumitur à tempore: Ponit autem vnum principium, quod vbi est prius & posterius, ibi est tempus, & vbi tempus est, ibi motus est. Quia tempus, aut est motus, vt antiqui putabāt, aut numerus motus.

Ex hoc

Concluditur tota Ratio.

Ratio pro sempiternitate motus, à tempore.

Ex hoc fit argumentum. Tempus est æternum, nec inceptus, nec desinet: ergo & motus est æternus. Cōsequētia enim certissima est. Antecedēs verò dupliciter probat. Primò ex consensu omnium Philosophorum præter vnicum Platonem. Illi enim tempus dixerunt non incepisse, ob id Democritus dicebat impossibile esse, omnia fuisse facta, quia saltē tempus non potuit fieri. At Plato dixit, factum esse, quia dixit tempus simul esse cum cælo: & similiter dixit, cælum esse factum: cōsequitur ergo, quod tempus etiam sit factum. Aliqui volunt defendere Platonem interpretantes ipsum: sed parum refert nobis hoc: sequamur modò Aristot. qui sic ipsum exponit, quicquid eius optimè mentem nouisse credendus.

Tempus nō incepisse, probatur prima auctoritate.

Si igitur impossibile est esse.

Tex. XI.

Tempus nō incepisse probatur.

I Dem probat ratione. Quodlibet nunc temporis est simul principium, & finis: sed impossibile est, quod si incipit, aut desinet tempus, quod quodlibet sit principium, & finis: ergo tempus est æternum: quod si tempus est æternū, etiam erit motus. Minorem probat. Nam cum tempus nō existat nisi ratio ipsius nūc: si inciperet tempus, vt quod illud nūc, quod incipit, non esset finis, quia nō præcessit aliud tempus, cuius esset finis: sicut nec vltimum esset principium, si non sequetur tempus. Nō enim respectu eiusdem principium est, & finis: quod si verum est omnino nunc esse huiusmodi: profecto non incipit, nec desinet tempus.

Obiectio contra Arist.

Dubitabis: Nam videtur petere principium hæc ratio: debuit enim probari, quodlibet nūc esse principium & finem: posset enim hoc negari, & dicere, quod ita se habet nunc, vt punctum: in linea autem datur primum punctum, quod non sit finis, & vltimum, quod non sit principium.

Solutio Auer.

Respondet Auer. quod non est eadem ratio. Nam nunc non potest sumi nisi in motu, sicut nec tempus: Vndè sicut ante quodlibet mutatum esse, datur motus: ita ante quodlibet nunc sumptum in illo motu, datur tempus. Nam nunc respon-

det mutato esse: tempus autem motui, cuius & illud mutatum esse.

Reijcitur Solutio Auer.

Ista responsio non satisfacit: quia hoc non habetur, nisi quod ante quodlibet nunc sumptum in motu, est tempus, & motus. Hoc tamen non sufficit facere motum, & tempus æterna, nec incepisse. Nam quamuis motus, & tempus finita sunt, adhuc tamen ante quodlibet mutatum esse, est motus: & ante quodlibet nunc sumptum in mutato esse, est motus.

Solutio D. Thom.

Propterea melius soluit D. Thomas, quod nunc omne esse principium, & finē ex eo probatur, quod vbi est prius & posterius, ibi est tempus: si ergo datur primum nunc, quod non esset finis, tunc prius illo nihil esset: ergo esset tempus: nam qui dicit prius, dicit tempus. Similiter, si daretur vltimum post illud, seu posterius, nihil esset: igitur iam tempus: nā post, & posterius dicunt tempus: & sic non potest esse nunc, quod non sit principium, & finis, id est, quod non antecedat tempus, & quod non sequatur tempus.

Eadem autē est ratio & de eo.

Tex. XII.

Q Via in priori ratione solum ostendat, motum non incepisse, quia semper dabitur motus, & mutatio prior motu primo: nunc ostendit eadem ratione posse probari, motum non habere finem, quia dabitur mutatio posterior vltima.

Motū non habere finē.

Suppositio.

Et ponit principium aliud. Nam sicut motum est mobile, vt post dealbationem manet corpus: & post combustionem combustibile, id est, subiectum mutationis. Similiter in actione, post motionem manet motiuum, & post actionem manet actiuum.

Et ipsum autem corruptibile.

Tex. XIII.

F Acit argumentum modo. Si post vltimum motum manet ipsum mobile, & motiuum: cum ista corruptibilia sint, alia mutatione corruptentur.

Necitur ratio.

est ergo mutatio posterior ultima. Iterum post hanc mutationem manebit mutabile, & sic alia corruptione corrumpetur: ut sit infinitus processus. Nec reprobatur aliam partem, quod illud mobile sit incorruptibile, & duraturum sempiternum; quia esset tunc ponere motum. Nam cum mobile sit, & motuum; erit aliquando motus, sicut à principio. Ex his concluditur, quod motum dicere incepisse, & definiturum, est simile figmento, id est, est dictum, & non ratione probatum.

CAPVT II.

Similiter autem, & dicere.

Tex. XIII.

Contra Empedoclem.



Conuenit se contra Empedoclem, dicens, esse etiam figmentum, quod dicit Empedocles, nempe, quod sit ista quies, & motus per litem, & amicitiam; quia sic res apta est fieri: Et hoc non probat, sed sumit tanquam principium. Si enim petens: quare modò est quies, & non lis, vel econtra? Dicebat, quia sic est natura rei: nec amplius causam reddebat. Hoc autem dicit Aristot. esse figmentum, & absque ratione assertum.

Fortassis autem & vnum principium. Tex. XV.

Contra Anaxagoram.

Postquam refutauit Empedoclem, modò refutat Anaxagoram: & dicit: quod fortasse isti, qui vnum principium ponunt, & Anaxagoras, eadem ratione vtuntur, puta, quod chaos fuit ab aeterno, sed motus tempore factus est; non alia ratione, nisi quia talis est natura rei, ut sic fiat. Hoc rejicit Aristot. duplici ratione. Prior est. Natura est causa ordinis, & rationis, ac proportionis: at quod chaos aeternè quiescat, & post moueatur, nullus est ordo, nulla proportio: ergo impossibile est, quod tale sit natura rei. Maior est certa ipsa experientia, quae naturam ordinatè in suis operibus omnibus procedere ostendit: ut patet in caelorum curibus, in elementorum dispositionibus, in anima

lium caeterorum generationibus. Minor probatur: Quia infiniti ad finitum nulla est proportio, & ob id nec ordo.

Vbi Auerroes fatetur auctores suae legis Sarracenos melius dicere, quam Anaxagoram: quia non in rei naturam, sed in diuinam referunt voluntatem, quod mundus incepit esse in tempore, qui operatur, ut vult: sed hoc examinabitur voluntatem posterius.

Posterior ratio est. Opera naturae, aut semper eueniunt, aut si aliquando deficient, id fit ob aliquam causam, ut notum est. Diximus enim, quod effectus naturae, aut sunt semper, aut frequenter: At quod motus tempore incepit post infinitum tractum, non est huiusmodi: ergo non est opus naturae: non ergo causa huius naturae tribui potest.

Quare melius est, ut Empedocles.

Empedoclem comparat Anaxagoram in hoc, dicitque melius dixisse Anaxagoram ipsum Empedoclem. Hic enim ab aeterno posuit mundum modò quiescisse, & modò esse motum: & sic tali variatione, semper se habuisse, in quo ordo quidam est, puta, quod tempore aequali sit motus, alio vero aequali quies: & sic semper: At etiam in hoc reprehendit ipsum vnica ratione. Philosophus non debet quicquam asserere, quod non demonstratione, aut saltem inductione ostendat: At Empedocles illius, quod dicit, nec causam, nec inductionem aliquam adfert: ergo reprehensione dignus est, nec ut philosophus procedit.

Minorem probat: Quia vtitur lite, & amicitia pro causis: haec autem non sufficiunt. Nam litis, & amicitiae est congregare, & disgregare. Et hoc quidem inductione potest ostendi. Nam homines amicitia congregantur, lite separantur: & ita in mundo. At quod tanto tempore sit congregatio, tanto disgregatio, hoc non inductione colligitur, nec huius causa sufficiens est lis, & amicitia. Oportebat ergo causam huius assignare, quod non fecit Empedocles.

Omnis

Omninò autem existimare.

Excluditur solut quae adferri possent.

Excludit responsionem. Posset quis dicere: Eorum, quae semper sunt, non esse assignandam causam. Imò ita fecit Democritus, qui causas eorum, quae aliquando sunt, dedit: eorum vero, quae semper sunt, noluit dare. Ad hoc respondet, quod non bene fecit. Nam quamuis aliqua causam non habent eorum, quae semper sunt, ut prima principia, siue incomplexa, ut Deus, siue complexa, ut propositiones immediatae: tamen multae sunt semper, & perpetuae, quae tamen causam habent: ut triangulum habere tres angulos aequales duobus rectis semper est: at causam habet, & huiusmodi multa. Debuit igitur assignari illius, quamuis perpetui causa, quod non est factum ab ipso Empedocle.

Vide 2. de generatione animalium, cap. 4.

Contraria autem his non difficile. Tex. XVI.

Solut Arist. rationes, quibus probari potest motum incepisse.

Triplici via, ut notat Simplicius, stabilitur aliquod problema. Prima est, adducere demonstrationes proprio ipso. Altera est aliorum sententiam reprehendere, & insufficietiae arguere.

Tertia est ipsorum soluere rationes. Cum autem Aristot. circa motum aeternitatem duo priora praestitisset: nunc tertium exequitur. Actus rationes, quibus motum incepisse poterat probari, soluit prius tamen ipsas proponit: quarum prima est. Omnis mutatio est à contrario in contrarium: at nulla mutatio, quae à contrario in contrarium fit, infinita esse potest, cum contraria finitè inter se distent: ergo non potest esse mutatio infinita, & sic nec aeterna.

Amplius videmus.

Tex. XVII.

Ratio.

Secunda ratio est experientia. Aliquid de nouo mouetur, cum tamen de nouo sit motus in illo, & non antè fuerit: ut cum lapis, aut ignis mouetur: ergo potest etiam vniuersum de nouo moueri, nullo in eo praecedente motu: non ergo, si motus incepit, statim dabitur motus prior primò. Quod si non potest de nouo

uo incipere motus in aliquo: sequitur, quod quae mouentur, semper mouentur: & quae quiescunt, semper quiescunt: quod non est.

Multò autem magis, quod tale est.

Via responsio in promptu erat ad argumentum secundum, puta, quod quamuis aliqua inanimata de nouo moueantur, non tamen motus absolute incepit esse: quia non mouetur, nisi aliquo extrinseco motu, cuius motus praecessit, quod in vniuerso dici non potest. Ob id facit tertiam rationem magis apparentem in animalibus. Animalia enim mouentur à se, cum ante quiescerent, & non moto aliquo extrinseco: unde non fuit alius motus praecedens in alio: ergo ita erit in toto mundo, quod mouebitur à se post quietem non praecedente alio motu. Quod enim in mundo paruo, puta animali, accidit: hoc etià accidet in mundo magno, puta, ipso vniuerso. Haec sunt rationes contra motum aeternitatem. Ad dicit, quod si mundus totus potest à se moueri, etiam infinitum: si tamen infinitum moueri potest.

Horum igitur id, quod primò dictum est.

Tex. XVIII.

Incipit soluere rationes: & ad primam respondet primò. Et notat bene Simplicii, quod potest respondere facile concedendo, quod quamuis vna mutatio non possit esse infinita, tamen in genere possunt esse motus infiniti, vnus post aliū: hoc enim in praesenti sufficebat. Tamen non dat hanc solutionem, sed respondet, quod etià potest vnus motus continuus esse infinitus. Ob id dicit ad argumentum: quod bene in hoc dicit, quod vnus motus à contrario in contrarium non est infinitus, quamuis fortasse possit esse vnus in finitum hoc modo: si ab albo in nigrum, & iterum à nigro in album, & horum fiat perpetuus regressus in vnico subiecto; sicut cum chorda percutitur, tunc mouetur sursum, & deorsum, vel dextrum, & sinistrum multiplicando motus: quod sic hic

Hic est vnus motus: illud non est absolu-
tè vnum. Tamen si isti sunt plures mo-
tus, nec sufficit vnum subiectum, tunc be-
nè procedit argumentum. Hoc tamen in
præsenti non determinat, sed dicit, quod
fat nobis sit, quòd est aliquis motus æter-
nus, puta, circularis, quia non sit inter
contraria, vt dicitur postea: Et ita fal-
sum est, omnem absolutè motum esse
inter contraria. De motu chordæ, & an
motus reflexi continui sint, postea disse-
remus.

Moueri autem id, quod non
mouetur. Tex. XIX.

Solutur 2. **R**espondet ad secundū, & dicit, Quod
nihil prohibet in particulari moue-
ri, quod antè nō mouebatur; tamē
hoc fit, quia aliud extrinsecum prius mo-
uetur, vt dictum est.

Dubium. At dubium est, quare cū sit causa mō-
tūa semper, sit, vt aliquando mouean-
tur res, & aliquando non. Respondet, q
hæc quæstio est eadem cum alia, puta,
quare quæ mouentur, non semper mo-
uentur, quæ quiescunt, non semper qui-
escunt: quæ tractanda est in capite sequē-
ti. Sat sit modo argumento proposito sa-
tis fecisse, puta, quòd præcessit motus in
alio.

Maximè autem videbitur.
Tex. XX.

Solutur 3. **S**oluit tertiam rationem, in qua ma-
gis apparere difficultatem docet eò,
quòd nullus videatur motus exteri-
or, qui animalium motus sit causa. Do-
cet tamen, quòd verè est motus exterior,
nam animalia mouentur eò, quòd à con-
tinente moueantur: Continens autem,
quod est aer, vel cælum, vt exteriora ista,
mouēt ea, quæ in animali sunt, puta, cor-
pus, appetitum, aut phantasiam; quibus
moris, animal mouet se: & ita re vera est.
Si enim animal ambulat, prius appetitū
alicuius exterioris est motum: imò intra
ipsum sunt mutationes neruorum & a-
liorum, quæ non apparent: vnde non est
ille motus primus, cum mouetur exte-
rius localiter.

Et ponit exemplum de dormiente;

qui aliquando à se videtur vigilare: &
non ita est, nisi alio motu interius facto,
puta, quòd calor naturalis cōsumpsit va-
pores occludentes meatus neruorum, &
impedientes motum spirituum in cere-
bro.

Dicit quis: ergo iam animalia non
sunt principia actiua cuiusq; motus, cū
ab extrinsecò moueantur. Respondet A-
ristoteles, verum id esse, animalia enim
augmenti & localis motus habent acti-
uum principium; non tamen aliorum
omnium: imò ab istis rebus exterioribus
patiuntur: calefiunt enim & frigescunt,
alimentum, cibum, & alia recipiunt: si-
militer rebus exterioribus species & co-
gnitionem capiunt.

Vnde patet, quòd cum animal se mo-
uet, licet non appareat extrinsecus mo-
tor, tamen re vera est præcedens alius, &
alij motus; antequam animal seipsum se-
cundum locum moueat; & antequam se
ipsum nutriat, & augeat.

An mundus cum motu, & tempore hæ-
uerint initium.

QVÆSTIO I.

Quamuis ista difficultas nulla
sit apud nos Christianos, qui si
de certa, & quæ decipere nō po-
test, teneamus, omnia facta à
Deo in tempore, solumque ipsum esse æ-
ternum; tamen quia Aristoteles, & ali-
qui alij Philosophi errantes in hoc, diuer-
sa senserunt, & à veritate manibus argu-
mentis depulsi sunt; oportebit hoc con-
tra ipsos discutere, & ipsorum rationes
fallaces ostendere. Nulla enim ratio, quæ
contra fidem nostram adducitur, vera
esse potest, quia verò veritas non repu-
gnat. Quamuis & res fidei supra natura-
lem ordinem sint, non tamen sunt cōtra
ipsum: & hoc quidem ostendemus nos
in difficultate præsentis, Dei auxilio: quod
quidem facere præcipit sacrum Conciliū
Lateranense tertium, Sessione octaua, sub
Leone x.

Aduerte igitur imprimis: quod Ethni-
ci Philosophi circa præsens dubium in
quatuor conueniebant cum his, quæ mo-
do nō secundum fidem fatemur. Primum
est:

Dubium de
animalib. an
sint princi-
pia actiua
sui motus.

Occasio que-
stionis.

Nota.

Nota.

Ethnici Phi-
losophi in
quatuor co-
ueniebant
nobiscum.

Aliquod est: Aliquid præcessisse, & fuisse ab æter-
no, quicquid illud sit: & hoc euidentè
probat. Nam si nihil esset, prorsus ali-
quando, impossibile profecto esset, ali-
quid postea esse. Nihil enim non facit,
nec facere potest aliquid; nec idem se i-
psum.

Secundò conueniunt: Causam effici-
entem fuisse ab æterno. Non dico vnam
aut plures, sed absolutè, siue vna, & eadem
sit, siue alia & alia. Et hoc irrefragabili-
ter cōuincitur, vt egregiè docet S. Tho-
mas. Si enim motus ab æterno ponatur, si-
ue non. Si enim motus est æternus, & de-
bet motor ab æterno præexistere: Si au-
tem motus incepit, non vtiq; incepit
fieri, nisi causa præexistere effectiua ante
tempus, & motum: imò profectò meli-
us probatur æternitas & potestas effici-
entis, si mundus incepisse ponatur, quàm
si non incepit, vt alibi ostendemus.

Tertiò conueniunt: Non omnia, quæ
facta sunt, esse in æternum destruenda.
Dicunt enim duraturum mundum sem-
per æterno. Et in hoc partim nobiscum con-
sentiant. Dicimus enim nos; mundum
duraturum in perpetuum, licet non cum
motibus, & generationibus horum, sed
secundum partes principales, nempe cæ-
los & elementa. Similiter homines resur-
recturos, & in perpetuum duraturos.

Quartò: Mundum esse genitum om-
nes antiqui Philosophi ante ipsum Arist-
otelem posuerunt, vt Anaxagoras, Democritus,
Aristoteles, Melissus, Plato cum cate-
tris; sed ipse Aristoteles omnium primus inge-
nitum, & æternum fecit: vt de se ipsemet
ait: de cælo, text. 10. Imò verò ab ipso-
met Deo mundum fuisse factum asseruit
Plato in Timæo vna cum tempore, & du-
raturum perpetuò; sicut & nos: & an-
te illum quoque Anaxagoras, factum ef-
se à mente dixit, & infinito antè tempo-
re mentem, antecessisse, & postea mun-
dum fecisse, quàm Deum haud dubiè ef-
se intelligebat.

At in quinto differentia est non solū
nobiscum, sed inter se. Nam plerique co-
rum dicunt, non solū principium esse
liquod æter æternum, puta, efficiens: sed etiam aliud
num præter ipsum. Anaxagoras enim chaos,

& materiam æternam ponit, ex qua pro-
ducatur mundus: Alij æternos ponunt
atomos, ex quibus generetur, vt Demo-
critus. Alij, vnum elementum. Alij plu-
ra elementa, vt Empedocles, &c. Aliqui
etiam non vnum, sed plures & infini-
tos, aiunt, genitos mundos, vnum post
alterum, vt idem Democritus. Aristote-
les autem (vt diximus) omnium primus,
& qui illum sequuntur, mundum inge-
nitum, & ab æterno, ponit. Sic ergo in-
ter se differunt. At nostra fides soli Deo
æternitatem concedit: omnia facta cum
tempore docet.

Radix erro-
rū Philoso-
phorū, alia
fuit: quia nihil ex nihilo fieri posse puta-
bant, etiam à prima causa; sed ex aliqua
aut materiam æternam, ex qua mundus
in tempore fieri posset; constituebant: se ex nihilo
& ita fatentur Auerro. Commen. 4. vbi sed ex ali-
quâ materia
id ostendit, quod ex nihilo nihil fit: & qua materia
dicit, vulgus existimare, quod aliquid
potest ex nihilo fieri: quia decipitur in
duobus. Alterum est, quod putat vulgus
nihil esse, quod non videt. Et quia ali-
quando experitur fieri aliquid visibile
ex eo, quod non videt; putat ex nihilo
fieri: quod tamen falsum est.

Alterum est: quia putat esse potentie
imperfecte agere aliquid ex materia: cū-
que Deus sit perfectissimus, non debet a-
gere ex materia, sed ex nihilo. Et decipi-
tur, (inquit,) vulgus: quia agere ex mate-
ria, non est propter imperfectionem a-
gentis, sed propter naturā motus, & mu-
tationis, quæ necessariò requirit subie-
ctum.

Sed profectò magis decipitur Auerro. Nota cōtra
Auerro.
Nam quamuis ex natura motus sit agere
ex subiecto, tamen imperfectio est per
motum, & mutationem agere. Et perfe-
ctius est in actione, à nullo alio extra se
pendere. Et potius ipse cum alijs Philoso-
phis idè sic existimarent, quòd viderēt
homines, & artifices non nisi ex aliqua
materia aliquid facere, & ex nihilo nil
posse facere: & ita de DEO idem stultè
putarunt, præterquam, quòd ex nihilo,
tanquam ex causa efficiente, verum est,

H h h
nil

nil posse fieri a existente causa efficiente, non sicut simpliciter ex nihilo, scilicet, sed ex aliquo, a Deo, quamuis non ex aliquo, tanquam ex materia. Denique ista fuit radix erroris omnium illorum Philosophorum Ethnicorum, alia ponentium aeterna.

Quaeritur et quot sint facienda in hac questione. At ut omnia ista explanentur, faciemus quatuor. Primum oportet rationes Philosophorum, praesertim Arist. & sequacium proponere pro suo errore. Secundum: aperire, quid fides dicat, & Aristotelem, ac alios male sentientes Philosophos redarguere. Tertium: ad questionem respondere. Quartum ipsorum soluere rationes fallaces.

Prima pars questionis Arist. & aliorum male sentientium, rationes proponuntur. Hae autem sunt fortissima argumenta ipsorum pro mundi aeternitate, quae partim ex Procul, partim ex Auerro col legimus, omiſſis alijs multis, quia haec praecipua sunt.

Primum. Si Deus fuit ab aeterno, & mundum non produxit, id petitur statim: Aut potuit, & voluit: aut nec potuit, nec voluit: aut voluit, sed non potuit: aut potuit, sed non voluit. Si primum detur: perfectio mundus fuit ab aeterno. Si vero alterum, quod nec potuit, tunc nec voluit, sequitur, quod nec postea vellet, nec posset, & esset imperfectus, & perfectior postea. Si tertium, quod voluit, sed non potuit, pariter esset id, imperfectio, quae repugnat primo principio. Si quartum, potuit, sed non voluit, fuit inuidus: quia cum posset bonum communicare, noluit id facere. Cum igitur nihil ex his dici possit: sequitur, quod mundus aeternus fuit.

Secundum. Causa in actu, simul est cum effectu in actu: sed Deus ab aeterno fuit causa in actu: ergo debuit esse effectus in actu, puta, mundus. Quod si neges minorem: sequitur, quod Deus sit in potentia causa, & potentia opifex: ergo factus est in actu ab aliqua causa in actu, quia omne potentia tale, fit actu ab eo, quod est tale actu: & sic est mutabilis. Et ulterius quaeretur idem de illa alia causa, & dabitur processus in infinitum, nisi perveniat ad aliquam actum ab aeterno, quae posita, & mundus erit aeternus.

Tertium. Deus est exemplar huius mundi, qui ad ipsius est productus similitudinem: sed exemplar est aeternum: ergo & ipsum exemplatum: sunt enim correlatiua simul.

Quartum. Omne id, quod producit effectum modo, & non ante, aliam habuit proportionem modo ad effectum, quam non habuit ante. Si ergo Deus de nouo produxit mundum: ergo de nouo habuit aliam proportionem, quam ante non habuit: ergo est mutatus: quod si non secundum locum, saltem secundum concupiscentiam, & voluntatem, quam de nouo habuit producendi mundum.

Quintum. Perfectiori modo se habet causa cum est actu, quam cum est potentia: sed Deus est perfectissima causa ab aeterno: ergo ab aeterno fuit actu, & operans: ergo & ipse mundus ab aeterno fuit.

Sextum. Si mundus incepit, pariter etiam tempus: sed hoc non potuit habere initium: ergo nec ipse mundus. Minor probatur: Incepit tempus: ergo dabitur primum Nunc, ante quod non fuit tempus. Tunc si cuilibet Nunc correspondet mutatum esse in motu (non enim tempus est extramotum) ergo illi primo Nunc, responderet mutatum esse in aliquo motu. At ante quodlibet mutatum esse est motus: ergo etiam ante illud Nunc erit tempus, quod sit in illo motu. Et sic nunquam dabitur primum Nunc, ante quod non sit tempus: non igitur principium habere potest.

Septimum. Si incepit tempus: ergo aliquando non fuit. Desinet: ergo aliquando non erit. At, Aliquando, dicit tempus, & durationem, ergo erit tempus, cum non erit, & fuit tempus, cum non fuit: quod est impossibile.

Octavum. Si incepit esse mundus, aliqua mutatio incepit: at omnis mutatio subiectum necessario supponit: ergo antequam mundus esset factus, fuit subiectum: non ergo ex nihilo factus est. Nec potuit fieri quia omnis mutatio fieri non potest, sine subiecto: ergo si mundus esset generatus, utique destrui posset. Sed mundus est incorruptibilis: ergo fuit ingenerabilis. Minor probatur. Si mundus corrumpi posset,

set, maxime ab eo, qui fecit eum: sed ab hoc non potest: ergo a nullo. Probatur minor. Si a Deo corrumpi potest, & id est possibile, potest auri inesse: tunc vel mundus erat perfectus, vel non. Si non: ergo nec causa fuit perfecta, quod absolutum est. Si autem perfectus fuit: ergo a Deo dissolui non potest, quia pravi hominis est, & vitium, perfecta destrueret: At Deus nullam potest committere prauitatem, & sic nec mundum destrueret. Haec sunt argumenta, quibus maxime innixi sunt Arist. cum sequacibus ad mundi aeternitatem sibi persuadendam; non solum contra fidem militant, sed etiam contra omnes antiquos Philosophos mundum generantes.

Pars questionis, quae fides sentiat. Primum. Circa secundum aduerte, quod Christiani in hac parte quatuor tenemus. Primum est: Deum esse liberam causam, ita, ut producat, & etiam possit non producere mundum, & effectus omnes, quia in re quid senserit Arist. inferius ostendemus. Aliqui certe veteres, liberum esse, ut Plato; alii qui, ut Anaxagoras, & Empedocles, ipsum esse causam necessariam videbantur asserere, quia (ut diximus in textu) causam, quare modo esset mundus, & non ante, in naturam rei referebant, & non in Dei liberam voluntatem; quamuis de Anaxag. non ita sit certum, cum Arist. fortasse ait, Anaxagoram eandem rationem redditurum, quam Emped.

Secundum: Fatemur nos, quod ex nihilo produxit omnia, & mundum totum in tempore, ita, ut si vellet, posset ante, producere, & post, & non producere, prout ipsius voluntati diuinae, & liberrime placuisset. At Aristot. dicit productum aeternum mundum, ita, ut aliter fieri non posset. Anaxagoras, tunc fuisse in tempore productum, ut non ante, nec post posset.

Tertium. Fatemur, quamuis gloriosus Deus in tempore produxit mundum, non tamen est mutatus in voluntate; quia ab aeterno voluit mundum producere tunc, cum illum produxit: sicut qui potest coenare modo, & vult coenare post tres horas, non ergo voluntas Dei mutata est, & innotata, sed ex voluntate aeterna, & li-

bera processit opus nouum, & in tempore: & hoc non potuerunt Philosophi intelligere, ut notat B. Augustinus libro 11. Ciui. cap. 4. Quomodo, si de nouo mundus est productus: non fuit mutata Dei voluntas?

Quartum. Fatemur, quod ista mundi productio est sine mutatione. Creatio enim non est mutatio: nam si mutatio esset, utique esset aliquid praecedens subiectum. At nullum est, quia totus est factus mundus ex nihilo: ob id simplex productio est, nulla mutatione existente ipsius producti, aut producentis. Nisi placet ipsum productum esse, quod simul incipit cum re, instantanea dicere mutationem rei; quia sit primo res cum antea non fuerit, sicut etiam, formae sunt, cum antea non sint, ut sit transitus de non esse ad esse; alia vero mutationes sint transitus ab vno esse ad aliud: sed nos inferius dicemus de hac re.

Sed iam, ut promissimus, secundo loco, Redarguam ipsum Arist. redarguamus in suis dictis, & alios suos sequaces. Nam si causam necessariam, ut alii volunt, ponit Deum: simul etiam mundum aeternum. Et non esse ex nihilo productionem, sed cum subiecto aliquo; multa sequuntur, quae implent in ipsius doctrina. Primum. Ipse docet, numerum non posse esse infinitum, quia numerari non potest infinitum. Praeterea. Docet, infinitum actu esse inconsummabile. Praeterea. Infinitum non habere proportionem, nec dici maius, aut minus altero: Sed haec omnia destruentur, si mundus ab aeterno ponitur. Primum enim numerus datur infinitus: nam dies infiniti, & homines, & equi transacti sunt. Quod si dicatur: non sunt ista simul. Perfecto ista euasio nullius est momenti. Nam cum numerus ut numerus est, non dicat, nisi solam partium multiplicatam, & ordinem: quod illae partes existant, vel non; impertinens est ad numeri rationem, & naturam.

Et probatur. Quod illae non sint simul, Vel est repugnantia propter numeri rationem: & hoc non, quia (ut dixi,) ratio numeri in multitudine consistit. Vel quia illorum omnium quantitates non possunt

Prima implicatio.

simul consistere: Et iam hoc nihil est: quia id non est ex parte numeri, sed ab extrinseco. Cum autem ipsum numerum, ut numerum, esse infinitum non posse doceat, incidit in laqueum, dum aeternum mundum ponit. Præterea, quia tunc etiam sequerentur eadem inconuenientia, quæ ipse, & alij inferunt contra infinitum. Nam numerus hominum, & Leonum, maior esset, quam hominum tantum: haberet ergo proportionem infinitum ad finitum. Et ulterius, si tempus infinitum est transactum: ergo infinitum actu transactum est. Similiter de hominibus, & alijs omnibus, quæ cum infinita sint, at vnum post aliud transactum est.

Est secunda implicatio notanda. Deus, vel cognoscit omnes hos effectus in individuo, vel non. Si dicas, quod non, profectio est argumentum, vel quia noluit, vel quia non potuit. Si dicas, quia non potuit, quis hoc credet, quod Deus, qui causa est hominum, non possit vnum hominem distincte cognoscere, quod est concessum alteri homini? Et præterea: quia si voluit orbem, quomodo potest esse, quod non possit cognoscere singulas circulationes.

Quod si potuit cognoscere, vel cognouit, (quia parum refert si de potentia, vel actu loquamur,) tunc peto, vel simul omnia cognouit, & potest cognoscere; vel successiue modo hæc, modo illa. Si successiue, iam Deus mutabilis est secundum suam scientiam, & de nouo potest cognitionem acquirere: & ita fateberis, quod cognoscit has circulationes, & postea obliuiscitur harum, & alias cognoscit.

Quod si dicas, ut dicendum est, quod omnia simul cognoscit, euidenter colligitur esse infinita potentia, & natura, quia actu infinitum non potest simul comprehendere, nisi à potentia infinita: At quæ cognoscit, infinita sunt: quod si infinitæ natura est, & potentia, non est agens necessarium: quia ab agente illimitata potentia necessario agenti non procedit finitus effectus. Et ulterius, saltem potuisset mundus perfectior fieri, vel alia producta fuisset. Quare ergo producta non sunt? Profectio, non inuenietur causa, nisi recurras

Deus in Arist. principiarius: quia ab agente illimitata potentia necessario agenti non procedit finitus effectus. Et ulterius, saltem potuisset mundus perfectior fieri, vel alia producta fuisset. Quare ergo producta non sunt? Profectio, non inuenietur causa, nisi recurras

ad liberam actionem causæ. Attende igitur, in quas redigitur angustias Philosophus. Nam aut debet concedere, Deum ignorare ipsa, quæ facit, aut mutari in scientijs, & cognitionibus suis: alias profectio infinitus euadet, & liber: Quod si liber, utiq; potuit mundum non ab æterno producere.

Est tertia magna implicatio. Nam vel Deus est causa efficiens huius mundi æterna, vel non. Si dicas, non esse causam efficientem Deum, & repugnans Arist. & eius interpretibus grauioribus, & ratione etiam videtur impossibile: nam mundus hic finitus est, & limitatus, & perfectionis determinatus: ergo necessarium est, quod aliqua causa sit determinans, & tantam perfectionem, & non maiorem communicans: præsertim cum numerus hominum finitus sit.

Præterea: Quia cæli non habent motum ab alio, nisi esse haberent motum ab alio: Quomodo enim si cæli sunt à se, nec ab alio esse accipiunt, suum motum ab alio habent?

Quod si dicas, Deum esse causam efficientem, sed tamen quæ ab æterno mundum producit necessario, & ita sensisse Arist. & alios. Tunc si efficiens causa fuit, utiq; produxit mundum. Nam impossibile est, quod sit efficiens, aut agens causa, nisi agat, & producat. Si ergo produxit: profectio ex nihilo produxit.

Dices, illa non fuit, nisi emanatio quædam mundi à primo principio. At verò hoc non est aliud, quæ dicere, quod fuit simplex productio absq; mutatione, cum non præfuisset subiectum: & hoc est, quod nos ipsi confitemur.

Attende ergo summo per: quod dicere, causam efficientem, aut agentem Deum, est dicere, quod mundum ex nihilo fecit. Illa enim simplex emanatio creatio est: & creatio ab æterno. Sed in hoc esse differentia solum, quod illa emanatio liberè à Deo esse, & non æterna poneretur: aut necessaria, & æterna: non tamen ob hoc negari potest, quin sit ex nihilo productio: sicut qui inter nos docet, Deum potuisse ab æterno mundum producere: profectio illam emanationem ponerent, liberam.

Nota. Inconuenientia, quæ conueniuntur sententiam Arist.

Quo evidenter concludatur Deum esse efficientem causam mundi.

Quo deducatur evidenter Deum esse efficientem mundum ex nihilo.

Nota. Emanatio, ne quoad hoc, quod est, ex nihilo produci, id est esse cum creatione.

ram tamen. Vide ergo quanta sit veritas nostræ fidei, quod etiam Philosophi negantes ex nihilo fieri aliquid posse, nolentes, & non aduertentes idem fateantur: & hoc negare, est dicere, Deum non esse causam mundi, vel non causam omnium: quod est falsissimum.

Et multo magis hoc apparet in elementis, & alijs naturis corruptibilibus. Si enim ista corruptibilia sunt secundum suas partes quaslibet, quis poterit sibi mentis compos persuadere, non habuisse efficientem causam æternam? Hoc etiam consideranda, quia multum pro veritate facit contra Philosophos. Præterea: Non minoris potestatis est dare alicui esse ab æterno, quæ dare ei esse in tempore: si ergo Deus potuit dare esse mundo ab æterno: ergo etiam potuit in tempore dare esse, quæ est ipsa mundi creatio, quam diximus.

Quarta implicatio est in ratione Arist. quæ fortissima habetur. Est igitur aduertendum has obiectiones esse Philosophi, quas conatur Simpl. refellere, & similiter alteram Auerois reprehendit, sed male, ut postea ostendemus, ac reuera, vterque videtur vel non intellexisse rationes Philosophi, vel si hoc non, quod sint valde aperte obliuati animo noluisse conuinci ab ipsa veritate: sunt enim obiectiones eneruantes pro fus rationes Aristotelis, quæ sunt contra illud principium text. 4. quod mobile debet esse ante motum prius tempore. Et id probat ex definitione motus: tunc illa definitio competit motui æterno, & motui finito: ergo motum æternum præcedit mobile: non ergo est iam motus ab æterno. Quod si dicas: motum finitum antecedit mobile, non infinitum. Hoc est gratis dictum, & petitio Principij. Nam sicut æternus motus est simul cum mobili, ita etiam esse potest finitus motus. Et cetera, si motus finitus non potest simul esse cum mobili: ergo nec infinitus, nec potest id iam ex definitione motus ostendi, ut Aristoteles ostendebat.

Etiam obiectio contra primam rationem Arist.

Obiectio:

Alteram obiectionem est. Quod potest simul res cum motu produci: ut gutta aquæ quæ tunc cum in aere producit, incipit moueri: & ignis sit in aere, & tunc ascendit.

Ita similiter mundus productus incipit moueri secundum partes, & motus, tempus simul cum mobili produci possunt.

Dicit Auer. quod gutta non tunc fuit: Solutio Auer. nã ante fuit aer, ex quo facta est. Sed quæ hoc ad rem? Non enim aer est mobile: Reijcitur solutio Auer. lius motus deorsum, sed gutta.

Præterea: Quia cum nos non dicamus, quod mundus, qui cum motu simul productus est, fuit factus ex aliquo, sed ex nihilo, sic nihil concludit contra nos ratio Aristotelis, sed solum probaret contra illos Philosophos, qui dicebant mundum factum per motum ex aliquo, contra quos ipse disputabat. Nec similiter altera ratio ipsius quicquam probat, ut dicemus in argumento septimo.

Circa tertiã partem questionis respondetur ad questionem: & sit prima conclusio, Potuit Deus mundum de nouo producere, & creare eo modo, quo nos productum ponimus.

Est autem notandum, quod modo loquimur de potentia: hoc enim magis ratione naturali comperiri potest: de facto tamen, an ita fecerit, dicitur post. Conclusio hæc est contra Aristot. & seorsum contra omnes Philosophos Ethnicos: sed probatur fortissimè ex duplici radice. Altera est, quod Deus est libera causa. Altera est, quod potest ex nihilo facere. Est igitur primum argumentum. Deus est causa libera, nec vlla necessitate tenetur, quin possit non facere: ergo potuit non operari, & sic mundus non fuisse potest ab æterno. Ista consequentia est indubitabilis: difficultas tota est in antecedenti, quod multipliciter probatur. Primo, Deus est infinitæ virtutis, ut supra probatum est: ergo non potest esse agens necessarium. Probatur consequentia. Nam agens necessarium, agit secundum vltimum suæ potentia: quod si Deus ageret secundum vltimum suæ potentia, utique mundum perfectiorem faceret, imò, & infinitum.

Præterea, secundo, ab agente necessario vno, non nisi vnum procedere potest: at mundus plures naturas, & diuersas continet, quæ non nisi per accidens vnum faciunt: ergo impossibile fuit ab vno agere.

Tertia pars questionis in qua respondetur ad questionem. Conclusio.

Ratio pro conclusione.

Nota de liber. Dei.

H h h 3; te per.

per se, necessario, procedere: primum eius effectum, qui esset unum per accidens, & non potius unum per se. Nec valet dicere, quod diuersitas materiae facit diuersitatem hanc: nam etiam materia, & omnia a Deo sunt.

3. Præterea tertio. Quia in mundo potest de nouo aliquid esse, vt species, quæ arte, & industria fit: & mulus & plantæ, & alia huiusmodi, quæ arte, & vi naturæ producuntur. Vel ergo Deus potuit ista facere ab æterno, vel non. Si non manifestè falsum est, vt visum fuit. Si verò sic, & non fecit, profectò non potest, nisi liberè ipsius referri voluntatè, quia ita voluit.

4. Præterea quarto. Quia diuina voluntas est causa voluntatis humanæ: at ista est libera: ergo etiam diuina. Necessariū enim quomodo facit liberum: & quod melius est, nempe Deus, cur liber nō erit? Profectò satis liquet, & conuinci potest, liberum esse Deum, circa mundi productionem. Imò verò ex principijs Aristoteli idē conuinci posse. Sed postea queremus circa Dei libertatem, quid senserit Aristoteli. Satis nunc sit ex veritate conuicisse, Deū esse liberum in suis operibus, atque adeò in mundi productione.

Quomodo proberur Deum posse aliquid facere ex nihilo ratione naturali.

1. Alterum etiam probatur, quòd ex nihilo, produci possit aliquid ab ipso. Primum, Ipse est infinitæ potentie: sed hæc nō potest exerceri in effectu infinito, quia infinitum non est factibile: ergo erit in modo, quia infinite producit, quòd non est aliud, quàm ex nihilo producere.

2. Præterea secundo. Quia est causa efficiens (vt diximus) vniuersi, ergo ex nihilo producit. Consequētia probata est satis clarè in superiori parte quæstionis.

3. Præterea tertio. Quia omnium principio primo danda est actio nobilissima omnium naturalium: at omnes naturales sunt cū mutatione: ergo prima erit sine mutatione, & sic sine subiecto: vnde errabant in hoc Aristoteli. & alij Philosophi. Non enim per actiones naturales debent colligere, similem esse actionē Dei: sed potius esse supra omnes illas.

4. Præterea. Vt natura est supra artē, ita & Deus supra naturam. Nam natura facit materiam arti, vt bene notat S. Tho.

quia facit lignum, & reliqua, ex quibus ars operatur. Ergo et Deus faciet materiā naturæ, & ita ex nihilo faciet rem, quia nō est alia materia. Cū igitur Deus ex nihilo possit operari: potest absq; dubio mundum in tempore facere: & est argumentum hoc potissimum. Addamus præterea alias rationes, ex D. Thom. Contra gentes lib. 2. c. 16. ex pluribus quas ibi adfert pulcherrimas. Sit ergo quinta ratio.

5. Quāto aliquis effectus est vniuersalior, tantò habet propriam causam aliorum: quia quāto causa est altior, tantò ad plura virtus eius extenditur: Esse autē est vniuersalissimū, quāto sunt enim quædam entia immobilia, vt etiam Philosophi tradūt, vt lapides, & huiusmodi oportet ergo, quòd supra causam, quæ non agit nisi mouendo & transmutando, sit illa causa, quæ est primum essendi principium. Hoc autē ostendimus esse Deum. Deus igitur non agit tantummodo mouendo, & transmutando. Omne autem, quòd nō potest producere res in esse, nisi ex materia præiacente, agit solum mouendo, & transmutando. Facere enim aliquid ex materia, est per motum, vel mutationem quādam. Non ergo impossibile est producere res in esse sine materia præiacente: producit igitur Deus res in esse sine materia præiacente.

6. Præterea: quòd agit tantum per motum, & mutationem, non competit vniuersali causæ eius, quòd est esse: Non enim per motum, & mutationem fit ens ex nō ente simpliciter: sed ens hoc ex nō ente hoc. Deus autē est vniuersale essendi principium, vt ostensum est: non igitur sibi competit agere tantum per motum, aut per mutationem: neque igitur sibi competit indigere præiacente materia ad aliquid faciendum.

7. Amplius. Vnum quodq; agens sibi simile agit quoquo modo: agit autem vnum quodq; agens secundum quòd actu est: Illius igitur agētis erit producere effectum, causando aliquo modo formam materiæ inhaerentem, quòd est actu per formam sibi inhaerentem, & non per totam substantiam. Vnde Philosophus 7. Metæ. probat, quòd res materiales habentes for-

res formas in materijs, generantur à materialibus gentibus, habentibus formas in materia: non à formis per se existentibus. Deus autem non est ens actu per aliquid sibi inhaerens, sed per totam suam substantiam: vt supra probatum est: igitur proprius modus suæ actionis est, vt producat rem subsistentem totam, non solum rem inhaerentem, scilicet formam in materia. Per huc autem modum agit omne agens, quòd materiam in agendo non requirit. Deus igitur materiam præiacentem non requirit in sua actione.

8. Amplius. Quorumcumq; in rerum natura est aliqua proportio, & aliquis ordo, oportet vnum eorum esse ab alio, vel ambo ab aliquo tertio. Oportet enim ordinem in vno constitui respondendo ad aliud, aliàs ordo vel proportio esset à causa, quem in primis rerum principijs ponere est impossibile: quia subsequeretur omnia magis alia esse à casu. Si igitur sit aliqua materia diuinæ actioni proportionata, oportet, vel quòd alterū sit ab altero, vel vtrumq; à tertio. Sed cū Deus sit primū ens, & prima causa, non potest esse effectus materiæ, nec potest esse ab aliqua tertia causa: relinquitur igitur, si inuenitur aliqua materia proportionata diuinæ actioni, quod illius ipse sit causa.

9. Adhuc. Quòd est in entibus primum, oportet esse causam eorum, quæ sunt: si enim nō essent causata, nō essent ab ipso ordinata, vt iam ostensum est. Inter actū & potentiam talis est ordo, quòd licet in vno & eodem, quòd quandoque est potentia, quandoq; actu, potentia sit prior tempore, quàm actu, licet actu sit prior natura: tamen simpliciter loquendo oportet actum potētia priorem esse: quòd patet ex hoc, quòd potētia nō reducitur in actū, nisi per ens actu: Sed materia est ens in potētia: ergo oportet, quòd Deus qui est actus primus & purus, sit simpliciter ea prior, & per consequens causa ipsius: ergo non suæ actioni præsupponitur materia ex necessitate.

10. Item. Materia prima aliquo modo est, quia est ens in potentia: Deus autem est causa omnium quæ sunt, vt supra ostensum est: Deus igitur est causa materiæ primæ,

cui nulla præexistit: diuina igitur actio materiam præexistentem non requirit.

Secunda conclusio. Mundus à Deo citè ipso motu, & tempore de nouo est factus: Mundū quidē esse genitū in vniuersum cōsensus est omnium antiquorum Philosophorum ante Aristoteli. vt diximus ex ipso Aristoteli testimonio, ex quibus aliqui etiam cum motu & tempore factū concedunt, & omnia ex Deo nulla materia, aut subiecto præsupposito esse facta, & ipsam quæque materiā à Deo factā, vt postea dicemus quæst. sequenti. Sed nota ex Alberti tract. 1. c. 13. quòd cū audis, mūdum de nouo productum, nō sic intelligas, quòd præcesserint inter Deū, & mūdū, annidies, horæ, & tēpus. Non enim præcessit, nisi æternitas Dei, quæ semper cadē est, fuit, & erit. Et quāuis antè & antè mundus esset factus, semper esset æternitas, in quā esset Deus, & mūdus post. Vnde non expectauit Deus tēpus, nec durationem aliam, vt mūdū faceret, quia nō est successio in eo. Hanc conclusionem, quæ de fide est, hoc loco nō probamus rationibus aut testimonijs, quòd sequenti quæstione manifesta futura sit, cū probatum fuerit, mundum non posse esse ab æterno.

Nota ex Alberti.

His igitur constitutis, descendamus ad vltimam quæstionis partem, qua soluimus fallacia Philosophorum argumenta. Ad primum dico: quod Deus ab æterno potuit, & ab æterno voluit producere mundum: verū non producere ab æterno, sed in tempore. Quòd est dicere, Deus habuit hanc voluntatem æternā, volo producere mundum in tempore, vt dictum est iam.

4. Pars quæstionis soluitur Aristoteli & falsigratum: Ad primū.

Nec est inuidiæ adscribendū, quòd non antè fecerit, sed suæ diuinæ voluntati, quæ causa prima est. Nam nō facere bonum, cum possis, non est inuidiæ: Debet enim bonum fieri, cū oportet, & quomodo oportet. Ita decuit diuinam voluntatem, quàm si ab mundum in tempore facere, quia non oportebat, creaturam esse suo creatori coæternam. Et vltterius ita factū est, vt nobis ostenderet, Deum non eguisse ipsum hoc mundo, sed mundum ipsius egerit: Et vltterius: vt cognosceretur clarius ipsum authorem omnium, quòd cognoscitur vix posset, si mūdus esset coæternus. Rursus, vt:

mus, ut sic clarius cognosceretur esse creatorem. Itē, ut sic cognosceretur melius; & clarius esse infinitae virtutis, qui ex nihilo fecerit. Postremo, ut cognosceretur esse agens liberum, quia produxit, cum voluit. Demum, quia sic homines illum timeant, honorēt, venerentur, cum videant omnia ab ipso eius nutu, & potestate pēdere, ac voluntate. Ob has ergo causas Deus merito voluit, & ita fuit melius, mundum in tempore produci, quam ab aeterno.

Ad 1. Ad secundum bene respondet Philop. argumento quarto, contra Procl. Breuiter attende, quod in his etiam inferioribus ex potentia propinqua actiua peruenire ad actum secundum potest agens peruenire absque sui mutatioe: ut ignis ex non calefaciente sit calefaciens absq; sui mutatione, & aliud quoduis ex non agente agens, quia ut ex Aristot. habes, agens, ut agens non mouetur: est enim actio in passio. Ita Deus ex nō producens est produciens: nam productio in ipso non est, nisi in producto.

Obiectio. Dices, saltem mutatur secundū actum voluntatis, quo vult producere modo; et non antē. Id negamus, sed actus voluntatis, quo vult producere, est terminus, non ut producat ab aeterno, sed ut producat in tempore.

Ad 2. Ad tertium dico, quod ipsum exemplar fuit aeternum, licet ratio non sit ab aeterno, sicut homo, potest esse, imō est ante filium, licet relationem simul cum ipso habeat. Ita similiter est ipse Deus, qui exemplar est, sed non refertur, nisi in tempore.

Obiectio. Dices: ergo iam de nouo relationem acquirat. Respondeo, quod hae temporales relationes non sunt reales in Deo, sed in creatura, & per easdē denominatur Deus denominatione extrinseca: ut dicitur Deus Dominus, & Creator noster, quia nos serui ipsius, & creaturae sumus: Sicut columna dicitur dextera per mutationē tuam, qui ad illam te refert sinistra, cum prius ad eā dexter referebaris. Ita dicendum de exemplari. Nec haec doctrina est ignorata ab Arist. nā in Meta. c. 13. docet scibile dici, non quod referatur ad sciendum

tiam, sed quia sciētia ad ipsum: & huiusmodi esse relatiua.

Ad 4. Ad quartum dicitur, quod agenti voluntario non competit illud: nam possitis omnibus requisitis ad operandum, potest non operari; si non vult, & iterū operari, si vult. Ita gloriosus Deus. Præterea: cum Deus semper in eadē esset dispositione, mundū tamen produxit in tempore, quia ita voluit voluntate aeterna: voluit autē merito ob causas superius dictas.

Ad 5. Ad quintum dico, quod Deus ex parte sua semper fuit causa actus in se, quamuis mundus in tempore sit factus, nec ob id aliqua conuenit perfectio, Deo.

Deinde distinguendum est de actu. Nā alius est actus perficiens operantem: alius est actus perficiens non operantem, sed opus ipsum, quod sit: ut ait Aristot. 6. Ethicorum. ca. 3. Discrimen ponens inter artem, & Prudentiam; ait, Prudentiā perficere sua operatione appetitū, & habentem, artem verō sua effectione, non perficere appetitum, sed perficere ipsum opus factum: Et prudentiam cōsultare ad bonum ipsius operantis, & ad eius finē: Artem verō, non ita, sed ad finem ipsarum artium, & particulariū rerum ipsarum: vnde fit, ut ibidem ait, quod magis laudatur artifex, qui volēs peccat, quam qui nolens: e contra verō in ipsa prudentia, plus vituperatur, qui volens peccet, quam qui nolens: vnde artifex aliquis si sit perfectus, non perficitur cum facit: v. g. annulum, vel sertam, nec in perfectione ipse crescit, cum sit in se perfectissimus: nec dēdō operatur, ut si perficiat; sed perficit opus. Si ergo Deus perfectissimus artifex cum sit, fabricādo Mundum, & res alias, nō se, sed opera ipsa perficit; res inquam ipsas factas. Vnde notandū etiam est, quod potentia ad talem actum, quo quis non se, sed alia perficit, nō dicit imperfectionem in agente, sicut nec ille ipse actus addit perfectionem ipsi agenti. Vnde sicut actus, ita & potentia est duplex. Vna ad perfectionem suam, & ad actum se perficientē, & haec dicit imperfectionem, nempe, carere tali perfectione. Altera est potentia perfectae iam rei, non ad se perficiendū, sed potestas ad perficiendum

dum alios, & haec non dicit imperfectionem, sed potius perfectionem intrinsecā rei; & cum agit exterius, perficit exteriora, non se; ut cum ignis agit, & calefacit, non perficitur ipse, ut dicebamus: nec gēma applicata sanans, nec calor ipse ut octo, calefaciens.

Ad 6. Ad sextum dico, quod productio mundi fuit indiuisibilis, & non successiua, & illi productioni correspondit vnicum instans, quod instans fuit vltimum non esse motus, quia tunc non fuit motus, & immediatē post fuit: & similiter vltimū non esse temporis, quia immediatē post fuit tempus: & hoc est, si mūdum simul cum caelorum motu produxit.

Ad 7. Ad septimum respondet bene Philo. quod Aliquando, dicitur vno modo positiuē: & sic tēpus dicit. Altero modo negatiuē: & tunc dicit negatiuē perpetuitatis motus. Ut cum dicitur, Aliquando fuit hora matutina, non significat, quod in aliquo alio tempore illa hora fuit, sed quod nō semper fuit. Ita cum dicitur, Aliquando non fuit, aliquando non erit tempus, significat, quod tempus non est semper, nec erit semper, sed cessabit, & initium habuit. Imō hoc etiam possumus ex ipso Aristotele confirmare. Ipse dicit, extra caelum non esse locum. Dicā ergo: si extra est: ergo locus ibi est. Respondebit, quod non valet, quia sensus est non esse locum infinitum, sed finem habere: Hoc etiam dicitur ad argumentum de tempore.

Ad 8. Ad octauum facilis est responsio. Negamus enim, quod mundus productus sit per motum, aut mutationem: tunc enim opus erat subiecto. At non est, nisi simplici productione, quae creatio dicitur, productus: & ita non opus fuit subiecto. Deinde: Si illam simplicem productionem velis vocare mutationem, distinguimus de mutatione, & dicimus esse duplicem. Alteram ab esse ad esse alterum: & hanc dicimus requirere subiectū prius. Alteram à non esse, ad esse: & haec quidem, vel à non esse secundum quid, vel secundum partem; ut alteratio, & generatio à non esse forma ad formam: & haec etiam requirit subiectum, vel mate-

riam prius, in qua fiat illa mutatio formae: At altera est, à non esse simpliciter totius, ad esse simpliciter totius: & hanc negamus requirere subiectum præcedere: imō implicat, ut requirat prius subiectum, quia est à nō esse totius ipsius subiecti ad esse illius. Quare haec est quidem in subiecto ipso, qui sit, quia dicitur primò esse, & non fuisse.

Ad 9. Ad nonum dico, quod mūdus potest à Deo destrui, sicut est factus: Nec, si destrueretur, ob id prauus esset: quia tūc destrueret & propter aliquem rectum finē. Nec destruere perfectum, vitium est, cum iam nullius vsus est, sicut qui lyram tēperatam in intemperiem redigit, quia iam non vult pulsare. Ita Deus gloriosus posset bene ipsum dissoluere mūdum: quia in tantum vsus ipsius est, in quantum ipsi bene placitum fuerit. Nec illud argumentum quicquam valet. Nam illo probaretur, quod homo non posset dissolui, nec alia, quia perfecta sunt. Vnde attende, quod mūdus, sicut ingenerabilis fuit, id est, non per generationē factus, ita est incorruptibilis, id est, non corrupti potest per mutationē: At sicut creabilis est, ita est à Deo annihilabilis: haec enim inter se opponuntur.

Vltimò tandem ad has, & ad omnes alias Aristotelis rationes, (ut ips etiam satisfiat, qui putant esse demonstrationes) respondemus, quod D. Thō. ait in summa Theologiae, 1. p. q. 46. art. 1. in corpore sic dicens: Quod omnes rationes, quas inducit Aristot. non sunt demonstratiuae simpliciter, sed secundum quid, scilicet, ad contradicendū rationibus antiquorum, ponentium mūdū incipere secundum quosdam modos in veritate impossibiles. Et hoc, ait, apparet ex tribus. Primò quidem: Quia tam in 8. Physic. quam in 1. de Caelo, praemittit quasdam opiniones, ut Anaxag. Emped. & Platonis, contra quos rationes contradictorias inducit. Secundò: Quia vbicunq; de hac materia loquitur, inducit testimonia antiquorum; quod non est demonstratoris, sed probabiliter persuadentis. Tertio. Quia expressè dicit in 1. lib. Topicorum, quod quaedam sunt problemata dialecti-

ca, de quibus rationes non habemus, ut
vtrum mundus sit æternus. Hæc D. Tho.

Dicimus ergo, si subtilius considere-
mus, omnes rationes Aristotelis non pu-
gnare cum fide: sed rectè concludere, scilicet,
per motum non fuisse productum
mundum ex aliquo subiecto, quod sanè
ipse Arist. intendebat cõtra Philosophos
alios. Et hoc manifestè patet: quia sem-
per in eis ex motu procedit. Intulit au-
tem conclusionem latius patètem, quàm
rationes ipsæ probabant, quia fortè non
cognouit, vel non considerauit alium
modum per creationem incipiendi. Certè
contra hunc modum directè, & per se
non disputauit, sed semper supposita ma-
teria, vel subiecto, & motu. Rationes er-
go retinendæ, sed cõclusio moderanda:
atque ita in paucis videbitur Aristoteles
in hacre fidei repugnare. Impiè verò a-
gunt, qui talibus rationibus contra fidè,
& veritatem creationis abutuntur, quod
sanè non fecit Aristoteles. Atque hæc-
nus de hac quæstione.

An potuerit mundus esse ab æterno.

Quæstio I I.

Cur iam a-
gendū sit de
hac quæstione,
q̄ grauiissi-
ma est & di-
gnissima.



Mundum tempus mundum in
tempore, & cum tempore in-
cipere potuisse, imò & ince-
pisse: superest examinare. An
ab æterno potuerit esse, ita, ut mūdus hic
durationis esse potuerit æqualis cum ip-
sa prima causa: si enim hoc fieri non po-
tuisse fuerit ostensum, maximè erit im-
pugnata opinio Arist. & sequacium. Vt
enim ipsi mundum nō incepisse, nec po-
tuisse incipere arbitrabantur: ita nos, &
ipforum opinionem non esse veram, nec
potuisse esse verā probabimus: ac si ostē-
derimus non potuisse esse ab æterno, abs-
que dubio etiam constabit non fuisse. Est
autem quæstio nimis grauis propter pla-
cita diuersa insignium Doctorum, & p-
pter rationes validas ex vtraq; parte, &
propter rei ipsius magnitudinem. In pri-
mis est argumentum primum, quo pba-
tur mundū potuisse ab æterno esse. Deus
ab æterno fuit iā omnipotens, sicut cum
produxit mundum: ergo ab æterno po-
tuit producere mundum. Consequentiã

Rationes, q̄
potuerit mū-
dus esse ab
æterno.
1. Ratio.

certissima est, & antecedens verissimum.
Et hoc argumentum est præcipuum pro
hac sententia.

Secundò. Deus ab æterno cognouit
mundum, & voluit: ergo potuit
mundum producere. Probatur consequentiã:
Quia tantæ facilitatis est ipsi, mundum
producere, quantæ cognoscere, & velle,
imò sola cognitione, & voluntate pro-
ducit res has.

Tertiò. Si ab æterno non potuisset
mundum producere: sequitur, quòd de-
buit expectare per æternitatem, ut mun-
dum posset producere. Aeternitas autem
maior est quocunq; tempore, & sic ex-
pectaret per multum temporis, quod ab-
surdum est, & impossibile.

Quartò. Si mundus non potuisset ab
æterno esse, ex eo foret, quia non possunt
esse in vnicò instanti, simul causa, & ef-
fectus, producēs, & productum. Sed hoc
falsum est, vt colligitur ex his sensibili-
bus. Si enim sol ab æterno esset, lumen ab
æterno esset: & si pes, similiter vestigiū.
At lumē, & vestigiū effectus sunt efficiē-
ter solis, & pedis: potuit ergo cum causa
æterna effectus cõternus esse.

Huius sententiæ est S. Tho. Theolo-
gorum primus, 1. p. q. 46. art. 2. & cum eo
ipsius discipuli. Similiter Durand. 2. d. 1.
q. 2. & Gregor. 2. Sen. d. 2. q. 3. Quamuis
Durandus non simpliciter id concessit,
sed cum distinctione, de rebus tantū p-
manentibus, & incorruptibilibus esse
posse ab æterno: non autem de corrupti-
bilibus: imò etiam D. Thom. ex infini-
tate animarum ait eas non potuisse esse
ab æterno.

At opposita pars sustinetur à Docto-
ribus magnæ autoritatis, puta, à Bona-
2. d. 1. q. 2. Enric. de Ganda. quodlibero 1.
q. 7. Marfil. 2. sent. d. 1. art. 2. Adde, quòd
est sententia Doctorum Græcorum. Am-
brof. lib. 1. Examer. c. 3. dicit, esse incon-
ueniens, putare, creationē posse esse coæ-
ternam creatori. Et Basil. dicit esse blas-
phemum. Damaf. 1. lib. de Fide, c. 9. id e-
tiam negat. Præterea August. 12. de Ciui.
c. 13. dicit Angelos non potuisse esse coæ-
ternos creatori. Similiter Hugo de S. Vi-
cto. lib. 1. de Sacramētis, c. 10. hoc inquit,
Fugit

Doctores
illius sentē.

Doctores
cõtrarij o-
pionis,
scholastici,
& sa. ri, q̄
nō potuerit
esse ab æter-
no.

1. Ratio, q̄
nō potuerit
esse ab æter-
no.

Fugit diuinam virtutem, quòd aliquid
sibi cõternum faciat. Hoc inter Philo-
sophos asserit Philop. cap. 3. contra Pro-
cul. & solutionem argumenti primi: idē
etiam Burl. Est autem argumentum pri-
mum pro ista sententia. Si mundus po-
tuisset ab æterno esse, vtiq; essent trans-
acti homines infiniti: sed quisque habet
suam animam immortalem: ergo esset
numerus animarū actu infinitus, quod
est impossibile.

Hoc argumētum apud Philosophos,
qui æternitatem mundi posuerunt, tan-
tum facessit negocium, vt in varia absur-
da, eaq; grauiissima eius vi coacti, incide-
rint. Igitur aliqui vt euaderent, vel ani-
mam mortalem, impiè fecerunt, vt Ale-
xander: vel eorum transmigratiōē, vel
circulum certo quodam tempore: vel v-
nicum intellectum tantum esse in omni-
bus hominibus, vt stultè pariter & impiè
Auerroes: aut non esse inconueniens in-
finitum in rebus incompletis concedere,
qualis est anima: non verò in rebus om-
nino completis & perfectis, vt Auicēna.
Quæ omnia sunt contra rationem natu-
ralem, & nos id alibi ostendimus: sed p-
bare hic non est præsentis loci. Satis sit
absurda, ad quæ eos cogit indicasse.

Aliqui ex catholicis, vt Herueus, 2. sen.
d. 1. q. 1. respondet ad hoc: quòd si mun-
dus esset ab æterno, tūc animæ essent cor-
ruptibiles, vel vna plura corpora succes-
siuè informaret. Sed profectò hoc est nō
minus absurdum. Nam si anima ex se est
incorruptibilis, non idē sit corruptibili-
s, quia esset mūdus ab æterno: cum nō
sit maioris potentie cõseruare, quàm p-
ducere. Si Deus potuit infinitas animas
producere, cur non potuit etiam singu-
las cõseruare?

Quòd si dicas, Hoc esse, ne sit infini-
tum: profectò responsio nulla est, & pe-
tit principium in responsione, hoc enim
conuincit argumentum, quòd posset tūc
esse infinitum: vndè oportet negare in-
finita produci posse: & sic nec mundus
fuit ab æterno.

S. Tho. 2. lib. Contra gen. c. 81. postq̄
attulit illas varias euasiones, & incom-
moda Philosophorum, in quæ incidit

Solutio, &
cuius cõfuta-
tio.

hoc argumento coacti, dicit, non esse in-
conueniens secundum Aristotelem infi-
nitum actu in rebus spiritualibus pone-
re. Sed hoc non videtur satisfacere: nam
numerus infinitus actu, nō repugnat ef-
se nisi ab intrinseco, puta, vt numerus
est, vt patet ex ratione Aristotelis: quia
infinitū non est numerabile. Impertinēs
ergo est, quòd ipse vnitates sint spiritua-
lia, aut corpora. In summa verò Theolo-
gia, re maturius cõsiderata, 1. p. q. 46. ar.
2. ad 8. respõsiones illas asserēs varias Phi-
losophorum, qui æternitatem mūdi defen-
derent, cum videret eas non satisfacere,
ait: Considerandū tamen, quòd hæc ra-
tio est particularis, vndè quis posset dice-
re, quòd mūdus, vel aliqua creatura pos-
sit esse ab æterno, vel Angelus: non tamē
homo. Nos autē intendimus in vniuersali,
quòd aliqua creatura fuerit ab æterno.
hęc ille. Vbi etiā ait Caietanus, quòd se-
cundum D. Thomæ doctrinam, & men-
tem, qui sustinet animam immortalem,
& sine circulo, & negat infinitum etiam
per accidens, inintelligibile esse, quòd
generatio humana sit æterna: & iubet
Thomistas esse cautiore, vt cum conce-
dant mundū potuisse esse ab æterno, nō
simpliciter concedant, sed præter huma-
nam generationem.

Quamobrem hinc etiam habemus se-
cundum D. Thomam, hanc rationem
concludere, tum de hominibus, & eorū
generatione non potuisse esse ab æterno:
tum etiam ex consequenti, nec mun-
dum talem, qualis nunc est, & qualera
reperit Aristoteles esse potuisse ab æter-
no, nempe cum omnibus his suis specie-
bus perfectis.

Præterea: est argumentum, quo pba-
tur, non in solis animabus esse infinitū,
sed etiam in alijs. Nam cum essent dies
infiniti transacti, in singulis diebus potuit
Deus lapidem vnum creare, et cõseruare,
siue continuando vnū alteri, siue non:
tunc profectò essent quanta infinita, nec
potest benè intelligi, quomodo Deus nō
potuerit in singulis diebus id facere. Nec
valet dicere, quòd infinitum occuparet
omnia, nec alijs locum relinqueret: Hoc
enim nil valet: nam illud nō esset infini-
tum

Iterū cõfu-
tatur solu-
tio conce-
dentū infi-
nitū in solis
animabus.

tum secundum omnem dimensionem, sed secundum longitudinem. Et præterea: quia potest Deus facere, quod vnum corpus cum alio penetraretur.

Nominales admittunt, infinitum fieri posse. Sed hoc videtur intellectu valde difficile; quod sit corpus nullius figuræ, & non habens terminos vltimos prorsus: vnde argumentum profectò vim habet.

Secundum est. Si mundus potuisset esse ab æterno, vtique dies essent transacti infiniti, vnus post alium: esset ergo infinitum pertransibile: quod profectò est in intelligibili contra ipsum Aristoteli, qui ait, infinitum esse impertransibile, 3. Phys. tex. 49. & 62. & 8. Phys. tex. 68.

2. Ratio, quod non potuerit esse ab æterno.

Obiectio.

Solutio.

Dicunt aliqui, quod infinitum est impertransibile, ita, vt ab vno extremo in aliud incipiat, inter quæ est infinita distantia: at in diebus non datur primus dies omnium, à quo vsque in præsentem sint infiniti.

Sed hoc primò videtur impossibile, si rectè aduertas. Nam istud tempus & dies à Deo facta sunt: quomodo ergo potest comprehendere, quod sint dies à Deo, & ordine fluant, & non cognoscat ipse, què primò produxit? Similiter, si homines creauit etià ab æterno, profectò dicendū est primum ipsum cognouisse, & probatur. Nam hæc propositio est falsa: Nullus homo immediatè factus est à Deo: Ergo eius contradictoria esset vera, aliquis homo immediatè factus est à Deo: ille ergo esset primus, & illum ipse, quem primò fecit, cognouisset. Ergo quauis nos primum assignare non possimus, qui non omnes comprehendimus; tamen Deus ipse, qui primò fecit, & omnia comprehendit, poterit assignare, & negare esse primum, iudicio meo, est negare esse à Deo productum, vt dicitur inferius.

Deinde: esto, non possit assignari primum, non effugitur difficultas: nam semper verū est pertransita esse infinita: dies, inquam, & annos, & generationes infinitas, etiam si non datur primum.

Præterea, sic necessaria illatione conuincimus, quod non præcesserit tempus infinitum: infiniti uero dies, aut anni, tempus præteritum infinitum, non est mi-

nus, quàm tempus futurum infinitum: neque futurum est maius, quàm præteritum: Sed impossibile est, pertransiri tempus futurum infinitum: ergo impossibile fuit pertransiri tempus præteritum infinitum. Sanè fateor hæc mihi videri demonstrationem.

Tertium est argumentum nostrum, quod pono demonstrari hoc præsertim contra Aristotelem. Si mundus potuit esse ab æterno, vtique motus & tempus, potuerunt esse ab æterno, quod ipse, & sequaces oēs concedunt: sed hoc est impossibile: ergo mundus non potuit ab æterno esse. Hoc antecedens probatur. Detur, quod ignis, & stupa fuit ab æterno, quæro, an calefactio potuerit esse æterna. Manifestè patet, quod non: nam ignis in instanti est: at impossibile est intelligere, seu imaginari, quod illud instans sit ignis, & quod tunc sit calefactio: nam motus non in instanti est, nec incipit per primum esse. Si igitur motus non potest habere coæternitatem cum mobili, signum clarissimum est, non potuisse ab æterno fieri.

3. ratio, quod non potuerit esse ab æterno.

Corroboratur ratio.

Idem dicitur de cælo & suo motu. Est enim necesse, quod detur instans cæli, & tunc adhuc non est motus: vnde motus nec potest coæternitatem habere cum ipso Deo: ergo nec mundus.

Et confirmatius fit: Nam mundus, & mobile non excedit motum in duratione æterna, nisi per horam fortè, vel instans, aut aliquod tempus finitum, quod non potest facere ex non æterno æternum. Et in hoc rursus probatur consequentia illa posita. Nam si mobile esset æternum, & non motus, esset profectò mobile sine motu, per spacium æternum, quod est impossibile, & contra ipsum Aristoteli. at si fuit per finitam durationem, & ante motum, non fuit æternum.

Cōfirmatur ratio exemplo.

Idem etià cōfirmatur de muliere, quæ ab æterno fuit grauida: peto enim pro de partu, an sit æternus. Si enim hoc dicas: ergo fuit partus ita antiquus, sicut mulier, quod est impossibile. Si verò non: ergo nec mulier: nam per nouem menses distat à partu: nisi dicas, quod in infinito tempore maneat grauida. Colligimus ergo fortissimo argumento, non potuisse mundum

dū ab æterno produci, sicut nec motus, & subinde tempus.

4. Ratio.

Quartum est. Mundus non potuit esse nisi à Deo productus, & factus: at esse factum, & æternum implicat: ergo, id est impossibile. Minor patet: nam maior est certa: Si mundus factus est, in aliquo instanti positio, & determinato saltem à Deo cognito, factus est, at nullum esse instans, in quo Deus primò sit, quia non fuit primò, sed sine principio: ergo non potest mundus cum Deo habere coæternitatem. Vnde vix potest intelligi, quomodo Deus sit efficiens causa mundi, & mundus sit absque vltimo principio alicuius durationis, sicut Deus. Quæ enim facta sunt, determinato instanti facta sunt. Ob hoc autem antiqui illi Doctores Sancti hoc non luerunt creaturæ posse concedi, vt creatura posset esse coæterna creatori, quia id est Deum tunc non creatorem facere, & factorem mundi esse negare.

5. Ratio.

Confirmatius fit: quia causa prior est effectui: si ergo Deus prior fuit: igitur fuit propria duratione prior, non aliena. Propria autem duratio Dei, est æternitas: ergo ipsa æternitate Deus præcessit mundum, & ipsum tempus. Nam si fuit causa temporis: ergo fuit prior tempore, idque alia duratione, videlicet æternitate, Nam implicat contradictionem, vt antequam sit tempus, sit tempus. Nec Deus tempore mensuratur, sed æternitate: ergo necessarium est concedere, quod Deus tota æternitate præcessit tempus.

6. Ratio.

Quintum est. Sequitur, quod tunc mundus necessariò procederet à Deo: quod est impossibile. Probatur, Detur, quod sit coæternus: tunc non licet nec vnum instans cogitatione sumere, in quo sit Deus, in quo etiam non sit mundus. Si igitur liberè produxit mundum: ergo potuit non producere. Tunc, vel in eo instanti, in quo mundus est, potuit à Deo produci: vel antè, vel post. Non in eo: quia tunc est: & quod est, cum est, necesse est esse. Non post: quia semel productum necessariò est productum. Ergo antè: & sic prius fuit Deus, vel necessariò productus est mundus.

Ad hæc addendum hoc est: Quod ne-

gare infinitum posse à Deo fieri, & cum hoc mundum posse æternum fuisse, vix potest capi. Videtur enim necessariò sequi ex æternitate mundi: actu infinitum esse possibile.

7. Ratio.

Præterea. Si mundus fuit factus ab æterno per emanationem, vel quocumque alio modo volens, quæro, cum emanauit, & factus est, v. g. sol, aut factus est in oriente, aut in occidente, Septentrione, vel meridie, aut in omnibus his simul locis, & positionibus, aut in nulla earum. Non in omnibus simul: quia implicat naturaliter rem esse simul in pluribus locis. Non in nulla earum positionum; quia etiam implicat hoc, & est intelligibile, vt sol esset, & nullibi esset: Ergo in aliqua positione, & situ factus est, & emanauit.

Obiectio.

Dices fortasse, te necire vbi erat cum emanauit, vel non posse dari, vel assignari primam positionem loci, vbi fuerit sol.

Solutio.

At hæc fuga nulla est. Nam siue fuerit prima, siue non, nil curo; necesse tamen est cōcedere, vel in aliqua positione factum esse, vel in nulla, vel in omnibus simul: aut concedere duas contradicentes esse simul veras, vel simul falsas, nam hæc contradicunt sibi, in omni, & in aliqua non: in multa, & in aliqua sic. Oportet ergo aliquam istarum necessariò concedere. Et præterea, non erit verum, quia tu nec scias.

Dices fortè, erat in oriente (perinde est autem si in quouis alio loco dixeris ad vim argumenti.) Quæro itaque; Aut mansit in infinito tempore immotus. Et hoc non, quia esset contra naturam, & in infinito tempore violèta actio. Aut cœpit statim moueri ab æterno. Ac tunc quæro; quanto tempore motus est ab oriente in occidentem, aut in infinito tempore, aut finito. Non in infinito; tum quia ridiculum est dicere, in infinito tempore tantum absoluisse semicirculationem vnam; tum quia in infinito tempore infinite circulationes sunt transactæ, nec vna media pars: igitur peruenit ab oriente ad occidentem tempore finito, v. g. spacio duodecim horarum.

Iam, sic argumentor. Igitur supputando à fine istius semicirculationis, vsque ad initium, quo factus fuit sol in oriente,

reperitur tempus finitū tantū duodecim horarum, atque ad eod non fuit factū ab æterno, quia à certo dato postea termino, & instans ascendendo superius, non procedimus in infinitum, quod quidem oportet, si ab æterno autem fuerat factū in oriente: quodcunque enim instans accipitur post æternum, oportet in infinita esse distantia usque ad æternum.

Rursus supputado ab eo tempore, quo fuit in occidente usque ad nos, peto, an fuerit etiā tempus finitum, an infinitū. Si finitum dixeris: iam ergo totum tempus, postquam factus sol esset, reperitur finitum, nam ab occidentis positione ad nos esset per te finitum: & ab illa rursus usque ad positionem in oriente cum fuit factus, esset finitum quoque. v. g. duodecim horarum: ergo finitum finitū additum non faciet infinitum tempus, sed finitum.

Si verò dixeris: infinitum tempus fluxisse ab eo tempore, quo sol fuit in occidente ad nos usque: iam ergo sequitur aliud absurdum non minus, imò, & impossibile, videlicet, quòd in infinito posset fieri additio versus illam partem, qua est infinitum: quod implicat. Velut si accipias lineam infinitam, quæ ducatur à puncto hoc, v. g. in infinitum sursum versus, illi quidem lineæ posset fieri additio versus hoc extremum finitum, quæ terminatur in puncto, sed non secundū alterum extremum, quod tendit in infinitum. Probatur autem illatio euidēter. Nam ultra æternum adderētur illa: duodecim horæ usque dum sol prius factus fuit in oriente. Item sequitur, quòd utriūque fuisse ab æterno scilicet oriente, et occidente, & tamen alterū fuisse prius altero: igitur omnibus modis implicat, solem factū fuisse ab æterno.

Et quod de solis circulatione, & motu diximus, idē de omnibus rebus, quæ mouentur, vel corrumpuntur demonstrari, ut de illa cōbustione stuppæ vnā cū igne ab æterno creatæ, an finito tempore fieret, an infinito: & ita de cæteris omnibus mutationibus, generationibus, & corruptionibus eodem modo probari posset, esse non potuisse ab æterno, quod quisque

facile poterit deducere.

Rursus septimum sit argumentū. Ac 7. Ratio, ternitas est propria quadam Dei duratio, videlicet infinita, ab æterno, sicut & sapientia infinita, & bonitas, & perfectio infinita: sed nō potest alicui puræ creature communicari sapientia infinita, nec bonitas infinita, vel perfectio infinita: ergo nec duratio æterna, & infinita. Probo illationem. Nam tam æternitas est Dei proprietatis, quam sapientia infinita, vel bonitas: & omnium æqua est ratio.

Dices, non communicari æternitatem mundo, sed æuū, vel tempus æternum, & ita alterius rationis mensuram, & durationem diuersam. Sed hoc facile confutatur, quæ similiter diceretur communicari quidem posse creature sapientiam alterius speciei à Dei sapientia, sed infinita: nam & sapientia varia sunt genera, & species, sicut & durationes, ut v. g. ex phantasmatibus, & per discursum qualis, est noster: & sine phantasmatibus, aut discursu per simplicē contemplationem, & intelligentiam, vel per essentiam ipsam, qualis esset Dei: & bonitas similiter creaturis diuersa comunicaretur, sed infinita; quamuis à Deo diuersa esset, quæ est per essentia bonitas: At hoc est impossibile: ergo etiā erit impossibile, quòd comunicetur duratio infinita ab æterno, etiā si alterius sit speciei à diuina æternitate, & denique impossibile est creaturæ esse coæternam creatori.

Atque hæcenus vidētur rationes, quas attulimus demonstratiuas. Sunt autem alia: quo proximè accedunt. Sit ergo octauum argumentum, quo ex viuentiū nutritione, & alimēto probemus, impossibile esse, generatiōes rerum fuisse ab æterno: & probatur sic. Supposito, quòd omnes medici, & Aristoteles cōfiterentur per cibum, seu alimentum nō restaurari æquè bonum humidum radicale, & per consequens neque æquè bonum, & æquè viuidum calorem naturalem, quod in ipso humido cōseruatur, vel est ipsummet, sed quotidie fieri deterius ex alimento cōuerso in naturā aliti: quàm id, quod quisque à pueritia accepit, Imò si æquè bonū

Obiect.

Solutio.

8. Ratio.

9. Ratio.

1. ex Fide.

2. Experientia.

restauraretur, animalia, et homo viuerēt semper. si humidū radicale ex alimento acquisitum esset æquè bonum, nisi fortè violētè vel ex accidenti necaretur: Imò & cibus ipse, & alimentum cum sit dissimile, & contrarium in initio nutritiōis, & contrariae qualitatis, necesse est animalis virtutem aliqua ex parte debilitet quotidie magis ac magis, & præsertim cū agens agendo repatiatur, & ita per totā vitam patiatur ab alimēto ipsum animal, & eius virtus.

Igitur, eo supposito, manifestè sequitur, patrem, & matrē generaturū filios cū peiori humido radicali, quàm ipsi fuerant, & præsertim cum varijs etiam vitæ euentibus, contingat corpus hominis labefactari morbis, laboribus, vulneribus, fame, siti, & alijs innumeris. At verò semel labefactatum nunquam restituitur naturaliter in meliorem statum, quàm fuerat. Iam, si ita est, cum infinitæ generationes præcesserint, si mundus fuit ab æterno: ergo essent iam debilitatæ in infinitum generationes: & vis generatiua & nutritiua omnino iā cessarent, & humidi naturalis virtus tota deperisset, si quidē in singulis generatiōibus pars aliqua debilitabatur, virtus humidi inani, & radicalis. A finita autem virtute, si infinitæ partes æquales adimantur, nil remanebit, imò etiā si infinitæ, ne dū finitæ.

Noaum argumētum sit ex multiplicatione hominum, quæ quidem, si mundus fuit ab æterno, esset infinita, ita, ut nūc simul esse deberent infiniti homines actu viuētes. Probatur autē vno supposito: Quòd plures homines nascantur, quàm moriantur: quod sanè videtur verum & ex fide, & experientia, & ratione. Ex fide quidē, quia ex vno Adā, & Eua omnes multiplicati sunt, & post diluuiū ex vno Noe cū tribus filijs, & vxoribus, octo videlicet, totum vniuersum genus humanum, quod nūc videmus, est propagatum: Et ex vno Abraham, & Iacob totus populus Israël Hebreorū. Experientia etiā deprehenditur. Nam in pluribus opidulis deprehenditur, omnes penè illius opiduli ex vno attauo, vel pauo ori-

ginem duxisse, et familiae etiam plurimæ in ciuitatibus singulis multorum hominū, & numero si similes ex vno illius familiae primo originem trahere, & quotidie videmus ex vno patre plurimos nasci filios: Imò aliquando referunt historiæ ad centū & sexcentos, ut de Priamo, & alijs.

Ratio etiā idem suadet: Quia cū homo 3. Ratione. (si cōmunem naturæ cursum spectemus, & communem vitam hominum) viuat quinquaginta, & sexaginta annos, vel septuaginta certè, vel quadraginta, aut triginta, singulis haud dubiè annis potest generare, cū ipse vnus tantum sit: & ita toto illo medio tempore ipse durat, nec moritur: & idem de cæteris dicēdum. Si naturæ per se cursum spectemus, suo etiā medio vitæ tempore communiter perdurāt, igitur maior vera videtur, plures homines, nasci, quàm mori.

Iā verò ex hoc illatio est manifesta, videlicet, Oportere nunc esse infinitos homines viuētes simul in mundo: quod est impossibile. Nam si ab æterno plures nascantur, quàm moriuntur: ergo semper viuunt plures homines quotidie reliquuntur, quàm antea erant, & numerus cresceret. Cum ergo tempus præcesserit infinitum, & infinitæ generationes: ergo infiniti viuerent modò.

Præterea: Quia si infinitæ generationes præcesserunt, imò infinitæ ætates hominum, & ex singulis ætatibus saltem vnus homo plus quàm antea, superesset nunc, iam infiniti simul essent homines.

Et è contrario rursus, sequitur: Cum verè modò sint finiti tantum homines, sequitur inquā, quòd nullus homo fuisset ab æterno: & probatur. Quia sunt, v. g. nunc mille millia hominum, ante hanc ætatem essent pauciores, saltem vno minus, & ante duas ætates essent saltè duo minus, & sic perpetuò retrocedēdo: ergo tandem in ætatibus totidem ante, scilicet, ætates mille millia, nullus fuisset homo, si semper plures nascantur, quàm moriuntur: Nam quiuis finitus numerus, ablatione tandem facta, finitur.

Dices: Quamuis plures nascantur, quàm moriantur, tamen bello, & peste, ac fame, & terroribus, & similibus, cōtingit.

Probatur illatio totius rationis.

1.

Solutio.

git, ut illi plures, qui nati erant, simul omnes intereant vna die. forte ducenta milia; & ita fit, ut non sint plures quam erant, nec simul infiniti.

Confutatio solutionis.

Hęc solutio non aufert difficultatem. Primò quidem, quia iam Philosophus hic diuinat, & dicit aliquid, cuius nullã potest reddere rationem nec probare, sed gratis id dicit: nempe bello, & peste; & si milibus, tot interire, quor aliàs nati plures erant.

Secundò. Non est cõsentaneum rationi. Nam actio violenta, & contra naturã, nõ potest esse equalis actioni naturali in vi, & virtute, ut quot illa efficiat, hæc destruat. Semper naturalis actio, & id, quod est secundũ naturam, fortius, & præstantius est: pessimè ergo sic philosophatur, qui actionibus violentis tot perire homines ait, quot actionibus naturalibus nascantur.

Tertiò. Quia peto, Num quotidie sic fiat, ut tot violenter sic intereat, quot nascuntur. An intra hebdomadam tantum vel intrã mensem, vel intrã annum, vel decem, vel centũ, vel mille annos: An verò nullo seruato ordine id fiat, sed casu, vel fortuito: An verò ex electione ab aliqua causa, puta. Deo, sic volente, ne homines crescerent in infinitum in mũdo. Nil horum Philosophus certò respondere potest, sed irrationabiliter vnum quodq; horum affirmaret, cui certam aliquam adferre non possit probationem.

Quartò. Quia, Natura non debet esse, nec est erronea, & sibi contraria. Primũ, ut tot naturaliter superflue generet, quos cum sustinere non possit, cogatur postea perdere, & numero minuere. Hoc sanè esset stultitiã, ut artifex, qui in ædificanda domo vellet plures parietes erigere, quam sit necesse, quos postea diruet, relictis necessarijs. Deinde. Nec ipsa sibi debet habere violentas actiones in remedium suarum actionum naturalium exorbitantium à recto ordine & fine. Sed nec tales natura habet actiones naturales à debito suo fine exorbitantes. Igitur hæc fictio, quod peste aut bello tot moriantur, quot nascuntur, satis aperte manet confutata.

Igitur, cum dici non possit, tot homines mori, quot nascuntur: dicendum erit, aut quod plures moriuntur, quam nascuntur: & sicut omnes homines perissent, & nullus esset superstes, si semper numerus ab æterno minuitur. Aut e contra: si plures nascuntur, quam moriuntur, & sic essent actu viuentes infiniti homines, si numerus hominum sic ab æterno augetur.

Decimò. Sequeretur quoddam absurdum valde graue, & paradoxon, imò & omninò incredibile. Sequeretur, inquam, si mundus fuit ab æterno, quod tot præcesserint instantia, quot horæ, & tot horæ, quot dies: & tot dies, quot menses: & tot menses quot anni, & tot anni, quot secula. Id necessariò consequitur. Nam essent hæc omnia infinita, quæ præcesserunt: & tamen vnum infinitum non est maius altero, etiam secundum Aristotelem.

Est præterea non perexiguũ argumentum, sed satis probabile, quod sumitur ex decremento tum vitæ hominis, tum stature ipsorum. Nam si fidem spectemus, certũ est ex Genesi, & ætati, & statura imminutos homines à vita mille annorum vsq; ad septuaginta annos tempore Dauid, & nunc fortè communiter ad quinquaginta, ut nunc experientia comperimus. Nam si ita est, profectò mundus ab æterno, saltem homines esse non poterunt. Consequentia est manifestissima. Antecedens probatur multipliciter. Primò enim in hac sententia est Plinius lib. 7. cap. 16. vbi hæc habet verba: In plenum autem cuncto mortalium generi, minorem in dies fieri staturam propemodum obseruatur, rarosque partibus proceriores, consumente vbertatem seminum exustione, &c. D. etiam Augustinus lib. 15. de Ciuitate Dei cap. 9. & sequentibus pluribus probat imminutam fuisse hominũ ætatem & staturam quo etiam cap. 9. ait de molari dente humano, quem ipse vidit, cum alijs pluribus, qui si cõscinderetur in partes, centum dentes molares sui temporis efficerentur. Alibi etiã ait, se in sepulchris antiquis vidisse ossa tantæ magnitudinis, ut tibie solum os æquaretur cũ integro crure sui temporis, à coxa ad pedem

pedem vsq;. Multa etiam de hac re habes apud Nicolaum de Lyra in Genesim, vbi & rationes vsque varias adfert. Conciliator etiam multa hac de re congerit in differetia 9. & Petrus Crinitus idem ostendit 7. de honesta disciplina cap. 2. imò & magis miremur, Auerr. 2. de generatione tex. 85. id videtur fateri. Huc prinet illud Virgilij 12. Aeneidos cum de lapide à Tur no facto loquitur.

Vix illam lecti bis sex ceruice subirent
Qualia nunc hominum producit corpora tellus.

Et primo Georgicorum.

Grandia, quæ effossis mirabitur ossa sepulchris. De eodem Gellius lib. 3. ca. 10. Sanctus Cyprianus etiam de eodem multa affert contra Demetrianum. Quod si vetustissimos consulimus, Homerus huius diminutionis conquirebatur sæpè, de quo Iuuenalis Satyra 15.

Nam genus hoc viuo iam decrefcebat Homero

Terra malos homines nunc educat, atque pufillos.

Id etiam ratio patet, tum quia hominũ in tẽperatiã efficit, ut imbecilli patres liberos procreet imbecilliores: secundò, quia ex communi sententia medicorum, (ut antea diximus) certum est humidum radicale semel amissum, nõquam posse per nutritionem perfectius, vel æquè perfectũ instaurari, quo fiet, ut nunquam parentes per suam nutritionem æquè bonam materiam parare possint soboli, ut ipsi habebant: igitur hoc posito antecedenti, cõsequentiã est manifesta, ab æterno homines esse non potuisse.

Iam verò idem ostendamus ex consensu totius antiquitatis cũ Philosophorũ, tum Historiarum, & gentium consensu. Est autem magnificandus hic consensus tot testimoniorũ, in rebus præsertim quæ ex facto pendent. Et quia quod proprios fuerint mundi origini, eo memoria recentior apud eos permanebat. In omnibus enim rebus vetustissimis id solet accidere, ut quod proprius ad originẽ accedat eorum, fama reperitur magis celebris.

Itaque cùm de orbis cõditione, & ori

gine antiquissimo quæras, eò manifestiora reperies testimonia, quò Authores illi fuerunt vetustiores: & maioris esse in hac re debent momenti, & auctoritatis, quò fuerint vetustiores.

Igitur primò in hoc est consensus omnium antiquorum Philosophorum ante Aristotelẽ, genitum esse mũdum, Anaxagoræ, Democriti, Heracliti, Empedoclis, & ceterorum, quamuis de modo, quo genitus esset, inter se differant, ut vidimus. Sed in illo in genere, mundum esse genitum, omnes cõueniebant, ut etiã expressè ait Aristoteles 1. de Cælo, tex. 102. oēs ante ipsum genuisse mundum, sicut antea diximus. Idemmet Aristoteles idẽ ait lib. de mundo ad Alexand. sic dicẽs: Vetus fama est, & quidem hæreditaria, mortalium omnium vnuerfa à Deo, & per Deum nobis esse constituta. Imò verò aliqui eorũ ex nihilo productionẽ admiserunt in mũdi generatione. ut Plato in Timæo, qui non solũ mundum, sed etiam tẽpus generat, teste etiam Aristotele, quare cùm nulla potuerit corporea res, vel materia aliqua ante tẽpus præfuisse, si tempus generat Plato: Ergo omnia cum tempore secundum Platonẽ ortum habuere. Præterea ex eo probatur, quia Plato in Timæo, & 6. de Repu. Deũ patrem ait primò generare Deum filium, non quidem ex materia, sed ex se, & deinde factã tertio loco animam mundi, & quarto loco naturã, & postea demones, seu Angelos factos à Deo, & istis Deũ dedisse, ne corrumperentur. At verò iã hæc Plato ex nihilo, & solã efficiente causa generabat, scilicet, Deo, & in tẽpore ut in eodẽ Timæo manifestum est. Et quamuis aliqui, ut Simplicius in 8. Physic. tex. 10. conati fuerint trahere Platonẽ ad æternitatẽ: tamen id cæteris omnibus Platonice reclamantibus, & alijs grauissimis authoribus Plutarcho, Philone Iudæo Attico, imò & ipsomet Aristotele, cui optimè nouerat sui magistri sententiã, qui tamen asseruit, ut diximus, illũ mundũ generasse, atque id manifestissimè ostendit Philoponus in solutione sexti argumenti Procli à ca. 7. vsque ad 29. & ex neotericis quoq; Marsilius Ficinus

lib. 18. de Theologia Platonis, ca. primo. Igitur tum Plato, tum Platonica, & qui illū sequuntur, re ipsa, non solum mundum generant in tempore, sed etiam ex nihilo rerum dictarum productionem admittunt necessariō, nisi à magistro discant.

Ante Platonem etiam Trismegistus ex nihilo videtur etiam mundum à sola causa efficiente generatum affirmare, à quo vult omnia esse accepisse. Item Pythagoras, ex unitate, quā Deum esse putabat, tanquam primo principio generabat omnia.

Item Auicenna 9. Meta. vltro cōcessit creationem. Ait enim Deum creasse primum substantiam separatam, & hāc rursus creasse secundam, & sic quodam ordine vsq; ad vltimam. Itaque non solum Deo creationem concessit, sed alijs quibusdam substantijs separatīs à Deo. Item Simplicius concessit creationem verē esse, licet ab eterno, & productionem ex nihilo mundi illam emanationem ab eterno: & ita materiam à Deo ex nihilo factā in 3. digressionē contra Philop. li. 8. Phy. & alibi.

Alij verō ex antiquis Philosophis, ex chaos, vel materia, aut ex atomis indiuisibilibus, idque vel casu, & fortuito, vel à mente & intellectu, vel alijs causis & modis. Tamen in hoc omnes cōsentiebant, quod mundum generabant, vt vidimus, licet in eo differrent, quod aliqua eterna cum Deo facerent.

Deinde omnia Antiquorum scripta, tū Historiographorum, tum Poetarū & antiquorum Populorum id testantur, que quidem Augustinus Eugibinus diligentissimè lib. 7. de perenni philosophia à ca. 8. vsque ad 22. in vnū colligit Homeri, Hesiodi, Sophoclis, Phocilidis, Arati, Mercurij Trismegisti in Pimandro, & Orphej, afferentiū mundum genitum fuisse, & cōcessisse, inter quos Orpheus, quem primum Theologū Græci vocant, qui etiam pulcherrè addidit, res nō verè dici posse factas ex nihilo, quoniam factæ sunt ex Dei sapientia, in quo præerant omnia, quæ quidem nos ab prolixitate nō citabimus: quisque poterit apud illum videre.

Itaque omnium rerum agnoscimus initia, idque constat ex illis, qui scripserunt de rerum inuētoribus. Ergo mundus nō est æternus: imò idem ipse Aristoteles in Proœmio Metaphysic. asserit esse inuētores artium: & 19. Sectione Probl. Probl. 18. ait, Mathematicas esse in Aegypto inuētas, quod ibi genus sacerdotum aleretur è publico, & fuisse ante ipsum pueritiā philosophiæ, & alia similia, quæ ostendunt mundum in tempore fuisse factum.

Item nulli sunt scriptores, qui explicēt aliquid fuisse gestū ante sex, vel septē millia annorum, quod merito mirabatur Lucretius, sic dicens:

„ Præterea si nulla fuit mundi genitalis origo,

„ Terrarum, & Cæli, semperque æterna fuere,

„ Cur supra bellum Thebanum, & funera Troiæ

„ Nō alij alias quoque res cecinere poetæ. Nam quod aliquot confingunt, interiectis quibusdam certis spatijs per combustiones, & inundationes aboleri omnes memorias rerum: Præterquam quod per se ipsum est fictitium, sine vllō fundamento id dicitur, cum nulla veterum monumenta id asserant fuisse factum, & id etiam in argumento: ergo confutabimus.

Ego igitur acquiesco sententiæ sacrorū Doctorum contra Auerroem, afferentiū creaturam non posse esse coæternā Creatori, & id demonstrari sufficienter arbitrator superioribus rationibus, quarum etiā plures putamus esse veras demonstrationes. Cæterum alij fortasse aliud iudicabunt, non carere, inquam, probabilitate contrariam sententiam, aut etiā esse, pblema vtriusque, sicut putauit Scotus 2. sent. 1. q. 3. Quorum iudicium alijs relinquitur. Nos certè patamus & pium id esse, & demonstrari creaturam non posse esse coæternā Creatori.

Sed argumenta opposita solueda iam sunt, in quorum solutione adhuc magis hoc notificabitur. Ad primum: Concedo Deū esse omnipotentem ab eterno: et concedo, quod ab eterno potuit mundū producere: Sed dico quod nō potuit mundus

Conclusio

Solutio ratio- num. Ad 1.

deus æternus fieri: Quod est dicere: semper potuit mundus produci ita, vt nō sumatur instans aliquod imaginatione, quin Deus possit tunc mundum producere: tamen non ob id mundus esset coæternus, nam adhuc Deus excedit, & antecedit quodcunque instans acceptum, quia vacat principio: hoc autem creaturæ repugnat.

Nota.

Vnde nō est hoc impotentia Dei, sed quia res non est factibilis in se, nec talis, aut tantę duratiōis capax, qualis & quantus est ipsemet Deus. Sicut facere rē absque productione, est impossibile. ita etiā producere rem & non in principio alicuius durationis eius: æternitas autem nō habet principium. Et nota solutionem, quam puto esse verissimam.

Ad 2.

Ad secundum dico: Quod est diuersa ratio de cognitione Dei, & volitione, ac de mudi productione. Illi enim actus est increatus, & est ipse Deus, ideoque principium non habet sicut, nec esse ipsius Dei: at mundus, & eius productio est quid creatū, nec potuerunt esse, nisi in aliquo principio durationis.

Ad 3.

Ad tertium dico: Quod non expectat Deus successiōem, sed semper, & semper creare potest: Aeternitas enim non est diuisibilis in se.

Ad 4. Solutio.

Ad quartum dico: Quod impossibile est, quod causa efficiens, & effectus sint in vnico instanti primo: Vnde sicut vltima dispositio ignis, quæ inducitur cum forma ignis, non est effectus ab illa forma, sed ab eo, quod generat. Similiter vestigium simul cum pede incipiens, non fit à pede, sed ab eo, qui pedē fecit: & eodem modo de Sole, & lumine dicendum: ita profecto, si in vnico primo instanti mūdus, & Deus essent, impossibile esset, mūdum esse factum à Deo, nisi ponatur aliquid, quod Deū cū mundo fecit, quod est plus quàm impossibile. Vnde hoc est argumentum potissimum pro hac sententia, quia est inintelligibile, causam efficientē veram coæternam cum effectu facere.

Ad 5. Solutio.

Deinde secūdo respondeo, quod si causa, & effectus eadem esset, & eiusdem speciei mensura, concedi tunc posset, effectū posse esse coæquale causæ, vt in diuinis

personis dicimus, in quibus communis est mensura ipsa æternitas Patris, & Filij, potuit alterum ab altero generari, & nō esse generante posterior, vt re ipsa est. Sic etiam, si vtriusque communis esset mensura tempus vt Solis, & Luminis, pedis, & vestigij, cum esset ab æterno tempus, etiam alterum posset esse ab æterno. At verò cum illorū diuersa est natura, & ratio mensuræ, non ita, sicut sunt Deus, cuius propria mensura est æternitas, & res alia, quarum propria mensura sunt quæ, vel tempus impossibile, vt sint coæqualis durationis causa, & effectus. Atque hæcenus de hac quæstione.

An Deus sit causa libera: an verò agat ex necessitate naturæ.

Questio. III.

Superius ad cōfutandam mundi æternitatem, obiter, quantum fuit satis, ostēdimus Deum esse liberam causam, ideo nunc diligentius id ostendendū erit, etiam secūdū Arist. sicut illic promissum. Aliqui enim falso asserunt, nec Ari. nec Peripateticos vllam primæ causæ libertatem concedere: sed contra impiè affirmāt, ea omninō agere ex necessitate naturæ.

1. rō in oppositum.

Id autem probant ex aliquot locis. Primo, Illa ratio Aristotelis in 8. Phy. tex. 7. & 8. id videtur supponere. Ait enim: Si mouens non mouebat prius, oportebat, vt postea moueret, auferri illud impedimentum, à quo prohibebatur. Quod videtur supponere agere ex necessitate nature: Nam aliàs posset responderi, primū mouens esse liberum, atque ita sine aliquo impedimēto prius nō mouisse, quia noluit.

Secūdo. Ibidem tex. 15. propter eandē rationem, ait esse absurdum, & simile figmento, Deum ab æterno non fecisse, & postea fecisse.

Tertiō. Ratio Aristotelis in tex. 79. et iā id supponit. Ait enim: Virtutē infinitā quæ est in Deo, si esset in magnitudine, moturam in nou tempore.

Quartō. Cælum est ingenerabile & incorruptum.

kkk 2

cor-

corruptibile secundum Arist. 1. Caeli, ca. 10. & sequentibus. At si Deus secundum Aristot. esset causa libera efficiens caeli et mundi, posset igitur caelum & mundum corrumpere.

5. Quinto. Item lib. 9. Metaphys. tex. 17. & lib. 2. text. 30. item lib. 2. Caeli, text. 17. ait, Caelum non posse non moueri, & Deum ac intelligentias non habere potentiam, vt non moueant, nec esse in potentia, sed esse actu semper mouentes.

6. Sexto ratio etiam haec difficultate facere videtur: Quia, si esset liber, posset velle & nolle, ac facere & non facere, atque ita posset mutari Deus: est autem Deus immutabilis.

1. Conclu. Quod non constat in Aristot. Deum ex necessitate naturae agere: imò in pluribus libere agere. Loca haec, & aliquot fortè similia multos induxerunt, vt Deo, secundum Aristotelem, tollerent omnem libertatem, Vt autem aperiam, quid sentiam, primò dico, non esse certum apud Peripateticos, Deum nullo modo esse liberum in Aristotele. Deinde dico, posse pluribus locis ex principijs Aristotelis probari, Deum in quibusdam rebus esse liberum, etiam secundum Aristotelem.

Quot vijs probanda conclusio. Ostendamus ergo primò ex testimonijs Aristotelis, deinde ex testimonijs in terpretum eius: tertio, necessarijs rationibus ex principijs etiam ipsius Aristotelis desumptis.

1. Via ex testimonijs. 1. Testimonium. Primò enim sunt haec testimonia Aristotelis. Primò in 4. Top. c. 5. locò. 64. ait Aristoteles, non debere dici calumniato rem, vel furem eum, qui possit talia agere, sed qui fecerit. Nā, inquit, multa possunt facere & Deus, & homines, quae non faciunt. Nil clarius dici potuit. Vbi vide etiam Alexandrum, qui bene explicat quo modo in Deo sit potentia ad facienda aliqua, quae non facit.

2. Testimonium. Secundò. 10. Ethic. c. 8. Aristoteles ait, illos esse Deo charissimos, qui sunt verè sapientes, & rationem ducem sequentes, optimo animo sunt affecti. Vbi & curare Deum res humanas manifestè confiteatur, & plurima istis beneficia conferre, quales sunt: & delectari Deum optimis, & sibi similibus hominibus, & illos ei esse charissimos. Haec ibi. Inclinari autem, et mouere se ad amandum, visa illorum sa-

pietia, & virtute, necessitatis non est, sed libertatis, & propriae voluntatis.

Præterea, Curam habere rerum humanarum, & beneficia largiri eis velle, voluntatis est.

Rursus, Cùm homini in Aristotele liberum sit, vt in studia incumbat, & sapiens sit, vel non sit, virtutem eligat, aut seclus, profecto actus ille Dei, quo diligit sapientem, & studiosum, non erit necessarius.

Est autem ridicula illorum expositio: qui, vt effugiāt, dicunt, Arist. illa in Ethicis populariter, minus verè dixisse, vt homines alliceret ad virtutem; tūc quia nullo tale ibidem ipse iudicat, & in vniuersis Ethicis seriò agit, & codè maxime loco, verbis grauissimis, tum quod Eustratius Græcus author Ethicorum Aristotelis præcipuus interpres longè aliter dicat, qui etiam eius rei rationem reddit, & in eo maxime ridendi sunt, quòd non possint Aristotelem pro sua impietate defendere, nisi dicant illum sponte fuisse mendacem, & impostorem.

Tertio. Ex 2. de Gener. text. 59. omnia eo modo compleuit Deus, quo ipsorum naturae debebatur. Item ex 12. Metaphys. text. vltimo, res eo modo gubernantur, quo optimo possunt. Sed datur entia contingentia, & libera: ergo contingenti, & libero modo gubernari debent: aliter non gubernarentur, neque compleuntur secundum suam naturam. Nō possunt autem libero modo gubernari, nisi à causa libera: ergo &c.

Quarto. Aristoteles in 8. Ethic. c. 7. & sepè etiam alibi docet, Deum erga bonos habere amicitiam, non quidem vt inter æquales, sed ex supereminetia, quam ipse vocat, vt superioris ad inferiorem. Idè ait in ca. 12. et. ca. 14. et sepè alibi tradit de honore debito & cultu a laude Dei. Vno verò in testamento, quòd condidit, antequam excederet ex hac vita, quod extat in ipsius vita apud Laertium: Deum orat, & aliqua fieri iubet religionis ipsius monumenta, quae quidem nunquam facturus fuisse videretur, nisi Deum esse liberum putasset.

Quinto. In libro de Mūdo ad Alexandrum, siue is sit Aristot. siue alterius, di-

Obiectio & eius confutatio.

3. Testimonium.

4. Testimonium.

Testimonium.

gnus

2. Via, ex testimonijs in terpretum Aristot.

1. 2. 3. 4.

gnus sanè est, qui tribuatur Aristoteli: Postquam omnia dixerat Dei esse opera, caelum, terram, animantia, atque omnibus dare vitam, & cuncta gubernare, ac regere, tandem ait: Deus cum in re immobili colloceat, omnia, quòd vult, mouet, arbitraturque suo, in diuersis rebus generibus, & naturis versat, &c. Atque haec tenus ex Aristotelis quibusdam testimonijs: iam ex Interpretibus quoque eius, idem ostendamus.

Præterea: ad id probandum suppetunt multa interpretum Aristotelis, & Peripateticorum testimonia ex Aristotelis sententia, sic arbitrantium. Primò enim apud Theophrastum. Si intellectus agens est Deus, vt ipse putat, etiam secundum Aristotelem, in lib. de intellectu à ca. 17. qui immittit cogitationes hominibus, cum ij intelligant continenter, ipse contingenter immittit. Idem dixerim de Alexandro, cuius eadem fuit sententia de intellectu agente, secundum etiam Aristotelem, vt patet ex suo 1. de Anima, capit. 25.

Secundò. Alexander expressè in libro de fato ad Antonium, & Seuerum, Imperatores in epologo, vbi profitetur se explicare sententiam Aristotelis, ait, à Deo esse petendum, vt concedat beneficia, quoniam ipsi dandi, & non dandi, facultas est.

Tertio. Simplicius in 2. Physic. text. 77. ait. Deum vti natura, vt vult, & cuncta in æquitate dirigere.

Quarto. Idem in 4. Physic. in digressione de loco, paulò post initium, ait: Deum in Caelo Empirico illustrare mentes hominum, & ostendere illis ea, quae per se sunt spectabilia. Et super Epicthe. c. 54. & 27. ait, animas hominum in reditu post corpus bonas manere premia: de quo vide orationem, quam habet ad Deum, ad calcem illius operis in Epictheum, qua ipsum precatur, vt mentes nostras illuminet, idem etiā Simplicius, quod plus est, in Physico. ait intelligentias posse mouere Caelum, velocius, vel minus velociter, pro earum voluntate: & ibi ita ipsum intelligit Aristotelem, vt superius citauimus.

Quintò. Philoponus præterea, Ammonius, & alij ex veteribus, quorum attuli ad calcem primi Periherm. Themistius, Eustratius, Psellus, & Magentinus cum plerisque alijs, qui ponunt in Deo prouidentiam secundum Aristotelem, consequenter libertatem confiteantur necesse est, secundum eundem: haec enim non potest esse sine libertate, nec haberi de rebus liberis à causa omnino necessaria: atque haec ex testimonijs Interpretum Aristotelis.

Sed, ex doctrina Aristotelis, & ipsius principijs multa etiam deduci possunt argumenta.

Primò, In Aristotele: Homo est liber, vt patet ex 2. Physic. text. 58. & 59. ait hominem agere, caetera agi, & in 2. Ethic. ca. 6. ait in nobis esse virtutes & vitia, quae tamen versantur circa ea, quae subduntur nostrae electioni. Et in 3. Ethic. c. 2. ait, in brutis esse spontaneum, in solo homine electionem, Et ab Alexandro in libro de Fato, cap. 8. & 9. id supponitur vt primò principium, in sententia Aristotelis. Idem Simplicius 2. Physic. text. 1. & 32. & saepè alibi, vt alios omittam innumeros. Sed impossibile est causam secundam esse liberam, prima existente necessaria: ergo, &c. Probatur minor. Quia aliàs secunda causa potest operari sine prima: quia posset efficere id, ad quod prima non posset cooperari: & præterea secunda tunc causa videretur domina primae, si pro eius arbitrio primam ad agendum secum traheret, vel rejiceret; ac fieri demum posset, vt actionem necessariam primae causae, secunda frustraret, sua libertate, nolens operari: Quae omnia sunt planè absurda: Præterea, ratio ipsa, qua probat 2. Ethic. in homine esse libertatem, & voluntarium, non verò in bruto, aut alijs rebus est, quia valet intellectu, quo cognoscit finem, & media ad finem, & ea ad finem ordinat, & ita intellectum consequitur in appetitu voluntarium; & sensum consequitur in appetitu spontaneum tantum: At Deus intellectum habet & mens est secundum Aristotelem: ergo &c. Et consequitur in eo voluntarium, ex Aristotelis ratione: & præferim, cum omnia

3. Via, ex necessarijs rationibus ex principijs Aristot. desumptis.

KKk 3 ordi.

ordinet Deus in finem, ut potest sapientissimus.

Secundò. Secundum modum argumentandi, quo utitur Aristot. in 1. de anima, tex. 8. quod etiam repetit 3. Meta. text. 13. aduersus Empedoclem. Ineptè facit, qui aliquam perfectionem, quæ verè perfectio sit, negat Deo. Sed libertas est perfectio: ergo &c. Probatur minor: Quia solùm dicit in sua ratione esse dominum suarum operationum, & ita posse facere, vel non facere, ut velit, idq; ex ipso, nec alteri necessariò subesse: At hoc perfectionis est, esse suarum actionum absolutum dominum, & non alteri subditum vel seruum, nec ab alio aliquo necessariò pendere: ergo, &c.

Tertiò. In innumeris reb. naturalibus nullam posset quis reddere, secundum Aristot. rationem, nisi recurratur ad diuinam voluntatem, ut v.g. in ordine circulationum cæli, cur hæc prior, illa sit posterior, & non contrariè: cum enim sint omninò similes, reddi ratio non potest, nisi sola Dei voluntas ordinantis: Cur non totus mundus sit inuersus: ut pars antarctica sit, ubi est arctica, & econtrariè. Omnia enim eodem modo se haberent.

Præterea: Cur motus cæli sit magis ab oriente in occidentem, quam econtrariè, de qua questione tam laborat Aristot. in 2. Cæli, text. 33. nulla enim inueniri potest, præter diuinam libertatem. Nam quod respondet, in oriente esse dextrum, manifestè petit principium: Nam propterea ait esse dextrum in oriente, quoniam inde incipiebat motus. At verò eadem remanet difficultas, quia si esset in occidente, ibi esset dextrum, quia inde inciperet motus, & ita videretur petitio principij: Quæro enim, cur Deus posuisset dextrum in oriente potius, quam in occidente.

Præterea. Posita aliqua debita dispositione ad introducendam, v.g. formam, ignis, nulla potest reddi ratio præter diuinam voluntatem, cur hæc forma numero introducatur, v.g. bipedalis, & non alia ignis bipedalis. Non enim magis conuenit hæc forma ignis numero, cum hoc loco, hoc tempore, ac numero, dispositione, quam alia forma ignis bipedalis.

Ex pluribus quorū reddi causa non potest, propter diuinam voluntatem.

Item partes temporis inter se sunt omninò homogeneæ: Cur ergo tempus hesternum non fuit hodiernum, & econtrariè: cur dies vel annus elapsus præcessit, et hic subsequitur, sed & infinitorum instantium ordo, cur ita sit? Et in partibus etiã motus cæli idem poteris quærere. Neque verò ratio in his, quæ satisfaciunt, reddi potest, præter diuinam voluntatem, & sapientiam, sic in istis rebus indiuiduis ordinè constituentem, quibus similia problemata facile poteris sexcenta excogitare.

Ad hæc, addamus rationes quasdam. D. Tho. ex li. 2. Summæ contra gentes, c. 23. ex pluribus, quas illic adfert Sanctus Doctor, pulcherrimas. Sit ergo argumentum.

Amplius secundum philosophum 9. Meta. duplex est actio. Vnã, quæ manet in agente, & est perfectio ipsius: ut videre. Alia, quæ trãsit in exteriora, & est perfectio facti, sicut comburere in igne. Diuina autem actio non potest esse de genere illarum actionum, quæ non sunt in agente, cum sua actio sit sua substantia; ut in primo ostensum est: oportet igitur quod sit de genere illarum actionum, quæ sunt in agente: & sunt quasi perfectio ipsius. Huius autem non sunt, nisi actiones cognoscens, & appetens: Deus igitur cognoscendo & volendo agit, & operatur, non igitur per necessitatem naturam, sed per arbitrium voluntatis.

Adhuc. Deum agere propter finem ex hoc manifestum esse potest, quod vniuersus non est à casu, sed ad aliquod bonum ordinatur: ut patet per philosophum in 12. Meta. Primum autem agens propter finem oportet esse agens per intellectum, & voluntatem: ea enim quæ intellectu carent, agunt propter finem, sicut in finem ab alio directã: quæ quidem in artificialibus patet: nam sagitta motus, est ad determinatum signum ex directione sagittantis. Simile autem esse oportet in naturalibus. Ad hoc enim, quod aliquid directè in finem debitum ordinetur, requiritur cognitio ipsius finis, & eius quod est ad finem, & debita proportionis inter utrunq; quod solùm intelligentis est. Cum igitur Deus sit primum agens, non agit

5. Ratio.

6. Ratio.

agit per necessitatem naturæ, sed per intellectum, & voluntatem.

7. Ratio.

Itè. Voluntas habet pro obiecto bonum secundum rationem boni: Natura autem non attingit ad communem rationem boni; sed ad hoc bonum, quod est sua perfectio. Cum igitur omne agens agat secundum quod ad bonum intendit (quia finis mouet agentem): oportet quod agens per voluntatem ad agens per necessitatem naturæ comparetur, sicut agens vniuersale ad agens particulare: Agens autem particulare se habet ad agens vniuersale, sicut eo posterior, & sicut eius instrumentum: ergo, oportet, quod primum agens sit voluntarium, & non per necessitatem naturæ agens.

8. Ratio.

Demum. Si Deus liber non esset, sequeretur multa absurda contra naturam, & contra ius & debitum naturæ: Ut, quod non esset orandum, cum esset necessarium agens: nam stultum esset orare agentia necessaria, ut Solem, Lunam, ignem, vel aquam, quia flecti precibus non posset. Sic etiam nec timendus esset, nec reuerendus; imò nec colendus, nec in eo spes collocanda, quod adiuuaret, vel eriperet ex malo, aut periculo: & sexcenta eiusmodi.

Hæc sane argumenta omnia etiam in principijs Aristot. & in ratione naturali, euidenter ostendunt, Deum non posse esse agens omninò necessarium. Sed secundum etiam Aristotelem, tum cum liberis causis medijs liberè coagere, tum in indiuiduorum productione, & ordine liberè ea disponere, & præsertim concessa, ut concedi debet secundum Aristot. prouidentia, de qua & nos alibi.

Solut. obiecti contrarium. 1. Solutio ad obiectum in genere loquens Aristot.

Ut autem locis illis Aristotelis satis fiat, dici posset fortè probabiliter: Primum, Aristotelem voluisse Deum esse agens necessarium circa ea, quæ pertinebant ad perfectionem vniuersi, ut videlicet circa species in vniuersali, & de motu in vniuersali, ac mundi conseruationem, de quibus videntur procedere argumenta illa: at verò circa indiuidua (ut diximus) & res liberas, ut homines, non est dubium, quin ipsum posuerit liberum.

Sed neque illud certò apud Aristotelem affirmari quis poterit, ut ostendimus,

maximè cum nullibi id expressè dixerit: & hæc loca non conuincant, sed optimè dissolui possunt, etiam de speciebus cæli, motu, & mundi conseruatione, ut paulò post dissoluemus.

2. Solutio in genere.

Secundò: Cum illæ rationes Aristotelis, tam in tex. 8. & 9. quam in 79. quas facit pro mundi æternitate, tam peccent in multis alijs, ut supra attigimus ex Philop. & suo etiam loco erit manifestum, non esset mirum si inter alia inconuenientia, in hoc etiam incidere; ut illam libertatem adimerent Deo, quam in tam multis alijs locis ipsemet concedit Aristot. atq; ita in genere responsum esset.

Ad singula testimonia Aristot.

Sed tamen particulatim singula accedamus, & ostendamus, ex nulla certò constare Aristot. admissè Deo libertatem, etiã in Cæli motu, & speciebus, & mundi conseruatione.

Ad primum.

Ad primum igitur respondemus: ibi Aristot. ponere mouens fuisse non seorsim; sed simul cum mobili, & tunc ait oportuisse esse aliquam causam quietis, si mouens non mouebat illud mobile: ut si poneretur, v.g. coæterna materia cum Deo, vel chaos, vel aliud aliquid, ut illi antiqui philosophi ponebant, contra quos disputabant. Ac tunc quidem rectè ait esse aliquam causam quietis debere, aliàs contra naturam esset talis quies, & violenta: imò nec fieret. Et quidem hoc semper sequitur, siue mouens esset liberum, siue necessarium: nam nec ex electione, vel voluntate illa tunc quies esset sine causa, vel impedimento eligenda: sicut nec à natura tunc sine causa, vel impedimento efficeretur: quare ratio Aristotelis simpliciter concludit, & absolutè, non curans quomodo mouens agat, liberè, an necessariò, sed abstrahendo.

Ad secundum.

Ad secundum respondeo eodem modo, supposito mobili cum mouente, inferre Aristotelem contra Anaxagoram illo loco, qui ponebat mentem, & chaos infinito tempore præcessisse in quiete, & postea mentem inde omnia segregasse, & mouisse. Nam hoc contra rationem, ait, diceretur fuisse infinito tempore mouens, & mobile, nec tamè assignare causam naturalem illius infinite quietis, & cur modò, & non prius,

prius, cuius rationem nullā reddebat Anaxagoras. Hæc autem Aristotelis illatio, posito mouente & mobili, simul & eodem modo, tunc sequeretur, siue illa mens libera, siue necessariò agens ab Anaxagora diceretur. Nam illa quæ mobilis infinita esset præter naturam, & sine ordine ad motum finitum, ut ait Aristoteles, & ita nec eligenda ab ipsa mente, etiam si libera esset. Sed, ut diximus, Aristoteles nil curat ibi, an mouens sit liberum, vel necessarium, sed absolutè infert, & simpliciter. An verò rectè inferat, alia quæstio est. Nam posito mobili cum mouente, rectè fortassè. Sed si mens illa Anaxagoræ fuisset ab æterno sola & libera, nõ ita: Nec contra hoc ibi disputauit Aristoteles. Posset enim tunc assignari causa, cur prius, & non antea, ut supra diximus.

Ad tertium.

Ad tertium, Respondeo: quòd si illa virtus esset in magnitudine, esset necessaria: quia esset omninò immersa materiæ, ut alia forma corporeæ: secus autem si sit, ut est, etiam secundum Aristotelem, à materia separata, & à magnitudine: nõ sic est libera, utpote intellectu, & voluntate prædita. Vel si adhuc quis dicat, manere libertatem in magnitudine, & corpore existentè, sicut anima rationalis nostra. Tamen tunc in illius motus naturalis actione esset necessaria, vel ut etiam viuificandi corpus, & dando ei esse, cum in alijs actionibus, scilicet, voluntatis, & intellectus esset libera. Sicut ipsa etiam anima nostra, in actionibus naturalibus, ut nutritionis, augmenti, & decrementi, & cæteris, est etiam agens naturale, sed in alijs voluntatis, & à voluntate imperatis, agit liberè.

Ad quartum.

Ad quartum. Respondemus primò, etiam si hoc concederemus secundum Arist. in conseruatione cæli, & mundi esse causam necessariam: non ideo cõcluderetur in omnibus alijs eius actionibus nullo modo esse liberam, scilicet, vel cum causis liberis coagèdo, vel in particularibus rebus, ut ostendimus.

Secundò. Dicimus etiam cum illa necessitate posse esse aliquam libertatè, videlicet complacentiæ, qua scilicet, spon-

tè, & delectabiliter mundum conseruare vult, et conseruat sua ipsa propria immutabili voluntate, sicut complacet in se ipso, & suis perfectionibus, & sui amore. Quare non excludi adhuc secundum Arist. etiam in mundi conseruatione omnem libertatem.

Tertiò, dicimus, quòd Deus etiam si posset corrumpere, non tamen corrumpet, ne opus suum destruat. Esse autem cælum incorruptibile ex se, quòd careat materia & contrarijs, atque ideo nulla naturali causa posse corrumpi, & nil amplius concludere testimonium illud Aristot.

Ad quintum.

Ad quintum respondeo idem, quod ad præcedens argumentum. primò, & secundo loco diximus, & tertio, rursus ad dimus: ibi solùm dici, ex se cælum, si naturam eius spectemus, non posse nõ moueri, & hoc suæ naturæ esse impossibile, & ei repugnare, quod postulat semper moueri: non verò Deo mouenti ex se repugnare, aut intelligentiæ, quamuis & hæc quidem non intermitteret motum, nõ quia nõ sint liberæ, aut quia ex se nõ possent, si solùm suam naturam spectemus: sed quia contra cæli naturam non agant nec volunt agere, ne etiam contra rationem sic agant non mouendo.

Dicimus præterea, non esse in potentia intelligentias ad motum cæli, ut possint non mouere, si spectemus naturalem ordinem rerum, et actionem naturalem, quia aliàs violenter agerent, & contra naturam celo inditam: nõ quòd in se absolutè nõ sint prædita intellectu, & voluntate, atque adeò liberè agant.

Quamuis etiam Simplicius, posse intelligentias celerius cælum mouere, & minus celeriter, concessit etiam secundum Arist. supra in Physi. vbi ipse etiam Arist. idem videbatur insinuare.

Ad sextum.

Ad sextum. Et si Deus possit facere, & non facere, & velle vel nolle, ut aliquid sit, vel fiat, non sequitur ipsum mutari, sed res ipsas factas. Et hoc etiam de prima causa cognouit Aristoteles, qui posuit primum mouens immobile, mutat itaq; reliqua, ipso immoto permanente. Nec cum dicimus illi posse velle & nol-

le, ha-

le, habet diuersos in se actus volutatis sibi succedentes, ut in nobis: nam & ipsum velle est ipsū esse, sicut & intelligere est ipsum esse: non verò actus accidentales informantes eius voluntatis potentiam; solū ergo mutatur respectus rerum volutarum ad ipsum, quia aliter se habent ad ipsum voluntatè, quàm antea; non verò ipse mutatur, aut aliter se habet ipse Deus. Denique quicquid vult, voluit ab æterno, sed liberè vult, & nunc, & ab æterno: atque de hac quæstione sit satis.

CAPVT III.

Principium cõsiderationis idcrit. Text. XXI.

ut probet motus primi, & motus primi æternitatem, supponit aliqua semper moueri, aliqua semper quiescere: aliqua quædoq; quiescere.

MOTVS æternitate constituta vniuersaliter, modò vnus motus primi æternitatè indagat, ac similiter vnus primi motoris: ac exordium sumit à quæstione proposita in text. 19. superiori: An, quæ mouentur, semper moueantur: & quæ quiescunt, semper quiescant: ad cuius inquisitionem ponit vnã diuisionem cū subdiuisione & argumento, colligit, esse aliqua, quæ semper mouentur: alia quæ semper non mouentur: Aliqua, quæ aliquando quiescunt, aliquando mouentur: & per hoc soluitur dubium, & similiter finitur speculatio de motu, quæ in his sex libris Physicorū suscepta fuit.

Diuisio eorū, quæ mouentur & quiescunt. Subdiuisio.

Est igitur diuisio tripartita. Aut omnia mouentur semper, aut omnia quiescunt semper. Aut aliqua mouentur.

Subdiuisio est huius tertij membri, ad huc etiã tripartita. Si aliqua mouentur, aliqua quiescunt: aut illa, quæ mouentur, semper mouentur; & illa, quæ quiescunt, semper quiescunt: Aut illa, quæ mouentur, possunt quiescere: & illa, quæ quiescunt, possunt moueri: & tunc omnia moueri & quiescere poterūt, & apta erunt: Aut tertiò, Alia mouentur semper, alia quiescunt semper; alia modò mouentur, modò quiescunt.

Nota.

Ita, ut sint tria entium genera: Quædam immobilia, quædam mobilia semper: quædam apta modò moueri, modò quiescere, quod membrum verum esse ostenditur per aliorum exclusionem.

scere, quod membrum verum esse ostenditur per aliorum exclusionem.

Est igitur vna integra diuisio, quinq; partibus constans. Idem in primis duabus fit diuisio solū penes prædicata duo, subiecto non diuiso: Puta, aut omnia semper mouentur, aut omnia semper quiescunt. Sumimus enim omnia entia in vtraque parte. In tertia diuidimus vtrunque: Puta, aut alia semper mouentur, & alia semper quiescunt. In quarta coniungimus duplex prædicatum vni subiecto: Puta, Aut omnia sunt apta moueri, & quiescere. In quinta sumimus vtriusque diuisionem simul cum diuisione aduerbij temporis. Puta, aut alia semper mouentur, alia quiescunt semper: alia modò quiescunt, modò mouentur.

Dicere igitur omnia quiescere. Text. XXII.

Incipit partes excludere: ac primò illa, quam prius sumpsit: puta, omnia quiescere semper, quod affirmabat Zeno. Quadrupliciter autem hoc rejicit, in quo reprehenditur Zeno, quia relicta sensus experientia, sequebatur rationem: quod dicit esse imbecillitatis intellectus: quia, ut dicit S. Tho. nesciens solvere rationes sophisticas, contra sensum quicquã affirmabat. Simp. dicit, hoc dici esse ex imbecillitate intellectus, quia est nescire per se notum à non per se noto distinguere.

Integra totius diuisionis partes quinque.

- 1. 2. 3. 4.

5.

Excluditur illud membrum, quod non omnia semper quiescant.

1.

2.

Secundò reprehendit: Quia ista sententia nõ solum aufert vnã cõclusionem particularem, aut vnã rem: sed potiùs oēs res naturales negat, in quibus motus est principium. Imò dicit, quòd omnes artes, & opiniones negat, quia omnes motu aliquo modo vtuntur, & indigēt. Physica enim motum per se considerat; Metaphysica motū supponit, per quem, Deum esse, indagatur. Mathematica motum supponit, ut ab eo abstrahat: similiter etiam aliæ artes practica.

Tertiò autem in hoc reprehenditur: quòd etiam præter Physicam alia tollat.

Quartò rejicitur; quia sicut eos, qui instat, & principia negat Mathematica,

3.

4.

LII non

non est Mathematici redarguere: ita nec est Physici contra eos disputare, qui motum negat, cum sit principium Physicum, naturam esse principium motus.

Ferè aut & omnia dicere moueri. **Tex. XXIII.**

Reijcit alteram partem diuisionis, puta, omnia moueri, quod dicebat Heraclitus. Dicit autem, quod hoc est ferè simile cum prima opinione, quia est falsum, & etiam præter methodum, id est, nõ Physicè dictum. Quia sicut qui motum negat, non loquitur Physicè: ita etiam qui quietè. Nam natura principium est vtriusque, & motus, & quietis.

At minus præter Physicam loquitur, qui negat quietè. Nam naturalis præcipue in motu versatur, quod plura mouentur, & quod motus quid posituum est: quies verò motus priuationem dicit: Et ita parum de quiete, multum de motu in Physica differitur: minus ergo negat Physicè, qui omnia semper moueri dicit. Est autem hæc notanda expositio. Impugnatus ergo hæc opinionem, tanquam magis Physicè ipsam exponit. Isti enim dicunt omnia moueri, nullo dempto, & semper moueri: tamen non semper motum hunc apparere: ob id quadam quiescere videntur, cum tamen moueantur.

Exponitur opi. Heracl.

Primo probatur in augmento, & decremento, non semper continè moueri. Not. text. expositione a. expositio.

At quamuis hi non explicent, quo modo cuncta moueantur semper, an vno, an pluribus: tamen Aristoteles de omnibus probat, ac dicit, facile esse probare, omnia secundum nullum motum moueri semper. & primo probat de augmento, & decremento sic: Secundum augmentum, & decrementum non potest quicquam continè moueri, quin detur interpolatio: ergo non possunt omnia secundum talem motum semper moueri.

Hoc argumentum variè intelligitur ab Expositio. bus. Themist. sumit vtrumque motum simul: vt sit sensus: Augeri, & decretere, sicut ascendere, & descendere, nõ possunt esse absque media quiete: ergo nõ possunt res semper moueri. Quod si dicas: debebat probare de altero per se: Dico, non oportebat: nam hoc sensus indicat, cum res non semper augeri, sed ali-

quando decretere sentiamus. Quod si ista admittamus ex positione, à qua sit illa nos deliberamus. Contendunt enim aliqui ex hoc loco, augmentum non esse motum continuum. Adde etiam quod cum Themist. exponunt Simpl. & Psellus.

Alij verò cum S. Thom. & Auer. aliter exponunt: puta, quod nec augmentum continuum est per se, nec decrementum, sed quod sit per minima, ita, vt vnico instanti, & tempore acquiratur minimum vnum quantitatis, alio tempore, & instanti aliud minimum, & non continè, ita, vt in singulis instantibus augeatur: esset enim infinitum actus.

Vnde debes intelligere sic augmentum quod in hoc tempore disponatur alimentum tantum, & in fine dispositionis conuertatur, & nutritum fiat maius: & alio tempore disponatur, & postea augetur nutritum semper interrupto augmento. Nõ vt tempore aliquo continè augmentum fiat, ne detur infinitum. Idè de decremento: & sic explicant ratione Aristotelis.

At quicquid de hoc sit, melius est, admissio, quod loquatur de augmento per se, quod sit sensus, quod non semper res augetur, id est, quamuis per viginti annos duret augmentum, non in hoc toto tempore continè augmentum fit, sed aliquando cessatur. Hoc tamen non obstabit, quin augmentum saltem aliquo tempore sit continuum.

Inter has expositiones mihi magis placet vltima: nam verba, quæ sequuntur, huic videntur fauere. Et Simpli. docet etiam non solum illos duos motus non esse continuos, puta, augmenti, & decrementi inuicem, sed nec singulos per se. De continuatione autem horum alibi disputabitur.

Est autem similis ratio illi, quæ est de eo.

Comparat hos, qui totum augmentum dicunt continuum, his qui dicent, excauationem lapidis à guttis esse continuam, ita, vt si tanto tempore tantum excauatur, in dimidio dimidii excauabitur, & in alia quavis temporis illius parte: etiam pars alia excauatur. Ita etiam.

Authoris sententia.

Reijcit similia duo, quæ videri possunt.

Similiter autem & in alteratione qualibet.

Cum probasset secundum augmentum vel decrementum, omnia non semper moueri, quod augmentum nõ est continuus motus, probat idè modò de alteratione, quod non moueantur omnia alteratione semper. Et hoc tripliciter. Primo, quia non fit semper alteratio continua, vt dictum est de augmento: nõ igitur semper res alteratur. Probat antecedens de congelatione, quæ alteratio quadam est, & in tempore fit: nõ tamè in qualibet particula temporis congelatur pars congelati, sed totum simul: vt patet de coagulatione lactis, & de aque congelatione, de qua iam alibi dictum est.

Probatur idem in alteratione.

Probat secundò: quod alteratur certo tempore, & in certum terminum mouetur: Vt quod ægrotat, ab ægritudine in sanitatè tendit in tempore aliquo, & nõ in instanti: ergo non semper est sanatio: alias non esset tempore certo, nec in terminum certum. Vnde addit, quod hoc negare, est valdè nota negare: & vocat continuum alterari semper, & incessanter alterari. Nota, quod addit illud verbum (non in termino temporis,) id est, instanti alteratione esse, quia alias nisi esset in tempore, non videretur motus continuus.

Tertio probat experientia: Experimur enim multo tempore lapides in eadem duritie pseruare, nec duriores, aut molliores fieri, quod si alteratio esset secundum duritiem, profectò tanto tempore sentiretur notabiliter: quod non ita est.

Et de ipso ferri mirabile est. **Tex. XXIII.**

Probat tertio de motu locali: quod non omnia semper moueantur motu locali: Et facit duas rationes. Altera est: quia motus localis est sensu perceptibilis: at sensu aliquando motum lapidis, aliquando quietem in terra percipimus: ergo non semper lapis mouetur: aliter mirum est, quod lapis existens in terra, moueatur localiter, & sensu nõ percipiatur. Altera ratio est: Omne quod in proprio loco est, quiescit, nisi violenter mouea-

Probatur idem in motu locali.

etiam de augmento: si, n. augetur viginti annis, in dimidio dimidium, & in alio aliud augetur: quamuis non semper notus sit motus, sicut excauatio à singulis guttis non est nota.

2. Similiter est aliud exemplum de arbore, quæ nascens iuxta lapidem, ipsum tandem scindit, dum crescit: videtur enim motus scissionis esse continuus.

Statim rejicit hoc Aristoteles, dicens, quod non ita est. Non enim quæuis gutta, & in qualibet parte temporis cauat, sed omnes simul. Similiter, non in toto tempore, quo arbor nascitur, lapidè scindit, sed tempore quodam, sicut qui nauim trahunt. Non enim quiuis per se aliquo tempore trahit, sed omnes simul per totum tempus.

Ita fit augmentum. Non enim calor naturalis per quamlibet dispositionem continuo tempore auget, sed aliquo tempore disponit, & alterat, & postea auget: similiter in diminutione. Vnde quamuis pars remota excauataque diuisibilis sit, non tamen pars qualibet in parte qualibet temporis remouetur. Similiter de augmento, & diminutione. Dices, quomodo gutta cauat lapidem, cum nulla per se? Respondet S. Thom. quod primæ disponunt, vltimæ autem, dispositione præcedenti, excauant.

Solutio D. Thom.

Simp. & Themist. hæc verba non referunt ad augmentum, sed ad operationem ipsam illorum, qui dicunt motum esse, sed non semper percipi: & tunc dicit, quod hoc simile, ac si dicant, excauatione esse continuam, at non percipi: Quod quidem falsum ostendit: pendet autem hæc expositio ex præcedenti ipsorum, & vtraque est conueniens.

Concludit Aristoteles, quod quamuis diminutio, & augmentum diuisibilia sint in infinitum, cum per ea quantitas acquiratur, vel deperdatur, quæ diuisibilis est in infinitum: tamen non oportet, quod in qualibet parte temporis continè perdat, aut acquiratur aliquod totum, id est, aliqua quantitas, vt dictum est. Et in hoc apparet, expositione priorem magis conuenire literæ, quam posteriori. Item Simpli.

moueat: at multa in suis locis existunt, nec violenter semper mouentur: ergo non omnia mouentur, sed aliquando quiescunt. Vnde ex his concludit, quod non omnia semper quiescunt, aut semper mouentur: & hoc per has rationes, & alias similes notum euadere potest.

At verò neque alia quidem contingit.

Impugnatur 3. ratio diuisionis. Nihil videlicet esse, quod aliquando quiescat, aliquando moueatur. 1. Ratio.

Impugnatur tertiam diuisionis partem, puta, aliqua quiescunt semper, aliqua mouentur semper, ita, vt nihil sit, quod aliquando quiescat, aliquando moueatur. Reiecit duplici ratione: Prior est, sicut præcedens: Quia est contra sensum. Exprimur enim aliqua moueri, & eadem aliquando quiescere.

Posterior: Quia ex hac opinione auferitur augmentum, & motus violentus, & generatio, ac corruptio, ac denique motus vniuersaliter. Auferitur quidem augmentum, quia (vt dictum est,) non est continuum: Auferitur motus violentus, quia mouetur violenter, quod ex quiete naturali in motum tendit præter naturam: Debuit ergo quiescere, nam motus naturalis violento non est continuus.

Auferitur generatio, & corruptio, & denique motus: quia omnis est ex quiete vnius termini in quietem alterius: vt cum ex albo fit nigrum, tunc quod quiescebat sub albo, mouetur in nigrum: similiter cum ex non homine fit homo, quod non homo erat, tendit vt fit homo. Aut in loco similiter: quod erat hic, mouetur hinc, vt sit; & quiescat in alio. Auferitur igitur quietem in his, quæ mouentur, est auferre, & destruere motum omnem.

Quare manifestum est. Tex. XXV.

Impugnatur 4. pars diuisionis, omnia aliquando quiescere, aliquando moueri.

Concludit, quod alia quidem modo mouentur, modo quiescunt, quod est contra partem impugnata: postea excludit quartam partem, quod omnia aliquando moueantur, aliquando quiescant. Et dicit, hoc esse ascribendum rationibus superioribus. Intellige, quod est opinio Empedoclis superius impugnata tex. 15. Hic enim dixit omnia aliquo tempore

quiescere, alio moueri. Simpliciter aliter exponit: sed sic est bona expositio.

Reiecit his quatuor opinionibus ad inferendum quintam diuisionis partem iterum velut refumit dicta, & syllogismum diuisionem componit, partes omnes præter vnam quam intendit, destruentem.

Aut enim omnia quiescunt, aut omnia mouentur. Tex. XXVI.

Est igitur diuisio. Aut omnia quiescunt, aut omnia mouentur: aut aliqua quiescunt, aliqua mouentur: & horum, aut omnia sunt apta quiescere, & moueri aliquando: aut aliqua quiescunt semper, alia mouentur semper: & alia modo mouentur, modo quiescunt: & præter misit in hac diuisione tertiam partem superiorem, quia cum alijs intelligi potest.

Proponitur tota diuisio.

Statim partes excludit. Primum illam, omnia quiescunt: & dicit, quod supponatur ita esse, sicut Melissus dicebat, puta, ponens vnum & immobile vniuersum: quauis igitur non sit, non tamen negari potest, quin saltem aliqua moueri appareant, aliqua non: tunc illa imaginatio, & opinio, qua motus apprehenditur, & iudicatur, erit falsa, cum aliter res se habeat: & alio quando est vera, cum res ita se habet. Ergo ex hoc, quod motum negant, motus est. Nam imaginatio, & opinio falsa, & vera, imò absolute imaginatio, & opinio motus quidam est. Quo autem modo imaginatio motus sit, ad libros pertinet de Anima. Est enim imaginatio motio potentie interioris à sensu in actu facta: vt cum quæ sensibus percipimus, imagines interiorius Voluimus. Opinio autem est assensus, & iudicium sensus interioris: hi autem quidam motus sunt.

Excluditur aliqua partes.

At quia hæc res est per se nota, dicit, quod non oportet rationem querere, cum habeamus sensum, qui notior est ratione. Quæritur autem rationes, vbi sensus est, est hominis non distinguuntis melius, & peius, per se notum, & non per se notum, vt diximus.

Nota, quare rationem, vbi est experientia sensus est se hominis non distinguuntis intra melius & peius. Excluditur aliæ partes.

Alias partes duas diuisionis superius postas reiecit: & dicit, quod omnia semper mouentur, aut quod aliqua quiescant semper

semper, alia moueantur semper. Similiter prima, quod omnia quiescant semper, vnica ratione reprobantur. Nam experientia ostendit, aliqua aliquando quiescere, & eadem aliquando moueri: & hinc patet, quod impossibile sit, omnia quiescere, aut omnia moueri continuè, id est semper, aut aliqua semper moueri, alia semper quiescere: & non esse aliud medium, puta, alia aliquando moueri, aliqua do quiescere.

CAPVT IIII. Reliquum est igitur. Tex. XXVII.

Explicat sententiam Arist.



LIIS diuisionis partibus refutatis, nunc suam sententiam determinandam interrogatiue proponit sub distinctione cum quarta parte diuisionis: puta, an omnia sint apta quandoque quiescere, quandoque moueri: an potius non sit, sed aliqua sint semper in motu, alia semper absque motu: alia verò quandoque in motu, quandoque in quiete: atque hanc partem intendit demonstrare: ex hac enim colligitur, vnicum esse perpetuum motum continuum, & vnum motorem immobilem.

An omne, quod mouetur, ab alio moueatur.

Ad huius determinationem vnum aliud inquit: An omne, quod mouetur, ab alio moueatur: quod quidem in lib. 7. disputauerat, sed non similiter. Illic enim tractauit hoc vniuersaliter, & qua ratione ad motum pertinebat: hic verò particulariter, & ostendendo, quale sit id, à quo vnum quodque mouetur: & hoc, vt deducat nos ad primum motum, & primum motorem. Vnde ex illo, quod dicitur in septimo, & hic, perfecta sit huius tractatio.

De quo motu, & mouente agatur hic. Tres diuisiones mouentium.

Primum autem explicat de quo motu, & mouente sermo sit. Secundò, in quo præcipue difficultas consistat, aperit, & id postea determinat. In hoc ergo textu triplicem diuisionem mouentium, & mobilem ponit, quarum prima est aliàs dicta: Eorum, quæ mouent, aut mouentur, quædam per accidens, quædam per se, aut mouent, aut mouentur. Explicat priorè

partem. Illa mouent per accidens, quæ mouent, quia insunt alijs: vt si ignis calefacit id, quod accidens est igni, dicitur per accidens calefacere: sicut album per accidens edificat, quia accidit artifici edificanti. Dicitur etiam alio modo per accidens mouere, quod ob id mouere dicitur, secundum sui partem mouet: vt quod manum, vel alia parte sola mouet aliquid, per accidens dicitur mouere.

Quædam mouent, & mouentur, vel per se, vel per accidens. Quæ mouentur per accidens.

Idem fit ex parte mobilis. Per accidens enim mouetur, aut id, quod accidit rei motæ, vt album calefit per accidens: aut quod per partem sanatur, vt per accidens sanatur, quod tantum secundum oculum sanatur. Et nota quod hic sumitur, per accidens vniuersaliter, vt comprehendit etiam secundum partem moueri: nam in 5. lib. particularis sumpsit.

Quæ per se.

Explicat autem posteriorè partem: puta, quæ per se mouent, aut mouentur. Et dicit, quod ea, quæ non per accidens, id est quæ mouent, non quia alij insunt, nec quæ secundum partem, illa mouent per se. Similiter illa per se mouentur, quæ mouentur, non quia alteri insunt, aut secundum partem moueantur. Hæc autem nota sunt ex præcedentibus.

Quæ per se mouentur. Horum enim quæ mouentur, dam a se ipsis, id est, à principio actiuo interno mouentur, vt animalia: Alia ab alio extrinseco mouentur, vt inanimata.

Secunda diuisio est subdiuisio eorum, quæ per se mouentur. Quæ per se mouentur, corum alia à principio intrinseco mouentur, alia ab extrinseco. Tertia diuisio est: Eorum, quæ per se mouentur, tã à se, quã ab alio: quædam secundum naturam, quædam violentè mouentur. Explicat primo in his, quæ à se ipsis mouentur. Et dicit, quod totum animal mouetur naturaliter, si motus ipsi toti comparatur. Probat: Omne, quod in se habet motus principium, secundum naturam mouetur: sed quæ à se ipsis mouentur, in se habent motus principium: ergo secundum naturam mouentur.

Quæ per se mouentur, corum alia à principio intrinseco mouentur, alia ab extrinseco.

At si motus animalium ipsi corpori comparatur, tunc sunt quidam violenti, quidam naturales. Violenti, qui sunt contra elementum prædominans in illo: vt cum animal sursum saltat, videtur violentus motus: contra verò naturalis. Vnde oportet motuum positiones respicere, an sit

furfum, an deorsum: similiter qualitate. Non enim naturaliter alia vestigine moventur, aut in terga: ob id motus violenti dicuntur corpori. Hoc idem in partibus animalis fit: motus enim partium sunt etiam violenti aliquando, vt motus pedum retro, & manus deorsum, quia sunt contra naturalem aptitudinem.

Explicat etiam de his, quae ab alio mouentur. Nam violenter mouentur: puta, vt cum lapis sursum, ignis deorsum feruntur: cum autem opposito modo in propria feruntur loca, tunc non violentè, sed naturaliter mouentur.

Et maximè moueri ab aliquo. Tex. XXVIII.

In quo sit difficultas illius problematis, an omne quod mouetur, ab alio moueatur. Primum quidam.

Explicat modò secundū, puta, in quo difficultas illius problematis consistat: nam diuisiones præcedentes fuerunt ad hoc, vt intelligas, hic agi de mouentibus, & motus per se. Dicit igitur primò, quod difficultas non est in his, quae violentè mouentur, & non à seipsis. Nam clarum est, quod in his ab alio est motus, puta, ab extrinseco. Dicit secundò, quod nec est difficultas in his, quae à seipsis mouentur, siue secundum naturam, siue violentè: quia etiam in his notum est, ab alio moueri, quamuis non extrinseco.

In his tamen difficultas est distinguendi partem, quae mouet, & partem, quae mouetur, & quomodo dicitur se mouere, & moueri: & hoc breuiter explicat, dicens: Quod videtur in animali esse, sicut in nauis. Nauis enim dicitur moueri, habet tamen principium mouens distinctū à motu, puta nauam: at quia simul sunt duo hæc, totū dicitur se mouere: ita in animali. Quo autem modo hic rextus sit intelligendus, magis in quaestione explicabitur.

Dicit tertio: quod difficultas est in his, quae naturaliter mouentur, & non à seipsis: vt cum lapis deorsum, ignis sursum feruntur. Nam tunc non est ita clarum, quod ab extrinseco moueantur, sicut cum violentè mouentur: at quod ista ab alio moueantur, cum naturaliter feruntur, patet ex diuisione. Vt enim quae à seipsis mouentur, aliquando natura, aliquando violentia feruntur: ita quae ab alio, aliquan-

do natura, aliquando violentia feruntur. Vnde cum violentia ferantur ab alio, sequitur oppositū membrum, quod etiam natura ab alio ferantur. At hoc difficultatem maiorem habet, quomodo id sit.

A quo autem non adhuc. Tex. XXIX.

Quiuismodi cum naturaliter feruntur, non à seipsis, sed ab alio feruntur, quod est tertium, quod circa hoc factum est. Prima ratio est. A se moueri, viuere est: at huiusmodi non viuunt: ergo non mouentur à se. Maior relinquitur vt nota, quam nos lib. 2. declarauimus satis.

Altera ratio est. Si huiusmodi à se haberent talem motū, utiq; haberent facultatem quiescendi: at non eā habent. Lapis enim quiescit extra locū ab extrinseco propter impedimentū: non ergo à se extra locū mouetur. Antecedens patet: Quia ob id animal habet potestatem ambulandi, & non deambulandi, quia mouetur à se.

Tertia est. Si à se ista mouerentur, utique duos, & plures haberent motus, vt ignis sursum, & deorsum: quod falsum est. Probatur sequela: Quia si à se mouentur, non est vlla ratio, quo minus non habeant plures motus. Non enim ob aliā rationem id animalibus concedimus, puta, quod secundū varias moueantur positiones, nisi quia à se ipsis mouentur: & hoc est, quod dixit, (irrationabile esse, id est, non est ratio, cur negetur illa habere plures motus: si à se ipsis moueantur, vt exponunt Alexan. & Simpli.

Amplius quomodo contingit. Tex. XXX.

Quarta ratio est. Nullum continuū à seipso pati potest: at elementa verè continua sunt: nullum ergo elementum à seipso pati potest. Similiter etiam nullum aliud continuū à se pati potest: at moueri pati est: non ergo continuū à se moueri potest. Maiorē probat: Quia actio, & passio inter ea est, quae se tangunt: hæc autem discontinua sunt: vnde cum elementa, & inanimata violentè mouentur ab animatis, tunc ibi discontinuatiq;

Probatur elementa à se moueri à seipsis. 1. Ratio.

2.

3.

4.

& ta.

& tactus est: aliter non fieret motus. At ratio hæc declaratione indiget, ob id dubium interpretetur.

Vtrum animal à se ipso moueatur. QVAESTIO IIIII.

1. Argum.



AEC quaestio proponitur, vt magis sensus Arist. percipiatur in hac materia. Et est primum argumentum: nam in text. 20. dicit, quod falsum est putare, animal non ab alio extrinseco moueri: si ergo hoc ita est, non à se mouetur.

2. Argum.

Præterea secundò: dicitur in textu 27. animal naturaliter se mouere: videtur falsum. Quod enim naturale est, necessarium est: at animal non necessario, sed secundum appetitum mouetur: & homo liberè mouetur, vt possit non moueri se: ergo non naturaliter moueret se animal.

3. Argum.

Præterea tertio: contra textu 30. vbi dicit, continuū non agere in se: aqua calefacta est continuua, & tamē partes calidiores agunt in minus calidas: imò animal continuū est: si ergo continuū non à se mouetur, utiq; nec animal se moueret.

1. Notandū. Non est motus, nisi sit motor.

Circa hoc aduerte: quod motus non est, nisi sit motor, & id, quod mouetur: cum autem animal se moueat, oportet dari in ipso animali, & id quod mouet, & id, quod mouetur.

Ratio difficultatis.

Difficultas in hoc stat, quid sit id, quod mouet, & quid id, quod mouetur in ipso animali.

Expositio multorum.

Themist. Simpl. Alexan. & ferè alij exponunt id, quod mouet, esse animam: id quod mouetur esse corpus: ex vtroq; autem conficitur essentialiter animal, & ex motore, & ex mobili: & iuxta hoc interpretantur hos textus Arist.

Improbatur primo.

Sed mihi non potuit placere ista sententia propter tria, primum est. Moueri est eius, quod est actu perfectò, loquor de motu locali, at corpus est potentia: est enim materia; non ergo est, quod mouetur, nec quod per se recipit motum localem.

Solutio Iandua.

Ad hoc dicit Iandua. q. 9. quod corpus non dicit solam materiam, sed aliam formam substantialem, secundum quam est mixtum: & hoc totum est, quod ab animalibus mouetur.

Sed hoc non placet. Primò, quia multiplicat formas substantiales in vna materia, quod supra reiecitimus: & præterea, quia illud corpus mouetur ab anima, non vt mixtū tantū, sed vt corpus animalis est, organizatū, & dispositum, quod non habet à forma mixti, sed ab anima: non ergo tale corpus est, quod mouetur.

Alterum est ex textu 28. quod mouetur diuisum est ab eo, quod mouetur: at anima à corpore non est diuisa: ergo non est id, quod mouet, nec corpus est, quod mouetur.

Albèrt. respondet, quod anima est diuisa secundum definitionem, quia aliter definitur, quam corpus: quamuis non omnis sit diuisa secundum esse, sed sola rationalis: hæc enim præterquam quod secundum definitionem diuisa est, etiam est secundum esse, id est, in sub esse non dependet à corpore: & hoc dicit ex sententia quorundam Græcorum.

Sed hoc non valet: nam eodem modo forma quæuis inanimatorum est diuisa secundum definitionem à materia: possent ergo ista se mouere, & habere id, quod mouet, & id quod mouetur in se, quod non admittit Arist. Ex hoc rursus conuincitur, quod non omnis anima dici potest motor, nec corpus mobile secundum Arist.

Tertium est ex text. 30. vbi fit hoc argumentum. Nullum continuū à se mouetur: at elementa, & inanimata continua sunt: non ergo à se mouentur: quod enim mouet, debet esse discontinuum ab eo, quod mouetur. Peto si anima mouet, quomodo discontinua est à corpore?

Respondent Alex. & Simpl. quod anima est discontinua, quia non est quantitas, ob idq; mouet. Si hoc ergo ita est, etiam forma quæuis discontinua, & mouebit, quod est contra Arist. qui continua inanimata vocat: forma autem mixtorum & animæ quantitas non sunt nisi per accidens: vnde vtriusq; esset ratio vna.

Quod si dicas, id, quod mouet, & id, quod mouetur, sunt discontinua, sicut duo composita. & duo entia per se, quorum vt vnq; aut alterum quantum quidem est: tunc professio corpus non est id, quod mouetur, nec anima quod mouet.

Existimò ergo aliter esse dicendū. Ad-

Reiecitur hæc solutio.

2. Ratio contra illam expositionem.

Solutio. Alberti.

Reiecitur solutio.

3. Ratio contra expositionem.

Responsio Alexand. Reiecitur.

ueris.

2. Notandum
pro intentione
auctoris
aliud est
esse motum
aliud est
esse principium
actuum
motus.

Aduerte igitur primò; Aliud est, esse principium actuum motus, aliud esse motorem. Aliud est, esse principium passiuum, & aliud mobile; seu quod mouetur. Esse principium actiuum motus est, esse id, quo aliquid mouet, vt calor, est actiuum principium calefactionis, quia eo ignis calefacit: at esse motorem, est mouere. Non autem hæc idem sunt: Quod enim mouet, est compositum ex materia, & forma, aut aliquid per se habens esse, vt Angelus mouens orbem: at quod est principium actuum motus, non est aliquid per se, aut compositum, sed forma in eo existens. Similiter id, quod mouetur, compositum est, & ens per se: at principium passiuum motus est id, quod in eo est, quod quid incompletum esse potest, quale est materia, aut quid simile, ex quo sequitur, quod anima potest quidem esse actiuum motus principium: at motor esse non potest, quia non est per se, nec completa: similiter corpus, quia non est ens completum, non potest esse mobile, licet sit principium passiuum secundum aliquos.

3. Notandum
Nota quod
sit in anima
li principium
actiuum motus,
& quod
sit motus.

Aduerte tertio, quod in animali duo hæc insunt, & principium actiuum, & hoc est anima, & principium passiuum, & hoc corpus est, sicut materia disposita. Præter hæc est motor, & mobile: motor quidem est quedam composita pars corporis, seu animalis, cui anima potentiam actiuam mouendi communicat: mobile est reliquum animalis, quod à tali parte, puta, corde mouetur. Vnde hæc est causa, quare corpus animalis heterogeneum est, & partes habet diuersæ rationis, vt altera mouere, altera moueri possit: si enim eiusdem essent rationis omnes, utique anima non posset vni, non alteri potentiam actiuam communicare.

Et hoc est quod dixit Arist. non habere in se inanimata, quod mouet, & quod mouetur, quia continua sunt, id est eiusdem & similis rationis. Nam quod à se mouetur, debet non solum in se habere actiuum, & passiuum motus principium, sed & id, quod mouet, & id, quod mouetur, quod solum inest viuenti. Illa tamen pars quæ mouet, puta, neruus, aut cor, aut quæcumque sit, moueri debet ab anima, sicut instrumentum à causa principali, vnde finis mouentium sistit in principio actiuo, puta, anima.

Aduerte tertio, quod Aristoteles non hic solum principium actiuum, aut passiuum motus inquirat, sed mouentia, & mobilia, & sic cum dixit textu 28. habere animalia, quod mouet, & quod mouetur in se, non intelligi debet de anima & corpore, sed de parte mouenti: & parte mota: & hoc egregie comparauit nauæ, & nauis: non autem anima est similis nauæ, cum loquatur Aristoteles de quocunque animali: per nauam ergo in animali intellige partem compositam, quæ reliquas mouet: reliquum animalis nauis similis est, sed cum discrimine: vnum enim totum est per accidens, alterum verò per se. Quare pessimè ex hoc loco quidam colligunt, animam rationalem esse tanquam nauam in nauis, & ita assistentem secundum Aristotelem, cum deberet idem de omni anima eadem ratione secundum Aristotelem ex hoc ipso loco colligere, quod est perquam absurdum, & manifestè falsum.

Aduerte quinto quod animal est, quod dicitur se mouere, & moueri: tamen ratione vnius partis, per se mouet: ratione alterius per se mouetur: cumque vtræque sint in ipso, dicitur moueri à se.

Tamen vnà nota, quod pars, quæ mouet, mouetur simul, dum mouet alteram: & inde prouenit, quod totum animal secundum omnem partem moueatur: & hoc dicitur lib. 7. tex. 1. Dixit enim ibi, quod dum vna pars mouet alteram, simul mouetur: & ob id totum mouetur. Ac cum totum moueatur, est difficile distinguere, quod per se mouet, & quod per se mouetur. Ex his patet sensus & declaratio multorum textuum in præsentia.

Ad primū igitur argumentū respondeatur. Ipse enim Arist. in eodē tex. id declarat, videlicet, quod non cuiusque motus animal in se principium habet, sed localis, ante quem animal mouetur alio motu ab extrinseco, puta, ab appetibili, vel à quouis alio: hoc autem non impedit, quin postea localiter à se moueatur.

Ad secundum dico cum Aegidio: quod naturale duplex est. Alterū quod opponitur violento, et de hoc loquimur. Alterū quod opponitur libero, seu secundum appetitum: & de hoc procedit argumentum.

4. Notandum
Quid Arist.
inquit hic.

5. Notandum
Animal dicitur
se mouere, & à se
moueri, tamen
ratione
partium.

Ad 1.

Ad 2.

Dubi.

Dubium,
an motus
calis anima
lis sit
dicendus
violens
corpori.
Corpus
animalis
dupli
citer
confi
deratur.

Dubitabis, An motus localis animalis sit dicendus violentus corpori. Aliqui dicunt, quod est mixtus, quia quod progreditur, modo leuat, modo deprimat pedes. Sed hoc nihil est: vnde respondeo, quod animalis corpus dupliciter consideratur. Vno modo solum in ratione grauis: & sic motus sursum illi est violentus, deorsum naturalis. Altero modo, vt corpus animalis est: & sic motus talis ab anima proueniens naturalis dici debet absolutè, licet habeat quid violenti: quia animal etiā graue est, & hinc prouenit defatigatio.

Sunt etiam quidam motus animalis, qui etiam violenti dicuntur animali, vt animal est, cum sunt contra institutionem, & dispositionem organorum: vt manibus ambulare, retrocedere, & huiusmodi alij.

Ad tertium respondeo, quod vt aliquid agat in alterum, sit est discontinuatio in qualitate, dummodo tamen, quod agit, vel mouet, & mouetur, actu sint, & composita: hoc autem quantum ad motum localem, in partibus animalis inuenitur, non autem in inanimatis, tam mixtis, quam elementorum, quæ partes eiusdem habent rationis: ob id forma eandem potentiam eis communicat. In animalibus verò propter variam dispositionem partium, cuiusdam mouere, alteri moueri inest, et sic patet determinatio questionis.

Sed accidit & hæc ab aliquo.

Tex. XXXI.

Distinctio
mobilitatis
& mouentium.

Cum probasset, inanimata naturali motu non moueri à se, modo ab alio extrinseco moueri ea, dicit. Vt autem hoc explicet, motus primò principia, & causas distinguit, puta, mouens, & mobile. Dicit igitur, quod sicut mouens est duplex, & secundum naturam, & præter naturam: ita etiam & mobile.

Mouens præter naturam est, cum in se non habet principium actiuum ad talē motum, sicut cum veste mouemus lapides sursum, & separamus ab alijs: tunc vestis non est mouens secundum naturam, quia grauis non est talē motum efficere.

Mouens secundum naturam est, cum in se talis motus principium habet, vt calidum secundum naturam calefacit, &

frigidum frige facit.

Ita etiam de mobili. Id est mobile secundum naturam, quod ad talē motum principium habet, non de per accidens: vt calidum in potentia est mobile naturaliter secundum calefactionem: & frigidum in potentia mobile secundum frige factionem.

Explicat autem, quare dixerit, non per accidens. Ratio huius est: quia accidit, quod vnum sit quale, hoc est album, nigrum: vel quantum, vel alias patiatur denominationes: sed non ob eas dicitur mobile naturaliter, nisi per accidens. V. g. accidit, quod album sit calefactibile, sed per accidens, quatenus quod per se calefactibile est, album est: Huiusmodi sunt res artificiatæ, quæ per accidens sunt mobiles secundum naturam, quatenus in naturali subiecto fundantur.

Mobile verò præter naturam est, quod potentiam non habet ad talē motum, vt cum graue sursum, leue deorsum fertur. Ista autem naturaliter feruntur, cum ad suos actus ex potentia naturali feruntur: vt cum ignis sursum fertur, & graue deorsum, et reliqua ad proprios suos actus.

Quoniam autem, quod est potentia, multipliciter dicitur.

Text. XXXII.

Cum dixisset, tunc res naturaliter moueri, cum ad proprios actus ex se potentia feruntur, quia duplex est potentia, & duplex actus, & sic dupliciter res moueri contingeret naturaliter. Distinguit hoc prius: nam ex hac multiplicitate prouenit difficultas cognoscendi, à quo ista moueantur.

Exemplo quodam scientis dupliciter explicat potentiam & actum. Dupliciter, inquit, aliquis dicitur sciens. Vno modo, sicut claratur in scientijs, qui discit: Altero modo, sicut qui iam didicit, sed non contemplatur actum: vterque enim potentia sciens dicitur, sed aliter.

Nam qui discit, est in potentia ad duo, puta, ad habitum scientiæ, & contemplationem, quæ ex ipso prouenit: at qui iam didicit, alijs tamen vacat, est in potentia solum ad contemplationem. Vnde is, qui habitum habet, est in potentia quidem, sed non sicut prius, quam habitum haberet: sed par

Nota.

Exemplo de
claratur in
scientijs.

M m m tim

nam est actu respectu prioris potētia, par-
am potentia respectu vltioris actus.

Præterea, is, qui est in potentia tali, id
est, habitum habet, potest operari, & con-
templari semoto impedimēto, puta, si vo-
luntatem applicat, & ab alijs vacat. Nisi
enim operari posset per solam impedimē-
torum ablationem, utiq; non haberet ha-
bitum scientiæ, aut haberet, contrarium
habitu scientiæ. Et hoc est dicere, quod
est in contradictione, aut ignorantia.
Qui enim sublato impedimento, non cō-
templatur, aut est, quia est in pura nega-
tione, id est, nō habet habitum: aut est in
opposita dispositione, id est, habet errorē
oppositum. Potest igitur, qui est cum ha-
bitu, & sic est in potētia, operari, sublato
impedimento: at qui est in priori poten-
tia, etiam sublato impedimento non cō-
templatur, nisi prius habitū in se acqrat.

Nota quæ nā
potētia sit,
quæ vocari
solet remo-
ta vel essen-
tialis, p̄p̄in-
qua vel acci-
dentalis.
Quæ dicta
sūt de potē-
tijs, applicā-
tur reb. na-
turalibus.

Hic nota, quod prior potentia dicitur
ab aliquibus remota, ab alijs essentialis,
quia est ad formam: & actus illi respon-
dens, dicitur actus primus: posterior po-
tentia, dicitur propinqua, ab alijs accidē-
talis, quia est ad operationem: & actus
huic respondens, qui est operatio, dicitur
actus secundus.
Hoc igitur exemplum, quod in scien-
tijs, & habitibus positum est, applicat reb.
naturalibus: dicitq; etiam dupliciter
aliquid esse in potentia ad aliquem mo-
tum. Vno modo in potentia remota, seu
essentiali, vt recipiat formam: sicut quod
est potētia calidum. Altero modo, quod
est in potentia propinqua, quia iam rece-
pit formam calidi, sed est potentia, vt v-
rar, & calefaciat.

Nota.

Et aduerte, quod actus secundus sta-
tim sequitur ad actum primum, nisi sit a-
liquod impedimētum, vt quod calidum
factū est, statim vrit, nisi quod phibeat:
sicut qui habitum habet statim contem-
platur, nisi sit aliquod impedimentum.

Quæ dicta
sunt de po-
tentijs, ap-
plicatur
grauibus &
leuibus.

Hæc, quæ dicta sunt, applicat grauibus,
& leuibus, dicens: quod est graue poten-
tia, cum nondum accepit formam gra-
uis, & leue, cum non accepit formam le-
uis: vt aqua est potentia leuis, quousq; fiat
aer, vel ignis: cum primum autem formā
hanc accipit, statim sequitur actus secun-

us, nisi sit aliquod impediens: quod si sit,
est in potentia proxima ad actum, sicut
qui habitum habet.

Hoc etiam fit in quantitate, & qualita-
te: vt patet, si aqua in vase infundatur,
tunc vtrique extendetur, & expandetur
aqua, nisi esset impedimentum vasis: sub-
lato verò impedimento, statim expandi-
tur. Similiter in qualitate, vt dictum est,
de scientia & de calore.

Nota.

Quod si dicas quare ex graui sequitur
talis motus, & ex leui talis motus, & non
alius: Respondet Arist. eā esse rei naturā,
neq; huius alia est querenda causa.

Sententia
Aristot. de
motu graui-
um & leuiū.

Ex his omnibus vult Arist. responsum
esse ad quæstiōem, à quo inanimata mo-
ueantur, cum naturaliter mouentur: pu-
ta, ab eodem moueri ad actus secundos ex
proxima potentia, à quo mouentur ad a-
ctus primos ex remota potentia. V. g. qui
ex aqua facit ignem, & rediit ad actum
hunc, idem reducit ad motum sursum,
quia cum ignis fit, utiq; nisi esset impedi-
mentum, statim moueretur: ablato ergo
impedimento, sequitur ille motus.

Qui remo-
uet prohibi-
tōes partim
mouet, partim
non.

Vnde qui impedimentum aufert, par-
tim mouet, partim non mouet: mouet e-
nim per accidens, sed non per se, quia nō
dat mouendi virtutem, nisi generans: si-
cut qui aufert lapidē, quo vter acre ple-
nus sub aqua cōprimebatur, statim mo-
uet vtrē sursum, sed per accidens.

De pila re-
percussa, sa-
gitta emissa.

Similiter cum pila reflectitur à pariete,
paries per accidens mouet, per se verò pro-
ijciens, qui impetum impressit. Vides er-
go, qualiter ista moueantur à generanti-
bus, à quibus facta sunt.

Accipe exemplū clarū. Sit aliqua sagit-
ta emissa fortiter à sagittante, sed quæ in
principio nō ita fortiter feratur ob impe-
dimentum, hoc aut ablato; velocissimē fe-
ratur, quamuis mortuus sit iā sagittans.
profectō nemo non dicet, sagittā, cum
velocissimē fertur, à sagittante moueri.

Quomodo
se habeat
generans ad
motum gra-
uium & le-
uium.

Ita fit in his: generans enim dans for-
mam grauibus, & leuibus qualitates sta-
tim impressit, quibus absq; mora ferren-
tur in loca propria, & naturaliter, nisi
esset impedimentum: hoc autem ablato,
sequitur motus, qui esset à principio, quia
illa virtus naturalis permanēs est: per se
ergo

ergo à generante mouentur imprimen-
te virtutes & formas: à remouente verò
prohibens, per accidens. Ex quo fit, quod
solum se habeant ista passiuē, id est, mo-
bilia sint, mouentia verò ex trinfeca sint:
& hic est sensus huius text. Hanc autem
quæstionem de grauiū & leuium motu
copiose disputauimus lib. 2. q. 2. p̄pterea
modò ab hac super sedemus.

Si igitur omnia, quæ mouētur.
Tex. XXXIII.

Omne, qd̄
mouetur,
ab alio mo-
uetur.

Concludit eādem illud problema:
Omne, quod mouetur, ab alio mo-
uetur. Et facit inductionem quan-
dam ex prædictis. Omne, quod mouetur,
aut secundū naturam, aut violentē mo-
uetur. Si violentē mouetur, clarum est,
ab alio moueri: Si verò secundum natu-
ram, aut à seipsis, vt animalia, & hæc ab
alio mouentur, licet intrinseco: si non à
se ipsis, vt inanimata, etiam ab alio mo-
uentur, puta, à generante, vel à remouen-
te prohibens. Cum autē huiusmodi sint
omnia, quæ mouētur, patet, omne quod
mouetur, ab alio moueri.

Dubium 1.
A quo mo-
ueatur gra-
uia, & leuia,
postquam
mortuus est
generans.

Hic posset dubium esse: A quo dicēda
sunt moueri ista inanimata, cum ipsa ge-
nerantia non sunt? Aliqui dicunt, à celo
moueri: Alij à loco naturali habenti vir-
tutem attrahēdi: alij ab ipso medio. Sed
in re clara profectō mirū est, cur tot sint
opiniones. Dico igitur cum Arist. quod
à remouente prohibens per accidens, per
se verò à generante: quamuis enim non
sit generans, tamē manet virtus impres-
sa in re, quæ fertur, vt notum est in sagit-
ta, quæ fertur impetu à sagittate impres-
so, etiam ipso mortuo.

Dubium 2.
An sicut ca-
lidū actiuē
calefacit,
ita graue
actiuē se mo-
ueat.

Aliud dubium est. Nam dicitur in te-
xtu, quod sicut, qui rem facit calidā, dat
etiam, quod vrat: & qui dat habitū, dat
etiam contemplationem: ita quod facit
grauē, aut leuē, dat etiam motū. Ex hoc
videretur, q̄ sicut ignis, seu calidum actiuē
calefacit, & sciens actiuē contēplatur: ita
etiā inanimata actiuū in se habeant mo-
tus principium. Vlteriū: quod sicut iste
motus inanimatorū tribuitur generan-
ti, ita etiam sit tribuendum generanti,
cum ignis calefacit aquam: & magistro

fit tribuenda discipuli contemplatio.

Solutio

Dico ad primum, quod nos non ne-
gamus in inanimatis esse principia acti-
ua instrumentalia illorum motuum: sed
dicimus talia principia esse grauitatē,
vel leuitatē, non aurem formas substan-
tiales: solū enim sunt passiuā principia,
vt diximus in lib. 2. & in hoc similitudo
tantum est. Nam nō sola forma substan-
tialis facit rē in actu primo, & potentia
proxima ad motum hunc, nisi sit graui-
tas, & leuitas. At cum ignis calefacit, tūc
forma substantialis actiuū est illius mo-
tus principii, quia nō est in ipso genere:
forma autē inanimati potest actiuē exer-
cere motum circa alia, sed non circa se:
hoc enim reseruatū est viuientium for-
mis. Et huiusmodi signum est: Si enim
iporum formæ motuum suorū actiuā
essent principia, utiq; in se haberent vir-
tutem mouētē compositam, distinctā
à parte mota: hæc autem non est, cum si-
milia sint, & homogenea. Illud autē de
scientia positum est pro exemplo, vt cō-
gnosceretur duplex actus, & duplex po-
tentia. At non dubium est, quin homo
intelligat, & contempletur per se actiuē,
quia habitus non dant operationem, sed
perfectiōem in operatione: & præter-
eā, quia pendet ex libertate contemplari,
quam homo ex se exercet, non id simpli-
citer tribuitur contemplatio ipsi.

Ad aliud dico, quod non tribuitur ge-
neranti calefactio huius ignis, sicut mo-
tus localis: quia calefactionis, cum sit ex-
tra ipsum, potest esse ignis principium
quod, sed non sui motus propter ratio-
nem dictā. Repete, si voles, quæstionem
illam secundi libri.

CAPVT V.

Hoc autē dupliciter, aut enim
non per se ipsum.



Vm determinasset illud pro In omni
blema, quod mouetur, ab motu dene-
aliō moueri: ad rem magis niendū esse
accedens, aliud determina- ad vnum pri-
re aggreditur, videlicet, in mum.
motu quolibet, locali præsertim, deuen-
Mmm 2 nien-

Duplex est mouens.

niendum esse ad vnum primura, quod non ab alio extrinsecò moueatur, sed si mouetur per seipsū moueatur. Ob id pri- distinguit duplex esse mouens. Alterum est quod mouet, quia moueatur ab alio extrinsecò mouente ipsū mouēs: sicut baculus mouet lapidē, quia à manu mouetur. Alterum est quod sic mouet, quod non ab alio extrinsecò moueatur, sed per se ipsū: sicut homo, cum lapidem mouet, non ab alio extrinsecò motus.

Mouēs per se subdiuiditur.

Iterum subdiuiditur hoc, quod per se ipsū mouet. Est enim duplex? Alterū, quod mouet primum post vltimum motum, id est, quod per vnum medium mouet: sicut homo, qui manu mouet baculum: per medium enim vnum mouet vltimum: puta, per manū: Alterum est, quod per plura media mouet, nec est proximum primo post vltimum: sicut cum homo mouet manu baculum, & baculo lapidē, & lapide librum.

Hic autem est vnum motum tantum, puta, liber, sed non mouens aliud: est etiā vnum mouens tantum: sed non ab alio extrinsecò motū: reliqua intermedia sūt mouentia, & mota, vt patet de manu, baculo, lapidē, quamuis omnia moueant præter vltimum.

Comparatur ista mouentia inter se.

- 1. Similiter facta comparatione ad ea, quæ mota ab alio, mouent magis primū mouet. Quod dupliciter probatur. Primò: quia primum mouet vltimum, sed vltimum non primum, i. recipit vltimum à primo motum, sed nō primū ab vltimo. Præterea: quia vltimo mouente ablato, etiā mouet primū: at ablato primo, nō mouet vltimū: magis ergo motus à primo est: ob id q; ipsum primum magis mouet.

Si ergo necesse est omne. Tex. XXXIIII.

Probat in motibus deueniendum esse ad vnum primum quod non moueatur.

Proponit modò rationes, quibus probat in motibus semper deueniri ad vnicū primum, quod non ab alio moueatur extrinsecò, sed à seipso. Vbi nota, quod nō intendit deducere.

per has rationes, quod sit deueniendum ad vnum in quolibet motu, quod à se moueatur: sed ad vnum, quod non moueatur ab alio: siue sit immobile, siue mobile: quod si mobile fuerit, tunc mouebitur per seipsū.

At quia Plato existimabat, omne mouens moueri, vt Simpli. & S. Thom. docent: ob id infert, quod illud primum à se ipso mouetur: tamen rationes hoc tantum concludunt, quod nō ab alio extrinsecò moueatur.

Facit igitur rationē primam. Omne, quod mouetur, aut mouetur ab eo, quod non ab alio extrinsecò mouetur: aut ab eo, quod ab alio mouetur. Sed vtroq; modo datur vnum primum, quod nō ab alio moueatur, sed per seipsū. Si id mobile est: ergo in omni motu datur vnum, quod non ab alio moueatur. Minorem probat. Si enim datur prior pars, quæ moueatur ab eo, quod nō ab alio mouetur, tunc hoc erit primum mouens: nec necesse est aliud vltra hoc querere. Si verò datur posterior pars, quod moueatur ab eo, quod ab alio mouetur: tunc de hoc ipso petam, An moueatur ab alio, quod non per se mouetur: quod si iterum, atque iterum datur, erit processus in infinitum in mouentibus, qui esse non potest: nā nisi sit primum mouens, reliqua nō mouebunt, vt dictum est. In infinito autem non est primum. Quod si nō sit talis processus, sed perueniatur ad vnum primū: tunc habetur intentum: hoc enim nō ab alio extrinsecò mouebitur.

Et aduerte, quod loquitur de moribus, essentialiter ordinatis, cum vnus ab alio actualiter pendet: in his. n. non est processus in infinitum, sicut nec in causis: secus in alijs nō ordinatis, nisi accidentaliter. Amplius autē & sic ipsam hanc rationem. Tex. XXXV.

Secunda ratio est ferè eadem cum præcedenti: sed alia via proponitur: nam prima est ex parte eius, quod mouetur, hæc verò ex parte mouentis. Supponit autem tria. Primum est: In motu est, quod mouet, & quo mouet. Alterum est: Quod mouet, aut se ipso, aut

tur ab alio externo. Nota.

Ratio ex parte mobilis.

Nota loqui Arist. de moribus & motibus essentialiter subordinatis.

Ratio ex parte mouentis.

Suppositum.

2.

aut

aut alio mouet: vt homo, aut seipso mouet, aut baculo: & ventus mouet aliquid aut se ipso, aut lapidem mouendo, & illo mouet aliud.

3. Tertiū est: Quo mouetur aliquid, non mouet absq; eo, quod mouet per illud: vt baculus non mouet nisi manus moueat; nec manus, nisi homo.

Ex his constituitur 2. Ratio.

Ex his constituitur ratio. Si aliquid mouet, vel à seipso mouet, vel alio per se cundum principium, & per primum: tunc si seipso mouet, non erit aliud mouēs: & sic habetur intentum.

Obiectio.

Dices tu, seipso, id est, immediatè mouebitur: sed tamen ab alio motum: vt baculus seipso mouet lapidē, tamen mouetur ab alio.

Solutio.

Aduertendum; quod hoc non valet: nam tunc non est baculus, qui se ipso mouet, sed homo per baculum: queritur enim de agenti principali.

Quod si des alteram partem, quod mouet per aliud, tunc oportet deuenire ad aliquod, quod se ipso moueat; & hoc nō ab alio mouebitur: quod si non deueniatur, erit processus in infinitum, & sic nō erit aliud, quod se ipso moueat: quod si hoc non sit, nihil mouebitur per principium tertium.

Nota. Vis rationis Arist.

Et nota, quod vis rationis in hoc consistit: quod si semper vnū ab alio, & hoc ab alio moueretur, nihil seipso mouere, sed omnia essent instrumenta: Nam dato vno, quod moueret, si hoc ab alio moueretur, tam non illud, sed hoc per illud moueret, & ita non esset, quod se ipso ageret: sed semper inferiora sunt instrumenta superiorū. Cum autem debeat dari aliquid, quod seipso moueat, siue tūc, vt cū ventus, vel homo se mouet lapidē, aut post tria, aut quatuor, aut aliquot intermedia: processio in omni motu deuenire oportet ad vnum, quod non ab extrinsecò moueatur: & hic est sensus, & vis rationis huius, quæ inuenisse nō est facile.

Postea autem quæ dicta sunt. Tex. XXXVI.

Ratio.

Tertiam rationem ad idem ostendendum facit: & sumit illam propositionem: Omne quod mouet, mouet

tur ab alio extrinsecò: Tunc vel est contingens, vel necessaria: sed nec veritatem habet contingentem; nec necessariā: ergo nō omne, quod mouet, mouetur ab alio.

Minoris priorē partem ostendit, quod nō sit cōtingens, vt quod mouet, moueatur: Si enim est contingens, ponatur, quod mouet nō moueri: (nā possibile ponit potest inesse.) Tunc est argumentū contra istorum dicta. Quod mouet omne, non mouetur, ergo tunc nullus motus est. Consequentia est bona, vt statim dicam. Consequens est impossibile: nā necessariò motus est: ergo antecedens non erat contingens. Quamuis enim esset falsum, at ex falso contingenti falsum quidē bene inferri potest, at non impossibile: ergo processio nō fuit illud cōtingens. Omne, quod mouetur, ab alio extrinsecò mouetur.

Sed dices: Vnde valet illa consequentia: si non mouetur mouens, esse ab alio, quod non sit motus? Respondetur, quod est valida: nam in his, quæ ab alio extrinsecò mota mouent; nō mouerent, nisi ab alio mouerentur: & qui ponit non moueri, ponet nō mouere.

Dubium.

Solutio.

Et rationabiliter hoc accidit. Tex. XXXVII.

Robat rationabiliter dici, quod mouens non mouetur ab alio necessariò, & argumentum hoc est. In motu sunt, quod mouet, & mouetur: quo motus est.

Horum trium vltimum, puta, cū homo baculo lapidum mouet: vltimum inquam, vt lapis, mouetur ab alio, sed non mouet aliud extrinsecum: medium aut, scilicet baculus, mouet quidem lapidē, at mouetur ab alio; scilicet homine. Cū enim tangat hominem mouentem: vtiq; mouebitur, & motus mouebit, non autē immobilis existens. Oportet ergo, quod primum, puta, homo, moueat, sed nō moueatur ab alio extrinsecò.

Sic enim seruabitur ratio medij ad extrema: Mediū enim mouet, & mouetur ab extrinsecò: vltimum mouetur, sed nō mouet: primum ergo mouebit, sed nō mouebitur ab alio.

Confirmat ex sententia Anaxagoræ. M m m 3. Hic

Hic enim Mentem, quæ prima causa motus erat, dixit localiter mouere, non ab alio motam; & alterare immixtam, id est, non alteratam.

At verò si non secundum accidens. Tex XXXVIII.

Mouens nõ necessariò debet moueri.

Probat alteram argumenti partem, quæ erat posterior pars minoris, quæ non ex necessitate, quod mouet, mouetur. Dicitur, quod si ex necessitate mouens moueretur ab alio, utiq; non moueret, nisi moueretur: unde quatenus mouetur, mouet. Tunc ergo est argumentum. Vel mouetur ab alio eadẽ specie motus, qua mouet: ut quod alterat, alteratur: quod fert, fertur: quod auget, augetur. Vel alia, puta, quod alterat, augetur: sed nec alia, nec eadem specie motus necesse est, quod mouet, vnum moueri ab alio: ergo non necessariò, quod mouet, ab altero extrinsecò mouetur.

Non necessariò debet moueri eadem specie motus.

Probat minor: si dicas, quod eadem specie, tunc enim manifesta absurda sequuntur. Sumere enim debemus vsq; ad species specialissimas; & vltimas: & sic quod docet Geometricã, docebitur ab alio, & quam propositionẽ docet, simul ab alio docebitur: & quod projicit, simul projicietur, & quomodo projicit, projicietur: quæ quidem impossibilia sunt.

Non necessariò debet moueri alia specie motus.

Alterã pars probatur: quod non secundum aliam speciem motus. Tunc enim oporteret multiplicare in infinitum species motus, cum semper, quod mouetur ab alio, & hoc ab alio, moueatur sine limite secundum speciem aliam motus.

Possset responderi: Quod nõ oporteret infinitas species motus facere, sed finitas transponere, sic: Quod localiter mouet aliquid, mouetur ab alio secundum alterationẽ: & hoc, quod alterat, ab alio augetur: & quod auget, iterũ ab alio localiter fertur: & sic in infinitũ transponẽdo.

Hoc excludit Arist. ratione. Quia ex hoc adhuc sequitur, quod res mouetur à mouente motò secundum eandem speciem motus. Nam res magis mouetur à primo, quàm ab intermedio: ut si A, mouetur à B, & hoc à C, & hoc à D, magis A mouetur à D, quàm ab alijs. Ita ergo si mo-

tũ localiter mouetur ab alterato; & alteratũ ab aucto, & hoc iterũ à motò localiter valẽt de primo ad vltimũ, vt motũ localiter moueat: & sic de quocũq; alio motu.

Idem ratio argumẽto probat: Quod sequitur, quod vniũ erit motũ à quocũq; mouente, & quocũque mouens erit quocũq; mobile: vt sanatiũ sanabile: & etiã augmẽtabile, & mobile localiter: Sic enim hæc ratio est intelligẽda. Sequela patet: Nã quamuis, si immediata mouentia, & mota respicias, hoc non appareat, tamen ascendendo, & descendendo hoc inuenies. Nam si quod sanatur, mouetur à sanate, & hoc per se, & vt sanans augetur: iam sanatiũ erit per se augmẽtabile: & iterũ inuenies, quod augmẽtabile est sanabile, & etiã localiter mobile. Hoc autẽ signum est: & quod omne, quod moueatur, impossibile. Si. n. nõ est cõtingẽs, nec necessariũ, erit impossibile: Et nota expositionẽ huius posterioris ratiois.

Non ergo necesse est semper moueri. Tex XXXIX.

Conclusionem facit generalem rationum præcedentium, puta: Nõ omne quod mouetur, ab alio extrinsecò moueri: sed autem ab immobili, aut ab eo, quod seipsum mouet, si primum fuerit motum. Vbi vides, quod supra notauimus, ex his cõcludi solum deueniendum ad vnum primum in motu, quod non ab alio extrinsecò mouetur.

Addit autem quartam rationem. Id debet esse principium motus, & mouens primum, cui magis competit mouere: at omnes concedunt, magis mouere id, quod per se mouet, & non ab extrinsecò mouetur, quàm quod ab extrinsecò mouetur: ergo tale erit motus principium potius, quàm motum ab alio.

Quare hoc considerandum est. Tex XL.

Aliud principium vult modò Aristot. constituere, puta, non solum in motu dandum esse principium, quod non ab alio extrinsecò moueatur, sed è se: sed etenim dandum esse principium immobile per se: & quod nec

Cõcluditur in generali, nõ omne mouens ab alio extrinsecò moueri.

4. Ratio ad idem.

Debere dari vnum principium motus omnino immobile.

à se, nec ab altero moueatur. Ad cuius probationem disputat id, quomodo quod à se mouetur, moueri dicatur.

Quod mouetur, debet esse diuisibile. Supponit autem ante omnia fundamentum: Quod mouetur esse continuum, & diuisibile in semper diuisibilia, quod iam lib. 6. ostensum est.

Aliquid continuum mouere seipsũ sex modis potest contingere. Aduerte autem aliquod continuum seipsum mouere, sex modis contingere potest. Primum, quod totum secundum totum moueat seipsum totum: vt totũ sit, quod primum mouet, & totũ, quod primum mouetur. Aut quod pars moueat totũ. Aut quod totum moueat partem. Aut quod partes se inuicem per se moueant, & moueantur à se. Aut quod aliquæ partes totius singulæ, vel vna se ipsas moueant. Aut tandem, quod vna moueat immota, altera moueatur non mouens.

Horum modorum, solus sextus & vltimus verus est, ac eligendus: reliqui reprobantur ab Aristot. non tamen exprimit secundum, & tertium, quia eadem trium primorum ratio, vt dicitur.

Totum secundum se totum non potest mouere seipsum secundum totum. 1. Ratio. Probat ergo, quod totũ secundũ se totum, non moueat seipsum totum, duplici ratione. Prior potest sic cõponi. Mouens impossibile est moueri illo eodẽ motu, quo mouetur motum ab eo: at si totum se totum mouet, mouens, eodẽ motu mouetur, quo motum: ergo impossibile est, totum secundum se totum mouere se totum primum. Maior explicatur: Baculus, seu homo mouet lapidem, & mouetur: sed alius est motus lapidis, alius in homine, similiter in alijs omnibus. Minor nota est. Cum enim idẽ sit totum mouens, & motum, illo prorsus motu mouebit totum, quod mouetur: quod impossibile est. Nã pariter in alijs mouentibus id accidet: & eadem sanitate sanabitur quis, quo sanat aliud, & feretur quo motu fert.

Alterã ratio est in secunda figura. Omne mobile, vt mobile, est imperfectum: nullum mouens, vt mouens, est imperfectum: ergo nihil, quod est mouens, est primum mobile. Maior probatur: Quia quod mouetur in potentia, nec actu habet id, ad quod mouetur: Est enim motus actus imperfectus: vt quod calefit, nondum est calidum perfectẽ. Minor patet. Nam mo-

uens, & agens actu habet id, ad quod mouet mobile: est enim actu calidum, quod calefacit. Addit. Cum mouens est causa vniuersa: nam cum est æquiuisca, nõ habet illam formã formaliter, nisi in virtute: vt Sol calida facit, at ipse formaliter nõ est calidus. Cum igitur idẽ secundum idẽ, non possit esse actu & potentia, profectò totum non potest secundum se, mouere seipsum; bene quidem vna pars alteram. Nota, quod hæc ratio se probari etiam potest, quod pars non moueat totum secundum se totum, similiter nec totum, vt totum mouere partem: Nã si totum secundum totum mouet partem, totum est actu, pars verò potentia: sed quomodo totum actus est, si pars est potentia? cũ enim totum est calidum, pars nõ erit non calida. Similiter nec pars totum mouebit: Erit enim pars actu, totum verò potentia ad formã illam. Sed implicat hoc. Si enim pars actu formã habet, totum secundum se totum, non erit in potentia: potest ergo pars mouere partem aliã, sed non totum secundum totum; nec totum secundum se, partem.

uens, & agens actu habet id, ad quod mouet mobile: est enim actu calidum, quod calefacit.

Addit. Cum mouens est causa vniuersa: nam cum est æquiuisca, nõ habet illam formã formaliter, nisi in virtute: vt Sol calida facit, at ipse formaliter nõ est calidus. Cum igitur idẽ secundum idẽ, non possit esse actu & potentia, profectò totum non potest secundum se, mouere seipsum; bene quidem vna pars alteram.

Nota, quod hæc ratio se probari etiam potest, quod pars non moueat totum secundum se totum, similiter nec totum, vt totum mouere partem: Nã si totum secundum totum mouet partem, totum est actu, pars verò potentia: sed quomodo totum actus est, si pars est potentia? cũ enim totum est calidum, pars nõ erit non calida.

Similiter nec pars totum mouebit: Erit enim pars actu, totum verò potentia ad formã illam. Sed implicat hoc. Si enim pars actu formã habet, totum secundum se totum, non erit in potentia: potest ergo pars mouere partem aliã, sed non totum secundum totum; nec totum secundum se, partem.

Quod autem non est ipsum seipsum. Tex XLI.

Excludit quartam partem illius argumentationis, puta, quod totum se ipsum mouet, quia partes se inuicem mouent, alterã alteram per se: hoc reprobabat quatuor rationibus.

Prima est. Vbi non datur primum, nõ est motus: at si ita totum moueretur, nõ esset primum mouens: nõ ergo esset motus. Minor probatur. Quia cum æqualiter hoc alteram, & alterã illam per se moueat, neutra principium motus est.

Præterea: quia si principium esset vna, tunc totum esset magis propinquum vni parti, quàm alteri, puta, illi, quæ prima est, & tunc vna alia magis per se moueretur, quàm alterã, puta, quæ longius distat: ab vltimo, quod à primo mouetur: cum igitur vna pars magis distet ab ipso toto, quod à primo mouetur, ipsa erit magis per se mouens: nõ ergo æqualiter partes se inuicem mouerent.

Nota pars non potest mouere totum secundum se totum, nec totum secundum se totum potest mouere partem.

Non potest totum seipsũ mouere, quia partium vnaquæque mouebat alterã per se.

1. Ratio.

Secunda.

22. Ratio.

Secunda ratio est. Dato, quod vna pars primo moueat, sicut & altera. rursus vna moueat, & fit argumentum subtile. Ista mouet primo: de necessitate autem non est, vt quod primo mouet, ab alio moueatur: ergo poterit talis pars mouere totum absq; eo, quod ab altero moueatur. Ponatur ergo possibile in esse, tunc iam habetur intentum: quod in eo, quod a se mouetur, detur aliquid mouens, & non motum.

23. Ratio.

Tertia ratio est eodem fere vtens principio: si ista pars primo mouet, ergo vel est immota, vel seipsam mouet, nam per accidens est, quod ab alio moueatur. Si immota est, habetur intentum: si vero se ipsam mouere dicas, existimas, quod nisi hoc ita sit, motus non erit, vt diximus textu 56. iam profecto: totum non mouebit seipsum, quia vtraq; pars seinuicem mouet: quod est contra suppositum.

24. Ratio.

Quarta ratio est. Si seinuicem partes mouerent, vtiq; esset idem actu, & potentia. Probat. Si hac pars mouet, puta, calefacit alteram, est actu, puta, calida: quod si mouetur ab altera, ergo est potentia, puta, calefit: similiter ergo est actu, & potentia secundum idem: quod est impossibile.

At verò neq; ipsius primò.
Tex. XLII.

Non potest totum se mouere, quia eius partes se mouent.

25. Ratio.

Rijcit quintum modum, puta, quod totum seipsum moueat, quia vna aut aliqua ipsius partes seipsas moueat. Hoc reprobatur sic. Totum vel mouetur ipsum totum, vel non, sed eius pars ita, vt motus sic tantum in ea. Si detur hoc, iam non est totum, quod primum se mouet, sed pars, in qua est motus; & ita separat, à tota se ipsam mouebit, sed non totum. Si ergo totum mouetur, ita vt motus sit in eo, & a se mouetur, ergo per accidens ad motum totius a se, quod iste partes, vel vna seipsam moueat: Quod si per accidens, ponatur inesse, iam dabitur in eo, quod a se mouetur, aliquid in motum, quod intendimus.

Vnde concludit sextum modum. Sic enim mouet aliquid seipsum, quia vna se ipsius pars secundum se immota, mouens

est: altera verò secundum se mota, sed non partem mouens. Vnde cum totum a se mouebitur, vt A B, non est aliud dicere, quod a se mouetur, quam quod ab A, quæ est vna ipsius pars, alteram mouens, & iste est sensus vltimorum verborum huius textus, vt Simpl. exponit, quamuis alij aliter exponant, & Alexand. referente Simpli.

Quoniam autem mouet aliud quidem. Tex. XLIII.

VNum proponit Arist. quo explicat, quid sit id, quod primo seipsum mouet, dicens. Quod id, quod primo seipsum mouet per se & ex necessitate, duplici parte constat: Altera, quæ mouet immota: altera, quæ mouetur, sed non mouet aliud.

Est enim duplex mouens, & quod mouet, sed mouetur ab alio: & quod mouet solum, & non mouetur. Similiter duplex mobile: & quod mouetur & mouet, & aliud, & quod tantum mouetur.

Solum ergo in mouente seipsum duplex pars est necessaria, & quæ mouet immota, & quæ mouetur non mouens aliud. Quod si acciderit, quod id, quod mouetur, etiam aliud moueat, tunc id per accidens est, nec necessarium ad id, quod seipsum moueat.

Et hoc probatur. Sumatur ergo tale mouens se ipsum, in quo vna pars mouens sit immota, puta, A, altera mota, & mouens, puta B, quæ moueatur ab A, & moueat; C, totum autem seipsum mouens sit, A, B, C.

Est argumentum. Ablato C, magnitudo, quæ restat A B, mouebit seipsum, cum ex parte mouente, & mota constet: ergo iam illud magnitudo tota A B C, non erit prima seipsam mouens, sed A B; nam C, non mouebitur per se: ergo non fuit necessarium, quod B, moueret, sed tantum moueretur. Vltimus auferatur A. & relinquatur, B C, non mouebit se ipsam, nam B, non per se potest mouere, nisi mota: ergo necessarium est, quod vt se moueat, aliquid sit A, & pars mouens.

Concluditur ergo ex vtroq; quod ad hoc, vt aliquid seipsum moueat, tantum suis rationibus sit opus parte mouente immota, & parte mota non mouente: quod si hæc fuerit etiam mouens,

Explicat Arist. quod sit id, quod primo seipsum mouet.

mouens, hoc quidem per accidens est. Dicit autem, quod tales duæ partes, se debent tangere, puta, mouens, & mota: aut vna saltem tangat alteram. Tunc se tangunt, cum vtraq; corpus est, vt nervus mouens, & caro mota: Tunc autem vnum alterum, cum vnū non est corpus, puta mouens: vt cum intelligentia mouet cælum, non enim tangitur à cælo, at ipsa tangit virtute sua.

Ex his concludit intentum. Cum mobile continuum sit, non aliter esse dicendum se ipsum mouere, nisi quia ratione vnius partis mouet, ratione alterius mouetur, vt dictum est.

Dubitationem autem habet, si auferat aliquis. Text. XLIII.

Obijcit contra Arist.

CVM dixisset, dari partem, quæ mouet, & partem, quæ mouetur in eo, quod se ipsum mouet: argumentum facit circa hoc. Demus talem magnitudinem, puta, A B, tunc A, mouet, & B, mouetur: si igitur vtraq; diuisibilis est, diuidatur A & B, & sumatur magnitudo ex parte A, & ex parte ipsius B, composita talis mouebit se ipsam: ergo A B, non erat prima, quæ seipsam mouebat. Quod autem illa se ipsam moueat, patet. Nam si B, mota erat, quælibet eius pars erat mota: similiter de A.

Quod si dicas: A, cum mouens sit, non necessario esse diuisibile, nam immaterialia possunt mouere: saltem, quamuis hoc verum sit, ipsum mobile diuidi poterit: & ratione huius non dabitur primum, quod se seipsum moueat.

Solut. Arist.

Ad hoc responderi Arist. quod ille partes, aut vna saltim, si altera non sit corpus, est quidem in potentia diuisibilis: at actu non, ita, vt si diuidatur, iam non talis motus in ea perseuerabit, vt patet; Animal enim progreditur, & progressus est potentia diuisibilis secundum partes animalis progredientis: tamen si actu diuidas in duas partes, non permanebit motus. Ad hunc ergo sensum dicit Aristoteles, quod datur primum motum in actu, vt nequeat pars mota actu diuidi, quin

amittat motum, quamuis potentia diuisibilis semper sit.

Inest igitur in his diuisibilibus primum actu: & ex tali primo conficitur de necessitate, quod se ipsum mouet. Idem dicendum de parte mouente, cum ipsa corpus est, & diuisionem habet: quod datur prima in actu, quæ mouere possit.

Manifestum est igitur ex his.

Ex his concludit, quod in motu deuenire oportet, ad aliquid immotum mouens. Nam quæ mouentur, aut statim ab immoto mouentur, sicut pars mota se habet in mouente seipsum: vt corpus respectu animæ, si anima sit pars mouens: alia mouetur non à primo immoto, sed ab alio, quod mouetur. In his autem deuenire debemus ad aliquid, quod se ipsum moueat: in hoc autem deuenitur tandem ad immotum: ergo quocumque modo procedatur in motu, ad primum immobile deuenire oportet.

Dubium est, quæ sit ista pars mouens immota, ad quam reducitur mouens seipsum, quod supra in questione tertia diximus. Si enim dicas, quod est anima, profecto vix potest textibus istis quadrare: quoniam loquutus est semper Aristoteles de partibus continui: nam superior dixit, omne mouens seipsum esse continuum: nec aliter se mouere, nisi quia est vna pars mouens, & altera mota, & multa alia dixit, quæ non, nisi de integranti parte intelligi possunt. Ex alia parte videtur primum mouens esse anima ipsa. Nam quæuis sit pars integralis, quæ mouet, tamen adhuc iste mouetur, & non nisi ab anima. Respondeo, quod intelligi potest Arist. de vtroque. Anima enim est principium actuum primum motus: Vnde absolute loquendo, ipsa est primum principium motus animalium. At Aristoteles in suis probationibus, de parte integrali procedit, quæ mouet, non simpliciter immota, sed immota per se illo motu, quem in animali facit: vt cor, seu nervus, seu quæcunque alia pars, quæ primo mouet animal, non mouetur per se illo motu, quo mouet animal, nisi per accidens, quatenus in eo est, quamuis etiam moueatur alio

Nota.

In motu oportet deuenire ad aliquid quod moueat immotum.

Dubium.

Ratio dubitationis.

Solutio.

N n n motu

motu neruus, vel talis pars, qui referendus est in animam, vt in principium primum. Et hoc modo possemus intelligere per hoc principium primum animam, quæ per se immobilis est: mouet autem animal, vt actiuum principium.

CAP V T VI.

Quonia autem oportet motum. Text. XLV.

Vnum dari mouens immobile, & perpetuum.



Uterius Aristoteles accedens, vult constituere ex motu perpetuitate, vnicum esse mouens immobile, & perpetuum. Vt enim ex motu, quia ab aliquo fit, venatus est dandum esse in vnoquoque motu primum mouens immobile: ita ex perpetua motuum serie, quæ nunquam intermittitur, probare aggreditur, vnicum esse mouens immobile, & perpetuum.

Vnumquodque igitur immobile. Text. XLVI.

Excluditur dubium. Nota.

Revertitur quandam dubitationem, quæ esse poterat, An omne mouens immobile sit perpetuum: diciturque non esse præsentis loci determinare: Sat est modo probare, quod aliquod sit mouens immobile perpetuum, quod quidem nulla mutatione moueatur, nec per se, nec per accidens.

Nota.

Nota, quod Græcè habetur aliter, quod enim nos dicimus [mouentium autem] legit [non mouentium] & tunc de Ideis sermo est, puta, immobilia non mouentia, an perpetua sint: non est modo discutendum, sed solum de immobili mouente. At melius est sequi nostram literam: Et tunc est sensus: quod non intendimus probare omnia immobilia mouentia esse perpetua, sed aliquod vnum: & hoc magis quadrat sequentibus.

Argumentum, quo posset probari, omnia immobilia esse perpetua.

Sit autem, si quis velit in quibusdam.

Responsionem, quæ aliqui dabant argumento, quo probari poterat, immobilia omnia esse perpetua,

admittit. Possit igitur hoc esse argumentum. Ea, quæ non generantur, nec corrumpuntur, perpetua sunt: nec aliquando sunt, aliquando non sunt: At immobilia non generantur, nec corrumpuntur: non ergo aliquando sunt, aliquando non sunt.

Solut. quorundam.

Ad hoc aliqui negabant maiorem: nam aliqua aliquando sunt, aliquando non sunt, quæ tamen sunt ingenerabilia, qualia sunt puncta: non enim per se generantur, aut corrumpuntur: non tamen id perpetua sunt. Similiter ea, quæ in compositis sunt, vt formæ. Ex quo sequitur, quod possint principia immobilia non esse perpetua: possunt enim esse mutabilia per accidens.

Aristoteles ergo admittit hoc tantumquam necessariū, quod non omnia, quæ per se immobilia sunt, sunt perpetua: possunt esse quidam aliquando, & non esse absque generatione, vel corruptione per se: Tamen hoc docet Aristoteles esse necessarium, quod non omnia sint huiusmodi, sed sit aliquod mouens immobile perpetuum.

Sententia Arist. de illo argumento.

Hoc autem dupliciter probat. Primum ex generatione, & corruptione perpetua omnium inferiorum, etiam eorum, quæ se mouent. Nam ea, quæ se mouent, aliquando sunt, aliquando non sunt, & cum hoc magnitudinem habent: sunt ergo generabilia, & ad ipsorum generationem confurgunt principia mouentia in ipsis, puta, animæ. Tunc est argumentum. Generationes & mutationes hæc perpetua sunt, nec vnquam omnis cessat motus: ergo oportet ponere vnum supremum perpetuum mouens. Probatur consequentia. Nam huius perpetuitatis, & continuæ mutationis, non potest esse causa vllum mouens ex his particularibus, quæ aliquando sunt, aliquando non sunt: nec omnia simul: Ergo debet esse aliquod aliud perpetuum, quod vnum illorum esse non possit. Patet: Quia illud non est semper: at motus semper est. Similiter nec omnia: nam omnia infinita sunt, nec simul sunt. Si infinita non possunt esse causa. Si non simul sunt, quomodo possunt simul causare? ergo profecto ista continua, & incessans.

Ratio, quæ probatur de liquo mouens immobile perpetuum.

Oportet dari aliqd, quod sit causa generans, non potest esse causa vllum mouens perpetuum, quæ repetitur in rebus.

facilis successio mutationum causam mouentem petit perpetuam immobilemque, præter ista mouentia particularia.

Manifestum est igitur, quod quamuis. Text. XLVII.

Mouentia particularia simul sumpta non possunt esse causa illius perpetuitatis.

Infert, quod simul non possint illa mouentia particularia, esse causa perpetuitatis. Diciturque, quamuis sint millia, & millia, & vnum moueret aliud, adhuc non sufficerent perpetuitati & continuationem in motu facere, nisi esset aliqua causa superior mouens, & sub se complectens omnes has: atque hæc continuum hanc successionem facit.

Additurque, quod hæc causa mouet vnum, puta, cælum: hoc autem suo perpetuo motu hanc seriem perpetuam, & indefatigabilem seriem mutationum facit apud nos.

Si igitur perpetuus motus. Text. XLVIII.

Si motus est perpetuus, esse debet vnus motor perpetuus.

Concludit, quod si motus perpetuus debet esse, vnus etiam motor erit perpetuus: quod si vnus fuerit, erit vnus motor perpetuus: si verò fuerint plures motores, plures erunt perpetui.

Dicitur itaque, quod vnus est primus motor: cuius ratio est. Cum effectus per finita principia fieri equè bene possunt, non oportet infinita ponere: & cum per vnū equè, sicut per plura, potius oportet vnū ponere: quia natura semper ordinem maxime amplectitur, & quod frustra est, abhorret: Sed omnes effectus inferiores possunt bene consistere, vno existente principio: vnum ergo, non plura principia prima ponenda sunt.

Manifestum est ex hoc. Text. XLIX.

Ratio, ad idem.

Alia ratione probatur vnitatem principij, quia motus est semper, vt probatum est: est igitur argumentum. Motus semper est: sed non proprie motus semper esse dicitur, nisi esset motus continuus: est ergo continuus motus. Si continuus, ergo vnus: Quod si vnus, vnum erit & mobile, & motor: erit ergo vnum principium.

Nota, quod non dicit, ostensum esse, motum esse continuum perpetuum: nam non est demonstratum, nisi de motu in communi, quod semper oporteat, quod motus sit, quicumque sit. Sed dicit ostensum esse, quod motus sit semper, & modo addit, quod, re vera, non est proprie motus semper, nisi continuus sit: Nam motus consequenter se habentes non de necessitate sunt ita coniuncti, quin medietas quies, vt dicit Simp. quod si semper futurus est motus, conuenit maxime, vt is sit continuus: & hoc inferius probabit.

Et rursus cum respexerit. Text. L.

Alia ratio, ad probandam perpetuitatem primi motoris.

Rationem vnā facit, qua probatur, vnus esse mouens perpetuum, sumptam ex perpetua serie mutationum: nunc alterā rationem ad idem facit, quæ sumitur ex principijs eorum, quæ se mouent. Ingeniosè autem repetitur, quæ dicta sunt, vt ex eis ratione eliceatur, & ea, quæ superius dixerat, quorū occasione multa disputauit, ostendat.

Fundam.

Refert autem tria ex his, quæ dicta sunt. Primum est: Esse aliqua, quæ cadē aliquando quiescunt, & aliquando mouentur: & hæc ostendunt falsitatem eorum, qui dicunt, omnia semper quiescere, aut omnia semper moueri: aut quod omnium entium, alia semper quiescunt, alia semper mouentur. Omnes hæc sententiæ vnico isto conuincuntur argumento: quod aliqua modò quiescere, modò apparent moueri, & ad vtrumque apta sunt, tam motum, quam quietem.

fundamē.

Alterū quod repetit, est, quod ex his rebus, quæ notæ sunt, voluit ascendere ad constituendas duas rerū naturas, & quæ semper mouentur, & quæ immobilia semper sunt: & ad hoc ostendendum, probatum est, Omne, quod mouetur, ab aliquo moueri: & per distinctionem eorum, quæ mouentur ab alio, & quæ mouentur à se peruentum est ad hoc principium, quod in omni motu dare oportet principium, quod seipsum moueat: & cum hoc ad primum mouens immotum reducat adhuc, absolute in motu est principium primum immotum mouens.

Tertium est, quod cum videmus ea, que se ipsa mouent ad sensum, vt animalia, de nouo incipere motu post quiete, apparebat, imò hoc est sumptum pro argumento, qd vniuersaliter motus omnis posset incipere, ita, vt mundus esset, vt animal vnum, quod de nouo motum in se inciperet: & sic posset motus incipere.

Hoc autem oportet accipere. Text. LI.

Repetitur solut. cuiusdam dubij.

R Epetit solutionem dubij, quæ data fuit text. 20. quod animalia nō habent principium in se actiuum cuiusque motus, sed localis, & progressiuus, & huius non propriè principium in se habent, quia prius mutantur alijs motibus extrinsecis, antequam ad illud perueniant, puta, alteratione, & augmentatione, ad quos motus oportet antè prius alia mutari. Sunt enim multi motus à cōtinente circa ipsum animal, qui antecedunt illum localem motum: vnde dum quiescit, & dormit, decoquitur cibis, postea excitatur: præcessit etiam motus alimenti, & alia etiam multa antè, quam ad motum localem perueniret animal, quod de toto mundo dici non potest. Nihil enim est extra continens totum mundū.

Hinc iam sequitur aliud: (quod aliàs non est sufficiens principium, vt se continuò moueat) modò Aristoteles adiungit: puta, quod animal non est sufficiens principium, vt se continuò moueat, cum motus ipsius dependeat à motu extrinsecò, cuius non habet in se actiuum principium.

Principiū & pars, qua se mouet animal, mouetur per accidens.

Vt iterum addit: quod animalis principium, & pars, qua mouet, mouetur per accidens his motibus: dum enim animal ab alio alteratur, augetur: simul etiā anima & pars mouens per accidens alteratur, & augetur. Similiter, dum localiter se mouet: vt enim qui mouet vestem, simul cum veste mouetur, & anima etiam corporis motiua, & partes mouentes per accidens, cum ipso corpore mouentur: omnia igitur ista principia eorum, que se mouent, per accidens mouentur ab alio, & à se.

Ex quibus credere licet.

Text. LII.

C Oncludit ex omnibus his ratione secundam principalem. Impossibile est, vllum principium horum, que mouent mota, per accidens esse causam perpetuæ mutationis, & continuæ, cum omnia ab alijs moueantur, nec motu suorum causæ sunt, nisi ab alijs prius mota: Ergo oportet, aliud principium vltra hæc omnia facere, quod sit immobile etiam per accidens: & sicut illa, & hoc erit primum à quo omnia pendent: & tunc motus erit incessabilis, & totum ens, id est, mundus in se, & in sua vniuersali dispositione seruabitur. Cum enim principium semper sit, & id, quod ab ipso pendet, & sustentatur, etiam perpetuitatem obseruabit.

Cōcludit ex his omnibus ratione secundam.

Non est autem moueri secundum accidens.

E xcludit obiectionem. Dicitur enim est, quod que ab alijs mouentur per accidens, non habent perpetuitatē. Videtur hoc falsum: Nam intelligentiæ orbium inferiorū cum suis orbibus mouentur vltra suum motum à supremo orbe: at perpetua principia sunt. Ad hoc respondet, quod aliud est per accidens moueri à se, id est, in se: aliud ab alio, id est, in alio. Principia animalium mouentur per accidens in se, quia sunt partes ipsorum, que per se mouentur: at intelligentiæ nō in se, sed in suis orbibus motum recipiūt, quia, vt inquit S. Thomas, & Auer. non sunt formæ orbium sicut animæ, ob id motus orbium nullo modo eis inest: hoc autem non repugnat, etiam perpetuis. Aliter Simplic. exponit: at hæc expositio sufficit.

Excluditur obiectio.

At verò si aliquid est semper.

Text. LIII.

P ostquam ostendit, vnum esse mouens primum immobile, & perpetuum, docet, quod mobile primum ab isto mouente motum, erit vnum, & perpetuum, similiter & motus vnus. Probat autem, quod sit tale mobile. Motum à pri-

Primum mobile quod mouetur à primo mouente perpetuò debet esse vnum & perpetuum.

à primo mouente vnum, & immobile, eodē que modo se semper habens, non potest immediatè plura, ac contraria facere: at primum mouens est vnum, & immobile semperq; eodem modo se habens: ergo non possunt hi effectus inferiores multiplices, & mutationes oppositæ ab eo immediatè esse: oportuit igitur, vnum ab ipso solum mobile, & motum ponere, & hoc efficiet hanc diuersitatem in rebus, prout variè se habet in motu: & ita fit: Astra enim à solo Deo mouentur: at hæc mota in diuersis sitibus existentia modò generationum, modò corruptionum causa sunt: à principio tamen primo immediatè vnum prouenit, puta, motus huius corporis.

Conclusio omnium distorum.

Ex his omnibus concludit, quæ superior dubitata fuerūt: sunt enim, quæ semper mouentur, puta, orbes immediatè à primo principio moti: Sunt, que semper non mouentur, puta, principium primum, quod eodē modo se semper habet: Sunt, quæ aliquando quiescunt, aliquando mouentur, puta, inferiora, que non à primo immobili immediatè mouentur, sed ab orbe, & ab alijs. Cumque hæc non eodē, ac vno modo se semper habeant, fit, vt ea, quæ ab istis pendent, modò mouentur, modò quiescant: & sic manet absoluta illa dubitatio superius proposita, ex qua ostensum est vnum esse mouens immobile, ac perpetuum.

An sit vnum primum mouens immobile. Quæstio V.

1. Argu.

ST argumentū aduersus text. 48. vbi dicitur, esse necessariū ponere vnum immobile mouens, & perpetuū propter perpetuitatem generationum. Videtur hoc esse falsum: nam singularum generationum causæ sunt singula agentia particularia: ergo omnium simul causæ erūt, omnia agentia: nec oportet aliud præter ista ponere.

2. Argu.

Secundò contra eundem textum, vbi dicitur: vnum esse principium. Si vnum est: ergo vna est vniuersalis causa efficiens: quod si vna est causa omnium, reliqua sūt ipsius effectus: ergo sempiterna secundū

Aristotelem, habent causam efficientē, quod multi negant.

Tertiò contra text. 52. vbi dicitur: hoc principium esse immobile per accidens. Intelligentia mouens est in cælo moto: sed moto eo, in quo res est, mouetur etiā & res. Cum igitur cælum moueatur, in quo intelligentia est, profectò etiam ipsa mouebitur.

Quartò contra textum, 53. vbi dicitur: oportet esse ponere mobile perpetuū vnum, quia ab vno immobili multa procedere nequeūt. Videtur hoc falsum, præsertim secundum fidem nostram: nam Deus se ipso multa producere potest.

Nota.

Aduerte, quod hanc quæstionem proponimus, vt quod hucusque Aristoteles obscure, & prolixè disputauit, breuiter ante oculos ponere mus.

Institu tum Aristot. in hoc lib.

In libro igitur hoc Aristoteles de primo motore differuit, ac primo motu. Quinq; autem attributa motoris huius ostendit: puta esse vnum immobile, & perpetuū, impatibilem, infinitum. Hætenus autem tria priora demonstrauit: rota autem ipsorum demonstratio sex theorematibus continetur.

Primum Theorema ex sex, quibus continetur quæ de primo motore tradit A. in hoc lib. qd motus est æternus. Ratio.

Quorum primum est. Necessè est motum æternum esse, nec incepisse ita, vt aliquando nullus fuisset motus, aut mutatio: nec desitutum ita, vt aliquando non sit vllus futurus motus, aut mutatio. Hoc duplici ratione ostenditur. Prior est. Sic motus incepit modò, aut antè: ergo per aliquam nouam mutationem subiecti, aut agentis præcedentem; ergo fuit antè primā mutationem, vel motū mutatio: Et iterum quæram de ista: si modò & nō antè: ergo per aliam præcedentem, & sic fiet processus in infinitū, & dabitur mutatio antè primam mutationem: non ergo incepit vniuersaliter mutatio.

Alter ratio est: Tempus non potuit incipere, nec desinere potest: ergo nec motus. Est enim tempus passio motus. Ante cedens patet. Nam si tempus incepit, aliquando non fuit: si desinet, aliquando non erit: ac qui Aliquando dicit, tempus ponit: fuit ergo tempus, cum non fuit, & erit cum nō erit: quod est impossibile. De hoc Theoremate disputauimus in quæstio.

sione prima, & veritatem contra hoc ostendimus.

2. Theore. Omne quod mouetur, ab alio mouetur. 1. Ratio.

Secundum Theorema fuit. Omne, quod mouetur, ab alio distincto mouetur. Hoc duplici ratione monstratur. Altera est: Quod mouetur, aut à se ipso mouetur, aut non à se ipso: & utroque modo aut naturaliter, aut violentè: sed omne quod mouetur, ab alio mouetur. Maior satis est explicata in textu. Minor declaratur. Si enim à se ipso mouetur, partem habet mouentè: si ab alio, & violentè, tunc clarè est, quod à motore extrinseco mouetur. Si autem naturaliter, vt cum naturaliter mouentur inanimata, tunc à generante mouentur, vt iam ostensum est.

Altera ratio est: Quod se ipsum mouet, non potest secundum se totum, mouere se totum: ergo ab alio mouetur. Vel vniuersaliter sic: Nihil se ipsum secundum se totum, se mouet: ergo omne, quod mouetur, ab alio mouetur: Probatur antecedens: Quia mouens est actus, mobile potentia: at idem secundum idem non potest esse actus, & potentia: ergo nec simul idem mouens, & motum.

3. Theor. In motu oportet deueniri ad vnum, quod non ab alio extrinseco mouetur. Vbi non datur primum aliquod, quod moueat, non potest esse motus: sed si omne, quod mouetur ab alio, mouetur extrinseco, ita, vt in infinitum processus sit, non dabitur primum: ergo oportet, quod deueniamus in motu quolibet ad aliquod, quod non ab alio moueatur.

4. Theor. In motu oportet deueniri ad vnum quod mouetur per se sit immobile.

Quartum Theorema est. In motu oportet deueniri non solum ad vnum, quod non ab alio mouetur, sed etiam ad vnum quod mouet, & non mouetur per se. Hoc probatur vnica ratione: Quod mouetur, aut mouetur à se ipso, aut ab eo, quod à se ipso mouetur, aut ab aliquo immoto: Si detur hoc tertium, habetur intentum: Si verò secundum, & primum: Tunc cum omne, quod à se ipso mouetur, à parte immota per se, moueatur: profectò quod mouetur omne, ab immoto per se mouetur. At quod à se motum ab immoto moueatur: probatur. Nam à se toto moueri non potest, sed à parte aliqua, quæ dicitur

pars mouens, & corpus est. Cum autem ipsa etiã moueatur per se, vt puta, neruus, aut musculus, qui mouent corpus, & mouentur: profectò debet reduci tandem in animam, quæ immota per se mouet: si enim semper in partem corpoream referatur motus, cum illa se moueat, & non secundum totam, erit secundum partem, & iterum de illa erit quæstio. Oportet ergo ad animam tandem deuenire, quæ immota mouet.

Quintum Theorema est. In motu tandem ad vnicum mouens perpetuum, & immobile deuenire oportet. Probatur duplici ratione. Prior est. Generationes sunt perpetuæ & mutationes: sed nullum mouens particulare potest huius perpetuitatis esse causa: ergo vnum est mouens supremum. Minor patet. Nam particularia mouentia causæ sunt singula singularum per se mutationum: at perpetuitatis nullum est causa, cum non sit perpetuum.

Posterior est. Omnia manentia particularia alijs motibus mouentur per accidens ab extrinseco: vt animalia alterantur augenturque: factò motu extrinseco: ergo nullum est sufficiens principium perpetuæ continuitatis in mutatione. Non enim illorum motuum principia actiua sunt: ergo vnum oportet supremum mouens constituere, quod nullo motu, nec per se, nec per accidens ab extrinseco moueatur.

Sextum Theorema est. Præter motorem hunc immobilem & perpetuum, oportet vnum mobile, motumque perpetuum cum eo constituere. Probatur vnica ratione: Quia quæ plura sunt, & diuersa, non dimanant ab vno eodem modo se semper habente: at res hæ inferiores variæ sunt, & diuersæ: ergo ab isto principio immediatè non procedunt: Debent ergo poni vnum intermedium vniuersale mouens, & motum, quod suo motu, & varietate ista omnia efficiat: mouens autem primum immobile hoc immediatè mouebit.

His omnibus possumus addere septimum Theorema. Motor hic omnium primus vnus est. Hoc triplici ratione desumpta ex Aristotele probari potest. Prima

5. Theore. Oportet deueniri ad vnicum mouens perpetuum & immobile. 1. Ratio.

6. Theor. Oportet etiam esse vnum primum mobile perpetuum.

His sex additur 7. Theorema. Hic primus motor tantum

est vnus. 1. Ratio.

ma est vltimo textu Metaphysicæ ex fine sumitur. Si. n. esset plura principia prima, essent plures fines, tunc vel vnus in alium ordinatur, vel non. Si nullus in alium, sed oēs sunt æquè primi: tunc non posset vnitas in medijs conseruari, & sic dissolueretur mundus, dū quædam in hunc, quædam in alium tendunt finem: quod impossibile est. Si verò omnes in vnum referuntur, iam is primus omnium esset.

2. Ratio.

Altera ratio est li. 12. Metaphysicæ. Si plura essent principia, vel tunc essent æqualiter perfecta, vel non: sed vnum esset perfectissimum. Si hoc detur, habetur intentum. Si verò illud, tunc essent eiusdem speciei. At plura eiusdem speciei non sunt, nisi materiam habeant: essent ergo composita, & materialia: quod primis principijs repugnat.

3. Ratio.

Tertia ratio est hoc lib. tex. 48. quæ ex genere causæ efficientis: Frustrà ponuntur plura principia, & causæ, cum vna sufficit: at sat est vnum primum principium: est igitur vnum. Minor patet: Si enim sunt plura, tunc, vel quæ potest vnum, potest aliud: vel non. Si sic: superfluum est, plura ponere. Si verò non; imperfectum est profectò principium quodque, & nullum est primum.

In omnia. his aduerte maximè, quod Aristoteles nondum demonstrauit hunc motorem esse substantiam separatam, & non animam corporis cælestis: nam quæ dicta sunt hactenus ab Aristotele, saluari possunt. Si dicatur, illud esse primum mouens, quod est anima corporis cælestis, nec vllum aliud motum habet, quàm locale ratione illius corporis. At in sequentibus hoc demonstrabit, cum probat esse infinitæ virtutis, & non esse virtutem in corpore.

Aduerte etiam, quod hæc tria sic se habent, esse vnum primum, esse immobilem, & esse perpetuum. Ex primitate immobilitas, ex immobilitate nascitur perpetuitas.

Not. Arist. nondum demonstrasse primum motorem esse substantiam separatam.

Ad primum argumentum respondetur: quod non potest omnibus simul attribui perpetuitas, quia non sunt oēs simul: at causa cum effectu debet esse: nam causa particularis, vt dicit Auerroes, non totaliter effectum producit: animal enim, & viuus semen dat, & relinquit: quod nisi ab alia causa iuuatur, disponitur, & conser-

uaretur, non esset futura generatio. Ad 2. possit dicere, quod ad rationem principij primi sufficit, quod quorundam sit finis, quorundam sit efficiens. An tamen secundum Aristotelem, omnium sit causa efficiens, quæstione sequenti discutiendum relinquimus.

Ad 3. At tertium dico, quod Aristoteles præcipuè intendebat dicere, quod primum principium non mouetur per accidens, motu factò ab alio, sicut mouetur principium mouens animalis: nec sicut dicuntur moueri inferiores intelligentiæ ratione orbium à supremo motorum. At in eo motu, quo orbem mouet, per accidens moueatur, non ita ex professo hoc docet hic, quia hoc pendet ex probatione, quod non sit anima. Et Alex. in hoc loco credidit moueri per accidens, quia existimauit, intelligentias, esse animas cælorum.

Nota. Dico tamen ad hoc, quod cum anima non sunt orbium, ipsos mouent, nec cum eis mouentur per accidens, quia orbis semper secundum totos in vno manet loco: At si orbis locum mutaret ad dextram, vel sinistram, vel aliam positionem: tunc per accidens moueretur intelligentiæ, quia alias non moueretur, cum requiritur approximatio virtutis. At cum Deum infinitum, & vbiq; præsentem ponamus, nullo modo per accidens moueretur motu quocumque orbis. Hoc autem an perceperit Aristoteles, alia quæstio est: at quia talis orbium motus impossibilis est naturaliter, ob id simpliciter sunt motores orbium immobiles per se, & per accidens.

Ad quartum dico, quod quamuis miraculosè & supernaturaliter, sine vlla causa media illa possit facere: at iuxta ordinem naturalem (naturaliter loquendo) non possunt aliter fieri, nisi mediante orbis etiam motu. Vtque idem Arist. naturalem solum ordinem sequens, dixit, aliter non posse fieri: intellige autem tu, naturaliter: vt ipsi loquebantur: Sed quicquid sit de Aristotele, secundum nostram veritatem dicimus, quod licet Deus possit, voluit tamen rerum mobilium causam vniuersalem mobilem ponere, vt omnia suauiter disponerentur: Aristoteles verò ex suis principijs Deum considerat solum, vt diximus.

An Deus sit causa efficiens Mundi. etiam per Aristotelem.

Quaestio VI.

Plurimi ac celeberrimi Arist. Interpretes id asserentes.

Superiori quaestione promissum nos tractaturos, An Deus esset causa efficiens mundi, etiam secundum Aristotelem. Nam ex veritate satis iam constitit in primis istius libri octavi quaestionibus. Nunc tamen potissimum secundum Aristotelem, etiam si mundum ab aeterno posuerit, videamus.

Id ergo probabimus tripartito. Primo ex ipsis Aristot. Interpretibus celebrioribus, Secundo ex ipsis Aristot. testimonijs, Tertio rationibus validissimis ac verissimis, ductis etiam ex eiusdem Aristotelis principijs.

Mundum fuisse factum a Deo, ex Aristotelis sententia, tenet ex Alexandro Simplicio in 1. Physic. text. ultimo, ubi etiam probat verbis Alexandri, Deum esse efficiens, quoniam est finis. Idem in 2. Physic. 66. & in 2. Physic. 45. ubi id optime dedit ex Aristot. Idem etiam facit verius in tex. 72. idem in 8. Physic. in prima digressione contra Philop. & in tertia digressione concedit materiam secundum Aristotelem fuisse ex nihilo factam a Deo: idem Ammonius in 1. Periher. cap. ultimo. De eodem habes pulchrum locum in Alex. in 8. Metaphysic. text. ultimo & denique hanc esse Aristotelis sententiam, praeter Philop. in toto opere contra Proclum D. Thom. Auicem, Themist. & Albert. qui sine ulla contradictione sic sentiunt. Sunt innumera etiam loca Auer. ut de substantia orbis ca. 2. Syrianus etiam 3. Metaphysic. ut asserit Simplic. in 8. Physic. 83. Macrobius etiam in 2. de somnio Scipionis, asserit, totam philosophiam, Deum, posuisse auctorem rerum.

Ex Neotericis etiam viri graues idem secundum Aristot. optime probant, ut Cornelius lib. 2. de abditis rerum causis, de quo vide Eugubinum 4. de perenni philosophia, ut alios taceamus.

Ex testimonijs Aristot.

Sed probatur etiam testimonijs Aristot. Primo. 1. Politicorum cap. 5. ait. Deum fecisse

omnia propter hominem: cui videtur conuenire illud fecit di Physic. text. 24. nos esse omnium finem, quod proculdubio non esset, nisi efficiens rerum illas ad nos ordinasset.

Secundo. In 2. Rhetor. cap. 23. ait. Demones etiam Dei opus.

Tertio. In 2. de generatione, 59. ait. Deum omnia compleuisse, dando veram aeternitatem illis, quae habere poterat: ceteris vero continuam quandam successionem in diuersis indiuiduis.

Quarto. In 2. de generatione, sic ait, tota principia requiri in rebus sempiternis, quot sunt in primis, id est, in elementis, nempe materiam, formam, & efficiens, ubi vides expresse poni efficiens sempiternorum.

Quinto solet adduci locus ille ex 2. Metaphysic. text. 4. ubi Aristot. ait, primum in vnoquoque genere esse causam ceterorum, quae sunt in illo genere: Et tamen agit de principijs sempiternorum.

Sexto in lib. etiam de mundo ad Alex. frequentissime ait, omnia esse Dei opera, caelum & terram, animantia, &c. & omnibus Deum vitam dare, regere, & gubernare omnia, ac conseruare. qui quidem liber si non est Aristot. est certe grauissimi auctoris, & dignus, qui tribuatur Aristoteli.

Sed idem probemus quoque rationibus desumptis ex principijs Aristot. Primo. Si Deus non esset effector aeternorum, in Aristotele maxime, quia aeterna non habent causas. Sed hoc est falsum in Aristotele. Nam 8. Metaphysic. 15. reprehendit Democritum, qui dicebat quadam non habere causam, quia erant aeterna. In 5. etiam Metaphysic. in tex. 6. ait, quaedam necessaria habere causam suam necessitatis.

Secundo ex 12. Metaphysic. 52. Deus est causa ordinis vniuersi: ergo est causa naturarum, quae in vniuerso sunt ordinate. Probatur consequentia: Quia cum res secundum suam naturam sint ordinate, si Deus non causaret naturas, non posset causare ordinem, nec potest intelligi illum naturarum ordinem causari a Deo, nisi causando naturas.

Adde, quod alias ad minus dicendum esset, talem ordinem esse extrinsecum et per-

Rationibus etiam desumptis ex principijs Aristot.

2.

3.

4.

5.

6.

1.

2.

3.

3.

per accidens vel accidentalem ipsis rebus: qui tamen non est, sed secundum rerum naturam, imò & intrinsecus vnaquaeque essentia suam habet gradum ordinis & mensuram. Vnde cum ordo sit bonum vniuersi, res alias intrinsecas non essent ordinate, & sine bono.

Tertio. ex 2. Physic. Natura agit propter finem: sed finis non causat prout est in re, ut fuscè ostendunt Peripatetici, quoniam est vltimum in executione: ergo causat, ut cognitus. Et ut etiam asserit communis sententia. Tunc sic, vel ut cognitus a rebus ipsis; Et hoc non: quia multè caret cognitione: Vel ut cognitus a Deo, a quo inanimata reguntur in suis actionibus, ut ait Aristoteles in 2. Physic. text. 59. Tunc sic; Ergo Deus debet ordinare ad suos fines, & hoc producere in ipsis talè compulsum & cooperari dirigendo rerum actionem: ergo debet causare res. Et probat ipsum efficere omnia, quae habent finem.

4. Ratio multiplex

Quarto. Deus est causa in Aristotele omnium rerum etiam incorruptibiliu: ergo est efficiens. Probatur primo antecedens, & postea consequentia. Antecedens quidem ex 12. Metaphysic. text. 38. ubi ait ab hoc principio caelum, & Natura dependent. Et in 36. & 37. ait, Deum respectu omnium intelligentiarum esse finem, qui praexistit, & mouere ipsas, ut amatum & desideratum: vnde Aristoteles ibi a text. 37. sapissime vocat Deum principium, et primam causam: ex quo illud apud Peripateticos percrebuit, idem esse primam formam, & primum efficiens, & vltimum finem.

Hoc supposito, probatur consequentia: Deus est causa intelligentiarum in Aristotele: ergo, vel ut materia, vel forma, vel ut finis, vel ut efficiens. Certum est non esse materiam, nec formam: omnes item concedunt esse finem: Sed inde probabimus esse efficiens.

Primo: vel intelligentia habet esse a se, vel a Deo. Si a Deo, habetur intentum, si a se: pero, si circumscripserit Deo, vel amitteret illud, vel non. Si amitteret, ergo non haberet a se: Si non: ergo non referretur ad Deum, ut ad finem essentialem.

Secundo item, Modus operandi sequi

tur modum efficiendi: Intelligentia in operando pendet a Deo: ergo in essendo.

Tertio: vel intelligentia omnes sunt eque perfectae, vel non. Si sunt: ergo omnes sunt dii, & nulla est subordinatio, nec magis haec refertur ad illam, quam e contra. Adde, quod si vnaquaeque illarum esset, ipsum esse inreceptum, nulla ratio possent plurificari. Si autem sunt inaequalis perfectionis: ergo illae imperfectiores non habent esse a se: quia si haberent omnes esse a se, omnes essent aequalis perfectionis: nec posset reddi ratio; quare vna se fecit imperfectiorem, aut quare facta est imperfectior altera: praeterea, si sunt a se, essent ipsum esse, vnde essent perfectissimae.

Quarto: quod habet esse a se, est propter se: intelligentia non sunt propter se, sed propter Deum: ergo &c.

Alia argumenta his similia reperies apud Hermenem, 2: Quolibeto, quaest. 1. apud Heliam Cretensem in opusculo hac de re, penes Scaligerum, Ferneliu, & alios auctores, quos superius: quae quidem volui paulo fusius & accuratius persequi, ne quis falso putaret, non posse probari in Aristotele, Deum esse efficiens, cum tamen quae supra attulimus, id in Aristotele, & lumine naturae euidetur demonstrare.

CAPVT VII.

At vero & alio facto principio. Tex. LIIII.



Qualis sit motu vno immediate primus motus mouere docuisset, quis inquit.

Qualis is motus sit, nunc indagat. Hic autem motus debet esse primus, & continuus, & perpetuus: talis enim est motus, quo primus motor mouet. Ob inquit, an sit motus continuus, & primus: & quis sit. Cui enim haec insunt, is est motus primus motus, si simul etiam motus perpetuus ille sit.

Tribus autem existentibus motibus. Tex. LV.

Motus localis est primus omnium.

Incipit indagare, quis motus primus sit: & hanc constituit conclusionem. Motus localis est omnium primus: quia multipliciter probat. Supposito vno, quod iam dictum est, motus species esse tres: Alterationem, quæ ad passiones, & qualitates: Augmentationem, quæ ad magnitudinem: Lationem, quæ ad locum fit.

1. Ratio.

Est igitur argumentum primum. Augmentatio omnis præsupponit alterationem, alteratio motum localem: ergo omnem motum antecedit motus localis. Probatur prior pars antecedentis. Augmentatio fit ex contrario, & dissimili illius, quod augetur: fit tamen ex eo, postquam simile est factum: sed ex dissimili non fit simile, nisi per alterationem: ergo augmentationem præcedit alteratio. Maior explicatur: Cibus enim ex quo nutritur, & augetur aliquid, debet esse diuersum ab eo, quod augetur in principio: ut tamen augeat, debet conuerti in simile, ut cibus conuertitur in carnem, ut augeat carnem: hoc autem absque cibi præcedenti alteratione non fit: quod magis in libris de generatione explicabitur.

Posterior pars antecedentis probatur. Agens seu alterans educit in actum rem ex potentia, ut facit cibum calidum actu ex potentia, sed ad omnem actionem huiusmodi loci approximatō necessaria est ita, ut aliquando fuerit, aliquando non: si enim esset semper approximatō, non fuisset in potentia alterabile: præsupponitur ergo localis motus. Cum igitur sit motus perpetuus, erit motus localis perpetuus: Et cum quidam sint priores, quidam posteriores, dabitur vnus primus.

Amplius autem omnium passionum.

2. Ratio ex sententia Antiquorum.

Secundum argumentum facit ex sententia Antiquorum, qui omnium qualitatum principia ponebant raritatem & densitatem: & has per congregationem, vel disgregationem præcedentium partium fieri, dicebant: hanc enim generationem ponebant. Cum igitur congregatio, & disgregatio talium præsupponat motum localem, motus hic antecedit alterationem. Vltimus de augmento patet,

quia cum non sit augmentum, vel diminutio sine partium, quæ locum habent acquisitione, vel deperditione: non erunt profectio absque motu locali: & sic omnem motum antecedit localis.

Amplius & hinc considerantibus. Tex. LVI.

Prosequitur adhuc idem probare, ac triplex aliquid dicitur alterari prius. **P**rimo, quia hoc ablato, alterum auferitur, non tamen contra: ut animal, prius est homine: ablato enim animali, auferitur homo, non contra. Est secundo modo prius tempore. Tertio prius secundum substantiam, id est, perfectione. Omnibus his modis localem motum priorem probat.

Est autem tertium argumentum de prioritate natura. Is motus, qui magis est continuus, prior est natura, quam is, qui minus: at localis est huiusmodi: is igitur est prior natura. Maiorem explicat. Duplex est continuitas in motu, aut ratione solius temporis, quæ dicitur contiguitas: aut ratione ipsius spacij, & termini simul cum tempore: & hæc est proprie continuas, & motus huiusmodi dicitur continuus. Nam contigui, non continui, sed continuè fieri dicuntur. Clarum est, quod magis vnus est continuus, quam contiguus: ob id prior est natura.

Dices: etiam alij motus sunt continui perpetui, vel possunt esse. Ad hoc dicitur, quod non possunt esse: Hoc tamen demonstrabitur postea.

Dicet quis, quamuis solus motus localis perpetui possit esse continuus, non tamen ob id sequitur, quod talis motus sit. Ad hoc respondet, quod in natura oportet ponere, quod melius est, cum esse potest. Cum igitur talis motus esse possit, nec vllum ex hoc sequatur absurdum, imò perfectius hoc erit, oportet ipsum constituitur.

Quia tunc argumentum facit ad idem: Quia quod localiter mouetur, non indiget necessario ut alterabile, aut augmentabile sit. at augmentatio, & alteratio præsupponunt motum hunc localem celorum,

Triplex aliquid dicitur alterari prius.

Ratio.

Remouetur obiectio prima.

Remouetur obiectio 2.

4. Ratio.

rum, quo non existente, non erunt reliqui: igitur motus localis prior est natura, quam alij sint motus.

Adhuc, tempore primum. Tex. LVII.

5. Ratio.

Quintum argumentum facit. Is motus primus est, qui rebus perpetuis solus inest: at talis est motus localis: (inest enim corporibus celestibus, quæ perpetua sunt:) motus ergo localis primus est tempore.

Obiectio.

Aduersus hoc obiectioem ponit. Motus enim localis videtur omnium vltimus: nam prius res generatur, alteratur, & augetur, quam sit motus localis ut patet. Non enim localiter animalia mouentur, nisi postquam generata sunt, & secundum quantitatem perfecta: quod sine augmentatione, & alteratione præcedentibus non fit.

Solutio.

Ad hoc respondet Aristoteles, quod quamuis in hoc indiuiduo ita sit, & in vnoquoque, quod motus localis sit vltimus: tamen ante illud præcessit aliquid localiter motum, quod fuit causa generationis eius, & ita in diuersis motus localis prior est, quamuis in eodem sit vltimus.

Obiectio.

Dices tu: etiam hoc, quod antecessit, fuit generatum, & auctum, & alteratum ante motum localem.

Solutio.

Ad hoc respondetur, quod non semper illud, quod mouet, & generatum: non enim omnia sunt generabilia: Sed datur aliquod generationis causa, quod non sit generatum: tunc profectio istius motus localis antecedit omnes generationes: Quod si antecedit generationes, antecedit etiam reliquos motus, qui post generationem sunt, puta, alterationem, augmentationem, corruptionem. Et cum hoc non sit generabile, non erit augmentabile, nec alterabile. Motus igitur localis absolute omnem alium antecedit, & ille est celorum motus.

Omninò autem videtur id, quod fit. Tex. LVIII.

6. Ratio. latio triplici.

Sextum facit argumentum de prioritate secundum perfectionem, ac triplici-

ter motum localem alios perfectione excedere, probat. Primo, subiecto: Quod generatur, est imperfectum, quia nondum est: similiter, quod augetur, quia ad terminum perfectum nondum venit: similiter, quod alteratur, cum ante augmentum alteratur: Quod verò localiter mouetur, perfectum est: ergo nobilius est subiectum motus localis. Experientia etiã probat: quia non mouentur, nisi perfecta: vnde plantæ motu locali carent, cum reliquos habeant, quia imperfectiores sunt. Similiter, inter animalia sunt quedam, quæ ob imperfectionem non mouentur localiter: ut conchæ, spongiæ, & alia, quæ instrumentis motui carent.

Et propter hæc, & quia minime. Tex. LIX. LX.

Probat secundò perfectionem ex effectu: Quia reliqui motus mutatione in re ipsa ponunt: semper enim alij motus cum acquisitione, vel deperditione, vel substantiæ, vel eorum, quæ substantiæ insunt, fiunt: At motus localis nihil substantiæ mutat, quia est ad locum, qui est extra substantiam rei ipsius.

Et propter hæc, & quia minime. Tex. LIX. LX.

Tertio probat ex principio motus. In re ea, quæ mouentur, id, quod magis est principium motus, est quod se ipsum mouet: at quod se ipsum mouet, maximè se mouet secundum localem motum: is ergo est primus, quippe qui magis in se principio motus. Ex quibus omnibus probatum relinquatur, motum localem esse omnium primum.

3. Ex principio motus.

Quod igitur latio primus motuum sit. Tex. LXI.

Quod igitur latio primus motuum sit. Tex. LXI.

Cum ostendisset, lationem, id est, localem motum esse primum: nunc, quam latio ista sit, inquit. Nã sunt multæ species motuum localium. Dum autem hoc inquitur, simul etiam tractabitur, quod talis motus sit perpetuus, & continuus: Nam ille motus localis inter alios primus erit, qui solus potest perpetuus esse, & continuus: ob id probat, nullum motum præter circulem posse esse perpetuò continuum: propterea ille solus omnium erit primus.

ter superat alios motus in perfectione. 1. Ratione subiecti.

2. Ratione effectus.

3. Ex principio motus.

Inquitur, quam latio ista sit, inquit. Nã sunt multæ species motuum localium. Dum autem hoc inquitur, simul etiam tractabitur, quod talis motus sit perpetuus, & continuus: Nam ille motus localis inter alios primus erit, qui solus potest perpetuus esse, & continuus: ob id probat, nullum motum præter circulem posse esse perpetuò continuum: propterea ille solus omnium erit primus.

& hoc motu mouebit primus motor.

Quod igitur aliorum motuum continuum. Tex. LXII.

Nullus motus præter localem potest esse perpetuo continuus.

Probat nullum motum præter localem localem posse esse perpetuo continuu. Argumentu est huiusmodi. Nullus motus, qui est ab opposito in oppositu, potest esse perpetuo continuus: omnes motus, præter circulem, sunt ab opposito in oppositu; nullus igitur continuus perpetuo esse potest. Minore declarat. Nam mutatio est inter ens, & non ens: alteratio inter contrarias qualitates, augmentatio, & diminutio inter perfectam, & imperfectam viuentium magnitudinem: sic tamen, quod contrarij motus ad contrarios ferantur terminos, vt generatio ad ens ex non ente, at corruptio ex ente in non ens: calefactio ad calorem ex frigido, & contra frige factio, & ita de alijs omnibus.

Nota.

Maiorem probat. Et nota, quod non sumit vnicum motum, ab opposito in oppositu: vt calefactionem, quæ est à frigiditate in calorem: nam sic probatum est iam, nullum motum vel mutatione posse esse infinitam, cum sit distantia finita inter contraria: & sic non esse potest perpetua continuitas. Sed probat de motibus conuersis: vt à nigro in albu, & iterum ab albo in nigrum: hoc enim modo debet esse perpetua continuitas inter hos motus, si esse possent. Ostendit aut, quod illi duo motus, vel mutationes conuersæ non sint inter se continuæ.

Et facit argumentum hoc. Sumo illud secundum motum conuersum ab albo in nigrum: & sic procedo: Omne, quod ante aliquem motum existit, debet habere aliquam quietem sub contrario termino, à quo ille motus incipit: sed quod illo motu secundo mouetur ab albo in nigrum, existit ante illum motum: ergo quieuit sub albo: At quies est in tempore: ergo per aliquod tempus fuit sub albo.

Non ergo est iste motus continuus cum eo, qui est à nigro in albu; nam tunc non quiesceret, in albo, sed cum primum ad ipsum perueniret, statim inciperet per a-

lium motum ab illo termino mutari ab: que vilo tempore quietis. Idem dicitur de alijs mutationibus oppositis, puta, generatione, & corruptione, quæ vniuersaliter opponuntur. Similiter in particularibus: vt enim in generali mutatio mutationi, ita in particulari hæc huic opponitur, vt notum est.

Dices, quod inconueniens, si dicatur, quod non quiescit in illo termino; puta, albo, per tempus. Dicit Aristoteles, quod tunc simul moueretur motibus contrarijs, quod est impossibile. Quod hoc sequatur, non explicat: tamè explicare possumus sic: Quia quod ex albo conuertitur in nigrum, vel conuertitur, postquam factum est albu, vel dum fit. Non postquam factum est: quia tunc quiesceret, & esset tempus, in quo factum est albu: ergo dum fit: simul ergo fit albu, & denigratur. Ita exponunt alij.

Mihi non videtur hoc argumentum Aristotelis demonstrare, sed quandam pro vim habeat: babilitatem habere. Non enim fieret res alba, nec motus esset ad terminum, vt per instans duraret in eo: at non ostenditur hoc non posse fieri. Nam potest esse, quod cum aliquid calefit à calido, vt sex, accedat ad frigidum vt octo: ita vt in primo mutato esse caloris, vt sex, quod fuit primum, non esse calefactionis, incipiat agere frigidum, vt octo, per vltimum non esse: tunc enim ille gradus, vt sex, non durabit, nisi per instans, puta, nunc est, & immediate ante hoc non fuit, quia inducitur in fine motus. Similiter nunc est, & immediate post hoc non erit, quia immediate post hoc non erit motus frige factiois, cum incipiat per vltimum non esse. Erigitur idem instans primum non esse vnius motus præcedentis, & vltimum non esse sequentis: & erit primum esse illius formæ inductæ in fine motus prioris, & vltimum esse eiusdem respectu posterioris: Et hæc sunt verissima.

Nihil enim differt contrarietas, aut non contrarietas.

Excludit tres obiectiones contra prædictam rationem. Prima est: Quia dictum est, contrarios motus simul non

non esse, ac ob id non esse cotinuas duas mutationes: posset quis dicere, quod generatio, & corruptio non sunt contrariæ, ob id poterit simul esse. Respondet, quod ratio ducit ad hoc absurdum, quod duo opposita simul essent; siue illa sint contraria, siue priuatiua: Hoc enim parum conuenit rationi. Sat est, quod probet, quod generatio & corruptio essent simul, quæ non possunt verè simul esse, siue vocentur contraria, siue non.

Altera obiectio est: Quia dictum est, quod debet esse quies in termino, à quo est mutatio. Videtur falsum: quia quod generatur, non est: quiescit post generationem, vel ante corruptionem. quia dictum est, quietem tantum opponi motui. Respondet, quod parum hoc refert. Nam ratio hoc contendit, quod debet esse per aliquod tempus in termino, à quo est motus, siue sit quies, siue non. Si enim datur tale tempus, tunc illæ mutationes non erunt continuæ, & hoc sufficit, & intendimus probare.

Tertia obiectio est. Nam primò diximus, motus esse contrarios, & postea vnum illorum incipere à quiete contraria: Vbi videtur, quod vnum, duo habeat contraria: Ad hoc respondet; quod siue quis illa duo contraria vocet, siue non: ad ratione fati est, quod opponatur motus, & quieti, & alteri motui: sicut medium duplici extremo opponitur. Quod verò sit perfecta contrarietas inter quiete, & motum, parum hoc refert ad præsens. De hoc autem diximus lib. 5.

Amplius autem & in generatione: Text. LXIII.

Terium probat, quod non sint duo motus illi continui per generationem. Vt enim nihil generatur, vt durer per instans: ita profecto fit in alijs motibus: nihil ad terminum mutabitur, vt per instans sit in eo: quia quod naturale est, in omni motu erit: at si illi motus essent continui, illud sequeretur, vt in textu præcedenti probatum est. Non igitur sunt tales motus, quin sit media quies, saltè per aliquod breue tempus: hoc autè continuitatem illorum impedit.

Quod autè contingit esse quædam. Tex. LXIII.

VM probasset, nullum alium motum continuu perpetuo esse posse, nunc ad locales deuenit: & inter locales nullum, nisi circulem perpetuo esse perpetuum.

Inter motus locales nullu per circulem posse esse perpetuum.

Distinguit autem tres locales motus, rectum circulem, & mixtu ex vtroque: puta, qui fit per chorda, & arcum. Dicit, quod si probatur, vtrumque simplicè, aut vnum non esse infinitum, etià probatum erit, mixtum non esse infinitum: nam iste ex simplicibus componitur.

Probat igitur de recto, quod esse non possit perpetuo continuus. Et non sumit vnicum rectum simplicem, qui ab vno in aliud fit; nam notum est, non posse talem esse infinitu, sicut nec alios motus, qui sunt à contrario in contrariu: sed sumit rectum, & reflexum vt ab A, in B, & iteru à B, in A. De his enim dubium est. Ostendit autem, quod tales motus non sint cotinui, tali argumento; Motus contrarij, non sunt continui: illi motus sunt contrarij: non ergo sunt continui.

Ratio.

Consequentia est certa. Maiorem probat ex his, quæ dicta sunt lib. 5. Vbi probatum est, ad motus cotinuitatem debere esse tempus vnum, mobile vnum, & terminum vnum specie: at contraria non sunt vnius speciei: non ergo continuari possunt.

Minorem probat. Nam illi motus se inuicem impediunt: ergo sunt contrarij. Patet antecedens. Moueatur aliquid ab A, in B, & aliud à B, in A, profecto se mutuo impediunt, quo minus motus suos pagant: Non sic autè, cum aliquid sursum, aliud ad latus mouetur: sunt ergo illi contrarij, ac ob id non erunt continui.

Maximè autem manifestu est. Text. LXV.

Alterum argumentu facit ad idem probandum sic. Illi motus, inter quos mediat quies, non sunt continui: at inter motum rectum, & reflexu mediat quies: ergo illi non sunt continui. Addit, quod non solum inter rectum & reflexum

Ratio.

000; reflexum

reflexū, scē etiā in circulo mot simplex & reflexus quietē habet. Vt si per circulū pcedat ab A, in B, & iterum à B, in A.

Explicat tamen, quod ferri iterū ab ipso B, in A, potest, aut cōtinuando motum per totū circulū: & hoc dicitur moueri per circulū, & hic motus continuus esse potest: Aut regrediendo per eandem partem circuli: & de hoc motu reflexu dicitur, quod nō est cū altero cōtinuus.

Inter motū rectū, & reflexum mediat quies.

Minorē illā probat, quod mediet quies. Et dicit, hoc sensu patere, & ratione. sensu quidem: quia experimur aliquando in his reflexionibus mobilia retardari: Rationem autem adiungit.

Obiectio. Sed dices: si hoc sensu notum est, vt quid ratione opus est, cum qui sensu pbat, ratione ostendere superius, reprehēdit in text. 26. Respondet Aucro. quod ratio ponitur vltra sensum in præsenti, quia illa quies non percipitur in omnibus reflexis. Nec similiter per sensum cognoscitur causa: ratio probat in omnibus, & dat causam.

Principium autem hoc est.

Suppositio in quanto sunt tria, principium, mediū, & finis.

Ad probandum id ratione, supponit duo. Alterū est. Quod in quanto sunt tria. Principium, mediū, finis: & hæc sunt tam in spacio, quā motu, & tempore. Medium autem habet rationem duorū: respectu enim principij finis est: respectu verō finis, principium.

Alterum est. In linea recta quodlibet punctum medium non est actu principij, aut finis, sed potentia. Vnde nō actu dicitur, nisi cum sumitur cū hac, aut cū illa parte. Ex quo fit, quod in motu facto per lineam, nunquam punctū habeat rationem principij aut finis actu, nisi facta fuerit aliqua diuisio non per magnitudinis diuisionem, sed secundum quietem.

Nota. Vnde maximē aduerte: quod hoc est discrimen in puncto lineæ, vt est mediū tantū, & vt est rātūm medium, sufficit, quod sit potētia principium, vel finis; & tunc erit, cum motus continuē fit per illam lineam. At si debet esse finis actu, vel principium motus, tūc debet sumi cum diuisione ita, vt cesset mobile in illo per

aliquod tempus: sic enim fiet actu finis præcedētis, & actu principium sequentis motus. Et dicitur, quod mobile ad illud accessit per motum primum, & per alterum motum recessit & absuit: de puncto verō absque vlla quiete.

Nec potest dici, quod mobile fuit in illo, & recessit ab illo: quia, vel hoc esset in vnicō instanti, vel in tēpore. Non est dicendum, quod in illo fuit in tēpore: tunc enim esset quies. Nec instāti; nā tunc pto, An in eodē recessit: Et hæc nō. Vel in alio: & tunc intercederet tēpus, & in hoc quiesceret. Et iterum peterem de vltimo instanti, An in alio recessit: & sic mobile nunquā moueretur. Non ergo debemus dicere, q in puncto medio, aut instanti fuit & recessit, nisi ibi quiescat: aut quod si res dicitur in instāti esse, est, quia in tempore, in quo illud instans est.

Ex his vult rationē hanc esse: Illi motus, qui habent actu finem & principij, non sunt cōtinui: at simplex & reflexus, habent actu finem & principij, cum diuersi sint: ergo est quies in illo vltimo reflexionis: aliter enim esset illud, sicut pūctum medium, quod est potentia: Vnde nec ille primus motus haberet actu finem: quod falsum est.

Nota literas: per C, intelligitur vltimus punctus: per B, medius, qui dicitur in potentia: per A, mobile. Dicit, quod si A, vtatur B, vt sine & principio actu, vt in reflexione fit: tunc necesse erit illic quiescere. Nam sicut cogitatio, qua punctū sumimus, respectu huius vel illius partis, facit, vt dicatur actu principij, vel finis: Ita in motu facit quies illud actu principium, aut finē. Statim addit, quomodo incipit motus. Nempē cum recedit ab aliquo puncto in principio, vt ab A, & finis est, cum in aliquo, puta, C, steterit. Nā (vt dictū est) in principio motus non est primum: in vltimo verō est primū, in quo muratū est. Et nota, quod modō per A, punctum & signum, quod idem est, intelligit.

Hæc ratio Aristotelis, vt dixit tibi text. Quā habeat vim ratio superioris Arist.

Vis rationis

Nota.

Quā habeat vim ratio superioris Arist.


de

de faba, quæ sursum proiecta sine quiete trahitur a magno lapide cadente, de qua diximus lib. 3. Verum est, quod Arist. dicit, cum aliunde nō puenit impedimentum, vt in casu posito satis manifestū est.

Quapropter & ad dubitationem. Text. LXVI.

Dubium quoddam. VM dixisset, punctū medium non esse actu finē, aut principium motus, nisi sit quies: nec mobile dicendum ibi accedere, aut recedere: nunc per hoc respōdet ad dubium quoddā quod ex simili concessione suboriri poterat.

Sumantur duæ lineæ æquales: altera E, altera F. Et duo mobilia æquali velocitate mota: per E, moueatur A, & per F, moueatur D, & signentur duæ partes æquales: in linea E, signetur BC: in linea F, signetur FG.



Incipiat autem moueri A, à principio lineæ, vsque ad B, & cum ibi sit, incipiat D, recedere ab F, vsq; ad G. Tunc citius perueniet D, ad G, quā A, ad C, ex B, & tamen magnitudines hę duæ æquales erant, & mobilia æquē velocia. Quod autem citius perueniat D, patet, quia cum A, est in B, tunc D, recedit ab F. Nec poteris dicere, quod tunc A, recedit à B, quia simul nō est ibi & recedit: ergo quæ uit ibi, quia citius alterum peruenit: ita est intelligendum hoc.

Solutio. Ad dubium, quod profectō in litera est valdē obscurū, respondet Arist. quod non est concedendum, quod dum D, recessit ab F, erat A, in B. Non enim A in B fuit, quia B, erat in medio motus: Nam, vt diximus, A, incipit motum ab E, quod erat ante B.

Nota. Per hæc vult Aristoteles docere, quod aliter se habet pūctum in medio motus, aliter in principio motus & sine. Nam in medio potentia est, nec ibi est quies: at in fine, seu principio actu est, & debet esse quies sub illo.

Vnde concludit ex hoc, quod cū in motu reflexo ibi sit actu finis præcedentis, & principium sequētis motus, debet in co quies esse: & ponit exemplum mutatis significationibus literarū: puta, si G, mobile feratur vsq; ad D, punctū: & iterum reflectatur, quiescet ante reflexionem: quia illud actu est finis vnus, & principium alterius.

At verò, quæ olim allata fuit. Text. LXVII.

Excludit quandā responsionē. Posset enim quis dicere, quod in illo puncto lineæ vltimo, in quo fit reflexio, non sit mobile, nec recedit: sed sicut se habet medium punctum motus recti, ita illud est mediū recti, & reflexi. Hoc rejicit: nam illud punctum actu est finis & principium, quia sunt illi diuersi motus: alius enim est sursum, reflexus deorsum, vel econtā. Vnde tale punctum nō potest censerī, sicut medium in motu eiusdem rationis: erit ergo quies in illo.

Et ex his potest sumi argumētum. Nā si non esset quies in illo puncto, tunc eodem modo se haberent duo illi motus diuersi, quo duæ motus eiusdem rationis partes: quod non est, cum illi actu sint diuersi motus. Partes autem vnus motus solum distinctæ potentia: aliqua ergo inter illos mediat quies.

Statim per hanc doctrinam vult solutionē esse duplex dubium. Alterum Zenonis lib. 6. propositum: puta, quod non sit motus, quia oportet transire prius per dimidium: hæc autem infinita sunt, ac transiri non possunt. Alterum dubium: est ferē idem, sed alia via propositum. Cum aliquid mouetur, numeret ea dimidia simul, atque mouetur: cum hæc autem sint infinita transacta in motu, accedit infinitum esse numeratū: quod est impossibile.

In primis ergo de motu. Text. LXVIII.

Excludit solutionem, quam dederat argumento Zenonis in lib. 6. text. 38. illic enim dixerat, quod quamuis in spacio sunt infinita, tamē etiam in tempore

Excluditur quædam responsio.

Nota solutionē argumenti Zenonis.

Nota nō esse verum in Arist. id quod dictū est in 6. Physic. text. 38. in finitū posse transiri in infinito tempore.

ipore quo pertransitur spaciū, sunt infinita: utrunque enim est equaliter diuisibile. hanc solutionem dicit esse ad homines, id est, quantum sufficiebat pro soluendo argumento. Zeno enim contendebat, quod si motus esset infinitum, transiretur tempore infinito: puta, magnitudo diuisibilis in infinitum per vnam horā. Ad hoc satis tunc fuit respondisse, quod pariter tempus erat infinitum: Est enim etiam diuisibile in infinitum.

Nota.

Sed hæc solutio prorsus difficultatem non euacuat, nec veritatē ostendit: Nam dubium manet quomodo tempus, cum infinitas habeat partes, potest trāsi & finiri. Hoc aut per ea, q̄ modō dicta sunt, soluitur: Nō enim ista dimidia actu sunt in continuo, sed potentia: nam actu essent, si vnumquodq; punctum fieret duo; vt cum hac vel illa sumeretur parte: aut si motus cessaret. Tunc autem facta diuisione, iam non esset continuum. Et sic etiam patet de numerante: qui enim numerat, diuersas partes facit, & bis punctū sumit cum duplici parte, ac duo puncta facit: hoc autem nō se habet in continuo sic. Vnde concludit, quod infinita contingit transire potentia, sed non infinita actu. De hoc abundē diximus lib. 6. præsertim quæstione vltima. Vnde linea finita quidem est secundum substantiam, & esse actu: potentia autem, illa habet infinitatem.

Manifestū autem est, & quod nisi aliquis. Text. LXXIX.

In tempore instans medium, diu habet rationē prioris & posterioris, alia sequeretur vnu ē duobus inconuenientibus.

In hoc textu ostendit, quod debet in tempore constitui instans medium, quod habet rationem duorum, & sit finis prioris, & principium posterioris: & hoc instans sit primū non esse rei corruptæ. Et hoc est quod dicit, quod posterior debet sumi ad ipsam rem, id est, debet esse primum esse ipsius rei, quæ generatur post alterius corruptionem.

Verbi gratia, ex aere generatur aqua: tunc datur in illo tempore instans, quod sit primum non esse aeris, & primum esse aquæ. Hoc autem instans, re vnum est, & pro parte præterita, & pro parte futura temporis: ratione duplex est.

Probat autem, quod nisi sic distinguatur hoc instans, sequetur vnu ex duobus inconuenientibus & impossibilitibus. Aut quod idem in vno instanti erit idem, & non idem: Aut quod factum est, nō erit; vel quod corruptum est, erit.

Probat hoc, sumpto tempore A C B, puta, hora & instans cōmune vtrique; mediæ est, C. Prior enim mediæ est A. C, posterior est C B. demus, quod aliquid sit albū in vna mediæ, & non album in altera. Si igitur est albū in mediæ hora priori, erit in illo instanti terminatio ipsius: Si est non album in altera, erit etiam in instanti initiatio. Cumq; istud instans vnum sit, erit in eo aliquid album, & non albū. Necessè est, ergo dicere, quod in illo instanti res, quæ corrumpitur, non est, sed in tempore priori, præter illud instans: & sic erit primum non esse præteritæ, & primum esse futuræ formæ.

Similiter, detur quod in mediæ hora sit res facta: in altera nō facta. Si in priori est non facta: ergo in illo instanti C. Si vero in posteriori est facta: ergo etiam in illo erit: ergo res, quando non est facta, & è contra, vt notum. Oportet ergo diuersitatem hanc in illo instanti face.

Et attende, quod per albū, & non album debes formas substantiales intelligere: hæc enim sunt, quæ per primū esse incipiunt. Accidētia enim, quæ cū motu incipiūt, per vltimū nō esse incipiūt, sicut motus ipse, vt iā declaratū est in lib. 6.

Nota.

Si verò, quod fuerit prius non ens.

Ostendit ex dictis, tempus non esse compositum tantum ex instantibus: Et ratio est. Detur, quod aliquid fiat ens ex non ente, puta, ignis, aut album ex non albo, vel non igne: cum debeat dari instans, in quo primò est: detur illud, & sit B, in tempore A. Si in A, est: ergo antè fiebat, & non erat: ergo debuit esse generatio, & productio ante instans, in quo est D, quod factum est: hæc autem non potest fieri in altero instanti immediato, & cōtriguo: quia, detur illud, in eo res illa non est: ergo, vt ex non esse veniat ad esse, debet esse aliquid intermedium.

Tempus non componitur ex instantibus.

medium: mediatur ergo tempus, non poterunt duo immediata instantia esse.

Vis rationis Aristot.

Breuius ratio est. Dentur duo instantia simul, tunc in vna res est, in altero nō est: ergo necessariò debet mediare aliquid, in quo sit productio: nā in instanti esse non potest. Dicit tamen Aristoteles, quod dubium nullum est apud se, qui tempus ponit ante quodcunque instans, ei immediatam.

Dices: Si generatio, vel res corrumpitur per aliquid tempus, & in vltimo instanti huius, non sit, quia definit per primum non esse: videtur, quod non sit in toto illo tempore. Respondet Arist. quod in toto illo est: nā instans nihil diminuit, nec auget tempus, cum sit indiuisibile.

Quibus igitur aliquis.

Tex. LXX.

Rationibus communibus ostendit simpliciter & reflexum non esse continuos.

Postquam rationibus proprijs, & ex propria materia sumptis probauit, motum simplicem, & reflexum non esse continuos: modò rationibus communibus, quas Dialecticas vocat, id probat: quartū prima est. Ille est terminus motus primus & specificus, in quē motus continē fertur, nisi impediatur: cum ergo motus est ab A, in B, & iterum continē à B, in A, motus fertur ad A, terminum: illi ergo duo motus habent vnum terminum, & specificum: erūt ergo vnus speciei. Hoc autem est falsum, cum sint contrarij: ergo, re vera, non continua est illi reflexio cum motu priori.

Amplius autem & ex his.

Tex. LXXI.

Secūda ratio est, eadem cum superius posita tex. 62. Quod mouetur aliquo motu, qui non fuit prius, debet prius quiescere, quiete opposita illi: sed cū sit illa reflexio motuum contrariorum: posterior motus non fuit prius, cum alter erat: aliter duo motus cōtrarij simul essent, ergo quod mouetur, quieuit sub termino ad quē prioris. Hæc enim quies est opposita motui posteriori, (quia superpositum est, non esse: nisi hos motus:) non ergo hi continui sunt: cum mediæ sit quies.

Amplius autem & hæc ratio.

Tex. LXXII.

Tertia ratio est ferè similis primæ, sed ad aliud inconueniens ducens. Detur, quod ex non albo fiat albū, & ex albo iterum continē non album: erit ergo totus hic vnus motus, qui ex nō albo tendit in non albū. Nā cum ex non albo fit album, illic non fuit vlla quies: per vnum ergo motum, & corrumpitur non album, puta, cū fit albū, & destructo albo, fit non album. Hæc enim tria illa motu fiunt. At absurdum est concedere, quod vno motu & destruitur vnum, & fit ipsum: erit ergo quies mediæ in albo.

Quarta ratio est: Quia possit dici: quod cum possint duo illi motus in continuo tempore fieri, erūt ipsi continui. Ad hoc addit rationem, quod solum tempus nō sufficit, nisi sit vna forma: at duo contraria non possunt vnum facere: erunt ergo illi motus consequenter.

Vbi nota, quod non negat Arist. posse absq; tempore medio aliquando motus illos fieri, sed solum probat absurdū esse vniuersaliter, & semper id fieri. Et quia minus aliquando ita sit, non tamen illi continui dicendi sunt, propter eminentiorum diuersitatem. De inceptioe, & definitione formarum, & motuum diximus libro sexto.

CAPVT VIII.

Qui autē super circularem fit.

Tex. LXXIII.

V M motum localem, nec rectum, nec reflexum perpetuò continuum fieri probat: sed nunc motum circularem continuum esse posse ostendit, ac id duplici ratione probat. Prior est: Quia in tali motu non sunt illa, propter quæ negatum est, motum rectum & reflexum esse continuos. Hoc enim negabat: quia si ab ipso A, in B, motus sit, & iterum à B, in A, per rectum, & per lineam eandem: tūc duo motus contrarij essent vnus, & idem: nam totus ille motus ab A, terminaretur ad A. At hoc in circulari motu nō est, quia illi motus nō

Motum circularem esse perpetuum.

Ratio.

Ppp sunt

sunt contrarij. Nam cum ab A, per B, circulariter regreditur ad A, iste regressus non est contrarius, quia A, & B, non sunt oppositi termini. Termini enim oppositi, & contrarij distant secundum lineam rectam: at motus illi non sunt secundum rectum.

Vnde non omnis motus, qui est ad terminum aliquem, opponitur motui, qui est a termino illo, nisi cum est secundum eandem lineam rectam. Imò hæc est natura circularis, quod ab vno in idem redeat. Potest ergo motus circularis continuè redire ad idem punctum, vnde ortus est, & secundum idem propositum, & positionem. Nam qui per circulum semper ad idem procedit, semper seruat eandem positionem, sequens partem post partem: at qui reflectitur, mutat positionem, & posteriores spacij partes, facit priores.

Altera ratio est. Ob id negabatur continuitas in reflexo: quia per idem spatium regreditur ad idem punctum, siue per rectum, siue per semicirculum: at quod per circulum mouetur, regreditur per aliud spatium: nam per vnum semicirculum tendit ab A, in B, & per alium semicirculum regreditur ad A. Nō igitur sunt motus contrarij, cum non fiant secundum idem, & sic possunt esse continui. Motus ergo circularis continuus est, & sic potest habere perpetuitatem in continuitate: quia continuè redit ad idem punctum vnde profectus est.

Manifestum autem est.

Tex. LXXIII.

Concludit ex hoc, quod modò dixerat; quod reliqui etiam motus reflexi, puta, alterationes nō possunt esse continuæ, quia sunt per idem medium: vt ab albo in nigrum, & e contra. Similiter in augmentatione, & diminutione, & in alijs.

Dubium.

Solutio.

Quod si dicat, esse aliquando multa media inter qualitates, & extrema. Respondet, quod nihil refert. Sat est, quod sepe accidat esse per eadem media, vt auferatur perpetua continuitas: vt ab albo in nigrum per fuscum, & iterum à nigro in album per idem fuscum: quamuis ali-

quando sit per viride. Attende, quod generationem sumit hic coniunctam cum alteratione, & medium vocat dispositiones ipsas, quæ ad formam ipsam conueniunt. Ex quo reprehendit philosophos, qui dicebant, omnia continuè moueri: præsertim enim loquuntur de alteratione, & hæc; nec vllum motum alium, præter circularem, possibile est esse continuum, vt ostensum est.

Quod autem lationū circulatio.

Tex. LXXV.

Probatum est, circularem posse esse perpetuè continuum: nunc cum esse primum motum oportet probare: Nam vt sit motus primi motoris, vt tuncque debet habere. Cum autem localis sit primus omnium aliorū motuū, si probatur inter locales, circularem esse primum, absolutè probabitur omnium esse primū. Præterea inter locales, rectus, & circulares sunt simplices, ob id priores sunt composito ex vtroque: solum ergo probare oportet, quod circularis sit prior recto.

Hoc autem multipliciter probatur. Primò. Ille motus prior est, qui est simplicior, & perfectior: motus circularis est huiusmodi: ergo est prior. Minor probatur. Nam sumo rectum: Et tunc, vel est simplex absque reflexione: & tunc terminatur, quia in infinitum protrahi nō potest: Et tunc circularis est perfectio, quia potest in infinitum protrahi. Est autem perfectius quod semper esse potest. Aut rectus sumitur cum reflexo: & iam iste motus est compositus, cum ad idem punctum bis transeat idem spatium: & tunc circularis erit prior, quia simplicior.

Probatum secundo. Ille motus est prior, qui potest esse perpetuus, at nullus motus potest esse perpetuus, nisi circularis, quia si alij sumantur cum reflexione, necessaridō habent mediam quietem, & sic corrumpuntur: ergo ille prior est.

Rationabiliter autem accedit.

Tex. LXXVI.

Subdit, non esse absque ratione, circularem esse continuum, & nullum alium. Supponit autem, quod in spatio,

Motum circumulare esse primum.

Ratio.

Ratio.

Suppositio.

spatio, per quod fit motus, dantur principium, medium & finis: sed differenter. Nam in recto illa actu sunt determinata, cum linea terminos habeat: at in circulo ea non possunt determinata esse, cum quodcumque sumatur, nō est, ratio, quare illud sit principium potius, quam finis, aut mediū, & illud potius, quam aliud, cum omnia æqualiter se habeant. Hinc est: quod merito per circulum totum potest esse motus continuus semper, non autem per rectum reflectendo: hoc enim habet determinata principium, medium, & finem.

Vnde, quæ per illud mouentur, cum sunt in vno, non sunt in alio, at in circulo mobile semper est in fine, simul etiam in medio, & in principio. Causam huius dat: quia linea circularis habet extra se medium, puta, centrum, quod est principium, & finis: & medium dici potest. Ob id igitur continuè mouetur per circulum, quia nunquā mobile ad centrum peruenit. Et hinc sequitur quod totus circulus quod modò quiescit, cum centrum non mutet, sed fixum maneat: similiter etiam mouetur continuè ratione ipsius circumferentiæ, quæ aliter & aliter circa centrum se habet.

Accidit autem e conuerso.

Tertio probat primitatē huius motus, quia est aliorū mensura, quamuis hoc argumentum sit conuertibile. Nam, quia primus motus est, ob id aliorum est mensura: etsi mensura, etiam primus est. Est autem mensura: nam (vt dictum est libr. 4.) tempore, quod in circulo consistit, mensuramus reliqua.

Quarto idem probat. Quia solus iste circularis regularis est: reliqui enim motus naturales, quod magis ad finem perueniunt, eō magis intenduntur, nec uniformitatem seruat. At circularis uniformis est, cum non habeat finem determinatū: est ergo iste prior: similiter finem habet extra se, puta, centrum.

Dubium quare motus naturalis sit velocior in fine.

Dubitatur: quæ sit causa, quare motus naturalis in fine intendatur. Albertus 4. Physi. tract. 1. cap. 3. dicit, quod medium propè extrema magis accedit ad natu-

ram extremorum: vt aer propè ignem, & accedit magis naturæ ignis, propè etiam. Albertus. accedit naturæ terræ: ob id motus naturales in fine sunt velociores, quia mediū est eis magis naturale. Sed hoc non videtur valere.

Nam eadem est ratio huius velocitatis maioris versùs finem, quæ solet esse in motibus violentis versùs medium: at in his non est propter talem causam: ergo nec in illis.

S. Thom. 4. Physicor. lect. 12. dicit esse velociores, quia magis accedunt ad id, quod sibi naturale est, puta, proprium locum. Aliqui addunt: quia virtus loci magis viget in locis proximis, à quā tālia trahuntur.

Sed omnia ista vnico argumento impugnantur, quod facit Burleus in præsentia. Demus quod lapis deorsum per centrum stadia cadat: & consideretur motus velocitas, quæ fit per vltimum stadium: Iterum per illud lapis deiciatur, vt solū cadat è principio stadij: profectò multò minus velox erit motus huius, quā cum cadebat ex alto, & tamen idem stadium est æquè propinquum centro: ergo non est illa ratio velocitatis.

Vterius sic impugnari potest. Signetur stadium in medio distanti à centro, & aliud propè centrum: & per id, quod est remotum à centro, moueatur lapis cades ex altiori adhuc loco: & per id, quod est propè centrum, moueatur non ex altiori cadens. Profectò velocius per illud aliud mouetur: non ergo facit quicquā loci naturalis propinquitas. Adde etiam quod nihil acquirit in se mobile.

Repondetur igitur cum Burleo, quod in fine, & medio intenditur motus, quia sunt plures partes aeris, vel mediij, quæ post mobile mouentur; & ipsū impellunt. Similiter partes anterioris mediij plures mouentur versùs locū illum, & ei cedunt: vt si lapis deorsum mouetur, anteriores aeris partes versùs terram mouentur plures, dum motus longior est: & posteriores plures post se secum fert: & sic augeatur motus ex cedentibus alijs, alijs propellētibus mediij partibus. At differētus violentus: quia in motu violento de-

2.

2.

2.

2.

Authoris solutio.

ficat vis impressa mobilibus id remittitur ultra medium: in naturali vero se uatur eadem virtus per totum motum, cum sit permanens, ob id iste intenditur in fine: uterque tamen in medio intensior est, quam in principio.

Quod autem ea, quae est secundum locum. Tex. LXXVII.

Motum localem esse primam probatur multis testimonijs. Empedoc. Anaxag.

Democr.

Plato.

Vltimo localem motum omnes antecedere probat ex sententia omnium Philosophorum. Primo ex Empedocle, qui litem, & amicitiam per congregationem, & segregationem operari primo dixit: illa autem sunt cum locali motu. Secundum ex Anaxagora, qui hanc etiam separationem rerum ponit factam a mente. Tertium ex Democrito, qui non ponit causam efficientem, sed propter vacuum res fieri, & moueri dicit: at motus hic per vacuum localis est. Quartum ex alijs, qui densitate, et raritate cuncta faciunt: ut qui vnum elementum principium ponunt. Hi enim motum localem ibi ponunt, ut densetur, aut rarefiat res. Quintum ex Platone, qui animam seipsam mouentem principium mundi ponit: at quod seipsum mouet, maxime se secundum locum mouet. Sextum ex sententia communi, qui absolute per motum absque limitatione prolatum, localem intelligunt; & hoc quia is est omnium primus.

Ex his epilogas, quae dicta sunt hoc libro: puta, quod motus semper sit, & quod sit principium motus; & quis motus sit primus; & quis perpetuo continuus: & quod primum mouens sit omnino immobile: motus autem, quo immediate mouet, circularis est.

CAPVT IX.

Quod autem hoc necessesse est.

Tex. LXXVIII.

Primum motorem esse incorporeum inquiritur.



Aliud attributum primi motoris probare aggreditur: Nempe, quod sit incorporeus, & magnitudinis expertus. Ad hoc autem probandum videtur hoc medio, quod tempore infinito

mouetur, ac duos facit syllogismos. Alter est: Nullum finitum potest mouere tempore infinito: primus motor mouet tempore infinito: ergo primus motor non est finitus: erit ergo infinitus.

Alter syllogismus est: Nullum infinitum habet magnitudinem: primus motor est infinitus: ergo non habet magnitudinem: ergo incorporeus est. Vtriusque syllogismi probat maiores, in hoc autem textu priorem.

Nota autem, quod sequor modum expositionem communioris, nam in quaestione dicam exactius meam de hac sententiam.

Dicit igitur, quod ante istam conclusionem, quod primus motor incorporeus sit, oportet aliqua priora, id est, aliquas propositiones praemissas sumere. Quarum una est: Nullum finitum potest mouere tempore infinito.

Supponit autem duo ad probationem: Alterum est: Tria esse in motu, prout attinet ad negocium praesens, puta, Mouens, Mobile, Tempus. Alterum est, quod ista possunt penes finitum & infinitum quadrupliciter ordinari. Aut enim omnia tria sunt infinita, aut omnia finita: aut duo infinita, vnum finitum: aut e contra, duo finita, vnum infinitum.

Modo autem hoc probatur, quod non possint esse duo finita, puta, mouens, & mobile, & tempus infinitum. Sit igitur in casu argumenti, A, mouens, B, mobile finitum: C, tempus infinitum: & sumatur pars mouentis, quae sit D, pars mobilis, quae sit E, & tempus sit F. Est igitur argumentum, D, pars mouentis tempore infinito mouet E, quae est pars mobilis tempore infinito: mouet autem tempore finito F, ergo totum A, mouet totum B, tempore finito: non ergo in tempore infinito. Antecedens probatur: Quia pars mouet minori tempore, quam totum: sed totum possumus esse, mouere tempore finito: ergo & pars mouebit finito.

Consequentia probatur. Fiat additio partium ad D, & ad F, tunc etiam crescit tempus: cum autem finitum sit A, & B, totae partes addentur D, & E, quod adaequant ipsa A, & B, & ista consumantur, ablati partem.

Nota.

Ratio Arist. quae probat, nullum finitum posse mouere tempore infinito. Suppositio nes quaedam.

Nescitur ratio.

partibus ab eis, & additis D, & R. At tempus non consumitur, cum infinitum sit: at cum debeat consumari, quia sicut D, & E, adaequant per additionem ipsum A, & B, ita etiam tempus adaequabit. Non autem possit, si illud esset infinitum: ergo finitum est tempus, quo A, mouet B.

Aduersus hoc dubitat Auic. quia non videtur, quod mobile, & mouens diuidi semper possit: & sic demonstratio non est inuicem falsis.

Respondet S. Tho. quod non est opus hoc de diuisione reali intelligere, sed de ea, quae cogitatione fit, quae rei naturam scrutatur.

Dices: quomodo dicit Arist. quod pars mouet partem in minori tempore: dictum enim est li. 6. quod si mouens mouet mobile tanto tempore, dimidium mouet dimidium aequali tempore? Hoc cum alijs grauioribus dubijs examinabitur in quaestione. Interim dico, quod illud potest sic clariius probari. Si totum A, mouet totum B, tempore infinito: totum A, mouebit partem B, tempore finito: hoc enim bene sequitur. Vt uterque addat partes aequales B, donec aequetur toti ipsi B, addes etiam tempore: sed non fiet infinitum, quia addendo finita finitum finito, non fiet infinitum: ergo totum A, mouebit totum B, tempore finito. At quare Arist. non sic probauit hoc, cum posset, dicam inferius.

Quod autem omnino non contingit. Tex. LXXIX.

Probat alteram maiorem alterius syllogismi: puta, virtus infinita non potest esse in aliqua magnitudine. Loquitur autem de magnitudine finita, tum quia alibi ostensum est, non esse magnitudinem infinitam: tunc etiam, quia eodem argumento potest probari, quod nec esse possit in magnitudine infinita.

Supponit autem duo. Alterum est: quod illa est maior potentia, quae potest aequale facere cum altera in minori tempore: & quae potentia minor est in maiori tempore, & quae facit, siue sit calefaciendi virtus, siue proijciendi, quaeque sit illa. Alterum est: quod, quod ab infinito mouetur, patitur magis, quam si a quocumque finitum.

Obiectio. Auic. contra responsionem Arist. Solutio D. Tho.

Alterum Dubium.

Virtus infinita non potest esse in magnitudine.

to moueretur; atque potentia infinita est maior quacumque finita.

Ex his facit argumentum. Si esset virtus infinita in magnitudine, sequeretur quod moueretur in non tempore: sed hoc est impossibile: ergo pariter impossibile est, quod sit magnitudo habens virtutem infinitam. Probat sequela. Si enim infinita virtus non mouet in non tempore, mouebit in aliquo tempore finito minori, quam virtus finita mouet: sit illud A, puta, hora: & tempus, quo finita mouet idem mobile finitum sit A B, puta dies. Tunc argumentor, Addatur virtuti finitae plus, minuetur tempus: addatur vterius, etiam minuetur: Tot ergo partes addentur, quod fiat tempus vnius horae: & tamen illa virtus erit adhuc finita, quia ex additione finita finitum fit. Haec ergo finita virtus mouebit aequali in tempore cum infinita idem mobile, quod est impossibile. Nulla ergo magnitudo finita potest habere infinitam virtutem. Idem est argumentum de infinita magnitudine, si esset.

Nec igitur nec in infinito finitum. Tex. LXXX.

Utrum ostendisset, virtutem infinitam non esse in magnitudine finita: ostendit, quod nec e contra, in magnitudine infinita sit virtus finita.

Et supponit vnum: Quod maior magnitudo maioris habet virtutem. Nam quavis aliquando accidat, minoris magnitudinem habere maioris virtutem: ut paruus ignis virtutis est maioris, quam maior pars aeris: tamen si sit maior, & maior aer, vincitur ignis: & semper per augmentum magnitudinis crescit virtus in re.

Ex hoc sit argumentum. Detur illa in finita magnitudo habens virtutem finitam, & sit A B. sumo ipsius aliquam partem quae moueat D, mobile: haec pars, cum allicuius sit potentiae, mouebit aliquo tempore ipsum D. sit tempus E F, & pars mouens B C. Tunc sumam aliam particulam, & reddam eam duplam: haec mouebit ipsum D, in dimidio tempore, sit F H. iterum sumam aliam, & duplicabo iterum dimidiabitur tempus: Tunc sumam aliam, & iterum dimidiabitur tempus. Sed cum

Ratio Arist. quod virtus infinita posita in magnitudine moueretur in non tempore.

Virtus finita non est in magnitudine infinita.

Ratio.

Ma sit infinita magnitudo, semper & se- per potero sumere, & sic absq; termino manuetur tempus ita, vt data quacunq; parte temporis, adhuc in minori: ergo illa erat virtus infinita: Quia virtus, quæ vincit quancunq; temporis propositionem datam, ita, vt in minori & minori, est virtus infinita: Si enim esset finita, pueniretur ad tempus, vt in minori non posset mouere: non ergo virtus finita est in magnitudine infinita.

Nota. Nota verbum [secundum conuersio- nem] significat, quod opposito modo se habent tempus, & magnitudo: vno enim aucto, alterum decrescit, vt in argumen- to patet.

Est aut & hoc sic demonstrare Tex. LXXXI.

Altero argumento idem probat. Sumpta magnitudine eiusdem generis cum infinita. Id est, sit magnitudo infinita habens virtutem infinitam, ignis, v. g. Et sit virtus ista, cum finita sit, decem, aut centum graduum: Tunc sumam vnum finitum ignem alicuius gradus, qui sit pars aliquota illorū graduum: addā huic igni ignem; augetur virtus. addam vterius, augetur magis: tot ergo addas partes aliquotas, vt hæc magnitudo adæquet totam illam virtutem centum graduum. At magnitudo ista finita erit, cum fiat ex finita additione: non ergo potest in magnitudine infinita virtus inesse finita. Ex hoc concluditur, quod motor primus nō sit virtus in magnitudine, quia aut esset finita aut infinita: sed neutra potest: finita enim non mouet in non tempore infinito: infinita autem moueret in nō tempore; quod est impossibile.

De his autem quæ feruntur. Tex. LXXXII.

Difficulter percipitur sensus huius textus, non quod obscurus sit admodum: sed quod cum præcedentibus non videatur cohærere: tamen (ni fallor,) noua est ratio, quam Aristoteles ponit ad ostendendam primi motoris incorporeitatem. Vult enim ostendere, quod

Ratio ad idem.

Ratio, quod primus motor sit incorporeus.

motus non esset regularis, nisi motor esset incorporeus: Probatq; quod irregularitas motuū prouenit ex pluralitate motorum: aut ex vno, quod dū mouet, mouetur. Cum autem motus cæli sit regularissimus, eius motor, qui vnus est, nō debet moueri dum mouet, & ob id erit incorporeus.

Ad explicandam autem primam irregularitatē, quæ ex diuersitate motorum prouenit circa idem mobile, dubiū proponit de projectis, quorum motus est irregularis ob motorum diuersitatem: scilicet, cum omne, quod non se mouet, moueatur ab alio. Projecta, vt lapides, & similia, à quo mouentur, cum iam separata sunt à proiiciente?

Excludit quandam responsionem, quæ poterat dari: puta, quod qui mouet lapidem, v. g. mouet simul aliquam partem aeris lapidi circumstantis, & hic aer, velut vas fert lapidem ipsum, mouens per totū spacium. Hoc rejicit Aristoteles, quia est eadē difficultas de ipso aere, vel de ipso simili, quodcunq; sit, à quo mouetur, post quā separatus est à proiiciente: non enim à se mouetur: non ergo videtur, quod moueatur nisi à proiiciente: Quod si ab hoc solum moueatur, profecto cessabit lapis, cum cessabit proiiciens, & mouebitur similiter cum eo: quod falsum apparet. Vnde videtur, quod præter proiiciens aliquid sit, adhuc mouens.

Addit illa verba [quemadmodum lapis, &c.] Sensus est: quod cessabit projectum, sicut cessat lapis, cum sumitur ab aliquo ad mouendum aliud: cessante enim manu mouentis, cessat instrumentū: Quod est dicere: proinde cessabit projectum, cessante proiiciente, sicut cessat id, quod non proiicitur, sed simul cū proiiciente est coniunctum, cū cessat mouens: quod est falsum. Alij per lapidem intelligunt magnetem, sed est expositio valde aliena. Melior est hæc, & commodior. Hoc igitur est dubium propositum.

Necesse est autem hæc quidem dicere.

Adhibet dubij solutionem, quæ talis est: Quod mouens primū mo-

Dubium de motu projectorum.

Excluditur responsio de motu projectorum.

Responsio Arist. de motu projectorum.

ter aliquam partem medij sibi proximā aeris, vel aquæ, vel alterius, quod sit aptum mouere, & moueri: & hæc mouet aliam sibi proximam, & illa aliam, & sic fertur lapis semper ab aliquo immediato & coniuncto mouente: tamen istæ partes medij motæ, quamuis moueantur, & moueant, non tamen simul desinunt: nā proiciens mouet partem aeris, & mota mouet alteram: tamen nō est opus, cum mouet alteram, quod adhuc moueat mouens. Similiter de alijs.

Nota.

Est etiam notandum, quod partes dū magis præcedunt, minus mouent: paulatim enim virtus deficit, donec perueniatur ad aliquam, quæ mouetur tantū, & non mouet; & tunc deficit moueri projectum. Cessante enim illo, quod mouetur, & non mouet, & cessante illo, quod talē motam partem mouit, cessat motus totus projecti. hæc intellige de partibus medij, quæ sunt versus latera projecti, & sursum, & deorsum. Tales enim partes motæ mouent lapidem, dum mouent alias, quæ mouent etiam lapidem: & sic fertur lapis, sicut lignum in aqua, vndarum impulsu, vna aliam impellente. Ex quo patet, quod semper est motor immediatus in his projectis. De hoc paulo post dubitabimus.

Hic igitur in his, quæ possunt aliquando.

Motum projectorum non esse continuum ex his concludit. Dicit primò, quod ex tali motu mouentur, quæ aliquando moueri, aliquando quiescere apta sunt. Nam diximus, quod virtus decrescit in mouentibus: & hinc patet, quod non sit continuus, quamuis videatur: Nam non mouetur nisi à diuersis motoribus, qui se consequenter habent: id est, vnus est post alium, aut se tangunt: ac ided sit in aqua, aut aere, aut simili, ga in rebus duris non possunt isti motores inueniri, quia si vna pars mouetur, reliquæ simul mouentur. Et idem de quiete. At in liquidis potest vna pars moueri, nō alia mota: & sic possunt assignari plures motores: & in his etiam potest motus esse, qui dicitur circumobstantia, seu an-

tiparistasis. Is autem motus est, qui fit, cum partes aeris citò occurrunt ad replendum locum, quem post se relinquit projectum, qui solum in his rebus fluidis fit.

Concludit, quod non est alius modus, quo fiat profectionis motus, nisi istæ. Si enim alius esset, esset antiparistasis illa, vt reliqui dicunt. Nam dum occurrunt partes ad replendum locum, impellunt projectum: sed talis non est causa, quia illa antiparistasis fit simul cum motu projecti. Dum enim lapis relinquit locū, occurrit ille motus: vnde simul cessant, & simul mouentur: cum autē lapis adhuc motum prosequatur, non erit motor: at debet esse: ergo oportet dicere, quod dictum est.

Nota, quod vocat illas partes aeris, vel aquæ consequentes, non quod non sint continua, sed quod non simul moueantur, ac ob id in ratione motus continuitatē non habent, ac diuersi motores censentur.

Dubitabis: quomodo motus projectorum non est continuus, cum non videatur quies aliqua esse media. Respondet, non esse mentem Arist. dicere, quod non sit continuus, id est, sit media quies, quia hoc esse impossibile notum est: sed quod non sit regularis, & vniformis, cum motores illi inæqualem necessariò habeant virtutem: alius motus talis nunquam cessaret, sed esset perpetuus, vel per totum esset medium.

Quoniam aut in his quæ sunt. Tex. LXXXIII.

Concludit ex his, quæ dixit, quod cum motus perpetuus sit & continuus, debet esse vnum mouens, & vnum mobile. Si enim nō esset vnum mouens, non posset continuus, & regularitas esse in motu.

Possent quis dicere aliud esse in projectis, aliud in hoc: quia projecta sunt magnitudines: at non sic in hoc motu. Hoc excludit, dicens, quod etiam in hoc motu est magnitudo mota. Impossibile enim est, motum esse alicuius, nisi sit magnitudo: mobile enim omne corpus est. Si ergo mouetur corpus, & ab vno, tunc peto: id quod mouet, vel mouetur, vel nō. Si mouetur,

Conclusio de motu projectorum.

Nota.

Dubium.

Solutio.

Solutio.

Obiectio.

Actur ab alio mouebitur, vel à se. Et quo-
cumq; modo peruenietur ad id, quod mo-
uet immotum, & hoc mouebit, nec mo-
uebitur.

Quod probat: nam si moueretur, dū
mouet, utiq; defatigaretur, nec posset vni-
formiter, nec semper mouere. Non enim
defatigabile debet esse, quod mouet vni-
formiter semper. Vide ergo argumentū.
Ex eo enim, quod mouet vni-formiter, de-
bet esse indefatigabile: id autem, quod in-
defatigabile est, debet mouere, & nō mo-
ueri. Nihil est autem, quod mouet, & nō

Primus mo-
tor est omni-
nō inuaria-
bilis, & im-
mobilis, vn-
de incorpo-
reus.

mouetur, nisi virtus extra corpus. Om-
nis enim virtus, & forma corporis mo-
uet, & simul mouetur: primus ergo mo-
tor expertus est corporis. Ex perpetuitate i-
gitur, continuitatis, & regularitatis collig-
itur, quod motor sit inuariabilis, & omni-
nō immobilis, ac inde incorporeus.

Necesse est autem in medio.

Tex. LXXXIII.

De loco pri-
mi motoris.

O Biter dubitat, in qua parte cæli sit
primus motor. Ac breuiter respō-
det: in circumferentia, nō autem
in centro. Et ratio est, quia ibi æquum est
motorem esse, vbi velocior est motus. At
motus velocissimus partium est versus
conuexam circumferētiā, quia illæ par-
tes maiores sunt: ibi ergo est motor pri-
mus: non quidem vt in loco cūm sit in-
corporeus, sed per assistentiam.

Vtrum Deus sit vbi que secundum
Aristotelem.

QVÆSTIO VII.

HIC disputari solet, an Deus sit
vbiq; Nam hęc Arist. præbuit
causam dubitandi, cum ex o-
peratione primi motoris, quę
maximè est in circumferentia, videtur de-
ducere ipsum esse in circumferentia, &
non in centro.

Secundum veritatem, Deum esse vbi-
que, manifestū est ex his, quę diximus in
2. Phy. Cū enim Dei operatio vbiq; sit,
erit etiam Deus, & secundum Arist. Pri-
ma sententia est Auerois disp. 14. Meta-
Phy. dubio vltimo; vbi ait satis impie (vt

1. opinio.
Auer. falsa.

sapē solet, cūm de Deo loquitur.) Dicea-
tes Deum esse vbiq;, & tangere omnem
rem, esse pūeros, & destruere ordinē cau-
sarum, & causatorum. Vnde plerique A-
ueroistæ illum sequentes dicunt, Theo-
logos differre à Peripateticis, quod illi po-
nant Deum vbiq;, hi in cælo. Probatur ista
sententia ex 8. Physico. 84. vbi Arist.
ait esse in circumferētia cæli. Secundò, in
1. de cælo, 12. vbi ait Græcos, & Barbaros
in hoc conuenire, vt Deus sit in cælo. Ter-
tiò, ex 2. de generatione 59. vbi ait, Hęc
entia nostra, quoniam valdè distant à
primo principio, non posse esse æterna; i-
gitur vult primum principium esse in cę-
lo.

Contrarij verò sententię sunt pluri-
mi & celeberrimi Arist. Interpretes, tam
Platonici, quàm Peripatetici, Deum vide-
licet esse vbi que, etiam secundum Arist.
& ex ipsius etiam Aristotelis testimonijs
colligitur & rationibus, quod iam osten-
damus.

Primò. Alexander Aphrodis. in suo.
2. de anima. c. 23. ait, intellectum agentē,
quem ipse ponit, esse Deum, esse vbiq;. I-
dem ipsi tribuit Philoponus in 1. de ani-
ma tex. 40. vbi ait Alexand. & eius sequa-
ces Deum esse vbiq; dicere.

Secundo. Simplicius in hoc 8. Physico
rum, 84. luculēter dirigitur de loco Dei,
vbi ex sententia etiam Alexandri con-
cludit, cūm Deus sit impartibilis, &
separatus, & per se perfectus à corpore
mundano, rectè dicendum est ipsum esse
vbiq; & nullibi. Et inquit. Quando Py-
thagorei dicunt Deum esse in centro, de-
bet intelligi quo ad participationē boni-
tatis opificij: Cū Arist. etiā ait, Deum esse
in primo cælo, debet intelligi modo quo
dam eminentiori, quoniam primum mo-
bile est, qd' primò participat motū opifi-
cij. Adde quod Simpl. in digressionē tex.
89. 8. Physic. dicit, Deum ex Arist. & Pla-
tone continere omnia vinculo suę volū-
tatis, quod vinculum firmitus est, quàm
natura earundē rerum. In Epictet. etiam
ca. 66. ait. Deum simul vbiq; adesse, & in
8. Physic. 85. ait secundum Arist. Deum nō
esse in vltimo cælo, sed in aggregato om-
nium cælorum.

2. opinio.
aliorū vera.
Arist. Inter-
pretes in
hac opinioe.

1. Alexand.

2. Simpli.

Tertiò,

Iamblicus. Tertio. Iamblicus de mysterijs Aegy-
ptiorum c. 6. fusissimè probat, ex profes-
so, Deum esse vbiq;.

Themistius. Quarto. Themistius in paraphrasi 12.
Metaphy. agens de loco Dei, ait, Deum ve-
lire omnia, non vt vestis, quæ extrinse-
cus tantum tangit rem: sed intrinsecus,
vt totum tangat totum: ait tamen, primū
mobile esse corpus nobilissimum, & eius
animam esse primam Intelligentiam, &
quasi pro lege, atq; propterea ibi magis
elucescere maiestatem opificij.

Philoponus. Quintò, Philoponus in 1. de anima tex.
4. id asserit: cuius extat locus pulcherrim-
us in primo Meteororū aliquāto post
principium: vbi quærens rationem, cur
cælum in orbē voluit, assert ad verbū
rationē ex Plotino, quam & ipse probat.
Inquit enim, Quia vult imitari Deū, vn-
dè cum mens & intellectus diuinus rerū
omnium conditor, & Architectus nullū
locū substantiæ suę habet constitutū: in
omnibus aut partibus mundi locis eius
ac summo potentia, æternaq; ipsius vis
actio reperitur, ac dominatur. Ita cælum,
quod cūm corpus sit, simul totum vbiq;
esse non potest, conatur secundum suas
partes esse in omnibus locis.

In eadem sententia est D. Tho. qui ex-
plicans hunc textum, & mouens hoc du-
bium, respondet, Dicendum esse, quod di-
citur principium mouens esse in aliqua
parte sui mobilis, non per determinatiō-
nem suę substantiæ, sed per efficiētiā mo-
tus: quia ex aliqua parte sui mobilis mo-
uere incipit: & idēd' ait potius dicitur ef-
fe in cælo, quàm in terra, & potius in o-
riente, vnde incipit, quàm in alijs partib.
cæli. Hęc D. Thomas.

Quòd si quis illum locum Arist. tex.
48. ita male velit cum Aueroe interpre-
tari, profecto incidit in hoc absurdum, et
iam Deum non esse in alijs cælis, imò nec
in primo ipso cælo, sed in sola eius vlti-
ma superficie; hoc est, in circumferentia,
vt dixit Aristot. quod asserere esset per-
quam ridiculum, & indigna sententia,
quæ tribueretur Aristoteli. Sed sensus
hic est, quem ceteri grauissimi interpre-
tes. & D. Tho. voluerunt, quod ibi potius
esse dicatur, quia inde incipiat motus,

quoad efficiētiā scilicet motus, quia ibi
magis operatur, non quoad determina-
tionem substantiæ, atq; hætenus de Ari-
stot. Interpretibus.

Ex Aristotelis testimonijs alijs idem
probatur primò: Auctor libelli de mun-
do, siue sit Aristot. siue quis alius, qui ta-
men dignus est qui tribuatur Aristoteli,
cap. 7. Postquàm latè probat indecens ef-
fe, vt Deo aliqua particularis prouincia
demandetur: concludit Dei vim esse, vt
eius munus collocetur in toto mundo.
Vnde ait, hanc ipsius vim esse omniū tu-
tricem, & continentem. Item numen di-
uinum, quoq; vniuersum omnia permeare, &
alia his similia.

Secundò. Est locus pulcherrimus in
Arist. 1. de partibus animalium, cap. 5. vbi
laudat Heraclitum, quem cū quidam ad
iussent visendi gratia, eumq; in casa qua-
dam surmaria caloris gratia, sedentē repe-
riissent, se ipsos ab ingressu cohibuerunt:
ille ingredi eos fidenter iussit, dicens, nec
illi loco Deum deesse immo: talem.

Tertio, cūm probatū sit, Deum moue-
re vt finē, & primū cælum, & omnia se-
cundum Arist. & influere immediatè in
primum cælum, & omnia vt causa effici-
ens: certè nō est maior ratio cuius in cæ-
lo, quàm in cæteris mundi partibus: vn-
de vel erit nullibi, vel vbiq;.

Quarto, Deus non potest constitui in
loco circumscriptiue per corpulentiam,
quam non habet: sed per operationem.
Vnde Aristoteles in hoc 84. ex operatio-
ne visus est colligere locum Dei. Sed pro-
batum est (vt diximus) omnia fuisse effi-
cienter à Deo secundum Aristot. ergo ex
eodem principio manifestum est, ipsum
esse vbi que.

Hoc idem ex sententia Arist. aliqui et-
iam Neoterici, viri nequaquam contem-
nendi susè ostendunt, vt Fernelius libro
De abditis rerum causis c. 2. Idem secun-
dum Arist. Eugubinus 4. de perenni Phi-
losophia, ca. 7. Item Marsilius Ficinus li.
2. de Theologia Platonis ca. 6. & 7. apud
quos multa eaq; præclara de hoc ipso re-
peries. Nicolaus etiam Leonicus in Bem-
bo dialogo, siue de animorum essentia,
vbi fatetur omnes asseruisse, Deum vbiq;
esse,

Ex alijs Ari-
stot. testimo-
nijs primò.

esse, licet modum, quo esset, non omnes satis intelligerent.

Antiquorum aliquorum plura testimonia etiam ante Arist.

Neque vero hoc Peripateticorum inuentum proprium fuit, imò ut ex Eugubino, Leonico, & Marsilio, ex auctoribus ab eis citatis constat, id tota fatebatur antiquitas. De Mercurio Trimegistro, eius Pimander refertus est hac re, Mundum esse vas plenum Deo, Dei spiritum omnia continere, &c. Idem ex Orpheo, Holoastro, Musæo & alijs habes apud Eugubinum. Item ex Platone & Plotino loca iam attuli, ex quorū etiā sententia idem asserit Macrobius lib. 1. in somniū Scipionis: Proclus item in Timæum paulò post initium, sic argumentatur: Deus est ubique: anima non: ergo anima non est Deus. Hinc illud Virgilij.

Iouis omnia plena. Hinc Lucanus. Iuppiter est, quodcunq; vides.

Empedocles etiam, cuius fit mentio in libro de mundo, ubi suprà, omnia asserit esse plena Deo. Quæ loca pauca promultis, quæ asserri possunt, adducta sufficiant, ut appareat contra Auerois impietatem, non esse pueros, qui sic opinantur, sed ipsum potius impium, qui sic opinatus fuerit.

Ad 1. & 2.

Ad argumenta. Ad primum, & secundum patet ex D. Tho. Simplicio, Themistio, & libello de mundo. Est enim in primo mobili modo quodam peculiari, quoad efficaciam, & initium motus, ut diximus.

Ad tertium. Textus ille perperam ab aliquibus exponitur. Nam putant Aristotelem agere de distantia loci, quod falsum est: nam materia prima tam distat à celo, quam eius forma. Vnde si corruptio proveniret ex distantia à Deo, etiam ipsa esset corruptibilis: Anima item hominis incorruptibilis est secundum Aristotelem, quæ tamen iam distat à Deo, quam cæteræ res corruptibiles. Sensus ergo est, de distantia in natura, quæ etiam magis distat, hoc modo à Deo, magis sunt corruptibilia.

Dubium.

Sed obijcies: in genere substantiæ magis distat materia prima à Deo, quam eius forma: ergo si hic est sensus, oporteret ipsam esse corruptibilem.

Solutio.

Respondetur, illud intelligi de entibus.

completis: at licet materia prima sit imperfectissimum, tamen est pars, & non est ens compositum ex partibus potentibus dissolui: nam ab hoc provenit corruptibilitas. Quæ enim magis à Deo distat, habent substantiæ suæ partes, quæ facilius dissolui possunt, quam ea, quæ propiora sunt Deo, in natura. Hæc de questione.

Habet aut dubitationem, si contingat. Tex. LXXXV.

Dubium proponit, ex quo determinat, nullum mouens motum per se esse continuum motum efficere. Dubium igitur est: An id, quod motum mouet, possit mouere continuè, & non sicut, qui impellit idem multoties. Hic enim non est motus perfecte continuus, sed multi consequenter se habentes. Respondet, quod motum mouet, aut mouet impellendo, dum per spacium fert mobile suo impulsu immediato: aut mouet trahendo, aut utroque modo, nempe secundum vertiginem: aut mouet projiciendo, tunc enim sunt plures motores. Non est autem alius modus, quo mouet, quod mouetur. Omnibus autem his modis, quod mouet, & mouetur, non mouet continuè & uniformiter: primus ergo motor, cum uniformiter moueat maximè, mouebit, & non mouebitur.

Solutio.

Determinatis autem his manifestum est. Tex. LXXXVI.

Concludit tandem: quod cum primus motor moueat immotus, nullam habet magnitudinem. Reperit autem epilogans rationem factam. Si enim haberet magnitudinem, aut ea esset infinita, aut finita. Non infinita: quia non datur infinitum quantum actu, ut probatum est. Physi. Non finita, quia non posset habere potentiam infinitam, quæ necessaria est, ut magnitudo moueat tempore infinito. Finitum autem non mouet tempore infinito. Cum igitur primum mouens tempore moueat infinito, & perpetuo, necesse est, quod sit indivisibile, & magnitudinis, ac corporis cuiusque ex parte. Hæc Aristot.

Conclusio, quod primus motor nullam habet magnitudinem.

Dubi.

Dubium de motu proiectorum.

Dubium unum est circa projectorum motum. Videtur enim Arist. referre causam huius motus in medium ipsum motum à causa principali primò: deinde consequenter partem à parte. Sed omittis aliorum placitis existimo dicendum: quod medium quidem eo modo, quem dicit Aristot. confert ad motum projectorum. Et hoc experientia patet. Nam non aliter projecta in medio velocius, quam in principio feruntur, ut consideranti patet.

Medium ali quod confert ad motum projectorum.

Non solum mouentur à medio, sed à virtute impressa.

1. Ratio.

Simul etiam existimo, quod non solum medium est causa motus huius, sed quod etiam virtus imprimitur ipsi projecto secundum quam fertur: sicut graue per grauitatem, licet differant: quia vnus naturalis, alter violentus est motus.

Et pro hoc facit ratio, & experientia. Ratio quidem: quia sicut projiciens imprimunt virtutem aeri primo, ut moueat lapidem, & per paruum spacij moueatur ipse aer, non enim desinit statim esse percussus aer cum desinit moueri manus, ut ipse Aristoteles fatetur: quare etiam non imprimetur virtus similis lapidi, ut moueatur. Est autem hoc validum argumentum, quod fecit dubitare Simplicium in hoc.

2. Ex varijs experientijs.

Præterea multum hoc patet experientia. Primo: videmus enim & sentimus aerem fortiter à bomba impulsam non deijcere hominem in terram, quamuis ipsum à facie percutiat, nec ipsum globulum: quomodo ergo propelleret ad tantam distantiam lapidem, aut globulum ferreum?

Similiter fortior videtur magnus ventus, quam ille, qui excitatur ab arcu: sed magnus ventus vix poterit sagittam leuare à terra: ergo nec aer motus ab arcu.

Præterea: quia aliquando est, magnus ventus lapidem iacere, nec credendum est, quod solus ventus tam fortiter regreditur, ut lapidem moueat contra impetum totius venti.

Præterea: sequitur, quod pluma velocius projiceretur, quia facilius ab aere su-

stineri potest, quam lapis: quod est falsum.

Præterea: in rota barbiton foris, ubi videmus, cum motus est remissus, & propè finem, motus contrarios exercere, nec in medium id referri potest.

Præterea: quia tunc si hoc esset, dato vacuo, non posset esse projectio, quod credibile non est. Ob ista ergo mihi videtur, virtutem imprimi etiam ipso projecto.

An Deus sit virtutis infinitus.

QVÆSTIO VIII.

Quæstio hæc si de re secundum se ipsam agatur, nullam habet difficultatem: est enim cõpertsimum, Deum esse infinitæ virtutis intensiua, ut etiam inferius probabitur. Sed in Arist. est aliquantò difficile, tunc ob Interpretum sententias, tum potissimum ob duos illos textus 78. 79. ex quibus ad eam disputandam sumitur occasio.

Vnde aduerte primò, in quo consistat rei huius difficultas: in Arist. hic virtutem pro vi, & robore in agendo, & præsertim in mouendo localiter accipimus. Duplitter autem est virtus aliqua infinita. Vno modo intensiua, ut sit graduum infinitorum: sicut albedo esset infinitè intensa, si actu haberet gradus infinitos. Altero modo est infinita duratiõ, puta, quæ finita quidem in gradu est: tamen potest durare in motu tempore infinito.

2. Notandum.

Iuxta hoc est duplex opinio de infinitate. Quidam dicunt, quod Aristoteles loquitur de infinita, vel finita virtute duratione: quidam vero, qui de intensiõne fecit sententias diuisas. Nam fecit Aristoteles duas consequentias. Prior est. Si mouet tempore infinito, non erit virtus finita. Altera est, si est virtus infinita, mouet in non tempore.

Duplex opinio de infinitate Dei ex sententia Arist. Vnde sic orta difficultas.

Quidam ergo considerantes, priorem non valere nisi de finito duratione, quia ad mouendum tempore infinito, fat est infinita virtus duratione: ut patet de Soli, qui agit tempore infinito secundum Aristot. & de inferioribus intelligentijs, quæ non sunt æquales primæ. Ob id dixerunt, esse hoc intelligendum de finitate.

Fundamentum eorum qui putant agi de infinitate durationis.

rate, vel infinitate durationis.

Fund. eorū qui putant agi de infinitate intentionis. Quidam alij respicientes posteriorem consequentiam, dixerunt esse de infinitate intensiva sermonem, quia aliter non valeret, quod moueret in non tempore: in vtraq; autem sententia est vna difficultas. Quod .n. mouet hos, torquet illos, nec omni ex parte hi, aut illi difficultatē absoluunt.

Duplex difficultas vtriusq; communis. Est autem vtriusq; duplex difficultas communis. Altera est circa illud Aristot. quod dicitur in non tempore moueret, si esset in magnitudine. Videtur hoc nihil esse. Nam si infinita virtus est, quid refert, quod sit in magnitudine, vel extra: semper enim, & quocunq; modo mouebit in non tempore, si infinita est. Vel si non mouet in non tempore extra magnitudinem, nec in ipsa mouebit.

2. Altera difficultas est circa maiorem Aristot. illius primi discursus. Dicit enim, quod si totum mouet totum mobile tempore infinito, quod pars mouebit parte minori tempore: videtur hoc manifeste contra id, quod dicitur 7. Phys. tex. 36. si totum mouet totum tanto tempore per tantum spacium, quod dimidium mouebit dimidium eodemmet tempore per æquale spacium. Hæ sunt præcipuæ difficultates circa Aristot. discursum, in quo sunt tres sententiæ.

1. Sententia. Prima est quorundam, qui dicunt Aristot. loqui de finitate, & infinitate durationis, & maiorem illius discursus sic intelligunt. Si aliquid totum finitum duratione mouet mobile finitū duratione, pars illius mouentis finiti duratione mouebit mobilis finiti duratione partē minori tempore, quia cum pars sit finiti duratione, minus debet durare.

Reijctur sententia. Ista sententia non est, (vt censeo) digna disputatione: quia talis maior syllogismi ridicula esset: qui enim facit finitū duratione, dicit tempus: non ergo opus est dicere, finitum duratione mouet tempore finitum. Præterea: Quia quamuis concluderet, Deum esse infinitum duratione, tunc non soluitur difficultates, quomodo virtus infinita duratione moueret in non tempore. Profecto consequentia esset nulla, nisi sermo sit de intensiva

virtute.

2. Sententia. Secunda sententia est Auer. & aliorū, quod Deus nec est finitū, nec infinitū virtutis, ac ob id est incorporeus: quia finitum & infinitum corporum passiones sunt: ac id dicunt probare Aristot. quod nec sit virtutis finitæ intensiue in primo discursu, nec infinitæ in secundo.

Hæc sententia potius videtur fugere difficultatem, quam aliquid decernere. Nam (vt alibi ostendimus) male in spiritualibus negat reperiri finitum, vel infinitum aliquo modo. Est enim quantitas molis & perfectionis; & sic etiam finitū, vel infinitū. Vnde profectō etiam patet, quod necesse est admittere, quod intelligentiæ quædam sunt maioris, quædam minoris perfectionis, & æqualitatem, vel inæqualitatem habere in perfectione & virtute.

Reijctur sententia Auer. Non igitur possum non mirari Auer. Reijctur sententia Auer. roem, qui ad calcem digressionis in text. 79. ait, non posse intelligi vnā intelligentiam maiorem vim habere alia: Est enim contra rationem omnē. Nam si sunt inæquales in essentia, vt necessariō sunt, & ipsæmet fatetur, quia ponit differre essentialiter, ac essentiæ sunt sicut numeri: etiam erunt inæquales in virtute.

Viderunt hoc aliqui Auer. ostē, vt Iādanus, qui licet 8. Phys. quæst. 22. secundum Aristot. & Auer. asserat, Deū nec esse finitum, nec infinitum: postea tamen, videns hanc sententiam esse valdē absurdam, in quæst. 12. de substantia orbis, ait, Aristotelem, & Commentatorem circa quæstionem hanc in nullo differre à Fide Catholica.

3. Sen. S. Tho. & aliorū. Tertia sententia est S. Tho. & omnium ferè Græcorum, & aliorum, vt inferius probatur, quod sit sermo de infinitate intensiva: & quod Arist. ostendat in priori demonstratione, Deum esse infinitæ virtutis intensiue. At quia ista sententia est celeberrima, & scitu digna, exponam eam primò ad mentem D. Tho.

Fundam. D. Tho. Aduerte igitur primò ex ipso S. Tho. quod motus ex duplici ratione oritur. Primò ex spacio, puta, cum vnū mobile per varias spacij partes vagatur: tunc oritur successio secundum plures spacij partes,

partes, qui motus est ex spacio consequens. Oritur secundò ex ipso mobili, cum opposito modo locus, & spacium vnū est, tamen per ipsum transeunt diuersæ partes mobilis, tunc fit successio, & motus consequens ipsum mobile ratione suarum partium penes eundem locum, & loci partem. Quod si velis comparare istos motus ad mobile, magis intrinsecus, & per se est ille, qui ex ipso prouenit, quam qui ex spacio: & ratio est, quia hic ex ipsius partibus, ille ab extrinseco spacio ei prouenit.

2. Fundam. D. Thom. Aduerte secundò: quod cum tempus consequatur motum, erit etiam duplex tempus. Alterum penes motum mobilis secundum suas partes: Alterum, secundum spacij partes. Et quemadmodum motus secundum partes mobilis est magis per se, et primus; ita etiam est ipsum tempus: Motus verò alius & tempus est velut per accidens ad istud. Vltimus, sicut tempus est duplex, ita etiam duplex erit infinitas temporis, & prioris & posterioris. Prior autem infinitas est per se magis, & prima.

3. Fundam. Aduerte tertio: quod prima causa, quæ tempore infinito mouet, debet esse talis, quæ possit facere motum, & tempus infinitum per se, & primum, puta, corpus infinitum mouere, quia primæ causæ debetur infinitum tempus per se: reliquis verò infinitum per accidens, puta, motus infinitus corporis finiti multiplicatus. Cum igitur prima causa debeat esse talis, quæ mouere possit corpus actu infinitum, debet esse infinitæ virtutis intensiue. Ad alium motum infinitū per accidens, fat est infinita tantum virtus duratione.

Uult igitur S. Thom. q. demonstratio Aristotelis procedat de infinita virtute intensiva, & de tempore infinito per se ex parte mobilis: & tunc nota fit solutio vltimæ difficultatis, puta, quomodo si totum mouet totū tanto tempore, pars mouebit partem in minori tempore. Hæc clarum fit de tempore ex parte mobilis. Nam per vnā loci partem citius transit pars mobilis, quam totum: & citius minor pars, quam maior.

Obiectio. Quod si dicas, videtur vana demon-

stratio: quia non est tale corpus infinitū actu, nec esse potest, Respondet S. Tho. q. verum est, tamen Aristoteles procedit ex suppositione, vt sit sensus: Prima causa debet esse talis, vt si esset infinitum actu, posset moueri ab ipsa per vnū locū successiue: & similiter causa prima infinitatis temporis debet esse talis, vt ex se possit esse causa infinitatis per se, & secundum mobilis partes. Hæc est sententia S. Tho. declarata quoad potui, subtilis profectō in se, & digna S. Tho. sed videtur habere aliquot difficultates.

1. Difficul. ras contra D. Thom. Prima, quia Aristoteles non procedit ex impossibilibus, sed ex his, quæ sunt. In superioribus enim probauit motum nullum alium infinitum esse posse, nisi circularem, & hunc tanquam propriū Deo tribuit: Modò consequenter ex tali infinitate motus eius indiuisibilitatē ostendit: nec apparet in litera talis distinctio temporum, quam hucusque Aristoteles non significauit.

Præterea: Quia S. Thom. non soluit difficultatē, quomodo si est infinitæ virtutis intensiue: non mouet in non tempore extra magnitudinem, & in magnitudine moueret.

Respondet S. Tho. quia cum est extra magnitudinem, agit intellectu, & arte: nō autem ita ageret in magnitudine, sed sicut ignis.

Solutio profectō non omnino satisfacit: nam primo si Aristoteles posuisset Deum agens necessarium, tantum ageret, quantum posset, siue in magnitudine, siue extra.

Præterea, quia quid vetat, quo minus agat intellectu, licet sit in magnitudine, esset enim sicut homo quidē. At Aristoteles vult, quod sit omnino corporis expertus, non ergo videtur de mente Arist. ita esse dicendum.

1. conclusio. Vt autem in quæst. hac aperiam quid sentiam, sit prima conclusio. Quicquid sit de vi ista, ratio Arist. ipse voluit Deum esse infinitum intensiue in vigore. Hanc conclusionem probabo primò ex ipso Aristot. Secundò ex eius interpretibus. Tertio ex rationibus ductis ex principijs Aristot.

Ex Arist. primò: quoniam in illo tex. 78. expressè ponit, primum mouens esse virtutis infinita. Primò, quia ipsum esse infinita virtutis in duratione superius fuit demonstratum in text. 45. In hoc autem 78. cum velit demonstrare ipsum esse incorporeum, tanquam quid hucusque non demonstratum, ait, se velle prius demonstrare ipsum esse infinitum: & hoc supposito progreditur ad demonstrandum esse incorporeum, & separatum.

Secundò: quia si Arist. intelligebat de sola infinitate durationis, manifestè peteret principium in argumèto. Nam certum est, id quod est, vel mouet infinito tempore mouere, & esse infinito tempore. Quare manifestè esset nugatio, si solū intellexit de virtute infinita in duratione, & esset ridiculum argumentum.

Tertiò: quia Aristot. sumit hanc illationem. Si aliquid mouet tempore infinito, est virtutis infinita. Quæ quidem illatio est ab infinitate durationis, & successiva motus, ad infinitatem intensiuam motoris, ex intensiuâ inferendo intensiuâ virtutis illius proportionis. Si aliqua res haberet ex se virtutem mouendi per unum tantum diem. v. g. esset alicuius virtutis: si per duos dies, esset in dupla maioris virtutis: si per quatuor, esset in quadruplo maioris virtutis: & ita consequenter. Ergo si habet virtutem ex se mouendi infinito tempore, erit infiniti temporis: Arist. inquam, virtute huius proportionis ex extensione infinita optimè sic colligit intensiorem virtutis mouentis infinitam: aliter nil omnino inferret, sed (vt diximus) principium peteret.

Obiectio. Solutio.

Dices: intelligentiæ mouent infinito tempore secundum Arist. ergo essent infinitæ virtutis. Respondeo, Intelligentiæ non esse à se, nec à seipsis habere suam virtutem, sed à prima causâ, vt superius ostendimus. Deus autè est à se, & ex se suam habet virtutem, quare etiam si intelligentiæ durent infinito tempore, tamen non sine prima causâ conseruante: & idè primæ potius causæ illas conseruanti id tribuendum erit, & illius inferretur virtus infinita, non ipsarum rerum conseruatarum. Atque ideo dicebamus in illa proportionem, si quid haberet ex se virtutem

mouendi infinito tempore, tunc optimè sequi. Arist. autem, sic etiam intellexisse ex eo constat, quòd ibi de primo motore solū agit, non de alijs, & de eo solo aggredditur demonstrare.

Quartò in text. 79. ait hanc virtutem infinitam, si poneretur in magnitudine, debere mouere in nò tempore, quòd manifestè pertinet ad infinitam intensiuè.

Nam quod quidam Auerroistæ dicunt, confirmatur sensum Arist. esse, virtutem infinitam in duratione, etiam moturam in non tempore, eo quod non potest poni virtus infinita in duratione in materia, quin etiâ sit infinita intensiuè: omnis enim virtus, quæ finita esset, defatigaretur. Id potius est pro nobis: vident enim se non posse saluare discursum Aristot. nisi recurrant ad vim infinitam intensiuè.

Secundò. Idem probatur veterum testimonijs. Primò Simplicius in illo 79. expressè in solutione cuiusdâ dubij Philoponi, ait, Deum secundum Arist. aliquid esse infinitæ virtutis, posse intelligi dupliciter. Vel quoad durationem, & hoc, inquit, competit etiam celo: Vel quoad quandam virtutem, quæ tota sit actu, & secundum hanc, ait, Deum primum motorem esse actu infinita potestate prædicitum. In text. etiam 86. idem ait.

Secundò, Themist. in text. 78. ait, Postquam Arist. dixit Motorem esse sempiternum, nunc vult probare ipsum esse incorporeum: quod vt faciat, primò probat ipsum habere virtutem infinitam. (Ecce manifestè distinguit Themist. inter habere durationem finitam & virtutè infinitam.) primū (ait) demonstratum, secundū esse ex illo demonstrandum.

Tertiò. est locus pulcherrimus Ammonij ad initium capitis de substantia, in Præd. Arist. Vbi ait, Aristot. in Phys. probare, Deum esse incorporeum, ex eo, quod asserit illum pollere infinita vi. Adfert autem totum Arist. discursum, in quiens: Quod habet infinitam vim, nò potest esse corporeum. Nam vel corpus est infinitum, & tale supra in tertio Phys. probatum est non dari. Vel finitum, & tale certum est, non habere virtutem infinitam. Nam imaginemur hoc corpus in tres partes esse diuisum, Tunc quæro, ynaquæque

illarum an habeat vim infinitam, vel finitam. Si infinitam: ergo totum tantundem valebit parti. Si finitum: ergo quod constat ex finitis, finitum erit. Hæc Ammonius, quæ omnia vides intelligi de vi infinita intensiuè. Et confirmatius fit: Nam de infinita duratione nullū inconueniens est, imò potius est necessarium, partem tantūdem durare, quàm totum.

Quartò in eadem sententia fuit Alexandri & alij. vt ei Vicom. & alij graues authores hic tribuunt. Primò: quia quod Simplic. dicit, vbi supra, semper videtur dicere ex sententia Alexandri, Secundò: quia (vt alibi tetigimus) ipse ponit Deum intellectum agentem, quem vult omnia præsentia, præterita & futura in particulari simul intelligere. Vnde cum hæc sint infinita, non potest non habere infinitam vim intelligendi, quare & essendi, quia eadè est in Deo. Quod argumētū idem concludit, ex Theophrasto, Eustrathio, Psello, Magentino, & alijs Peripateticis, quos attulit in primo Periher. in capite, De futuris contingentibus: imò verè & simpliciter concludit, vt postea dicemus.

Quintò est sententia Philoponi, qui ex Peripateticorum principijs id deducit in primo capite, eorum, quæ circumferuntur, in opere ipsius contra Proclum.

Nota valde. Et quod valde est notandum. Nemo istorum veterum asserit, aliquem Peripateticum fuisse in opposita sententia: nec vertit in dubium an hoc sit dicendum in Aristotele, sed quasi manifestum tradit.

Nota ex Simplic. Imò Simplicius contra Philoponum in illo 79. vt illum adducat in maximū inconueniens, ait, cum nesciuisset distinguere inter infinitatè durationis & virtutis, vt illam secundum Aristotelem tribueret celis, hanc Deo.

Sextò. Hæc est sententia D. Thomæ hoc loco, & communior Latinorū. Secundò, imò ipsius Auerrois, qui hic ait se esse valde dubium, et hoc esse maximum dubium eorū, quæ sunt in Philosophia: vnde attulit fugam illam potius, quàm solutionem, de qua fusiùs egi. Post in 12. Metaphys. tex. 4. ait, motum celi duos habere motores: Vnum finitæ motionis, & est anima existens in corpore: & infinitæ

motus, & est potentia, quæ non est in materia. Ac si dicat Deū esse infinitæ virtutis, licet motor peculiariter adductus primo mobili sit finitæ. Nò enim potest intelligi illa potentia infinita in abstracto, sed in aliquo subiecto: nec de infinitate durationis, nam hæc competeret ipsi animæ orbis particulari motori, imò omnibus motoribus orbium.

Scio Zimaram ibi confingere nescio quam solutionem, sed certè textus nullam patitur. Vnde credo Iandunum, vbi supra exactius fuisse assecutum mentem Auerrois: nam quid aliud intelligere potuerit per illum motorem infinitæ motionis, non apparet.

Tertiò, id est, probandum rationibus ductis ex principijs Arist. Primò. Mundus effectiuè est à Deo ex nihilo, vt supra probatum est: siue id sit per emanationem, siue per creationem: ergo Deus habet vim infinitam. Consequètia probatur. Tum quia, si crearet in tempore secundum Peripateticos, haberet infinitam: sed quòd fuerit factum ab æterno, quod factū fuisset in tempore, nullo modo minuit hanc vim: ergo. Tum etiâ: quia non est minoris virtutis dare esse ab æterno, quàm dare esse in tempore: ergo si hoc inferret infinitam virtutem, etiam illud.

Confirmatius fit ex illa calculatione D. Thomæ. Agens quod producit ex passivius disposito, maiorem habet vim: ergo quòd ex nullo modo disposito, infinitam.

Confirmatius itè fit: quia intelligentiæ emanarunt à Deo secundum Aristotelem: ergo emanarunt ex nihilo, quia non ex materia.

Item de anima rationali si est immortalis, & multiplicatur, vt vera est, sequitur creari & ex nihilo fieri, nò autem educi ex potentia materiae.

Secundò. Deus secundum Aristotelem, vt alibi ostendimus, & partem etiâ tetigimus in illo primo Periher. quo in loco grauissimos quosque Peripateticos attulimus, qui id ipsi tribuebant, cognoscit omnia præsentia, præterita, & futura in particulari, fines etiâ omnium agentium particularium, ad quos ipsa dirigitur: Hæc

4. Alexand. & alij.

Ex interpre-
tibus cele-
berimis
Arist.
1. Simplic.

2. Themist.

3. Ammon.

6. D. Thom.
& Latinorū
2. Auerrois.

3. Rationibus
ductis ex
principijs
Aristot.
1. Ratio.

2. Ratio.

autem sunt infinita: ergo habent infinitam vim cognoscendi. Sed qualis operatio, talis essentia: ergo. Et hæc est etiam eadem cum ipsius essentia: ergo habet infinitam essentiam. Confirmatur: quia saltem cognoscet circulationes sui orbis primi quæ mouet, aut faceret stultam primam causam, & ignorantem: aut illæ sunt infinitæ: & dies præteritos & annos nouit, aut obliuiscitur: sicut infiniti: ergo est infinita intelligenda capacitas.

3. Ratio.

Tertio. Ex D. Th. primo contra gētes, ca. 43. actus alteri in hærens terminatur ab eo, in quo est, cū omne quod recipitur, p modum recipiētis recipiatur: actus verò nulli in hærens à nullo terminatur, quia habet omnē perfectionē illius generis. Vnde albedo per se subsistens & à se, haberet omnem perfectionē albedinis. Sed Deus est ipsum ens per se subsistens; ergo à nullo potest coartari, aut limitari, qn habeat omnem perfectionem, quæ intelligi potest in genere entis.

4. Ratio.

Quarto. Ipsum esse per se consideratū, infinitum est: Nam ab infinitis & infinitis modis participari potest. Si igitur esse quod ex se est infinitum in aliquo, profecto ab aliquo debet determinari: igitur vel vt à producente tale esse, vel vt à recipiente illud: sed esse Dei nec habet producentem, nec recipientem: ergo non potest intelligi esse coartatū, vel limitatum, aut determinatum ab aliquo: ergo nec potest intelligi deesse illi illa infinitas, qua habet esse ens secundum se.

5. Ratio.

Quinto. ex eodem S. Thoma. Illa perfectio magis habetur ab aliquo, quod ipsum plenius participat: sed summus modus participandi est, si illa perfectio sit de essentia: at in Deo esse est de essentia ipsius: ergo perfectio entis infinito & illimitato modo habetur à Deo.

6. Ratio.

Sexto. Deus est æternus: ergo infinitus. Nam æternitas est duratio infinita: ergo eius radix, quæ est ipsa essentia, est infinita. Nam permanentia infinita nō potest esse à virtute finita. Item: quia hæc permanentia infinita est tota simul: ergo.

Quod si obiecias, idem esse de Angelis: Negatur consequentia. Nam non habent eam à se, sed à Deo, Denique septimo, vt

plures alias rationes omittam, quas affert D. Thomas & alij, multa sunt in natura, quæ quasi quoddam vestigium sunt istius infinitatis: vt infinitas instantium temporis, & infinitas punctorum in linea, infinitas perfectionum indiuiduantium in vnoquoque indiuiduo diuersas, quæ sunt sub vnaquaque specie infinita partium continui.

7. Ratio.

Item. Intellectus noster, dato semper quouis, potest maius & maius apprehendere & intelligere. Vnde cū vltra omnem finitum nos possimus aliquid perfectius intelligere, euidenter sequitur Deū esse vltra omnem finitum, nam aliàs possemus intelligere aliquid maius, & melius Deo.

8. Ratio.

Adde: quod intellectus noster est insatiabilis appetitus. Nam postquam quis scit, plura scire semper vult. At hic appetitus, hæc ordinatio intellectus nostri ad infinitatem, vt in nullo finito, & in nulla finita veritate acquiescat: si vult, à esset, nisi daretur infinitum aliquod, infinitaque veritas, qua satietetur. Et manifestè ostendit ipsum ad aliquid infinitam habere capacitatem.

9. Ratio.

Eodem modo de appetitu voluntatis ad bonum ostendi potest, quia nunquam eius appetitus aliquo huiusmodi bono satiatur, sed eo habito, plus desiderat.

10. Ratio.

Hęc item sententia omnium Præcorū fuit, nam vt ait Arist. in 3. Physico. 25. omnes præsci tribuerunt infinitatem primo principio. licet postea crearent in applicatione talis infinitatis: vnde, vt colligitur ex illis testibus, Pythagoras, Plato, Anaxagoras, & Democritus id asseruerant. Mercurius Trimegistus sæpè asserit in Pimandro. Deum esse infinitum, imò tota vetustas Deū intelligebat hoc nomine, vt videre est apud Eugubinum 3. lib. de perenni Philosophia, cap. 8. vbi multa adducit testimonia. Idē Auc. in tract. 8. Metaph. ca. 4. & 5. Autho etiam lib. de causis idem videtur asserere.

11. Conclusio.

Secunda conclusio. Circa rationes istas Aristotel. certum est, non omnes esse demonstrationes. Satis fuerit si sint aliquæ, aut fortasse etiam omnes rationes probabiles. Hęc cōclusio satis manifesta est ex eo, quod nemo vnquam inceptum satis potest.

tis potuit sententiam Arist. in his omnibus textibus ita cōmodè explicare, vt nullum sequeretur inconueniens. Potest tamen eas rationes probabiliter defendere altero duorum modorum, vel vt S. Thomas superiùs, vel secundo, pro quo hæc erunt aduertenda.

1. Fundamē.

Primo. Quod virtus maior, vel minor mouentis, non solum debet pensari penes pondus, & resistantiam, sed etiam penes tempus. vnde non solum illa est maior virtus, quæ æquali tempore maius pondus mouet: sed etiā, quæ idē pondus per maius tēpus: & hoc non indiget probatione: sensus enim hoc indicat. Maioris enim est virtutis decē pōdera mouere per horā continuā, q̄ per dimidiā. Aliquē enim per dimidiā mouent, & deficiūt statim. Ex quo fit, q̄ tempus etiā cum resistantia habeat computari. Multum enim vel paucum temporis pōdus, secundum resistantiam auget vel diminuit.

Nota.

Nota tamē, quod hoc fundamentum non est vniuersale, nisi in virtutibus, quæ patiuntur: & dum mouent, mouentur à motis, quales sunt corporeæ. Virtus enim, quæ non patitur dum mouet, solum per pondus & resistantiam mensurari debet, non per tempus.

2. fundamē.

Aduerte secūdō, quod omnis virtus animalis ad mouendū infinito tēpore, similiter virtus in corpore, infinita intensiue debet esse: quia cū talis, dū mouet moueatur à moto resistanti, mensurabitur secundū tēpus etiā. Vnde si maior est, quæ tēpore maiori mouet, si pportione procedendo, quæ debet absq; fine mouere, infinita debet esse intensiue.

3. Fundamē.

Sicut si homo sustineret decē pondera ferri, seu moueret per horā, esset alicuius virtutis: si per duas, maioris: si per tres, adhuc maioris: si ergo p infinitū, infinite. Aduerte tertio, quod Arist. ex sensibilibus philosophiā deducēs, nō existimauit esse virtutē aliquā in corpore posse, quæ non moueretur, dum mouet, & defatigaretur, si virtus animalis est. Cū autem superiùs ostēsum sit, in moto deueniendum esse ad aliquod, quod seipsū moueat, nec possit sistere motu in inanimatis: sequitur, quod in motu calid non

sit deuenire, nisi ad viuens primum. At ne quis existimaret, hoc esse quoddā corporeum animal, seu animā in corpore: probat hoc non esse, sed debere esse substantiam viuentem sine corpore, quia si in corpore esset, defatigaretur: sicut quælibet anima, quæ moueretur saltē per accidens: & tunc ad mouendum tempore infinito indigeret virtute infinita intensiua, quæ esse non potest.

Explicatur discursus Aristot.

Ex his sequitur discursus Arist. notā. Explicatur discursus ad intensionē. In primo discursu probat, quod nulla virtus corporea finita intensiue possit mouere tēpore infinito: sed si mouet, debet esse intensiue infinita.

In secundo discursu probat, quod virtus corporea infinita esse nō possit, quia moueret in nō tēpore: ex vtroq; ergo sequitur, primū mouens non esse corporeum, vt sit hoc totū argumentū. Omnis virtus corporea, vel est finita intensiue, vel infinita: sed neutra potest mouere tēpore infinito: Nō finita, quia crescit virtus secundū tēpus, vt dictum est: Non infinita, quia moueret in nō tempore. Cū ergo primum mouens tempore infinito moueat, non erit virtus in corpore.

Dissoluitur cordatur cōsequentiæ illæ: & soluuntur illæ supra le duæ difficultates. Prima enim soluitur. Ob id. n. virtus in magnitudine non potest mouere tēpore infinito, quia tunc esset infinita intensiue: quod esse nō potest: moueret enim in non tempore.

Ad secundā difficultatē potest sic responderi: quod pars mouētis debet sumi talis, vt sit maioris proportionis ad partem in mobilis, q̄ erat totū ad totum. V. g. totum ad totum erat duplum: pars mouētis sumatur, quæ sit triplo maior, quā pars mobilis: talis mouebit in maiori tēpore, quia magis vincit resistantiā. Et hoc optimè cōuenit cum Arist. & veritatem habet. Nam in lib. 7. seruabatur eadem proportio totius ad totum, & partis ad partem: & tunc idem debet esse tempus.

Ad 2. Solutio.

Possimus & aliter respondere, & forsā melius: quod loquitur Aristot. de virtute corporea passibili, & tunc tempus est cum resistantia cōputatum: Et si totum

2. Solutio.

movet totū tanto tēpore, pars movebit partem minori tēpore, quācunq; sit. Si enim fortis homo movet pōdus per diē, non sequitur, quōd dimidia fortitudine prāditus homo, moveat dimidium pōdus per diem. Falsum enim hoc esse experientia mōstrat. Nam hoc modō probares, quōd infirmus homo per diē posset movere talem partem brevē ponderis: quod non est verum, cū absq; pondere vix per hōram moveri posset. Arist. autem lib. 7. loquebatur de virtute nuda motiva, & quę non repatur, vt illic declarauimus. Hęc igitur satis sint de Aristotelis discursibus.

Alia explicatio reiicitur cuiusdā propositionis Aristot.

Aliquī contrahunt illam propositionem, si mouet infinito tempore, est infinita virtutis, ad virtutē solū in magnitudine existentem, & operante cum resistētia, & aliter nolunt in vniuersum esse veram, nec eū fuisse sensum Aristotelis. At verō cū Aristoteles illam absolute, & sine restrictione sumat, & ita etiam defendi possit, vt diximus, quando res ex se habet eam mouendi virtutem independentem, vt illa proportionis calculatione deduximus: in hoc etiam sensu defendenda est.

Sed contra primā conclusionem sunt aliquot dubia, & rationes dissoluendę eorū, qui negant secundū Arist. Deum esse infinitę virtutis. Sunt autem hęc.

Dubiorū solutio, & rationū conuersionum.

Primum secundū Arist. Deus, vt videtur, nihil potest facere ex nihilo ex 1. phys. si. 33. & 34. vbi ait, ex nihilo nihil fieri, ergo non habet vim infinitam. Respondetur, sententiam Arist. esse iuxta naturalē rerum ordinem, & de naturali actione, de qua loquebatur, nihil ex nihilo posse fieri: atque ita modō nihil creari ex nihilo: non negat tamen, quin omnia ex prima causā sint: & ab æterno productus fuerit, & emanauerit ex Deo mundus cū materia, vt superius probauimus. Secundō dicimus, quōd quamuis nil putaret modō ex nihilo posse fieri, nihilominus tamen maneret infinita virtus, scilicet ppetuō mouendi in primo motore, quā ipse hoc loco tex. 78. probauit.

Secundum dubium. Si haberet virtu-

tem infinitam, moueret in non tempore ex illo 79. Respondetur, id esse verum, si illa virtus infinita esset materialis, aut in materia, & corpore: tunc enim ageret quantum posset: at modō est extra materiam, & ita non sequitur, nisi solū vt agit proportione ad ipsū mobile, & vt illius solū natura requirit. Secundō, quā si esset causā omninō necessaria agens sine cognitione, tunc ageret secundū ultimū potentia: at modō agit ex electione quantum videt conuenire orbi, & mobili.

virtus materialis agit in quantum potest, secus est extra materiam.

Tertium. Deus non potest facere aliū mundū, ex 1. de Cælo, 92. nec potest facere actū infinitum: ergo non habet virtutem infinitam. Respondetur, multa non posse facere Deum, licet habeat vim infinitam: nō quia desit potestas, sed ex eo, quōd res ipsę implicent, & nō possint fieri. Talia aut sunt hęc secundum Aristot. Vndē Aristot. non probauit non posse esse plures mundos ex parte opificis, sed ex parte ipsius rei, quōd tantū deberet esse vnum centrum, & vna materia, &c.

Quartum. In 2. Cæli, a tex. 67. videtur Arist. asserere, motores tam esse proportionatos mobilibus, vt si vnum astrū alicui orbi adijceretur, non posset ab intelligentia moueri. Respondetur de hac re aliquod esse dubium: tamē loqui semper Aristot. secundum naturalem motū, & de naturali actione, non violenta, aut miraculosa. Secundō præterea, in genere loquutum fuisse de intelligentijs motricibus, nō de Deo. Et ratio huius est: quia intelligentiæ addicte orbibus, habent limitatam virtutem & orbi proportionatam: secus autem est de Deo, quem solū fecit infinitę virtutis.

Vltimum. Arist. in 3. Physic. & in 1. de Cælo, fusē probat non dari infinitum actū: ergo. Respondetur, vt ibi adnotauimus, & apertē colligitur a tex. 35. vsq; ad 39. Aristotelem tantū agere de infinito in quantitate. Atq; de hac questione hætenus, & de tota expositione librorū

octo Aristotelis de Physic. auditu.

Sit laus Deo sempiterna, a quo omnis perfectio & omnibus bonum procedit. Amen.

FINIS OCTAVI LIBRI PHYSICORVM.

IN LIBRVM PRIMVM DE GENERATIONE ET CORRUPTIONE ARISTOTELIS.

COMMENTARIA VNA CVM QUESTIONIBVS DOCTORIS FRANCISCI TOLETI SOCIETATIS IESV.

De Prolegomenis horum librorum.



Libros de generatione & corruptione, Deo duce, interpretari aggredimur, & quæstiones, ac difficultates, quæ in hac parte exagitari solent, pro viribus elucidare. Nō erit igitur inutile pro ipsorū introductione, quatuor prius pertractare, subiectū, inscriptionē, ordinē, ac diuisionē: reliqua enim, quæ præmitti solent, ex istis nota fient.

tractat in ordine ad generationē, & hoc est, quod dicit, corpus simplex mobile ad formam esse materiam horum librorū. Notat tamen totū primū librum ordinari ad secundum: in secundo enim de tali simplici corpore agitur: in primo verō, quid generatio, & corruptio sit, præmittitur, & vt generatio ab augmentatione & alteratione distinguatur: ob id de his consequenter tractatur. secundum igitur Albert. de Generatione & Corruptione simplicium corporum hic tractatur.

De subiecto horū librorum. 1. sententia Albert.

Circa subiectum inuenio diuersitate aliquam inter auctores. Prima enim sententia Albert. Mag. hic in principio est, subiectum esse corpus simplex mobile secundum formam.

Dupliciter est corpus simplex & compositum.

Pro declaratione aduerte, quōd duplex est corpus, alterum simplex, alterū compositum: simplex est, quōd non ex alijs corporibus componitur, sed immediatē ex ipsa materia & forma, qualia sunt elementa: compositum est, quod ex alijs componitur corporibus, sicut mixta omnia, tam animata, quā inanimata.

Sed profectō non video, quare hi auctores negēt in cōmuni tradi hic quamcunq; generationem: cū generatio hoc in loco definita conueniat vniuersaliter alijs omnibus. Præterea cū in cōmuni debeant prius tractari, & in alijs libris de peculiaribus generationibus corporum tractetur, oportuit hic prius de generatione in cōmuni tractari.

Reijcitur sententia Albert.

Dupliciter consideratur corpus simplex.

Aduerte vlteriū, quōd hoc corpus simplex dupliciter potest considerari, aut vt habet ordinem ad locū & situm, & mobile localiter est, aut vt ordinē habet, & potentiam ad formam substantialem, & generabile est, vel corruptibile.

Altera sententia est Aegidij, qui ait subiectum huius libri esse corpus mobile secundum formam in se, siue substantialem, siue accidentale. Hęc opinio differt à priori in duobus: nam prior solū loquebatur de simplici corpore, ista verō de quocunq; in cōmuni. Præterea prior solū de generatione & corruptione: de alijs verō per accidens hic tradi existimabat, at verō ista tam de generatione, quā de alijs per se: dicit tamē vnū ista opinio, quōd quāuis in cōmuni tractetur de mutabili secundum formam, tamen simul descenditur ad vnā particulam

2. sent. Aegidij, & aliorum.

Explicatur sententia Albert.

Dicit ergo Albert. quōd hic tractatur de corpore simplici secundū potentiam ad formā generationis: nam de tali corpore, puta, elemento, traditur in libris de cælo, vt potentia habet ad locum & mobile ex tali motu. Hic autem de eodem

Rrr 2 rem

rem mutabilis speciem, puta, ad elementa, & hoc in 2. lib. Hanc sententiam sequitur Paul. Venetus, & Marsilius q. 1.

3. Sententia D. Thomae. Tertia sententia est aliorum afferentium; generationem & corruptionem esse subiectum huius libri, & huius sententiae videtur S. Tho. hic, ubi dicit in libro hoc vniuersaliter tractari de generatione, & corruptione, & ipsarum causis; Dicit autem duo; alterum est, quod hic non traditur de augmentatione, & alteratione per se, nisi quatenus alteratio a generatione distinguitur; & quatenus augmentatio coniuncta est cum nutritione, quae generatio quaedam est. Alterum est, quod hic traditur de elementis, quatenus causae & principia sunt generationis, & corruptionis omnium aliorum corporum.

4. Sententia authoris. In hac quaestione dicam, quod mihi probabilis videtur.

1. Proposit. Dico igitur primum, generationem & corruptionem, quae in hoc libro traditur, non esse propriae elementorum, sed vniuersaliter omnibus generabilibus inesse, & mihi placet in hac parte sententia S. Tho. & Aegidij; & me mouent rationes, quas feci contra Albe. praesertim, cum non sit vlla ratio pro ipso.

2. Proposit. Dico secundum, quod hic de augmentatione, & alteratione per se agitur, & non consequenter, & per accidens; & recipio in hoc opinionem Marsil. & Pau. Primum, quia Arist. tex. 4. absolute dicit, se de simplicibus his motibus tractaturum, & numerat hos omnes; similiter hoc etiam in hoc textu idem proponit: & quamuis dixerit, se dicturum, an alteratio & generatio distinguantur, tamen hoc nil impedit, praesertim cum de augmentatione hoc non dicat; non ergo propter generationem de his est sermo. Praeterea, quia nullibi de alteratione ipsa in communi tractatur per se, nisi hic. Unde Auerr. 2. de Anima, com. 30. non male dicit, quod tradere de augmentatione, ad multas partes philosophiae spectat: ut motus quidam est, ad libros, inquit, de generatione.

3. Proposit. Obiectum huius libri, est mutatio secundum formam. Dico tertio, quantum existimo libri obiectum est, mutatio secundum formam, ut comprehendit generationem, alterationem & augmentationem: probatur, quia

libri obiectum est, cuius causae, & principia traduntur. at generationis, & aliarum causae traduntur, in praesenti, ut Arist. dicit: similiter & ipsarum passiones.

Praeterea, quia nullibi dicitur de corpore mobili secundum formam, nec quid sit, ostenditur, nec passio de eo demonstratur, nec vlla ipsius causa.

Aduerte autem, quod non quidquid est subiectum rei, est subiectum scientiae; corpus quidem est subiectum generationis, sed non est huius scientiae subiectum, cum nec quid ipsum sit, nec quae proprietates demonstrat: sicut animal subiectum est somni, & vigiliae: sed non ob id est subiectum, & materia libri illius de somno, similiter in libro de iuuetute, & alijs huiusmodi: ita etiam in praesenti de mutationibus his disputatio est. Et hoc circa subiectum.

Inscriptio vero est de generatione, & corruptione, seu de ortu, & interitu; nec mirevis, quare non fiat inscriptio de alijs mutationibus: id enim factum est forsitan breuitatis causa; vel quia praecipua est mutatio secundum substantiam, quae generatio & corruptio est.

Circa ordinem vero scito, hunc librum esse tertium inter naturales: primus enim est Physicorum liber: secundus de caelo: tertius de generatione, & merito: nam in libris Physicis communia tradita sunt rebus naturalibus: puta, materia, forma, motus, locus, & tempus. Post haec tradit Arist. corpora ipsa; & quia prius est simplex, quam compositum, praemisit libros de caelo, in quibus de simplici corpore, & de ipsius motu, puta, locali differuit. Post haec debuit corpora composita aggredi: at quia his quiddam commune inerat, puta, mutatio secundum formam, de hac prius in praesenti differit.

Diuiditur autem haec doctrina in libros duos, in priori de generatione, & corruptione, ac de quibusdam alterationem concernentibus, ut de tactu, de actione, & alijs: in posteriori de communibus causis, & principijs generationis, & alterationis aliorum omnium corporum, puta, de elementis. Et haec sufficiat pro introductione libri. Ad textum accedamus.

De ordine. De diuisione. Nota. Non quidquid est subiectum rei est subiectum scientiae.

AC

De Generatione autem, & Corruptione. Tex. I.

Intentio Arist. S. Vam primum intentionem proponit, quae in duobus consistit, alterum est, quod instituit causas, & rationes, generationis, & corruptionis rerum, quae natura constant: alterum est, quod simul de augmentatione, alterationeque dicit, quid veraque sit, & de alteratione particulariter, an sit distincta, a generatione re, sicut est distincta nomine an non, sed solo nomine distinguatur.

Nota conjunctionem horum lib. & coherenciam cum lib. de caelo. Nota 2 quae excludantur a tractatione de generatione. Nota 3. quid intelligat Arist. per causas & rationes.

Aduerte aliquot verba textus, primo illud autem est dictio continuans librum hunc, cum verbis vltimis librorum de caelo. Aduerte vltimus illud natura generatur dicit Philip. & S. Th. quod id dicitur ad excludenda ea, quae arte fiunt, ut cathedra, scamnum, & similia, non enim de horum generatione differitur: similiter alia electione fiunt, ut amicitiae, discordiae, bella, nec de huiusmodi generatione tractatur, sed de his, quae natura constant.

Aduerte vltimus causas & rationes, Aegidius dicit, quod vna dictio explicatiua alterius, ratio enim explicat causam. Dicit secundum, quod per rationes intelligit causas vniuersales: ita, ut totum hoc causas & rationes, significat causas vniuersales. Philop. per rationes videtur intelligere modos, quibus causa efficiat, ut si datur solus esse causam alicuius, & petatur, quare sit, id vocatur ratio. Possimus etiam dicere forsitan melius, quod per rationes generationis, & corruptionis intelligat ipsarum definitiones, ita ut definitiones ipsarum, & causae hic tradantur: causa enim extrinseca principia, definitio intrinseca significat. Atque ita Arist. suam proponit intentionem.

Dubium an corruptio sit res naturalis.

Dubitatur, an corruptio sit res naturalis: videtur enim quod non. Primum, quia vt habetur 2. Physic. natura praecipua est forma, & cetera per formam natura dicuntur, vt habetur 3. Metaph. at corruptio est opposita formae, ergo non videtur dicenda naturalis.

Praeterea quia naturale est intentum a natura, at corruptio, cum priuatio sit, & non ens, non videtur intenta esse a natura, ergo non est naturalis.

Praeterea 3. Physic. tex. 17. dicitur aliquas esse corruptiones violentas, ergo saltem non omnis corruptio est naturalis; opponitur enim violentum naturali.

Ad hoc responderet Aegidius, quod corruptio tripliciter dici potest naturalis. Primum, quia a naturali philosopho consideratur, non enim est scientia speculatiua sicut practica: haec enim vnum per se facit, puta construere, at destruere non est per se artis: at speculatiua vtrunque contrarium speculatur, & generationem, & destructionem, atque ex hac parte dicitur corruptio naturalis, quia de ipsa philosophus speculatur. Secundum dicitur naturalis, quia est effectus materiae, quae natura dicitur: quae in eacorrumpuntur, quia materiam habent, corrumpuntur. Tertium dicitur naturalis etiam ratione formae, quia non sit corruptio alicuius, nisi sit aliqua forma, cum vnius corruptio sit alterius generatio. Dicit tamen Aegidius quod non est corruptio naturalis, quasi intenta a natura, quia per accidens intenditur.

Ad hoc dubium respondeo primum, quod solutio non quidquid in Physic. consideratur est res naturalis: habemus enim ex Arist. 2. Physic. quod differunt ista, natura, res naturalis, res secundum naturam: natura enim est ipsum motus principium, vt materia, & forma: res vero naturalis est compositum ex materia, & forma constans: res autem secundum naturam est passio, & id quod consequitur composita naturalia ratione principiorum, secundum haec igitur constat, corruptionem, nec esse naturam, nec rem naturalem, sed esse ens secundum naturam, cum consequatur ipsum compositum ratione vnius principij, nempe materiae.

Dico secundum, quod corruptio est intenta a natura dupliciter. Primum, ex parte agentis: quod n. intendit finem, intendit etiam per se media ordinata in finem: at agentia non possunt absque corruptione, formam sibi similem introducere, quantum intendunt: ergo re vera, etiam corruptio nem intendunt. Praeterea cum per se agat

Aegidij sententia. Corruptio tripliciter dici potest naturalis.

Nota. Non quidquid agitur in Physica est res naturalis.

Nota. Corruptio est intenta a natura dupliciter.

In contraria intendunt, victoriam contra- riorum, quæ absq; corruptione illorū nō est. Secundō etiam est intenta à materia. Nota autem quōd potētia materiæ est in contradictione, tanquā in radice, vt ad hanc formam, & non ad hanc, sicut volun tatis prima differētia est velle, & non vel le: & hinc etiam est in potentia contrarie tatis ad plures formas: ergo potentia ma- teriæ respicit generationem, quæ habet formam, & corruptionem, quæ non ha- bet: ergo potest etiā dici intenta à mate- ria, quāuis non tam intenta, quā generatio. Dico tertio, quod corruptio nō est dicenda naturalis ratione formæ, vt dicit Aegidius: nam corruptio solam dicit for- mæ priuationem: q̄ verò ponat formam aliquam, id nō est corruptionis, sed genera- tionis, quæ simul est cum corruptione.

9. Nota. Corruptio non est di- cenda natu- ralis ratio- nis formæ.

Ad Arg.

Ad argument. primū dico, quod quā- uis corruptio aduerfetur vni formæ, non tamē alteri aduerfatur, puta ei, q̄ per talē corruptionem mediam introducit.

Ad secundū patet responsio ex dictis. Ad tertium dico, quod corruptio dici- tur naturalis, non vt naturale distingui- tur contra violentum, sed contra artifi- ciale, & volūtarium: est enim duplex na- turale, vt diximus alibi.

Antiquorū igitur hi quidē vocatā.

Proponun- tur antiquo- rum senten- tiæ circa ge- nerationis & alteratio- nis distin- ctionem.

Intentione propofita incipit circa ge- nerationis, & alteratoris distinctionem antiquorum sentētiās indagare, vt perci- piatur differentia specifica generationis, secundū quā debet definiri: proponit i- gitur antiquos diuisos in duas partes: qui- dam enim alterationem non distingue- bant à generatione: quidam verò distin- guebant, qui autem hi sint, explicat: qui enim vnum principium ponebāt, vt qui ponebant aquam, aut ignem, aut quid aliud, hos necessarium erat dicere, genera- tionem esse alterationem, & quod gene- ratur, alterari: at qui ponebant plura, vt Empedoc. & Anaxag. necesse erat, hos al- terationē distinguere à generatione. In quo reprehenditur Anaxag. qui cum po- fuisset plura principia, dixit, quod gene- rari & corrumpi idem est, ac alterari, & in hoc propriā vocem, dicitur ignorasse.

Dubitatur, quid est vocem propriam ignorare. Respondet D. Thomas, quod is dicitur propriam vocem ignorare, quæ suis fundamentis non correspondet. Cum autem Anaxag. posuisset fundamētum, ex quo posset distinguere generationem ab alteratione, & non distinxerit, dicitur esse propriam vocem ignorare. Ita etiam exponit Auerroes.

Dubium Solutio D. Thomæ

At Philop. aliter videtur dicere, cur di- ctus est vocem ignorare, quia quā debuit vocare generationem, dixit alterationē, puta congregationem illorum principio- rum, separationem nūcupauit: hæc enim potius generatio dicenda est, cum res per eam consistat.

Solutio Philop.

Aduerte hic ex Philip. qd̄ simplex gene- ratio vocatur in præfenti ea, quæ est substantiæ: ea enim, qua fit accidens, vt ex non albo albū, est secundū quid, & etiam ista simplex, postea dicitur propria, in se- quentib. verbis, cum dicitur proprie fit.

Nota 1.

Aduerte, quod dicit qui vnum dicunt vniuersum & omnia, ex vno generant, quōd posterius est explicatio prioris. Nā vt dicit Philop. idem est esse vniuersum, & omnia vnum, & quōd sint ex vno, pu- ta ex aqua, igne, aut alio quouis, vt isti philosophi dicebant.

Nota 2.

Empedoc. enim corpora quidem quatuor.

Cum dixisset, Anaxagoram posuisse multa principia, sicut alios, qui genera- tionem distinguunt ab alteratione, mo- do exponit sententias aliorū, inter quos quidam plura, & finita ponebant princi- pia, vt Emp. qui quatuor non materialia posuit, puta elementa, & duo efficientia, & ita erant sex: quidam infinita pone- bant, vt Anaxag. & Leucippus, ac Demo- crates. Erat tamen inter hos discrimen, nam A- naxag. posuit infinitas partes indiuisibi- les similes cuiuslibet rei, vt ossis, carnis, & aliorum, & hæc dicebat esse principia rerum. At Democ. addebat non solum has multitudinem infinitas, sed formas, & figuris distinctas: erant enim quadam triangulares, aliæ orbiculares, aliæ cuius- uis alterius figuræ.

Antiquorū opinio multa ponentiu principia.

Quomodo inter se dif- ferrent se- cundum Democ.

Atq; ipsa composita dicebat, tripliciter dif-

differre inter se: Prima differentia erat ex his atomis, puta cum hoc ex triangula- ribus, illud ex orbicularib. componeba- tur. Secunda differentia non ex his, sed ex horum positione sumebatur, nam cum ordo mutabatur, vt posteriora priora fie- rent, vel contra, tunc mutabatur res, vt accidit in dictionibus, literis conuerti- tis, vt si dicas, mus, conuersa fit, sum. Ter- tia dif- ferentia penes positionem, & situm: hic enim inducebat etiam variationem, vt accidit in literis his z. si conuertatur & mutetur situs fit N. & sic ponebat varia- tionem ipsorum compositorum: & vt ia- ferius dicitur, priorem mutationem vo- cabat generationem, reliquas duas altera- tionem, quia seruabatur res ea, non varia- tis atomis. Ita dicebat Democ. & differe- bat ab Anaxag.

Nota.

Nota literam, vbi dicitur (ipsa autem à se ipsis) significat ipsa composita inter se differēbāt, his. i. aut per diuersas arho- mos, aut ordine, & positione ipsarum, in quibus denominantur tres dictæ differē- tiæ, vt exponit Philop.

Contrariæ autem videntur di- cere.

Differentia inter Ana- xag. & Emp.

Differentiam constituit inter Anaxa- & Emped. circa elementa quatuor, nam Emped. principia ponebat, ex quibus & caro, os, & reliqua componebantur, ipsa verò non ex alijs. At Anaxag. elemēta pu- tabat cōposita ex illis particulis, imò ma- ximè composita, cū videret ex elementis confici ferē omnia, ob id in elemētis ma- ximè latere has particulas: vnde elemen- ta vocabat omnifeminaria omnium alio- rum, quasi continentia materias aliorū.

Ijs igitur, qui ex vno omnia con- stituunt.

Qui vnum tantum ponunt rerum principium nō possunt distinguere inter genera- tionem & alteratio- nem.

Dixerat superius: qui vnum principiu ponunt, non posse distinguere generatio- nē ab alteratione, sicut illi, qui plura po- nunt, & explicuit opiniones eorum, qui plura ponunt: modo explicat, quomodo qui vnum ponunt principium non pos- sint distinguere: qui verò plura possint, explicat primo de his, qui vnum ponunt. Isti enim cum ponant vnum principiu, semper tale principium manere idem in

mutatione debent fateri, aliter non esset principium. Cum igitur vnum, & idem principium in mutatione manet, illa mu- tatio non generatio, sed alteratio est: hoc enim est esse alterationem, quod vnum profus maneat subiectum.

Obijcies, nōne posset esse augmentatio? Respon. nō, nam ibi iam videtur acquiri substantia ab extrinseco: non ergo distin- guunt generationem isti ab alteratione.

Dubium Solutio.

Illi verò, qui plura ponunt, distinguunt, nam congregationem, & disgregationem illorum principiorum possunt generatio- nem & corruptionem dicere, & confer- tur ex Emped. qui naturam rerum in il- la mixture, & compositione consistere dicebat, vt ipsius verba indicant: vnde cō- cludit, quōd ita loqui est propius sermo positione horum, i. secundum ipsorum di- cta, hanc oportet vocare generationem, & corruptionem, & etiam quia ipsi ita dicunt, vt diximus ex Empedocle: quam autem alterationem vocauerint, superius explicuimus.

Quomodo qui plura principia ponunt pos- sunt distin- guere inter generationem & alte- rationem.

Dubitatur Philip. nā videtur, quōd nec secundum Aristot. oporteat ponere vnam aliam mutationem esse alterationē à ge- neratione: nam etiam ipse ponit vnum subiectum, puta materiam primam, quæ eadem manet in mutatione: ergo pariter dicitur alteratio, generatio.

Dubium ex Philop.

Respon. & bene, quōd aliter illi pone- bant vnum principium, aliter Arist. Illi enim ponebant vnum ens actu determi- natum, puta, ignem, aquam, aut quid si- mile. At Arist. vnum ens potentia, & in- determinatum: alteratio autem non est, cum vnicum manet subiectum in muta- tione, sed cū illud subiectū est ens actu cō- pleto, & determinato: constat aut, quod non sic posuit Arist. principium, & subie- ctum vnum in ipsa generatione.

Solutio.

Necesse autem est & his dicere.

Cum eos, qui plura ponunt principia, generationē ab alteratione debere distin- guere docuisset. Nunc contra ipsos con- uertitur, dicens, quod impossibile est se- cundum eorum sentētiām, veram gene- rationem aut alterationem constitueri: & hoc ostendere, dicit, esse facile.

Nō possunt illos veram generatio- nem ab alte- ratione.

Ad

In alterati-
one debet
subiectum
esse vnum.

Ad probationem sumit hoc, quod in
alteratione debet subiectum esse vnum,
quod contrarium sit susceptivum; &
modò hoc, modò illud recipiat: at hoc
nò pòt poni iuxta dicta horù: ergo vera
alteratio non est apud hos. Maiorem o-
stendit exemplo augmentationis, in qua
manet eadem substantia, puta animal, &
modò maius, modò fit minus.

Minorem probat ex Empedocle: hic en-
nim ponebat qualitates differentias ele-
mentorum, faciebat enim ignem album,
calidù, & reliqua alijs subiecta qualitati-
bus inseparabilibus, & dicebat, quod ele-
menta nò mutàtur inuicè inter se. Si ergo
fieri non potest, vt ex igne fiat aqua, nec
ex vno aliud, nec fieri poterit, quod vnù
acquirat alterius qualitatem: & ita nò erit
vnù subiectù alterationis: sed quodq; cù
suis manebit qualitatem. Hoc idè dici po-
terit de alijs, vt dicit Philop. qui figura, &
accidentia semper inseparabilia ab atho-
mis ponebant: vnde nunquã apud eos v-
num dabatur subiectum contrariorum.

An & manifestù quod semper vnam,

In mutatio-
ne oportet
subiectum
esse vnum.

Cùm dixisset, vnum subiectum esse in
alteratione: hoc principium vniuersalius
ponit, dicens simpliciter in omni muta-
tione quæ fit ex contrarijs, esse supponen-
dum vnù subiectum, vt si mutatur ex lo-
co in locù, debet esse vnum subiectum: si
militer si augetur, & diminuitur: simili-
ter si alteratur, & deniq; omnium inuicè
transmutabiliù vna debet esse materia,
quod si talis sit, tunc alteratio potest esse.

Nota.

Nota quòd dicit: omnium inuicè mu-
tabilium vnam esse materiam, quia vt ad-
uertit Philop. hinc non necessario collig-
itur cælum habere materiam eiusdem
rationis cum his inferioribus, cùm sit in-
transmutabile.

Empedocles igitur ipse videtur.

Tex 2.

Prior repræ-
hensio Em-
pedocle.

Repræhedit Empedoclem dupliciter.
Primò, quia sibi, & rebus notis, & appa-
rentibus contradicit: rebus quidem appa-
rentibus, quia aufert alterationem manife-
stã, vt dicit Philop. sibi ipsi verò, quia di-
cit duo repugnãtia: alterù est, quod nullù
elementù fit ex altero, non enim ignis fit

ex aqua, nec ex aqua fit ignis, sed ex ele-
mētis omnia alia fiūt. Alterù dicit, quòd
cum ex elementis fit chaos, omnia illa fi-
unt vnum quid, & confunduntur, ita vt
fit vna natura, præter litem, & amicitia,
quæ causæ efficientes sunt, & iterum ex
chao fiunt omnia ista, & distinguuntur
per passiones varias, ex vno tamen princi-
pio, vt illud fit ignis ratione aliarum pas-
sionù, id aqua ratione aliarum, & sic reli-
qua duo. Ex his duobus colligitur cõtra-
dictio: si enim istæ qualitates elementor-
um sunt genitæ ex chao, & factæ, ergo
sunt auferibiles: & sic possunt inuicè ele-
mēta mutari, cù istæ qualitates auferuntur
modo, sicut in principio in ipso chao.

Sunt enim ex quibus dicit Em-
pedocles.

Quia posset quis dicere, quòd non va-
let consequentia: si possunt elementa de-
strui ad chaos, quòd etiam modo inter se
possunt: hoc probat, quia illæ qualitates,
quæ elementa discernunt, sunt amissibi-
les ex se, & præterea est modo lis, & pu-
gna inter ista, vt apparet.

Quod si dicas, non corrumpuntur, cù
fit chaos: ad hoc dicit, quod destruitur,
& vnum fiunt: cùm enim adhuc sunt sub
illis formis, nondum vnum chaos fit. A-
liter exponit hoc Philop. At ista est Lati-
norum expositio, & bona.

Incertum autem & vtrum:

Tex 3.

Alterum in quo errauit Empedo. po-
nit. Nam nec potest dici vnum esse prin-
cipiù, nec plura, certò & determinatè. nã
quatenus ex chao fiunt ipsa elementa per
productionem, videntur vnù esse princi-
più, puta chaos: at quatenus ex ipsis ele-
mentis cocuntib. fit chaos, nec solum per
aggregationem, sed per mutationem, quia
ex eis vna fit natura: videtur quòd plura
sint principia, & ista sint priora natura.
At ipse nihil dixit certum de hoc, ob id
repræhensione non caret.

Questio 1.

An si generatio non esset possibilis, altera-
tio posset esse. & de alijs circa te-
xtum difficultatibus.

Hæc

7. argum.

Hæc difficultas mouetur, ob eã, quæ
Arist. dixit tex. 1. cõtra Empedoclem, pu-
ta, si ignis non posset ex aqua fieri, nec v-
num elementum ex altero, nò esset pos-
sibile aliquid alterari, ob id quæstio ista
proponitur ab alijs, quam etiam nos elu-
cidabimus.

Est primum argumentum. Prius non
dependet à posteriori: substantia est prior
accidenti, nò ergo dependet ab eo: potest
ergo manere substantia accidenti destru-
cto: & sic potest alteratio esse, quæ est ad
accidens, sine generatione & corruptiõe
substantiæ.

2.

Secundò corù, quæ non inter se essen-
tialiter ordinantur, non est necesse, quòd
vnum non sit, si alterum non est possibi-
le: at alteratio, & generatio non ordina-
tur essentialiter, cù sit alteratio, puta deal-
batio, absq; generatione: ergo quãuis esse
non posset generatio, adhuc alteratio, &
generatio non ordinantur essentialiter, cù
sit alteratio, puta dealbatio, absq; genera-
tione: ergo quamuis esse non posset gene-
ratio, adhuc alteratio esset possibilis.

3.

Tertiò, quia aliquid est alterabile, qd
non est generabile: puta, cælum, & astra,
quæ lumen à sole recipiunt, & id conce-
dit Alex. 1. Meteororù com. 17. ergo po-
test esse alteratio, licet non esset possibilis
generatio. Hæc sunt argumenta circa ti-
tulum quæstionis,

4.

At vt simul aliæ difficultates textus ex-
plicentur, est argumentum quantum ad-
uersus id, quod de Democrito dicitur, qd
posuerit corpora indiuisibilia: videtur,
quod nullus potuerit tale dicere, quia cor-
pus omne diuisibile est, ac perinde est di-
cere corpus indiuisibile, sicut animal in-
sensibile.

5.

Quintum argumentum est contra id,
quod ex Anaxagora affectur, quod posue-
rit, partes similes esse principia, & ex a-
lia parte elementa non esse principia, vi-
detur hoc implicatio, quia elementa sunt
maximè similia, & homogenea: nò er-
go possunt habere principium.

6.

Sextum est contra id, quod dicitur, qui
plura principia ponunt saluare generatio-
nem, videtur hoc non posse fieri, quia isti
non ponunt vnum subiectum, quod ma-

neat sub vtroq; extremo mutationis, at
hoc in generatione, sicut in alteratione,
& quauis alia mutatione est necessariù:
ergo secundum opinionem horum, nò po-
test generatio consistere.

7.

Septimù est, dicitur enim, quod quæ in
uicem mutantur, habent vnam materiã:
videtur hoc falsum, elementa secundum
Arist. sunt inuicem mutabilia, at non ha-
bent vnam materiam, ergo illud princi-
pium est falsum, probatur antecedens ex
lib. 4. cæli; tex. 37. dicitur ibi tot esse mate-
rias, quot sunt elementa.

8.

Octauum est, nam tex. 2. Aristo. argu-
mentatur contra Empedocle, quòd si ele-
menta possunt mutari in chaos, possunt
mutari etiã modo, quia qualitates amissibi-
les sunt: argumentù hoc non videtur
bonum, nam secundum Arist. aquæ qua-
litates sunt amissibiles, tamen elementù
aquæ nullatenus pòt destrui. Hæc sunt ar-
gumenta quæ circa textum Arist. maio-
rem videntur habere difficultatem.

Circa quæstionem igitur est sententia Ae-
gidij in præfenti: & Marsilij, q. 4. & Alber-
ti Saxo, q. 3. quod illa propositio simplici-
ter est vera: si generatio est impossibilis,
etiam alteratio impossibilis est, dùm modo
de alteratione vera, & reali intelligatur,
puta quæ fit inter contraria.

1. sent. Alb.
Ægidij &c.

Probat Aegidius tripliciter hoc. Pri-
mo ex parte formæ sic: Quauis forma ha-
bet suas certas dispositiones, & qualita-
tes, quibus remotis, ipsa remouetur: at al-
teratio remouet dispositionem formæ,
ergo tendit in ipsius corruptionem, & sic
in generationem alterius, quamuis ali-
quando impediatur, puta, cum non con-
tinuatur alteratio.

1. ratio Ægi.
ex parte for-
mæ.

Secundo ex parte materiæ sic: omnis ma-
teria habet certam dispositionem secundum
materiam. Ergo dum quam recipit formã, & sustentat eã:
sed alteratio inducit nouam dispositionem
in materiam, quia nunquam expellitur
vnum, nisi introducatur oppositum: er-
go alteratio de se inclinatur ad aliã
formam: ergo si nò posset esse generatio,
nec similiter esset alteratio.

2. ex parte
materiæ.

Tertiò ex parte ipsius motus, nam ge-
neratio est finis alterationis: sed si nò est
finis possibilis, nec erit medium: ergo, si

3. ex parte
motus.

§§§ non

non esset generatio, non esset possibilis alteratio.

Solutur arg. Aegidij.

Hoc argumentum videtur petere principium, nam debet probari, quod omnis alteratio habeat p sine ipsam generationem, tunc enim melius concluderet. Præterea non videtur adhuc probare multum, quia generatio non est terminus intrinsecus, & specificus alterationis, sed est coniuncta cum sine specifico.

1. fundam. Nō est generatio naturaliter, nisi alteratio precedat: & sic Arist. 8. Phy. tex. 1. impossibile, inquit, est generationem esse, nisi motu. i. alteratione saltem precedente: & merito id fit: nam nō fit generatio, nisi sit dispositio aliqua in materia, quæ sine alteratione non fit. Præterea, quia nō fit generatio sine actione aliqua inter contraria, quia semper in materia præcedit opposita forma: præ quia igitur est alteratio generationi.

No. quam vim habeat rationes Aegidij.

Has rationes Aegidij debes intelligere, vigorem habere supposita philosophia Arist. nam contra Antiquos non concludunt.

2. fundam.

Duplex est alteratio, altera inter contraria, altera non &c.

At pro resolutione horum, dico aliqua oportet tamen primo supponere, esse duplicem alterationem: alteram, quæ non fit inter contraria, vt illuminatio, receptio specierum in intellectu, & sensu: huiusmodi enim qualitates, puta lumen, species, & similes non habent propriè contrarium: alteram, quæ fit secundum qualitates habentes contrarium: & hæc est duplex: aut enim qualitates sunt contrariae immediate quæ se ipsis agunt, & patiuntur, vt sunt illæ quatuor primæ, pura, calor, frigiditas, siccitas, & humiditas, & secundum has fit alteratio prima: aut qualitates non sunt immediate contrariae, nec in se agunt, secundum se: huiusmodi sunt, colores, sapor, odores, quæ nō agunt inter se, nisi ratione primarum qualitatum: & secundum has dicitur alteratio secunda.

1. Conclusio

Dico primo, quod potest aliquid esse alterabile alteratione, quæ fit sine contrario, & simul esse ingenerabile, & incorruptibile: & de hoc patet de cælo, & astris, nec de hoc est controuersia.

2.

Dico secundo, quod alteratione secundum

da potest aliquid ita alterari, vt per se nō sequatur corruptio rei. i. potest dealbari, nec dealbatio tendit in rei corruptionem per se, vnde completur dealbatio, nec res corrumpitur nec alia generatur.

3.

Dico tertio, quod alteratio prima per se tendit in corruptionem vnius, & in alterius generationem, nisi impediatur; quod est dicere, calefactio si ad suum perfectum terminum peruenire sinatur, rem corrumpit & aliam generat: & ratio discriminis harum qualitatum & secundarum est, quia qualitates primæ sunt dispositiones antecedentes formam introducendam, secundæ verò non, sed consequentes: vnde albedo, sapor, odor, licet intendatur, per se nō inducunt aliam formam: calor verò, & similes inducunt. Præterea, quia intensio primarum qualitatum non cõpatitur quancunque formam, reliquarum vero sic.

4.

Dico quarto, quod quatenus reliquæ qualitates secundæ non constant sine primis, hæc ex parte inducunt corruptionem, sed nō per se: vnde colligitur, quod quicquid est alterabile secundum alterationem primam, quam secundam, est corruptibile, vnde si nō esset possibilis generatio, nec esset corruptio, ac consequenter, nec talis alteratio possibilis: & sic patet difficultatis determinatio.

Nota explicacionem tex. Arist.

Aduerte tamen, quod si tu consideres verba Arist. & contextum, non indigebamus hac quæstione, quæ mouent Moderni: nam Arist. procedit contra Empedoc. ex suppositis ab ipso: dicebat enim duo. Primo quod qualitates sunt inseparabiles differentie elementorum, vt calor est solius ignis, frigiditas solius aquæ.

Dicebat secundo, quod ex aqua nō potest fieri ignis. Ex his procedit Arist. si non est calor, nisi in igne, ergo non poterit aqua fieri calida, nisi conuertatur in ignem, sed non est secundum Empedoclem talis mutatio: ergo nihil fiet ex frigido calidum, & sic non est alteratio. idem dicendum est de alijs qualitibus.

Ad 1.

Respondeamus ergo ad argumenta. Ad primū dico, quod quamuis substantia secundum essentiam, & naturam suam non dependeat ab accidenti, tamen quantum ad existentiam dependet, quia formæ

mæ physice non existunt in materia, nisi certis accidentibus disposita, ob id mutatio accidentium potest inducere substantiæ mutationem.

Ad 1. 1. Solutio.

Ad secundum dico primo, quod generatio est ordinata essentialiter, cum alteratione: diximus enim, non posse naturaliter dari generationem, absque præcedente alteratione: non tamen è contra, alteratio quævis est ordinata cum generatione de facto, cum sit alteratio, licet non sequatur generatio.

2. Solutio.

Dico secundo, quod de possibili loquendo alteratio secundum contraria ordinatur essentialiter cum generatione: ita, vt si vna non esset possibilis, nec altera, quia hæc est natura alterationis secundum contraria generationem, & corruptionem, ex se inducere, vt explicuimus.

Ad 3.

Ad tertium patet solutio ex dictis, nō enim est sermo de illa alteratione, quæ non fit secundum contraria propriè.

Ad 4.

Ad quartum respondeo, quod dupliciter aliquid est indiuisibile, vno modo, quia nullam habet extensionem, sicut punctum, quod dicitur indiuisibile mathematicè: altero modo, quia habet quidem extensionem, tamen sub minori non potest consistere, quod dicitur indiuisibile physice, & nimum naturale, de quo locuti sumus. 1. Physic. hoc autem indiuisibile non repugnat esse corpus, & huiusmodi erant corpora indiuisibilia, quæ ponebat Democ.

Nota circa sententiam Democ.

Aduerte autem, quod de his indiuisibilibus quatuor dicebat Democ. Primò esse corpora, quia cum ex ipsis continuum componatur, & corpus: nisi ipsa essent corpora, corpus cõficeretur ex non corpore, quod absurdum, & impossibile putabat. Secundò dicebat esse indiuisibilia, ne si diuisibilia essent, componeretur ex alijs; & sic non essent ipsa principia. Tertio dicebat esse diuersarum figurarum, vt posset ex eis rerum varietas prouenire. Quarto esse infinita, vt innumeræ rerum differentie considerent.

Ad 5.

Ad 5, notat Aegid. quod Anax. posuit homogena in duplici differentia, quædam apparentia tantum, qualia illa, quæ p se ferentia constant, vt lignum, caro, æreus & reliqua: cundum Ana.

quædam verò quæ non per se sunt, quales sunt athomi, ex quibus quæque res constat: modo elementa existimabat esse homogena, apparentia tamen, nō vera, cum composita sint: vera autem similia erant principia, & sic ponebat ignem verè homogenum, puta illas athomos ignis, & ignem apparentem, & hic erat elementum, & sic de alijs.

Ad 6.

Ad sextum aduerte quod nō dicit Arist. quod poterant hi, qui plura principia ponunt, veram generationem ponere, imò nec generationem, nec alterationem vllam propriam esse, secundum ipsorum sententiã probauit, sed dicit, quod poterat ponere modos aliquos destructos generationis, & alterationis, sed illa generatio per cõgregationem non est vera naturalis, potius est artificialis: res enim artificiales ex pluribus actu existentibus compositæ sunt: & sic isti de rebus naturalibus dicebant: at non ita est, vt dicitur inferius.

Ad 7.

Ad septimum, facilis est solutio: est enim dupliciter materiam considerare. Primò secundum se, ac nudam in substantia sua, & sic vna est omnium generabilium. vt dicitur in presenti, & alibi disputabitur: secundò potest considerari cum dispositionibus ad formam, & sic dicitur multiplex, eò quod variæ sint dispositiones, pro varijs formis: & sic loquitur Arist. 4. de cælo; nulla est ergo contradictio.

Ad 8.

Ad octauum dico, quod nō cõcludat contra Emped. quod totum elementum destruat, sed quod secundum partes saltem: hoc enim modo dicit Arist. quod elementa se mutuo corrumpunt secundum partes, nunquam secundum se tota. Hæc de quæstione.

Cap. II.

Omninò itaque de generatione.

Tex. 4.

Sententijs philosophorum distinctis, & enarratis, iterum intentionem suam repetit, nepe se dicturum de generatione, an sit, & quò fiat. i. quib. ex causis sit: & similiter de alijs motibus, de augmentatione, & de alteratione, quas vocat simplices motus, vt distinguat à generatione, hæc enim non est simpliciter motus, sed

Intentio Arist. de quib. i. reb. sit acturus.

scilicet 2

secundum quid ratione materiae, quae ipsius est subiectum, ut diximus li. 5. Physic. Plato igitur solum de generatione. Tex. 5.

Reprobatio antiquorum in tracta. de generatione ac ac. 1. Pla.

Antiquos reprehendit, qui parum de his tradiderunt, & primo Platonem, qui quamuis laudem inter alios meruerit, quod solus de generatione sit locutus, tamen in tribus defecit. Primum, quia de generatione tantum quid sit, disputauit: sed an sit, nihil probauit. Secundum, quia non de omni generatione, sed solum de ea, quae est elementorum locutus est: de generatione autem mixtorum, quae diuersa est, non curauit. Tertium, quia de alteratione, & augmentatione, nihil dixit, ob id insufficientis fuit in doctrina praesenti.

Reprehensio tractat. aliorum antiquorum.

Etiam antiqui alij sunt arguendi. Primum, quia superficialiter omnes locuti sunt, nec causas attigerunt, praeter Democritum. hic enim de omnibus curauit. i. tractauit de omnibus, & attigit horum omnium difficultates, & adhibuit responsiones, quauis in modo respondendi differat, a nobis, nec veritatem habeat: satis tamen quod sit omnium meminuit, tamen adhuc cum alijs defecit, & quia nihil dixerunt de augmentatione, nisi quod quilibet, quauis rudis diceret: puta, quod augentur res per sibi similia, at quo pacto nihil amplius dicunt. Praeterea etiam de mixtione nihil dixerunt: similiter nec de actione & passione naturali: fuerunt igitur diminuti, videtur textui conformius, quod in his non arguatur Democritus, quia dicitur est curasse de omnibus, sed alij philosophi omnes.

Democritus autem & Leucippus.

Quo Democritus explicat mutationem generationem &c.

Quia Democritus de omnibus curasse dictus est, quo pacto id sit, explicat: ista, u. cum Leucippo, per illas atomos explicabat mutationes: nam per congregationem illarum generatio, per disgregationem corruptio fiebat: ordinis autem, & positionis variatione erat alteratio, ut superius explicuimus. Vterius, ut melius exponeret causam effectuum naturalium, quia ipse putabat omne quod apparet, ita esse, sicut apparet, & infinita existimabat apparere: ob id atomos posuit infinitas

figuras differentes, ut vnamet res possit varijs apparere varia, collum colubae modo vnus, modo alterius colore apparet secundum situm, diuersitate, quod ita esse putabat Democritus. & hoc diuersae figurae atomorum tribuebat.

Et hinc etiam proueniebat, quod per substantiam vel additionem quamuis minimam factam rei, fiebat in re diuersitas: similiter per transpositionem, vel ordinis mutationem, sicut ex eisdem literis conficitur comedia, & tragedia: tamen quia varia est dispositio, & illae diuersae sunt inter se.

Hic erat difficultas, an omne, quod appareat, sit, sed aliena est admodum difficultas a proposito: sat sit modo intelligere, quod omnibus inconfesso est, non omne, quod apparet, verum esse.

Nota.

Quoniam autem videtur ferre omnibus. Tex. 6.

Reiecta opinione singulari non distinguuntur generationem ab alteratione in posterum, nunc contra communem opinionem conuertit se: erat enim opinio communis Democriti, puta, per congregationem fieri generationem, atque per ordinem, & propositionis variationem ipsam alterationem: est igitur hoc examinandum, an generatio sit per congregationem.

De Democriti opinione.

Difficultatem huius proponit, dicitque esse multas rationes pro utraque parte facientes rem dubiam: si enim dicatur, generationem esse congregationem, multa sequuntur impossibilia: si uero negetur id, sunt rationes fortes, & quae facile soluntur, quibus probatur, quod si generatio non est congregatio, aut non est, aut est alteratio: ob id hoc soluere tentandum est, & veritatem generationis aperire.

Principium autem horum omnium est. Tex. 7.

Ad difficultatis propositae solutionem, duas quaestiones proponit determinandas: prior est an sint magnitudines indiuisibiles, ex quibus fiunt generationes, alterationes, & augmentationes, & harum opposita, puta corruptiones, & diminutiones.

1. quaestio. An magnitudines sint indiuisibiles.

minutiones, an non, sed nulla sit talis magnitudo indiuisibilis: plurimum autem refert hoc ad difficultatem propositam: nam si probatur non esse has, tunc opinio horum corrumpit, quod per congregationem fiat generatio.

2. quaestio. An haec indiuisibilia sunt corpora, an superficies, ut dicebat Plato.

Posterior quaestio est, an dato, quod sint tales magnitudines indiuisibiles: sicut ponit Democritus, corpora: an sicut ponit Plato, superficies: ponebat enim Plato corpora ex superficiebus indiuisibilibus componi.

Hoc igitur ipsum, ut & in alijs.

Comparatio opinionum Democriti & Platonis quod sit Democritus ratio habilior.

Comparat opinionem Platonis, & Democriti. ut secundam quaestionem absoluat, dicitque opinionem Platonis esse irrationabilem, ut dictum est, & probatum de caelo: est autem opinio Democriti probabilior: nam rationabilius est, corpora esse ex corporibus composita, quam ex superficiebus: non tamen ob id opinio Democriti est vera: nam etiam ipsa irrationabilis est, tamen minus, quam Platonis opinio; & causa huius est, quia Democritus reddit aliquam rationem per illa corpora generationis & alterationis, eo modo, qui dictus est, puta, per congregationem, aut transpositionem atomorum diuersarum figurarum: & sic Democritus dicebat colores, & reliquas omnes qualitates non esse aliud, quam atomorum varias dispositiones, quibus mutatis, istae qualitates diuersae apparent. At Plato non poterat per superficies horum reddere rationem, quia ex superficiebus non fit nisi solidum mathematicum, non autem passio, aut affectio vlla Physica, quemadmodum fit ex corporibus, quae ponit Democritus.

Causa autem, quare minus possunt.

Cur Plato peius fuerit opinatus, quam Democritus.

Posses dubitare, quare Democritus protulit sententiam, qua posset respondere aliquo modo ad omnes has difficultates: non autem Plato, cum fuerit sapientissimus. Respondit ad hoc Aristoteles, quia Democritus fuit magis expertus in his effectibus naturalibus: qui autem sunt magis experti, cognoscunt plures affectus, & sic possunt proferre sententiam, qua om-

nibus satisfiat. At qui solum rationibus vniuersalibus contenti, non considerant existentia, id est, singularia, vno, aut altero oblato, facile proferunt sententiam; huiusmodi autem fuit Plato: erat enim magis in rebus abstractis occupatus. In hoc monemur, ut in Physicis rebus, quoad fieri possit, sensum consulamus, & rationem cum eo coniungamus.

Videbit autem quis, & ex his. Tex. 8.

Ne quis diceret, vnde comperitur Democritum esse magis expertum Platone: dicit, quod huius probatio non est longae petenda, sed ex singulorum rationibus, quas pro sua opinione quisque adducit, haberi potest: Platonis enim ratio ista erat, si non esset magnitudo indiuisibilis, sed quaelibet esset diuisibilis, quod quod triangulus esset diuisibilis, quod est falsum, est enim prima omnium figurarum, quae non ex alijs constat, nec in alias diuiditur: sed ista ratio, quid omnino facit ad res Physicas, quae in materia sensibilibus sunt: est enim aliena, cum sit mathematica. At Democritus ex proprijs procedebat, & physica ratione suam opinionem probabat, ut patebit.

Magis fuit in reb. physicis expertus Democritus, quam Plato.

Ratio, quam Plato putabat magnitudinem aliud esse indiuisibile.

Nota.

Inutile mihi prorsus videtur Platonis sententiam explicare in praesenti: tum quia ad libros de caelo hoc pertinet: tum quia cum metaphysice saepe loquatur, more Pythagoraeorum, alium habet forsitan sensum, quam Aristoteles explicat: sed parum hoc refert.

Habet autem dubitationem, si quis ponat corpus.

Rationem Democritus ponit, qua esse corpora indiuisibilia probat, ex quibus componitur corpus physicum: breuiter autem rationem, quae ex textu deducitur, haec erat: sumebat enim vnum ex sententia aduersariorum; qui enim dicunt, non esse magnitudinem indiuisibilem, dicunt corpus esse diuisibile semper potentia omni ex parte, ita, ut non sit ad vllam particulam ita minimam deuenire, quin illa sit potentia diuisibilis. Ex hoc sumebat vnum, quod si continuum omni ex parte potest diuidi, ponatur in esse ista diuisio: nam possibi-

Ratio Democriti, quam ponebat corpora indiuisibilia.

lis positio in esse nullū debet sequi impossibile: supposita igitur hac diuisione, construebat argumentum tale: id, quod facta diuisione superest, vel est nihil, vel punctum indiuisibile, vel magnitudo diuisibilis, vel magnitudo indiuisibilis: tria prima esse nō possunt, erit ergo quartum: & ita habetur intentum, quod non esset nihil: probabat, quia totum esset nihil, ex nihilo enim fit nihil: quod nō esset punctum probabat, quia punctū puncto additum, non facit maius: quod non esset magnitudo diuisibilis, etiam probabat, quia tunc nō esset completa diuisio, vt supponebatur: superest ergo quod sit magnitudo indiuisibilis. Hoc est argumentum Democ. Sed literam particulariū exponamus.

Explicatur rar. Democ.

Fundamēt. rationis.

Proponit igitur Democ. fundamētum dicens, quod si quis docebat, corpus vndiquaq; diuisibile esse, & hoc esse possibile, videtur profectō, quod debeat etiam concedere, quod possit esse in actu totū diuisum, quamuis non simul sit facta diuisio, sed paulatim fiat, & quamuis per medias partes fiat: nam repetendo diuisiones, tandem ad actum reducitur totū id, quod erat potentia diuisibile: quod si nullus vnquam diuidet, fat est, quod id sit possibile: & ex tali positione non sequatur impossibile, sicut nullus diuidet granum in decē mille partes, tamē id diuisum esse, non est impossibile: detur ergo vel intellectu, vel re, quod sit corpus omni ex parte diuisum, sicut erat in potentia: tunc est argumentum Democ. Quoniam ergo vndiquaq; est tale corpus.

Explicatio rationis.

Diuisione admissa, id, quod superest, non erit magnitudo diuisibilis, quia tūc non esset facta diuisio integra, cum illa superesset diuidenda, nec similiter erit illud nihil, quia tunc totum ex nihilo fieret, & ex nihilo esset compositum: & sic ipsum nihil esset verē, nisi solum secundum apparentiam; quod est impossibile: nec similiter erunt puncta, quae ex diuisione resultant, quod probat, quia puncta cum sint non quanta, cum copulantur, & in vnam magnitudinem rediguntur, non facient maius, aut minus, sicut & in

diuisione, vno aut pluribus ablati, non minuitur quantum: si ergo in diuisione non faciunt minus, nec profectō in compositione facient quantum.

Sed & si quid veluti rasura.

Excludit Democ. aliqua, quae poterant responderi. Primō dici poterat, quod ex diuisione nihil superest, quia totū abiit in rasuras; id est, in eas particulas, quae ex sectione corporum restant. Contra hoc replicabat, quia cum illud sit corpus, adhuc erit diuisibile, & sic non absoluitur difficultas.

Excludit etiam aliud, quod dici poterat, puta, quod puncta componunt corpus, ratione alicuius qualitatis, quam habent, & haec in diuisione amittitur & recedit, & sola manent puncta, itaque magnitudo non est aliud, quam puncta sic affecta. i. talem habentia qualitatem: tūc replicabat, quia ex non magnitudinibus componeretur magnitudo, puncta enim sic affecta, adhuc quanta non sunt.

Et nota, quod in his textibus, puncta multa sortiuntur nomina; dicuntur enim puncta, diuisiones, tactus, signa, & indiuisibilia; quae omnia idem, quamuis varijs rationibus significant.

Amplius autem vbi erunt.

Quia illa pars argumenti, quod ex punctis sit compositio corporis, erat multorum opinio, insistebat contra eam agere Democ. ac tripliciter contra ipsam argumentabatur. Primum argumentum continetur in his verbis, quae dupliciter possunt legi, vt notat Philop. Primō, interrogatiuē: & tunc argumentum est tale: quem locum occupabunt ipsa puncta? non enim erunt sursum, cum non sint ignis; nec deorsum, cum nō sint aqua; nec alibi, cum non sint corpus naturale. Pretereā, non erunt mobilia, quia non habent, quo moueātur, nec immobilia, quia tunc non conuenirent ad compositionē corporis: non est ergo possibile, quod ex his componatur corpus.

Possunt legi etiam eadem verba assertiuē, & tunc est sensus, puncta diuisa occupabunt locū: nā aliter esset vacuus locus totius diuisi, sed cū incorporea sunt, non

Excluditur a Democ. solutiones, q. dari poterant.

Nota.

Varia lectio

i. Ratio. Democ. ad rogatiuē: & tunc argumentum est tale: pbandū ex punctis nō componi corpora.

non possunt occupare locum: ergo non componitur ex his corpus.

2. Ratio.

Alterum argumentum. Cū taxio est, est ibi vnus tactus, & duo, quae se tangūt, quasi non sit idem tactus, & punctum, ac ea, quae se tangunt: ergo praeter puncta aliud est in corpore. Existimo, sensum argumenti esse hunc, in cōtinuo est vnum commune punctū, ratione cuius duo se tangūt & continuātur: ergo aliud est punctum ab his, quae se tangunt: & sic praeter puncta aliud est in continuo, ex quo componitur: si enim omnia essent puncta, quomodo possent vnum commune summi vtrique continuato?

Amplius si cū diuisero.

1. Ratio.

Tertium faciebat argumentum. Cū diuiditur aliquid in partes, ex partibus rursus coniunctis sit aequale, at ex punctis id non fit, ergo nō est diuisio in puncta: minorē probat, quia si a continuo quodcunq; punctum auferatur, nō minuitur, cū sit non quantum: ergo nec postea auget, nec facit aequale, quia aequa est ratio diuisionis & compositionis.

Omni quaq; igitur diuisum est potentia.

Repetitio argumenti principalis cōcludentis corpora componi ex corporib. indiuisibilibus.

Remisit argumentum principale: si ergo corpus omni quaq; diuisibile, diuisum sit, quid erit reliquum? si enim est aliqua qualitas, vt dictū est, quomodo ex qualitate componitur corpus, aut quomodo puncta & qualitas ista separātur? vt diximus prius: cetera praetermittit & concludit, quod corpus componatur ex corporibus indiuisibilibus.

Haec est ratio Democ. quae quamuis sit magis naturalis, quam ratio Platonis. Addit tamen Arist. quod adhuc est ista sententia impossibilis, vt probatur 3. de Caelo.

Sed haec soluere tētandum est. Tex. 9.

Solutionem argumenti adhibere intendat, in cuius declarationem aduerte, quod ista propositio, continuum potest diuidi secundum quamlibet sui partem, habet duplicē sensum: alter est, vt nulla sit pars, in quam diuidi non potest, qui sensus dicitur distributiuis: alter est, vt diuidi possit simul in omnem suam partem; qui sensus est copulatus. Est exemplū dē quālibet Philo. homo est capax omniū disciplina sui partem. duplicem sensum habet: alter est, quod homo sit capax cuiusq; ita, vt non sit vlla, quā non possit capere: alter est, quod oēs simul scientias collectiuē possit capere: ita similiter de diuisibilitate cōtinui in omnē suā partem: prior sensus est verus, posterior falsus & impossibilis, & hunc sumebat Democ. ob id argumentū procedit ex impossibili supposito.

Solutio Arist. ad rationē Democ. Nota duplicē sensum illius propositionis cōtinuum potest diuidi secundum.

tem; qui sensus est copulatus. Est exemplū dē quālibet Philo. homo est capax omniū disciplina sui partem. duplicem sensum habet: alter est, quod homo sit capax cuiusq; ita, vt non sit vlla, quā non possit capere: alter est, quod oēs simul scientias collectiuē possit capere: ita similiter de diuisibilitate cōtinui in omnē suā partem: prior sensus est verus, posterior falsus & impossibilis, & hunc sumebat Democ. ob id argumentū procedit ex impossibili supposito.

Aduerte vterius, quod cū dupliciter possit intelligi illa potētia, qua continuum est diuisibile secundū omnē suā partē, vt dictū est: & vt potentia cadat supra omnem partē distributiue, & vt cadat copulatiue & collectiuē, sic duplex respondet actus: si enim sit in potentia, vt secundū quālibet sui partem diuidatur copulatiue, tunc actus erit, quod diuidatur secundum hanc, & secundū quācunq; datā: & hoc verū est. At si potentia sumatur collectiuē, tunc actus est: quod sit totaliter diuisum: hoc autem est impossibile.

Ex quo patet Democ. error: nō enim sic continuum omni ex parte diuisibile, vt possit in quālibet copulatiue, & collectiuē simul esse diuisum, sed quod nulla sit pars, in quam nō possit esse diuisum, nō tamen in omnes simul.

Ad text. accedamus. Dicit, quod non est inconueniens dicere, quod continuum est diuisibile secundū quālibet sui partē, & etiā simul esse indiuisibile. Tu intellige diuisibile modo priori, indiuisibile vero modo posteriori, puta secundū omnē partem copulatiue & collectiuē. Statim vterius addit, quod est id potentia, id est actu. i. vnum quodq; esse reducendum ad eum actū, ad quem erat in potētia, vt declarauit: & in hoc errauit Democ. qui reducebat ad actum, vt totaliter simul continuum esset diuisum, non tamen sic erat potentia diuisibile.

Si enim est possibile, & si fiat, non tamen.

Excludit sensum illius propositionis, quem sumebat Democ. repetendō idem sensum diuisiois copulatiue. Excludit quem sumebat Democ. repetendō idem sensum diuisiois copulatiue. Excludit quem sumebat Democ. repetendō idem sensum diuisiois copulatiue.

Nota potētia, qua continuum potest diuidi in omnē suā partē duplicem respondere actu. sc. copulatiue & distributiue.

Error Democ. ex quo eius ratio soluitur.

Explicatio textus.

quālibet sui partem, vt sit diuisum totū omnino, non vt aliquo modo sit diuisum, aliquo non, vt dictum est, sed omni ex parte, tunc sequitur argumentum Democ. quid enim post hanc diuisionem reliquum erit? aut enim erit nihil, aut puncta, & sic corpus resoluetur in non corpus, & componetur ex punctis, quod est impossibile.

Neque itaq; successiue diuidenti.

Prosequitur argumentum Democ. quod nō erit diuisi infinita in partes minimas, nec quālibet pars erit indiuisibilis semper, erit ergo standum in magnitudine indiuisibili: argumentum enim est: si non statim ad nihil, nec ad puncta, nec ad infinitas partes, ergo oportebit deuenire ad magnitudines indiuisibiles, & inuisibiles, ob earū paruitatem, & harum congregatiōe generatio, disgregatiōe verō, corruptio erit: sic ratiocinabatur Democritus.

Dicit tamen Arist. quod est latens fallacia in ratione: nam cum punctum puncto non sit continuum & immediatum, ipsum compositum aliquomodo est in omnem partem diuisibile, aliquomodo non: est quidem, vt diximus, diuisibile secundum quācumq; partem datā, non tamen secundum omnem collectiue: si enim punctum puncto esset immediatū, esset vtiq; secundum quālibet partem simul diuisibile, at quia non est, non ita fit, vt Democritus sumebat.

Videtur autem, quando hoc positū.

Dubium proponit contra dicta, dictū enim est, quod diuisio potest vbiq; & secundum quālibet partem fieri, quāuis non simul secundum omnem: videtur ergo quod linea ex punctis, vel tactibus composita sit: patet, vbiq; enim diuisio potest fieri, & diuisio non fit nisi in puncto, seu supra punctum: ergo vbiq; est punctum, igitur tota linea ex punctis est, & magnitudo ex omnino indiuisibilibus: & ita diuideretur magnitudo, vel in puncta & indiuisibilia, vel in nihil.

Hoc autē vt inest, in omni parte est.

Dubium soluit Arist. pro cuius solutione aduertit, quod linea & magnitudo

quāuis, est vnum ens actu, nec debes imaginari in ea esse puncta, vt accidentia realiter distincta: est enim totum vnum actu ens, fit plura per diuisionem, & sic sunt potentia puncta plura: cum igitur sic sit, magnitudinem vnam actu, vbiq; libuerit, poteris diuidere, & punctum sumere: at cum semel diuisa est, si iterū velis diuidere, necessariō relinques particulam aliquam inter punctū prius, & quo modo facis v.g. fit linea AB. poteris vbiq; diuisionem facere: si autem facias semel in C. non poteris aliam diuisionem facere, quin relinques partem intermediam inter C. & punctum, super quod diuidis, puta, E, & hoc, quia nō licet duo puncta actu immediata sumere per diuisionem.

Habet igitur illa propositio, vbiq; est diuisio, vel vbiq; est puncta, duplicem sensum: alterū, quod in linea possis quācumq; diuisionē facere, siue hanc, siue illam, & incipere vnde libuerit: & iste est sensus verus: alterum, quod post vnum punctum & diuisionem, facias alteram illi immediatam, & hoc est impossibile; quia per priorem diuisionem separasti actu partes, per secundam impossibile est, quin diuidas nisi in partes, & sic vna medietas inter punctum prius, & quod medietas est sumptum.

Ad textū accedamus. Dicit ergo, quod hoc, quod est in omni parte, est diuisio, siue punctum, habet sensum hunc, quod vbiq; per totam magnitudinem potest fieri diuisio secundum partem, quā libuerit sumere, vel est vnū punctū, id est, vbiq; potest sumi vnum punctum, similiter cum dicitur, est omne diuisibile, intelligitur, quod quacumque ex parte diuisio fieri potest, et hoc significat illud [sic omne, vt vnumquodque] vel potest referri ad punctum; idem enim est referre ad diuisionem, vel ad punctum: nam diuisio fit supra punctum: si ergo ad punctum referatur, est sensus, quod sic omne punctum sumi potest ad diuisionem, vt vnumquodq; per se, & hoc totum verum est, non tamē est sensus verus, quod vbiq; diuisio est punctum. i. quod diuisioni factę alia sit immediata, ita, vt non

Nota, quō sit puncta in linea.

A C E B.

Nota, quō sit verū, vbi que est punctū in linea, & vbiq; diuisio esse potest.

Expositio textus.

Repetitur rat. Democ.

Fallax ratio Democ. ostēditur.

Obiectio de linea, q̄ ex punctis composita videtur.

Solutio obiectiōis.

relinquatur magnitudo media: tunc n. punctū puncto esset immediatum, quod est impossibile: sic igitur est diuisio, & similiter compositio: vt enim secundum duo immediata puncta nō licet actu diuidere, cum non sint, sed relinquatur inter mediū, ita nec ex punctis est compositio ipsius totius. De hac re diximus lib. 6. Physic. ob id modō prætermittitur.

Quare est & congregatio & segregatio.

Unde congregatiōem, & segregatiōem esse non negat: sed quomodo docet Democ. est enim duplex discrimen. Primum est, quod Democritus ponebat congregatiōem ex magnitudinibus indiuisibilibus: at Arist. non, quia non admittit continuum posse esse diuisum simul secundum omnes suas partes, sed segregatiōi partes maiores, & minores, vt per diuisionem fit, non tamen indiuisibilis: similiter est harum partium congregatio, & copulatio, vt notum est.

Nota.

Dicit autem, quod si punctum puncto esset immediatū, tunc posset continuum esse diuisum in omnem suam partem, quia cū perueniretur ad immediata puncta, cessaret diuisio: at quia non sic sunt, nec oportet deuenire nisi ad puncta, inter quæ semper medietas indiuisibile, non potest simul esse diuisum.

Sed non simplex & perfecta generatio. Tex. 10.

Alterū discrimen est, quod illam congregatiōem vocabat Democritus, generatiōem: cum aut facta congregatiōe fit mutatio in ipsis atomis, dicebat alteratiōem. At Arist. dicit, quod in vtroque errat, quia generatio, & alteratio nō fiunt, nisi mutatione vnus in aliud, & non congregatiōe: vt cum ex aqua fit mutatio in ignem, generatio est, non per congregatiōem, sed quia id, quod erat aqua, fit ignis, quam alij existimabant alterationem, sed non est.

In quo differat generatio ab alteratiōe, & congregatiōe & segregatiōe.

Distinguit aut generatiōem ab alteratiōe, quāuis vtraque sit mutatio vnus in aliud: dicit, quod in composito est ratio, id est, forma est materia, & sunt passiōes, cum sit mutatio in materia se-

cundum formas, hæc est generatio: cum verō est mutatio in composito secundum ipsas passiōes illa est alteratio: non tamen est generatio congregatiō, nec segregatiō corruptio: verū est, quod sunt dispositiones ad corruptiōem vel generatiōem: nam quod diuisum, & segregatum est in minores particulas, expositum magis est corruptiōi: vt cū aqua in minutissimas guttulas diuisa est, citius in aerem conuertitur, quā cum tota coniuncta: non tamen ob id segregatiō corruptio est: sed de hoc remittit se ad sequentiā: nunc ista dicta tantū vult, vt contra Democ. explicat congregatiōem, & segregatiōem nō esse generatiōem, nec corruptiōem, vt expositum est.

Dubitatur. An si esset ista corpora indiuisibilia, possent dici principia generatiōis rei. Respondeo nullo modo, ppter thoma etiā duo; alterum est, quia illa congregatiō illorum corporum, nō esset generatio, sed potius augmentū, quia non fit de nouo ignis aut substantia aliqua, sed potius crescit, & fit maior, si illa corpora actu præcedunt: vnde sicut additio pluriū partium aquæ non dicitur generatio, quia præcessit aqua, ita nec illa congregatiō. Verum quidē est, quod illa essent principia corporis, qua parte quantum est, & continuum, sed nō qua parte substantia. In hoc autem errabant Antiqui: non enim cognoscebant substantiā de nouo productionē, ob id talem generatiōem præexistentiū ponebant, quæ nō est substantiæ generatio, sed continui incrementum.

Alterum etiam propter quod non est generatiōis principii atomus, & magnitudo hæc, quia quæuis pars est tam composita secundum substantiam, sicut cōtinuum totum: quæuis enim particula ignis, aquæ, & aliorū est adhuc ex materia, & forma composita, nō ergo principium est, debet enim principium esse simplex, & incompositum.

Quod si obijcias Antiqui nō admitterent hanc compositionē materiæ, & formæ. Respondeo. licet non admitteret, saltem faterentur, quod ista pars, quo ad substantiam est æqua, & tanti actus, sicut est composita ipsa: quæuis non secundum quantitatem,

Dubium. Corpora a thoma etiā si essent, nō possent esse principia generatiōis.

Obiectio. Solutio.

T tr itatem,

titatem, & sic nō potest esse principium substantiæ, sed quæ titatis: unde non erat illa congregatio vilo modo generatio. Hæc satis de opinionibus Antiquorum.

CAPVT III.

Determinatis autem his primo speculandum. Tex. 11.

Quæstio Arist. an aliquid simpliciter generetur.

Riectis Antiquorum sententijs, aggre ditur veritatem generatiōis de terminare, & quæstionē circa hoc proponit: an aliquid simpliciter generetur, id est, an fiat de nouo aliqua substantia, vt exponit Philop. an non sic, sed qd generatur, semper accidens est, quod subiecto supposito ex aliquo fit, vt ex sano agrum, ex laborante sanum, ex magno paruum, & reliqua.

Ratio pro parte negatiua.

Ponit argumentū pro parte negatiua. Si generatur aliquid simpliciter, ex non ente simpliciter generabitur, ergo erit nō ens in quibusdā: probat à simili. cū enim generatur aliquid albū, generatur ex aliquo, quod sit non album, & cū sanum generatur ex eo, quod est non sanum: ergo cū simpliciter sit ens, generabitur ex aliquo, quod sit nō ens: & hoc est, quod dicitur non ens in quibusdā id est, erit aliquid subiectum, qd recipiat negationem entis, ex quo fiat generatio. Quod autem hoc nō possit esse, manifestus probat in sequētibz vbi bis textus. Ipsam aut simpliciter, aut primum.

Obfermat ratio ex distinct. verb. simpliciter.

Distinguit verbum simpliciter: aut enim per simpliciter ens, intelligitur principium ens. s. substantia, cū dicitur, sit simpliciter ens, aut per simpliciter intelligitur, vniter saliter, quodcunq; ens, & etiā in isto sensu adhuc includitur substantia: tunc si sit substantia, ergo ex non substantia, sed non substantia nihil est, ergo fieret ex nihilo, quod est impossibile: maior est nota, minor probatur, quia quod non est substantia, nihil erit aliorum prædicamentorum, quæ non sunt, nisi in substantia, erit ergo nihil.

Solut. quæstionis & rationis allatæ.

Respon. breuiter resumendo, quæ dicit in Physicis: quod generatur simpliciter sit ex ente, & ex non ente simpliciter, id est, ex aliquo. s. materia, quæ & est ens, & nō ens simpliciter, sed diuersimod.

dè: est enim ens potentia, nō ens actu: & sic nō fit ex nihilo, quod simpliciter sit.

QVAESTIO I I.

An quod simpliciter generatur, ex non ente generetur.

Difficultas ista est principalis in hoc textu, propterea ipsam examinandam separatim sumimus: est autem titulus quæstionis notus ex textu: sed est argumentum primum, quod simpliciter sit, totum sit, sed eius quod totum sit, nihil ante præfuit, ergo quod simpliciter sit, ex nullo fit, & non ex ente.

1. Argum.

Attende aut, quod cū dicitur, quod fit, ex ente fit, non dicimus, quod fit ab ente, puta causa efficienti: hoc enim in dubium nō vertitur: sed ex ente fit, id est, ex aliqua materia manente in re; & circa hoc est quæstio.

Nota.

Secundum argumentum est: forma fit; quia ante nō erat, & de nouo est: at non fit ex aliquo. Probatur, nam maximè fieret ea materia: at materia: nō est pars formæ, ergo ex nihilo fit illa forma.

2.

Tertiò, agens facit formā, quæ est maioris entitatis, q materia, ergo faciet ipsā materiam: ergo tota res potest produci.

3.

Quartò dices pro sano, quod cū forma producit, tunc educitur de potentia materia, & eb id non fit ex nihilo. Contra; lumen producit in aere: similiter species coloris, & sensibile in medio, & species in intellectu, tamen nō educitur de potentia subiecti, vt communiter dicitur, ergo tota res produci omnino potest.

4.

Quintò contra id, quod dicit Aristot. quod generatio fit ex ente in potentia, videtur falsum experientia: quod enim generatur, ex aliquo ente in actu generatur, vt ex igne fit aer, ex aqua terra.

5.

Præterea ratione probatur: omnis generatio est coniuncta cum motu antecedenti, & alteratiōe: sed omnis alteratiō, nis subiectum est ens in actu, & compositum, ergo generatiōis etiā subiectum est ens actu.

1. Fundam.

Aduerte primò, quod antiqui Philosophi non cognouerūt, aliquid posse de nouo produci ita, vt sit id, quod ante nō erat, sed solum productionem putabant, quod.

Veteres nō cognouerūt aliquid posse de nouo produci.

quod apparet ea, quæ ante non apparebant, & quod essent aliter, quàm antecrant: & sic existimarunt, omnes res actu præcedere, & solū mutari secundum modum quendam, puta congregationem, vel segregationem, raritatem, vel densitatem, hoc autem affirmabāt, quia sibi per sua serant, nihil posse fieri ex nihilo, quod si res in actu de nouo emergeret, videbatur illis esse necessarium, quod ex nihilo fieret.

Modus philosophandi Aristot.

Arist. verò consentiens (maximè in rebus omninò Physicis: nam de cæteris alibi) principio illi, ex nihilo fieri nihil, & simul conuictus experientijs, quibus aliquid de nouo fieri cōponebat, modum philosophadi inuenit, quo vtrunq; coniungeret: dixit enim, quod quæuis substantia habet duas partes, ita, vt neutra per se, sed simul vtraque sit ipsa res, vna pars est ingenerata, quæ materia est, altera est de nouo, & forma dicitur.

Omnis productio naturalis est cū mutatione.

Vult ergo, quod substantia ratione vnus. s. materia, nō sit de nouo, sed præexistat, ratiōe verò alterius producat, & de nouo sit: illa aut pars præexistens est in potentia ad alterā, quæ de nouo est, & sic fiet, qd sit productio de nouo, cū sit quod ante nō erat, & non sit ex nihilo.

2. fundam. Aliquid fieri simpliciter duos habet sensus, s. Sensus.

Hinc docuit Arist. quod omnis productio naturalis est cum mutatiōe, quia quod acquirit esse, nō illud acquirit, nisi cum mutatiōe subiecti præcedentis, cū tota res, quæ sit, non sit secundum se totam facta. An verò esset aliqua productio, in qua tota res fieret, non agnouit Aristot. saltem de productione naturali. Nos verò fatemur, productiōes esse, quibus tota res fit, absque mutatiōe, & dicuntur creationes, sed tales non sunt cōcessæ agentibus naturalibus, de quibus est sermo in præfenti.

Aduerte secundò, quod ex hoc sequitur, hanc propositionem, aliquid sit simpliciter, posse duos habere sensus. Alter est, quod tota res fiat secundum quodlibet sui, vt si materia, & forma rei simul ab agente producerentur, & tunc esset creatio: dico autem secundum quodlibet sui, quia vt tota res produci dicatur, & creari solum, hoc necessarium est, quod

secundum omnes partes suæ naturæ intrinsecus producat: & in hoc sensu nō conceditur ab Arist.

2. Sensus.

Alter sensus est, quod res producat simpliciter, id est, fiat ens simpliciter, & perfectum, quod ante nō erat, vt cū fit ignis leo, vel substantia alia, dicitur fieri simpliciter; quia fit ens perfectum: & sic in præfenti sumitur.

Nota duplicem terminum à quo.

Vbi aduerte, quod cū terminus à quo, & ad quem mutatiōis opponatur, sic ut est diuersus terminus ad quem illius mutatiōis secundum duplicem sensum, ita est diuersus terminus à quo: si enim dicatur tota res fieri secundum quodlibet sui, tunc terminus à quo erit nihil illius: & sic, quod totum sit secundum se totum, ex nihilo fit. At si dicatur, simpliciter fieri, quia fit ens perfectum, tunc terminus à quo erit imperfectum, & ita est: quod enim generatur ex imperfecta substantia, id est, est materia, fit perfectum ratione formæ nouæ.

1. Conclusio. Aliquid de nouo generatur, nec actu præcedunt omnia, vt volebant antiqui. Hæc conclusio experientijs certis conuincitur, quibus maxime inuincitur Physicus. Duo mihi videntur conuincere, aliquid de nouo produci, similiter & corrupti. Alterum est

1. Ratio.

regressus difficilimus eorum, quæ corrumuntur, præsertim viuentium. v. g. moritur equus, si nulla hinc substantia recessit corrupta, sed totū qd erat, manet, sed latens, profectio incredibile est quomodo hoc ita sit, & nulla sit causa in natura, quæ possit equum in statum pristinum restituere: præsertim, cū minus sit proportionata materia, ex qua primò factus est, quàm modo. Est enim adhuc organizzata, & cum dispositione maior; cū igitur nulla sit naturalis causa, quæ id possit facere, signum est, quod non ibi latet, quod ante erat, est igitur corruptio alicuius entitatis, & consequenter, cū primum fuit, erat productio.

2. Ratio.

Alterum est ex operationibus rerū sumptis, enim enim quæq; operatio sequatur rei naturā; experiamur autem in singulis rebz nō esse multas operationes, nec

vestigium illarum; quæ tamen postea in eis sunt, profecto conuincimur, production, & corruptiones de nouo ponere. v.g. sit aqua frigidissima, quomodo si actu hic est ignis, & hic sunt alia omnia, nec minimè apparet operationum aliarum rerum, non ergo in ea latent: unde cum ignis ex ea fit, fatendum est nouam esse productionem. Colligitur præterea ex operatione, quia ibi apparet noua operatio naturalis constans & semper. Quare ab aliqua re de nouo ibi producta oportet, vt proueniat, quæ quadiu permanet, tandiu eandem habet operationem.

1. Conclus.

1. Ratio.

Secunda conclusio agendo de naturalibus, & vt naturaliter fiunt cum aliqua substantia de nouo fit, nunquam tota fit ita, vt nihil illius præcesserit. Probat hæc Aegid. q. 12. tribus rationibus. Prima est, quamuis non eodem ordine ipse proponat. Omne agens naturale agit medijs accidentibus, vt notum est: non enim substantia est immediatè actiua: ergo id, quod primò introducit, & producit ante substantiam, est accidens, sed accidens non potest naturaliter induci, nisi in subiectum, ergo non producit ipsa substantia, nisi præsupposito subiecto: non ergo ex nihilo, nec secundum se totam: cum enim substantia non sit inherens alicui, id, ex quo fit, erit pars ipsius.

2.

Secunda est ferè eadem, sed alia proposita via. Omne agens non agit nisi per motum, at motus indiget subiecto aliquo, ergo & generatio: vt enim dictum est superius, generatio est annexa, & coniuncta cum motu.

3.

Tertia est, natura est media inter artem, & Deum, sed ars non facit, nisi in subiectum, & compositum: ars enim, cum circa accidentia vel setur, præsupponit subiectum, & substantiam perfectam: Deus autem agit, nullò præsupposito subiecto: ergo natura, quæ media est, aget ex subiecto quidem, sed non perfectò, sed in potentia, qualis est materia. Hæc sunt rationes Aegidij, & sunt bonæ, ac probabiles.

4.

Vltimus 4. ista propositio colligitur ex sensu: nam est principium in Physica: in omni enim mutatione, quam sensus experitur, ita fit: circa visum enim, ex albo

nigrum fit, non ex nihilo, sed subiecto: circa gustum ex amaro dulce: circa tactum ex calido frigidum: etiam in alijs omnibus.

Præterea, quia omnes antiqui philosophi in hoc conuenerunt, quòd ex ente semper fieret aliquid, quamuis in modo fuerint diuersi. An tamen sit aliquid agens supra naturam: quod ex nihilo possit facere, alibi est disputandum.

Tertia conclusio. Cum aliqua substantia generatur, quodammodo dici potest, tota generari. Nam forma in primis de nouo est, materia etiam, quamuis non absolute fiat, tamen fit illius rei, quæ generatur, non enim ante illius generationem erat: ob id dici potest, hæc res tota facta est. Per hæc possumus ad argumenta respondere.

Ad primum solutio est nota ex dictis: non enim simpliciter dicitur fieri aliquid, quasi totum fiat, sed quasi perfectum ens fiat. Præterea, vt diximus in tertia conclusione, res quodammodo tota fit.

Ad secundum respon. Marsilius q. 2. quòd forma producit, tamen quia in materia producit, dicitur ex aliquo fieri: & hoc sufficit, vt non dicatur creari, terminus enim productionis est forma in materia. Hæc doctrina mihi non placet: nam profecto si productio primò est ipsius formæ, cum nihil formæ præcesserit, dicitur creatio. De hoc plura diximus 1. Physic.

Magis placet solutio Aegidij q. 12. etiam doctrinam nos loco citato latius exposuimus: & est Arist. 7. Metaph. cap. 8. quod non producit forma, nec fit, sed compositum ad cuius productionem com producit, & confit ipsa forma: sicut quæ virgam incuruat, non facit curuitatem, sed facit curuum, id est, dum lignum tale facit curuitatem comproducit.

Quòd si dicas, quomodo dum circa materiam agit, potest fieri, vel comproduci illa forma, & entitas. Respon. non care admiratione. Quidam dixerunt ex nostris, quòd creatur forma, & agentia naturalia habent virtutem participatam creati. Auicenna attendens hoc esse vltimè vires agentium naturalium, dixit, causam quam-

5.

3. Conclus. Substantia aliquo modo generatur tota.

Ad 4.

Ad 2. 1. Solutio.

2. Solutio.

Obiectio.

Nota an forma generatur.

quam-

In 1. Physic. quest. 8.

quandam separatam formas producere. Nos diximus, quod non est neganda virtus productiua causis particularibus, vt alibi probauimus, tamen non ob id dicenda sunt creare: fateor tamè esse virtutem mirabilem, quæ participat aliquam virtutis creatiue: sed non est, cum semper circa subiecta operetur: est etiam mirabilis virtus materiæ, ex cuius potentia educuntur, quæ actu non sunt, non tamen quia mirabilis est neganda.

Ad tertium.

Ad tertium negatur consequentia: licet enim forma nobilior sit ens, tamè facilius producit, quàm materia produceretur: quia agens ad illam iuuatur per potentiam materiæ, & per dispositiones, & accidentia, quæ ad eam introducantur, hæc autem non esset in productione materiæ.

Ad quartum.

Ad quartum difficultas est: an talia accidentia educantur de potentia subiecti, & quamuis multi teneant partem negatiuam, mihi videtur oppositum, quod educantur de potentia subiecti, vt reliqua accidentia, nec vllum ex hoc sequitur absurdum, sicut ex opposito: nam profecto, si ex potentia subiecti non educantur, non video, quare non dicantur creari. Dicere enim quòd non creantur, quia in subiecto producantur, nihil valet: nam gratia in anima creari, aut certè concreari dicitur à Deo, at in subiecto producit: hoc tamè alibi probandum est ex professo.

Ad quintum. 1. Solutio. Philop.

Ad quintum respon. Philop: quòd cum aliquid generatur ex ente in actu, non generatur ex eo, quia ex parte actu est, sed ratione materiæ, quæ est in potentia, & sic non manet ex eo aliquid, nisi materia in eo, quæ generatur: vt cum ex aqua fit aer, manet in aere materia aquæ, non forma.

2. Alter.

Alb. Mag. tract. 1. c. 21. serè idem dicit, tamen magis ad argumentum respondit, dicens, quod generationem possumus considerare, aut secundum se, & naturam suam, aut ratione alterationis præcedentis: si modo priori consideretur, non respicit nisi materiam: modo posteriori, respicit compositum, cum autem ipsa sit in fine motus, quando ipsa est, non est motus, & sic nec compositum. v.g. in fine alterationis cum verum est, dicitur enim non est, sed immediate ante fuit, tunc non est compositum.

præcedens, & est generatio, & forma producta in materia, vt dictum est lib. 6. Physic. vnde dicit, quòd agens, vt agens, & corruptens veratur circa compositum, vt generans circa materiam, non agit nisi per motum, quare autem sit necessarium, quod in generatione sit præcedens forma in materia, ex qua debet fieri res, diximus 1. Physic. Hæc de questione.

Quod autem & his determinatis ad mirabilem.

Cum dixisset, simplicem generationem esse ex potentia ente, actu non ente, vt magis hoc explicet, adhuc circa hoc idem instat & dubitat, quomodo sit possibile generationem simplicem esse, siue substantiam fieri, quamuis ex ente in potentia, vel ex ente quouis modo: mirabile enim & difficile est percipere, quomodo de nouo fiat substantia.

Dubitabit enim aliquis, an sit substantia. Text. 12.

Non est nouum dubium hoc, vt aliqui putant, sed id è clarius propositum, & distinctius, vt circa ipsum argumentetur. Dubium ergo est, num sit substantiæ productio an non, sed omnis productio sit accidentis alicuius, similiter de corruptione.

Videtur autem, quòd non sit substantiæ productio: si enim substantia producit, vtique ex non substantia produci debet: pero de hoc, quod non est hoc, id est, non est substantia, nec ens simpliciter actu, sed potentia: an sit aliquid aliorum prædicamentorum actu, vel non, sed omnia potentia: si dicas esse omnia potentia, iam erit separabile à substantia, & accidèti, id est, nec erit substantia, nec accidens, & erit nihil: & sic continget substantiam ex nihilo fieri, quod Philosophi formidant, & noluerunt admittere. Si verò dicas, quòd tantum non est substantia, tamen est aliquid aliorum prædicamentorum actu, tunc datur aliud maius absurdum, quòd exstant ipsa accidentia absque substantia: non ergo videtur, posse substantiam produci.

Et de eis igitur quantum fieri potest.

Text. 13.

Ttt 3

Aristo.

Iterum magis explicandum quòd fiat simplex generatio ex ente in potentia.

Dubium. An sit aliquid productio substantiæ, an omnis sit accidentalis. Probatio dubitationis.

1. Quæstio Arist. Quæ sit causa perpetuitatis in generationibus.

2. Quæstio. Quæ sit generatio simpliciter & quæ secundum quid.

De qua causa intelligenda sit 2. Quæstio.

De causâ materiali inquitur, non de efficiente sit materialis causâ perpetuæ, & cõtinue generationis, & corruptionis naturalium.

Ratio ad partem negatiuam, quæ non possit esse generatio perpetua.

Aristoteles vt soluat difficultatem propositam, ad duas quæstiones se cõuertit, ex quarum determinatione illa dependet. Prior quæstio est, quæ sit causa perpetuæ, & inefficientis generationis, ita vt in natura nunquam cessent generationes, & corruptiones. Posterior est: quæ generatio dicatur simpliciter, quæ secundum quid.

Philop. hanc secundâ quæstionem de substantiæ generatione intelligit. Latini de generatione in cõmuni, vt comprehēdit tam substantiæ, quæ accidentis generationem, & mihi hoc placet: quamuis præcipuè de substantiæ generatione, & huius occasione de accidenti tractet.

Cùm autem sit causa vna quidem. Tex. 14.

Primam quæstionē aggreditur, explicatq; quam causam perat perpetuæ generationis: est. n. duplex causa, vna efficiēs, altera materialis: efficiēs, duplex est, vna, quæ immota mouet, & est primū motor: altera quæ mota mouet, & est primū mobile, vtraq; perpetua. Dicit, quod de efficiēti immoto non querit, quia id ad Metaphysicum pertinet: de efficiēti autem moto pertinet ad Physicum, sed de hoc dicitur lib. 2. nunc in præsentī tantū agitur de causâ materiali: dicit autem, quæ efficiēs motum est causa eorum, quæ singularia sunt, id est, est causa in diuisorū istorum sensibilibium vniuersalis.

Nunc autem eam, quæ vt in materiæ. Tex. 15.

Cum dixisset se non de efficiēte dicentur, explicat causam, quæ est in generatione, se modo querere, puta, quæ sit materialis causâ perpetuæ, & cõtinue generationis, & corruptionis naturalium. Si enim ista causâ percipitur, determinatum erit, quod superius dubitatum est de generatione simplici, an aliquid simplici ter generetur, & corruptatur.

Habet autem dubitationem idoneâ. Tex. 16.

Ad causam explicandam continuæ generationis argumentatur, & probat, quod non sit perpetua generatio: & est argumentum, quod corrumpitur, vel abit in

ens: vel nõ in ens: si in ens, ergo nõ est corruptum, cùm adhuc sit, si in non ens: ergo in nihil, quia nõ abit in substantiam: nec in quantum, nec in aliud horum: ista enim omnia entia sunt: si ergo abit in nihil, ergo tandem finietur mundus continuis corruptionibus, nec erit generatio perpetua.

Dices est in finita materia, ex qua generationes fiunt, & quantumcunq; corrumpantur partes, & partes, adhuc restat, quo fit generatio: hoc dici non potest, quia non datur infinitum actu, sed potentia & diuisione.

Dices, verum est, esse finitam materiam, tamen non sunt æquales partes ablatæ, ex quibus fiunt generationes, sed semper minores, & minores: & præterea quæ minus est, quæ corrumpitur semper. Hoc etiã dici non potest, oppositum. n. videmus, puta magnâ molem aeris conuerti in paruum aquæ, si ergo perpetua generatio est danda, & materia est finita, alius modus est excogitandus, quæ iste sit.

Quocirca propterea, quod huius corruptio. Tex. 17.

Modum adhibet, quo ex finita materia possit perpetua generatio, & corruptio sustineri, puta, quia generatio vnus est alterius corruptio, & econtrã, ita, vt ex corrupto restet semper eadē materia, ex qua alterum generetur, & quod generatur, generetur ex materia, quam alterum corruptū relinquit, & ipsa materia incorrupta maneat, sic fiet, vt ex finito principio perpetua possit & generatio, & corruptio circa singularia, & cõposita continuari, & hunc eundem modum etiã docuit Arist. lib. 3. Phys. tex. 73.

Et sic est absoluta prior quæstio, ex qua habetur, quod generatio sit ex aliquo, & hoc eleganter ostendit per ipsam corruptionem, quæ necessario desinit in aliquid, & non in nihil, vt ostensum est.

QVÆSTIO III.

An generatio vnus sit corruptio alterius.

Vt magis hæc propositio Arist. nota sit, libet eã exactè disputare: est autem

Obiectio 1.

Obiectio 2.

Solutio.

Quod in eadem materia possit esse perpetua generatio, & corruptio, & quomodo.

autem in oppositum argumentum primum. Quæ identificantur cum rebus, disparatis, & oppositis, non possunt inuicem prædicari verè, sed generatio, & corruptio sunt huiusmodi: est enim generatio idem re cū forma genitâ, corruptio cum forma corrupta, quæ formæ nõ valent vltimo modo inuicè affirmari: ergo falsum est dicere, quod generatio vnus sit corruptio alterius.

Secundum est: aliqua forma produciatur, non tamē alia corrumpitur, ergo vnus generatio nõ est alterius corruptio: probo antecedens: cùm homo moritur, inducitur forma cadaueris; non tamen corrumpitur forma hominis, quæ est anima immortalis.

Tertiò, eū nutritur animal, est corruptio cibi, quia nõ manet illius forma, at nõ generatur ipsum animal, quia iã erat.

Quartò, si semper vnus generatio esset, eū est alterius corruptio: sequeretur, quod semper mūdus haberet eundē indiuiduū numerū, quia recedent vno, alterū succedit, illud autē non venitur veni.

Quintò, eū ex elementis fit mixtū, sit noua mixti forma, at nihil corrumpitur, eū elementa manent, quæ sunt materia mixti, materia autem nõ debet corrumpi.

Sextò, multa accidentia producuntur absq; alicuius corruptione, vt lumen, species, similiter colores, & sapores, & odores, quæ in mixtis fiunt: nam elementa nec odorem, nec colorem, nec saporem habent, & sic cū miscentur, fiunt tales qualitates absq; aliarū cõtrariarum corruptione, non ergo vera videtur in vniuersum propositio Arist.

Circa hoc aduerte, quod duo sunt hic tractanda: alterū de sensu logico huius propositionis: generatio vnus est corruptio alterius, & econtrã: alterum de physica veritate. Circa primum Marfil. q. 3. & Albert Saxo. q. 4. notant primo, quod generatio aliquando sumitur pro materia: similiter corruptio aliquando pro ipsa forma. Dicunt præterea, quod res quedam sunt permanentes, quedam successiuæ.

His duob. suppositis asserunt primò, quod rerum successiuarum eadem est generatio, & corruptio, & esse, quia simul

profectò ista sunt: cùm enim sunt, tunc fiunt, & desinunt esse: & sic vera est propositio in istis, generatio est corruptio.

Dicunt secundò, quod in permanentibus, si generatio & corruptio sumatur, pro materia, cum eadē sit materia; est vera, propositio, generatio est corruptio.

Dicunt tertio, quod si pro forma sumatur, tunc de præsentī est propositio falsa, generatio est corruptio, cū sint diuersæ formæ: tamen de futuro est vera, generatio erit corruptio, quia supponit pro eadem forma, vt sit sensus: forma, quæ modo est generatio, cùm est, postea erit corruptio, eū desinit esse.

Hæc est doctrina horum nimis nominalis, & profectò miror, quis sibi talē dicendi modum, & in Arist. & in communī vsu hominum potuit persuadere. In primis isti vocant eandem esse generationem, corruptionem in successiuis, quia si simul sunt, & eodē tempore: hoc autē est falsum: nam quantumcunq; simul sit, imò res vna adhuc manet diuersa ratio illorum, quæ sufficit, vt non affirmetur vnum de altero.

Præterea quis dixit vtrquam generationem pro materia, vel forma supponi, cùm generatio sit mutatio, materia, & forma mutationis, & generationis principia vel termini?

Præterea, si forma & materia est generatio, dicitur de re iam antiqua, modo generatur, quæ modo habet formâ, & materiam.

Præterea putant isti, motū generari, & corrumpi, quod falsum est, & contra Arist. 5. Phys. non enim motus generatur, sed est id, quo aliquid generatur, vel corrumpitur, vt dictum est lib. 4. & 5.

Præterea quando corrumpitur res, cū iam generatio sit præterita, quomodo dici potest, quod generatio erit corruptio.

Præterea eodem modo dicitur, quod res quæ est, iã generabitur & corrumpetur.

Hæc omnia facile concedent nominalis, sed profectò aliena sunt ista a philosophia; ob id præmittantur. Alij dicunt, quod ista est vera, generatio vnus est corruptio alterius, vel econtrã, quia sunt re: latina generatio, & corruptio, & dicuntur ad

Reijctur eorū sententia

Primò.

2.

3.

4.

5.

6.

2. sententia.

Duplex quæst. sensus.

De opin. Marfilij, &c.

Didum eorum.

Reijctur. ad conuertentiam, sicut filius est pateris filius, & pater est filij pater. Sed hoc nullam habet probabilitatem, quia generatio, & corruptio sunt contraria, vel disparata; si non sint eiusdem, hoc autem non dicuntur ad conuertentiam.

Sensus propositionis, generatio vnius est corruptio alterius. Responditur istam propositionem non esse intelligendam in sensu formali, ut generatio sit corruptio formaliter, sed importare sequelam quamdam, & facere vel ut sensum causalem: est enim dicere, generatio vnius est corruptio alterius, id est, generatio vnius secum fert alterius corruptionem, & e contra, & huiusmodi propositiones passim occurrunt, & inter Philosophos, & in communi loquendi modo, & sic sumitur ab Arist. Hæc de Logica veritate.

De 2. sensu questionis Physico. Duplex sensus Physicus generari, vel corrupti: & sic propositio ista potest intelligi, aut de eo, quod primo corruptitur, vel generatur, aut de eo, quod non primo, sed de formis: quamuis Arist. sumptur in sensu prior; loquitur enim de eo, cuius est primo generatio vel corruptio, scilicet de composito, & hoc in substantijs.

1. Conclusio. Sit igitur prima conclusio. Si loquamur de eo, cuius est primo generatio, vel corruptio, ut Arist. loquitur, est in vniuersum vera propositio illa in substantijs, puta non contingit vlla composita substantia corrumpi, quin altera generetur, nec vna generari, quin altera corrumpatur. Huius conclusionis veritas fundatur in tribus propositionibus philosophicis. Prima est, non contingere, duas formas, vltimas & specificas esse simul in eadem materia: Altera est, nunquam materia esse sine aliqua forma: Tertia est, quod corripitur, non abire in nihil, sed materiam remanere.

1. Ratio. Ex his fit argumentum: post corruptionem remanet materia, & hæc non habet formam præcedentem, propter corruptionem, ergo habebit alteram, quia non potest manere nuda; erit ergo generatio post corruptionem.

Item cum generatur aliquid, præsupponitur materia, hæc non poterat esse absque forma, ergo præcessit compositum: cum ergo generatur, inducitur noua forma, ergo expelletur præcedens, quia duæ non sunt simul; generatione ergo præcedit corruptio.

Secunda conclusio: Si fiat sermo, de ipsi formis, semper corruptio vnius inducit generationem alterius. Quia non potest vna in materia corrumpi, quin altera producat; non tamen contra semper productio vnius inducit corruptionem alterius; est enim instantia in homine, qui cum moritur, producit formam cadaueris, non tamen corrumpitur anima, quia est immortalis: & hoc docet Arist. 12. Metaphy. tex. 17. vbi dicit, quod causa formalis manet destructo effectu, non omnis, sed mens. i. anima rationalis: non tamen ob id homo non corrumpitur, imò compositum corrumpitur per animam à materia separationem; hæc enim sufficit ad compositi corruptionem, ut alibi diximus.

Aduerte tamen, quod etiam verum est, Nota. dicere hic, quod corrumpitur anima, secundum quid tamen, quatenus desinit esse in illo corpore, & non est forma actus: similiter omnes eius disputationes corripuntur, & potentie quæ communes habebat cum corpore, sicut sunt potentie vegetatiuæ & sensitiuæ.

Tertia conclusio: In accidentibus non est vniuersaliter propositio hæc vera: desinit enim tripliciter. Primo cum accidentia non habent contrarium; tunc enim producuntur absque alterius corruptione, & corrumpuntur absque alterius corruptione, ut lumen in aere, species in medio.

Deest etiam in his, quæ contrarium habent, tamen neutrum de necessitate inest suo subiecto, nec mediū; sunt enim aliqua contraria, quorum alterum necesse est inesse proprio subiecto, ut mixtum corpus necessario aut est calidum, aut frigidum: alia quorum alterum, aut medium necesse est inesse, ut corpus mixtum, aut est album, aut nigrum, aut medium: quædam sunt alia, quibus neutrum horum competit, ut scientia, & ignorantia præcedit dispositionis: datur enim homo, qui nec est sciens, nec pra-

ue ignorans: & in his non est semper necesse, quod vnum inducatur cum alterius expulsionem vel contra, ut notum est.

Tertio deficit in his etiam, quæ contrarium habent modo prædicto, ut habeant ordinem necessariū ad subiectum: deficit inquam, cum non per se producuntur, nisi cum substantia: habent enim accidentia aliquando produci sola, ut cum substantia genita ex alba sit nigra: aliquando cum substantia simul producuntur, ut simul fiat vtrumque, & tunc sunt absque contrarij productione, ut patet in saporibus, odoribus, coloribus, qui ex mixtione elementorum simul cum ipso mixto de nouo fiunt, non enim contraria corrupta sunt, cum non præcesserint: nam elementa non sunt capacia talium qualitatum.

4. Conclusio. Quarta conclusio, Cum corruptio aliquis sit, quodam modo dici potest, quod totum destructum est; si enim manet materia, non tamen iam illius est, sed alterius existentis compositi, ut dictum etiam est superius de generatione. Ex his omnibus patet declarata proposita questionis.

Ad 1. arg. Ad argumenta respondet. Ad primum patet solutio ex dictis: non enim formaliter illa propositio conceditur. Sed denotat mutua generationis & corruptionis sequelam.

Ad 2. Ad secundum dico, quod quæuis anima hominis non corrumpatur, tamen homo ipse corrumpitur, & sic est generatio cadaueris cum corruptione hominis: non enim Arist. loquitur nisi de eo, quod per se corrumpitur, & per se generatur; hoc autem compositum est.

Ad 3. Ad tertium dico, verum esse in nutritione cibum destrui: est tamen ibi quadam partialis generatio, puta, quia noua forma intrat in illam materiam partem, in qua erat forma cibi præcedens.

Ad 4. Ad quartum dico, quod non semper est idem numerus indiuiduorum, quia accidit materiam multorum effici vnam, & vnam effici multorum per diuisionem, ut cum ex vno homine multi vermes fiunt, quia ipsius materia in multas diuiditur partes, quæ possunt diuersas recipere formas, & contra multa in vnum coniunguntur, ut patet: multis enim nutritur homo

quæ in se conuertit: numerus ergo non semper est æqualis: hoc tamen verum est, quod tanta est materia omni tempore, quod in plures, modò in pauciores diuisa partes, indiuiduorum auget aut minuit numerum.

Ad 5. Ad quintum dico, quod elementa corrumpuntur in mixta compositione, nec manent formaliter, & quamuis formaliter dicamus manere, adhuc corrumpuntur partim, puta quoad ipsorum intentionem, sed de hoc inferius disputabitur.

Ad 6. Ad sextum patet solutio satis clare ex conclusione tertia superius posita. Hæc de questione.

Propter quid autem quidem simpliciter. Tex. 18.

Secundam questionem textus, propositam aggreditur soluere, eam autem Arist. cur aliter repetit, & primo in substantijs dicit, cum quiddam generatio vnius, sit alterius corruptio, quæ est causa quare aliquid dicatur simpliciter generari, aliud simpliciter corrupti? sensus questionis clarus est, quare cum homo moritur, absolute dicamus corruptionem esse factam, nec dicamus generationem factam, cum constet cadaueri esse generatum: & contra, cum gignitur anima, absolute vocemus generationem, cum tamen ibi sit Embryonis corruptio: sic enim in alijs multis, non enim est causa huius, cum vtraque mutatio simul sit, & videatur posse vtraque dici tam generatio quam ipsa corruptio.

Dicimus enim quod corrumpitur non simpliciter.

Alteram dubitationem proponit, quare cum sint quedam quæ generantur & corrumpuntur simpliciter, & sint quedam generationes & corruptiones simpliciter, & non secundum hoc, id est, secundum quid, non est ex istis, cum sit quis sapiens? non enim dicimus fieri simpliciter, qui sapiens sit, sed fieri sapientem, & secundum quid.

Solutio. Respondet ad hoc dubium posterius, dicens, hoc provenire, quia entium quedam sunt simpliciter, ut substantia: quedam secundum quid, ut accidentia: & sic fit in horum productione, ut quedam simpliciter, quedam sint secundum quid.

Differunt enim ea, in quæ transmutatur.

Quomodo in substantiis differant generatio simpliciter & secundum quid. 1. differentia ex parte terminorum. Accedit ad explicandum in substantiis, quare generatio quædam sit simpliciter, quædam simpliciter corruptio, ac dicitur huius differentiam sumendam esse ex his, ex quibus & in quæ est mutatio, id est, attendendi sunt termini: & ponit tres differentias. Prima est, cum id, quod generatur, est ens, dicitur simpliciter generatio; cum id in quod est corruptio, est non ens, dicitur simpliciter corruptio: per ens intelligit perfectam; per non ens imperfectam substantiam: unde cum generatur homo, dicitur simpliciter generatio, licet corruptur Embrio: cum verò generatur cadauer, simpliciter corruptio. Ponit exemplum de igne, & terra, ignis enim est perfecta substantia, ob id à Parmenide dicebatur ens, terra verò non ens, quia imperfecta: cum igitur sit ignis, generatio simpliciter est, cum verò terra corruptio.

Obiectio. At quia posset dubitare quis, quomodo ita sit, quod ignis sit ens, & perfecta substantia, terra verò non. Respon. id esse impertinens, quia sunt tantum exempla, quibus modus explicatur, quo dicitur simpliciter generatio vel corruptio, solùm autem modum explicare intendit, de re subiecta, de exemplo modò non curans.

Alio autem modo materia qualiscunque.

1. differentia ex parte qualitatū materialium. Alteram differentiam ponit ex parte qualitatū materialium, & singulariū, dicitur; quod eius est simpliciter generatio, cuius qualitas, quæ differentia dicitur, magis indicat substantiā; quales sunt qualitates magis actiue, vt calor, & frigiditas: & sic ignis generatio, est simpliciter generatio, & aeris: terræ verò corruptio: nam siccitas est differentia parua actiua, & frigiditas respectu caloris.

Alter sententia Arist. Possimus etiam intelligere hoc de perfectiori forma substantiali vt per has qualitates intelligat formas substantiales rei. Erit ergo prima differentia ex parte ipsius rei compositæ perfectioris. Hæc verò secunda ex parte perfectioris solius formæ: sunt enim formæ, quæ sunt velut priuationes, vt forma cadaueris, & aliæ similes.

Videtur autem multis magis.

Tex. 19.

Tertiam sumit differentiam ex vulgo: omnes enim, cum aliquid mutatur in id, non sentiunt, vocant simpliciter corruptionem, vt cum aqua in aerem mutatur: cum verò ex insensibili aliquid fit sensibile, vocat simpliciter generationem, vt cum ex aere fit aqua: hoc autem fit circa vulgus, quia existimat, quod sentitur, esse magis ens, quod non sentitur esse non ens: vtitur enim sensu pro scientia.

Colligamus ergo veritatem, quod cum sit minus ens, est simpliciter generatio, cum sit magis ens, sit simpliciter corruptio: & in hoc bene dicit vulgus, quauis erret in applicatione, & sic contra veritatem: quia putat non ens, quod est ens, & putat ens, quod est non ens: & sic apud sapientes est corruptio simpliciter, quæ apud vulgus generatio simpliciter: & quæ apud vulgus corruptio simpliciter, apud sapientes generatio simpliciter est. Hæc est huius textus expositio.

Esse igitur simplicem generationem.

Text. 20.

Epilogum dictorum facit, puta, quod est simpliciter generatio, quamuis sit simul alicuius corruptio, & est simpliciter corruptio, licet sit alicuius generatio, id est, non obstare, quod simul hæc duo sint semper, tamē dicitur vna simpliciter corruptio, altera simpliciter generatio, & hoc pendet ex materia, id est, ex his, quæ generantur, vel corrumpuntur, vt exponit Phylop. nā cum substantia generatur vel corrumpitur, est simpliciter generatio vel corruptio: cum verò accidens, vnde secundum quid.

Adhuc inter substantias vt dictum est, est generatio simpliciter, cum perfectior est substantia quæ fit, aut magis sensibilis secundum vulgus; ipsius verò imperfectæ productio, corruptio simpliciter est.

Concludit ergo causam dictam esse, quare sit simpliciter generatio, & corruptio; non solum in his, quæ mutantur, sed etiam in his, quæ mutantur inuicem, quia sunt elementa, in omnibus enim perfectioris est simpliciter generatio.

Quod

Quod autem post dicitur, non querit hoc.

Car substantia sit simpliciter generatio & non accidentium. Regreditur ad secundam questionem propositam tex. 18. dicitur; non esse similem prioris: prior enim est de Solis generationibus substantiarum inter se: posterior verò de substantiali collato accidentibus ipsis. Errat enim; quare, cum sit substantia dicitur res absolute fieri, vt cum fit homo, & acquirit formam substantialem, non autem cum acquirit accidens: Responso autem est, quæ iam posita est, quia reliqua accidentium predicamenta non significant simpliciter eas, sed secundum quid, scilicet quale, quantum, & cætera: substantia verò est simpliciter ens.

Quod etiam accidentium inter se conferantur aliqua, dicatur generatio simpliciter, ad alteram collata, & alteram secundum quid. Ad dit tamen, quod etiā in quocunq; predicamento est simpliciter generatio, collatione facta in ipso, puta, cum vni ordinis illius generatur, id est, cum generatur melius, & perfectius cuiusq; ordinis, vt inter simpliciter, substantias, ignis generatio est simpliciter, & non terra, quia ignis est perfectior: in qualitate generatio sciētiae est simpliciter in illo genere, & ignorantie generatio simpliciter corruptio: similiter est in alijs.

Vnde colligitur, quod si generationes substantie, & accidentium inter se cõferantur, illæ generationes sunt simpliciter, hæc verò secundum quid: at si quæq; intra suum genus, tunc est vna simpliciter, puta perfectioris extremi, altera secundum quid, quæ est imperfectioris, vt dictum est.

De eo igitur, quod est simpliciter hæc generari.

Distinctionem omnium epilogus. Facit omnium epilogum, & repetit duas quæstiones, quas supra proposuit tex. 13. dictum igitur est, quæ generatio simpliciter, quæ secundum quid sit, & vniuersaliter, puta tam in accidentibus & substantiis facta inuicem collatione, quam in substantiis inter se, & hæc erat posterior quæstio: dictum etiā est, quæ sit causa materialis continuæ generationis, & erat materia susceptiua contrariorum: ex hac enim procedebat, quod generatio vnius sit corruptio alterius, & contra.

At verò neq; dubitare oportet, quare. Tex. 21.

Non est facile apud expositores, intel-

ligere, quid sibi velit Arist. in hoc tex. quod possit cum præcedentibus continuari: etiam enim existimo, sensum esse huc, ipse enim voluit primò ostendere, quod generatio fit ex ente, ad cuius probationem sumpsit, quod corruptio non est in nihil, sed in ens aliquo modo, & cum corruptio desinat in ens, generatio erit ex ente, quia generatio est ex alterius corruptione: & cum hoc modo in epilogo repeteret, confirmat ex sententia etiam vulgi, quod generatio fit ex eo, in quod desinat corruptio, ita vt terminus ad quem corruptionis, sit à quo generationis. Reputat ergo, quod communiter dicitur, vulgus cum res in sensibile desinat, quod putat non ens, vocare corruptionem: ac cum ex insensibili, & non ente: sit sensibile, vocare generationem: vide, quomodo terminum ad quem corruptionis, facit à quo generationis, quamuis in re ipsa erret, quia putat non ens esse, quod est ens, tamen in alio non erit.

Nota differentiam huius text. expositio. Confirmat quæ in epilogo dixerat ex vulgi sententia.

Hinc patet quomodo sit generatio continua: quia sicut corruptio ex ente tendit in non ens, ita generatio ex non ente facit ens: & sic corruptio est entis, vt terminum à quo, generatio verò non entis. Vide igitur quam ingeniosè probauit Aristot. quod ex ente sit generatio per corruptionem. Et nota expositionem.

Sed hoc non ens simpliciter dubitauerit. Tex. 22.

Vulgus non ens putat esse nihil: sed iam supra probatum est, non posse nihil esse, quia nihil fit ex nihilo: ob id modò dubitatur, quid sit illud non ens, ex quo res generatur, an sit contrarium eius, quod generatur: vt si ignis fit ex non ente, non ens sit aqua: contrarium. n. fit ex contrario.

Dubium quid sit illud non ens ex quo res generatur.

Respon. quod non est contrarium, sed illius materia, vt ignis fit ex non ente. i. ex materia, quæ substant sub contrario. Nota hic, quod dictum est in Phys. quod contrarium fit ex contrario, non tanquam ex materia, sed tanquam ex termino: ex ipsius verò materia tanquam ex principio extrinseco: fit n. ignis ex aqua vel aere vel alio, tanquam ex termino, quia non manet aqua vel aer in igne, sed horum materia. Dicet, ad quid

Solutio.

ergo fit ex contrario? Dico, quod illa materia non poterat esse absq; forma, ob id debuit aliquam habere, sed debet esse opposita, & contraria, quia debet illa expelli, & altera introduci ab agente per actionem naturalem: ac non est actio nisi inter contraria, ob id alteratio, actio, passio, generatio, & corruptio procedunt.

Aliud dubium ponit Arist. cum dixisset, non ens esse materiam contrarij, an talis materia sit vna utriusq; contrarij, & corrupti, & generati, si enim non esset eadem, q; contrarij non possent contraria fieri inuicem: cum igitur elementis quatuor insit contrarietas, videtur, quod sit eadem materia.

Respon. quod quodammodo est eadem, quodammodo non: est enim eadem secundum id, quod substantiat utriusq; formae: est enim materia vna secundum substantiam contrariarum formarum, secundum esse vero non est eadem, id est, aliter est disposita, & aliter se habet, ac existit sub vna, quam sub alia, licet id, quod existit, semper idem sit.

QV AESTIO IIII.

An substantia suscipiat magis, & minus.

Propter id, quod in fine textus. 18. habetur, puta esse vnam magis substantiam altera, hic dubitamus. Questio nis sensus satis notus est: perimus enim, an sicut vnum dicitur alio magis album, ita sit vnum altero magis ignis, & imprimis probatur pars affirmatiua ex Aristot. in hoc textu, vbi dicit magis substantia.

Et praeterea. 2. de anima. tex. 3. dicitur, sensibilia corpora esse magis substantias. Nec poteris dicere, quod velis dicere, esse magis, id est, perfectiores substantias, quia tunc sensibilia non deberent dici magis substantia, sed potius immaterialia.

Praeterea. 7. Meta. ca. 3. inter materiam, formam, & compositum, hoc vocat maximè substantiam.

Et 8. Meta. Tex. 10. (qui locus est notandus) dicit, quod formae substantiales secundum se sunt sicut numeri, non suscipientes magis vel minus: at in materia suscipiunt magis, & minus.

Alterius sunt rationes. Prima est, si est

fectus immediatus alicuius causae suscipit magis & minus, & ipsa causa suscipit: sed immediatus effectus substantiarum praesertim elementorum, sunt qualitates primae suscipientes magis, & minus: ergo & ipsae substantiae suscipient.

Secundò per operationes cognoscimus rei substantias, sed operationes vnius subiecti, & speciei non sunt aequales, modò enim perfectiores, modò imperfectiores sunt, ergo etiã substantiae, & subiecta suscipiunt magis, & minus: antecedens patet: nã intelligere, discurre, quibusdam magis, quibusdã minus inest: ergo etiam substantia, quae discurrendi principiu est.

Tertiò. Cui inest passio, inest etiã subiectu, aquae inest calor, q̄ est passio ignis, ergo inest ipsa forma ignis, non in tota sua perfectione, quia non esset tunc forma aquae, ergo est inmissa, suscipitq; magis, & minus.

In hac difficultate sunt tres sententiae. Prima est Auerro. lib. 3. celi. com. 67. qui sustinent elementorum formas substantiales, suscipere magis & minus.

Altera est Scoti, & discipulorũ lib. 11. Meta. quod omnes formae praeter animã rationalem, suscipiunt magis, & minus, & pro vtraq; sententia faciunt loca Aristot. & rationes in principio adducte.

Tertia sententia est. S. Tho. quod nulla forma substantialis recipit magis, & minus: quam sententiam sequitur Aegidius. q. 18. consistit autẽ sententia. Aegidij in hoc: dupliciter enim potest intelligi maius, & minus: Vno modo secundũ intensiõnem, quod vocant gradualiter, sicut vna albedo intensior est altera, & sic dicitur suscipere magis, & minus: quod autem modo id fiat, diximus lib. 4. Physicorum: altero modo, secundũ perfectionem, vt vnum dicitur esse altero perfectius. Dicit igitur, quod forma substantialis non suscipit magis, & minus secundũ intensiõnem, ita vt vna & eadem specie modo minus, modo magis sit intensa: suscipit tamen magis, & minus secundũ perfectionem in diuersa specie, quia vna est altera perfectior.

Hoc autem quadrupliciter contingit: vno modo, in aliquo analogo, in quo est vnum;

Alterum dubium an sit eadem materia utriusq; q; contrarij non possent contraria fieri inuicem: cum igitur elementis quatuor insit contrarietas, videtur, quod sit eadem materia.

1. Argum. ab auctoritate.

2.

3.

4.

1. Argum. a ratione.

1. opinio. Auer.

2. opin. Scoti.

3. opin. D. Tho.

Dupliciter aut quid suscipit magis, & minus.

Quest. 12.

Quadrupliciter aliqua substantia est magis vel minus perfectior: Primus modus. 2. Pro quo nota ex S. Tho. supra tex. 18. q; formae substantiales sunt duplices, quaedam quae non per se à natura intenduntur, sed vt aliis ordinantur, qualis est forma seminis, aut embrionis: similiter quae ex aliarum corruptione consequuntur, vt forma cadaueris, forma acetii, & similes. Haec formae dicuntur non intentae per se à natura. Aliae sunt per se à natura intentae, vt forma hominis, forma plantae, & aliae huiusmodi: Dicit ergo Aegidius, quod quae à natura per se sunt, dicuntur magis substantiae, id est perfectiores.

Tertio modo dicitur magis substantia, cuius forma vincit materiam, & è contraria minus substantia, cuius forma vincitur à materia: tunc vincit forma materiam, cum minus trahitur in naturam passionis, sed liberius agit, qualis est forma ignis, & animae, in materia disposita: cum vero impedita est à materiae multitudine, dicitur victa à materia, & imperfectior.

Quarto sumitur magis, & minus in speciebus eiusdem generis, ob inaequalitatem differentiarum, & perfectionum, quibus contrahitur genus. His modis omnibus contingit vnam esse magis substantiam: sed nullus est secundum intentionem.

Probatur sententia Aegidij. Probat Aegidius, quod forma substantialis non sit intensior & remissior, quia si susciperet intensiõnem, vel esset in essentia vel in existentia: non in essentia, quia consistit in diuisibili; nec in existentia, quia haec variata etiã variatur essentia, quia existentia immediate fluit ab essentia: ergo non potest intendi, vel remitti.

Quod si obiecias, hoc modo nec forma accidentalis susciperet magis, & minus. Respõ. in q. 9. quod accidens recipit ratione subiecti magis, & minus, eò quod magis ipsum actuat, sed non secundum essentiam, nec existentiam suam.

Dicit autem quod dupliciter accidens

Obiectio.

Solutio.

propter subiectum recipit magis, & minus: vno modo quando pendet ex accidentibus suscipientibus magis, vel minus, vt albedo fit intensior vel remissior in subiecto; iuxta primas qualitates, à quibus pendet: altero modo quia est in subiecto, vbi est qualitas altera minus, aut magis proportionata sibi. v.g. calor fit intensior, & magis actuatur subiectu, si sit ignis, quam si sit aer: quia in igne coniungitur siccitati, quae magis proportionatur calore, in aere vero cum humiditate, quae minus accedit ad calorem. Haec est sententia Aegidij, quae mihi non placet in omnibus.

Pro huius autem explicatione fit prima conclusio. Accidentia per additionem gradus inesse, & essentia sua intenduntur, & per ablationem remittuntur in subiecto. Haec conclusio probata fuit 4. Physico. ob id non multum immorabor, sed tantum explicabitur. Essentiam dupliciter dicimus: vno modo naturam, quae definitione explicatur; altero modo entitatem rei seu integritatem: potestq; vno manente inuariato, alterum variari. v.g. linea in sua entitate fit maior, fit minor: at lineae essentia, i. natura, & definitio eadem est semper: quod igitur de linea est, quantum ad extensionem, id est de qualitate, quoad ad intensiõnem: additur. n. albedini albedoeducta de potentia subiecti: & augetur albedo in intensiõne.

Et perfectio non est intelligibile quod dicit Aegidius. Quomodo enim vna qualitas profusus in se eodem modo se habere potest subiectum magis aut minus actuare? Sed de hoc diximus alibi.

Secunda conclusio. Nulla forma substantialis recipit intensiõnem, vel remissionem, haec est contra Auer. & Scotum. Hanc mihi persuadeo tanquam probabiliorem, propter tres rationes, quarum prima est. Si forma substantialis intendi potest, aut remitti, ergo introducit per motum, & delinit eum motu, & tunc est motus in substantia, quod est contra Aristotelem & ipsos: probo id sequi, quia calor & qualitates aliae ob id cum motu inducuntur, quia certis gradibus intendi possunt, nec alia est ratio. Quod si dicas formam substantialem praerequi-

Dupliciter accidens suscipit magis, & minus ratione subiecti secundum Aegid.

1. Conclusio.

Explicatur conclusio. Duob; modis dicitur essentia.

2. Conclusio.

Probatio 1.

ere certas dispositiones, quibus positus, ipsa inducitur in instanti; profecto hoc est contra ipsos, quia ob id introducitur in sine dispositionum, quia indivisibilis est, & non gradualis: si enim esset gradualis, sicut paulatim dispositiones introducuntur, utique etiam ipsa forma; quod falsum est.

1. Ratio:

Secunda ratio est: Si esset intensibilis, & remissibilis, utique duae formae essent simul; nunquam enim calor remittitur, nisi cum forma opposita coniunctus sit in eadem materia; nec similiter albedo sine nigredine; ergo etiam una forma substantialis erit cum altera in eadem materia. At hoc quis concedet saltem in formis animatorum & mixtorum: esset enim tunc una res duarum essentialium, & sub duplici simul specie, quod implicat; non ergo est magis, & minus in his formis.

2. Ratio:

Tertia ratio est. Quia ubi non est contrarietas, non est magis & minus, in his quae oppositionem habent positivam: at in substantijs non est contrarietas, saltem in animatis, & mixtis, non ergo in his est magis, vel minus. Dico, cum habent oppositionem positivam, i. cum sunt duae formae quae simul esse non possunt, nisi sint contrariae, non suscipiunt magis & minus: nam lumen suscipit magis, vel minus absque contrarietate; sed lumen non habet repugnantiam cum forma positiva, sed privationi tantum opponitur, scilicet tenebris.

Ad argumēta petita ex testimonij Aristot.

Nota magis substantia multipliciter dicitur.

1. Altero modo magis substantia, quae notior est apud omnes, & sic sensibilia corpora vocat magis substantias, id est, apud nos notiores. Tertio magis substantia, quae magis operativa est, & vincit ipsam materiam: & sic sumitur hoc text. 18. ut notat Alb. cap. 24. quarto dicitur magis substantia, id est perfectior: unde nullus ex his modis est secundum intensivum sicut in accidentibus.

Ad illum locum 8. Metaph. qui difficilis est, respondent aliqui, quod loquitur, ibi econditionaliter secundum sententiam propositam contra Plat. ut sit sensus: formae separatae non suscipiunt magis vel minus, si quae susciperent, potius essent, quae sunt in materia: sed non sequitur hinc, quod suscipiant. Ista glossa non mihi placet, quia nihil illis contra Platonem.

2.

Dico ergo secundo, quod secundum expositionem Alexandri, nil contra nos: exponit enim sic; forma non est magis substantia, quam materia, sed collata materiae est magis substantia, id est, perfectior, quam materia.

3.

Dico etiam tertio, quod etiam si admittamus verba, ut sonant formae in materia, suscipiunt magis vel minus, non secundum se, sed ratione conditionum & proprietatum materialium individuantium ipsam formam in materia.

Ad primum argumentum respondeo, maiorem esse falsam: non enim intensio effectus provenit ex intensioe causae, sed ex maiori vel minori dispositione subiecti: unde sicut in medio ignis idem inducit calorem, quem non inducet in lapide eodem tempore, non provenit hoc ex variatione ignis: ita similiter qualitates ab ipsis formis suscipiunt magis & minus invariata forma substantiali propter materiae dispositionem, ut diximus paulo ante ex Aegidio.

Ad 2.

Et per hoc respondetur ad secundum: operationes enim praesertim animalium, & hominis variae sunt, secundum perfectionem etiam in eadem specie, propter diversam dispositionem organorum corporaliu, quibus operationes illae exercentur: unde animae hominum aequaliter perfectae sunt in se quoad naturam, at quia haec aptius sortita est corpus, perfectius operatur, sicut scriba bene scribit calamo apta, alius ita bonus, male calamo inepto.

Ad 3.

Ad tertium dico quod ignis passio non est quicunq; calor, sed intensissimus, & coniunctus cum siccitate: calor vero contra summum alijs inest subiectis: Aut potius propria passio non est calor, sed esse calefactiuum. Et haec satis de quaestione.

CAPVT

CAPVT QVARTVM.

De generatione autem & alteratione dicamus. Tex. 23.

Constituitur differentia inter generationem. 1. fundamentum Arist.

2. fundamentum.

Differentiam inter generationem, & alterationem constituit, ex qua quid vtriusque sit, cognoscitur: ponit autem fundamentum unum, quod aliud est subiectum, aliud passio, quae de subiecto dicitur: ut aliud homo, aliud albedo, aliud corpus, aliud color, aliud animal, aliud sanitas.

Addit alterum fundamentum, quod vtrumque contingit pati mutationem: ali quando enim est mutatio in passione tantum, ut aliquid, puta homo, ex albo niger fit, tamen manet homo: aliquando etiam est mutatio ipsius totius, & subiecti, ut cum aqua in aerem, & cibus in sanguinem conuertitur.

His suppositis, dicit duo, alterum est, cum mutatio tantum fit in passionibus subiecto sensibili (id est subiecto in actu, & composito, ut exponit Philop.) manente, tunc est alteratio: alterum est, cum verò ipsum mutatur, nec manet sensibile subiectum, id est compositum, sed aliud & aliud, tunc unius est generatio, alterius corruptio: atque haec est differentia inter mutationem quae est alteratio, & eam quae est generatio & corruptio.

Maximè autem si transmutatio fiat.

Tex. 24.

Vbi maxime apparet mutatio subiecti.

Hanc substantiae mutationem qua totum ipsum mutatur, maxime apparet docet, cum ex insensibili fit sensibile, vel e contra: cum aer ex aqua, vel aqua ex aere fit: hinc enim patet totum ipsum mutari magis, quam in alijs, ubi vtrunque est sensibile, puta cum vinum in acetum mutatur.

Dicit autem quod sensibile vocat, quod sentitur quocunq; sensu, tactu vel alio quouis. At ne quis dubitet, quomodo aer insensibilis dicatur, cum sit calidus, & humidus. Respondeo, esse quidem sensibile, sed parum propter subtilitatem, vel raritatem: & sic quodammodo insensibilis dici potest.

In his autem si aliqua manet passio.

Dubium ponit Arist.

Varie diversi interpretes, textum hunc exponunt, sed mihi non videtur ad hoc diff.

facilis, ut multis indigeat expositionibus: An generatione sola torum mutetur. Cùm dixisset Aristot. in generatione totum mutari, in alteratione qualitates, est dubium, an in generatione solum totum mutetur, & non qualitas, sicut in alteratione qualitas, & non totum.

Solutio.

Respondeo, quod cum qualitas est communis genito & corrupto, non est opus quod illa mutetur in suam oppositam. Ut si aqua mutetur in aerem; quia uterque est humidus & transparentis, non oportet, quod humiditas aequae mutetur in suam oppositam, scilicet siccitatem: quia etiam aer est humidus: atque haec est huius loci expositio fidelis.

Nota.

An tamen ex hoc loco concludatur, accidentia aliqua geniti manere, quae erant in corrupto, dicemus in quaestione circa hoc, in qua latè hoc examinabitur. Si autem non erit alteratio, ut musicus homo.

Quando non mutatur totum subiectum est alteratio.

Quamvis aliqui laborent circa huius loci expositionem, mihi placet expositio Aegidij & Pauli, quod ista verba respondeant antecedentibus, quibus dixit esse generationem & corruptionem, cum totum mutatur: modo addit, quod si totum non mutatur, non erit nisi alteratio: ut cum homo musicus fit immusicus: si musica, & immusica essent formae, & constituerent aliquod per se, tunc esset horum generatio & corruptio, quavis maneret homo: at cum passionem sunt subiecti manentis in mutatione, tunc secundum talia erit alteratio, non autem generatio, nisi secundum quid, puta hominis musici vel immusici.

Quando igitur secundum quantum fit transmutatio.

Alteratio & generatio distinguuntur ab alijs mutationibus. Primo.

Distinguit has duas mutationes, puta alterationem, & generationem ab alijs: nam cum mutatio est in quantitate, est augmentatio, vel diminutio: quando in loco latet: quando in qualitate est alteratio: quando verò in subiecto ipso, cuius est passio & accidens, est generatio & corruptio.

Statim comparat omnes non ratione termini, sed in subiecto dicit; quod generationis subiectum est maxime materia est enim omnium subiectum primum. Reliquarum subiecta sunt aliquo modo materia, scilicet

licet secunda, materia quidem, quia suscipit contraria extrinsecas, sed non maxime materia, quia est composita habens adhuc materiam. Atque hæc est de generatione & alteratione.

QVAESTIO QUINTA.

An generatio ab alteratione distinguatur.

2. Assum.

NON indiget titulus declaratione, quia satis est manifestus. At est argumentum primum, quo probatur non esse mutationes distinctas in essentia. Si distinguerentur, maxime esset in subiectis, quia generatio subiecti est materia, quæ est ens in potentia, sed alterationis subiectum est ens actu: sed hæc nulla est differentia, quia etiam materia secundum se suum habet actum, quamvis autem non sit ita perfectus, sicut actus compositi, non videtur hoc sufficere ad faciendam distinctionem genericam inter generationem & alterationem.

Secundo, tam extra essentiam materiae est forma substantialis, quam extra essentiam subiecti est forma accidentalis: ut ergo subiectum dicitur alterari secundum accidentales formas, ita etiam materia secundum substantiales: & generatio erit quædam alteratio.

Tertio, si differret istæ mutationes, ex eo esset quod alteratio est ex contrario in contrario, non autem generatio: sed generatio etiam est a contrario in contrarium, & a subiecto in subiectum, ut ex aqua in ignem, & contra ergo non est differentia inter ista.

1. fundamentum quid sit generatio, corruptio & alteratio.

Aduerte primo quid sit generatio, quid corruptio, quid alteratio: ex his .n. quæ in text. dicta sunt, possunt earum definitiones componi. Est enim generatio, mutatio ex non substantia in substantiam: corruptio verò mutatio ex substantia in non substantiam. Vbi per substantiam intelligimus compositam, & actu perfectam substantiam: per non substantiam verò imperfectam, & inconsumatam substantiam: ut sit sensus, generatio est mutatio, qua completa sit composita substantia, ex imperfecta & inconsumata: contra, verò corruptio. Alteratio verò est mutatio secundum qualitates, seu passiones.

Aduerte secundò, quod sex differen-

as possumus constituere inter generationem, & alterationem.

Prima est ex parte terminorum ad quos: nam generatio est secundum formam substantialem, alteratio verò secundum qualitatem, & hinc sumitur essentialis differentia, & generica inter has duas mutationes, puta penes terminos ad quos genere differentes.

Secunda est ex parte terminorum à quibus: nam alteratio est à subiecto, id est, à contrario positivo, at generatio est à non subiecto, & ab opposito priuatiuo: est enim alteratio ab albo in nigrum, at generatio ex non homine in hominem.

Huius autem ratio duplex esse potest: prior est, quia in alteratione, qua sit ad contrarium, terminus à quo semper est determinatus: si enim est ad calidum, semper est ex frigido, & quod tedit in nigrum, semper est ab albo vel à medio: at in generatione non est certus semper terminus à quo determinatus positivus: ignis enim aliquando ex aqua, aliquando ex aere, aliquando ex alio sit: similiter corruptio: ob id non sumimus terminum positivum, sed priuatiuum, quia semper iste est, ut ex non igne sit semper ignis.

Posterior ratio est, quia alteratio habet vniuersaliter quantitatem, & successione in forma ad quam tendit. Ad explicandam autem hanc quantitatem, sumimus contrarium, ut ab albo in nigrum. Si enim diceretur à non nigro in nigrum, nulla esset hic quantitas, quia ex non nigro nigrum in instanti fit: generatio non sic est enim indiuidua, & instantanea, ob id priuatiuum terminum sumimus.

Tertia differentia est ex parte subiecti, quod enim dicitur alteratione mutari, est compositum totum: at quod generatione mutatur, & idem manet sub utroque termino mutationis, materia est: nam compositum, quod ante erat, non manet, quod succedit, non erat ante, ob id neutrum mutatur: quod enim mutatur, debet id sub utroque termino mutationis manere: in generatione autem, & corruptione sola materia prima talis est.

Quarta est ex parte successionis motus: nam in alteratione inuenitur ferè semper

1. fundamentum sex differentiarum inter generationem & alterationem. 2. ex parte terminorum ad quos. 3. ex parte terminorum à quibus.

1. Ratio.

2. ratio.

3. differentia ex parte subiecti.

4. ex parte motus.

quantitas, quia ferè omnis successiua est, praesertim quæ inter contraria fit: atque hinc sequitur, quod tempore mensuretur, & ei adæquetur: at generatio pura non est successiua, nec tempore, sed instanti temporis mensuratur. Dico puram generationem, secundum suam solam naturam consideratam: aliquando enim generationem vocamus mutationem substantialem, cum præuia alteratione, & tunc successiua est, sed non secundum se.

Quinta est, quod generationem præcedit semper alteratio coniuncta ei, at non e contra, præcedit generatio alterationem, ei coniuncta de necessitate. Dico, ei coniunctam, quia bene generatio præcedit: nam res, postquam generata est, alteratur, sed generatio non est coniuncta alterationi, ita, ut nullum intercedat tempus: & hoc dico de necessitate, quia accidit simul atque generata est res alterari, sed non id ex se postulat alteratio. Præterea alterationem non semper præcedit alteratio, quia calefit aliquid, non præcedente necessario alterationem alia. Dico, non semper, quia alterationem, quæ sit secundum qualitates secundas, præcedit alteratio, semper secundum primas, ut dictum est lib. 7. Physic.

Sexta est, in alteratione non semper cum vna forma inducitur, expellitur altera, nec contra: nam lumen inducitur absque expulsiōe formæ, & recedit absque alterius introductione. At in generatione semper, & vniuersaliter non inducitur vna forma in materiam, nisi expellatur altera, nec vna expellitur, quin altera inducatur. Et attende quod non dico quod corumpatur, sed quod expellatur: anima enim rationalis aduentu alterius expellitur à materia, sed non corrumpitur. Ex his omnibus inferitur, & probata remanet conclusio, quod differunt maxime generatio & alteratio.

Ad primū argumentū respōdeo, quod est magna differentia inter actum materiae & compositi: materia enim est actus non per se, nec propter se, sed est dimidiū ens naturale: at compositum est ens iam consummatū. Unde differit mutatio vtriusque maxime, quia mutatio materiae non est propter ipsam, sed propter compositū, & per ta-

5. ex parte dispositionis præcedentium.

4. ex parte expulsiōis alterius formæ.

Nota.

Ad 1. arg.

lem materiam consummatam, & perficitur ad tale compositum: at alteratio non consummat compositum, sed disponit, & ipsū ordinat secundum aliquem modum: unde materia non dicitur altera per formam, sed perfecta. Et per hoc etiā soluitur argumentū secundum, quia forma substantialis facit vniuersum ens, at non accidentaliter, nisi vniuersum per accidens, sed potius superuenit vni enti.

Ad tertium solutio patet ex secunda differentia posita inter generationem & alterationem, fit quidem generatio aliquando ex contrario, sed non ut ex termino per se, sicut fit alteratio propter dictas causas ibi. Et hoc sit satis de questione.

QVAESTIO VI.

An alteratio sit motus continuus.

Postquam quid esset alteratio diximus, & quomodo à generatione differat: examinare oportet, an alteratio sit successiua motus & continuus: in hoc enim dicebamus à generatione differre: & videtur quod non sit vlla alteratio continua. Primo dicit Arist. expressè 8. Physic. text. 23. dicere alterationem fieri continuam, est aduersari valde manifestis.

Et ultra hoc est ratio prima: si alteratio est continua, pura, calefactio, sicut in aliquo tempore incessanter, hoc autem esse non posse probatur: si in toto tempore isto est calefactio, ergo in quocumque instanti res est facta magis calida, sed sunt in tali tempore instantia infinita, ergo in fine illius temporis erit infinitus calor, quod est impossibile: non ergo alteratio continua esse potest. Præterea est altera ratio. Si alteratio fieret continua, esset diuisibilis in infinitum: sicut motus & quodlibet continuus: sed hoc esse non posse probatur: si enim calefactio in infinitum diuisibilis est, non dabitur primus gradus caloris aut qualitatis, nec prima pars subiecti, quæ calefacta sit: ergo iam non dabitur minimum naturale, quod videtur falsum, & contra ea, quæ diximus 1. Physic.

Præterea tertio, cuius motus termini non possunt continuari, nec ipse motus potest esse continuus, at alterationis termini non possunt continuari, cum sint contrarij: non ergo potest alteratio esse continua.

tinua: confirmatur ex Arist. 6. Phy. tex. 38. vbi motus in contrarijs, aut contradi-
 torijs factos ob id. vocat non cōtinuos.
 1. Fundamē. Circa hoc aduerte, difficultatem esse
 Difficultas duplex in hac q̄stione. duplicem: est enim qualitas dupliciter di-
 uisibilis: vno modo secundum extensio-
 nem in subiecto: diuiditur enim albedo
 secundum diuisionem partium subiecti,
 cui inest, similiter quolibet alia sensibilis
 Qualitas du- passio: altero modo, secundum intensio-
 pliciter diui- nis gradus, eo quod qualitas habet certā
 sibilis. graduum latitudinē, secundū quam est
 intensior, vel remissior in subiecto vno.
 Duplex al- Cū igitur dupliciter diuidatur quali-
 teratio. tas, duplex est alteratio; altera quę sit se-
 cundū partes subiecti, cū calefit subie-
 ctum quantū secundum suas partes: alte-
 ra quę secundū gradū intensiōnem, cū
 idem subiectum ex calido fit magis cali-
 dum, & ex non calido, calidum: & de v-
 traq; alteratione est difficultas, an sit cō-
 tinua, ita, vt duret per aliquod tempus
 absq; interpolatione & quiete media.
 De hac re sunt tres opiniones diuersę:
 2. opi. Aegi. prima est Aegid. q. 26. qui dicit, quod al-
 teratio quoad intensiōnem est cōtinua, tamē
 quoad subiecti partes est discontinua,
 & interrupta: imaginatur enim sic fieri
 calefactionem, quę d accedat ignis aque,
 & per tempus disponit minimum, in quod
 potest introduci calor, & p totum mini-
 mum in vno instanti calorē introducat,
 sed per tēpus cōtinuē intendat introdu-
 ctum, postea cesset, & disponat secundū
 minimum, & in instanti introducat: & sic
 de alijs minimis: vnde non est cōtinuus
 motus, quantū ad extensiōnem, sed est suc-
 cessiuus, quia pars post partem alteratur;
 media tamen est quies: at quo ad inten-
 sionem est cōtinuus, quāuis non omni-
 nō, quatenus intensio vnus minimi, & al-
 terius non videntur omninō esse vna, &
 sic intentio totius cōtinui non est omni-
 nō etiā cōtinua. Hanc sententiā vide-
 tur sequi Iandun. lib. 8. Physic. q. 8.
 2. opi. quorū Altera sententiā est quorundā Tho-
 dā ex discip. mistarum credentium esse S. Thomę. 8.
 pulis B. Th. Physi text. 23. & re vera non est, solum e-
 nim de augmentatione ibi loquitur. Hęc
 igitur sententiā est, quod nec quo ad in-
 tensiōnem, nec quo ad extensiōnem est al-

teratio continua, sed discontinua, ita, vt
 ignis in hoc tempore disponat primum
 minimum subiecti, & in instanti per to-
 tum inducat calorem, & per aliud tem-
 pus cesset, & disponat aliud minimum, &
 in instanti inducat, & sic de alijs. Idem e-
 tiam quo ad intensiōnem; per tempus e-
 nim disponit, & inducit vnum gradum
 totum, postea disponit, & inducit alium;
 & sic cōsequenter. Ista opinio solū inni-
 titur primō argumē. facto in prin. quęst. 3. sententiā.
 Tertia sententiā est ferē communis,
 quod sit continua, & quoad intensiōnem,
 & quoad extensiōnem, ita, vt nō fiat per
 instantia, quiete interrupta, sed per ali-
 quod tēpus continuū, & huic maximē
 fauet Arist. 6. Phy. tex. 37. & 38. vbi diui-
 sibilem dicit alterationē & augmentatio-
 nem, sicut motum localem.
 At vt quid mihi in hac parte videatur
 tenendum, aperiā: sit prima conclusio,
 Alteratio, quoad vtrumq; continua est,
 sæpē dico sæpē, quia aliquando euenit
 secundum subiecti partes nō esse conti-
 nuam, sed totam simul, vt dicemus pos-
 teā. Hęc conclusio, meo iudicio, proba-
 tur euidenter; & primō suppono vnum
 principium certum: quando agēs est de-
 bite approximātū passio, necesse est, quod
 agat in ipsum statim. Ex hoc argumen-
 tor, demus ignem approximātū aque,
 & sit iam primum minimum calefactum:
 si per te tempus est, in quo non calefacit
 secundum, ergo agēs nō agit in passum,
 cū sit debite approximātum.
 Dicunt isti, quod tunc disponit illud
 minimum: sed contra hoc est ratio for-
 tis, vel introducit aliquid, vel non: si nō,
 ergo non disponit: nā impossibile est in-
 telligere, quomodo disponat, nisi agat:
 si agat, ergo alterū patitur; si patitur, er-
 go recipit: si ergo recipit per illud tēpus:
 vide iam alterationem continuam in tē-
 pore, quam negas: quod si adhuc ista fiat
 in instanti, debes tandem deuenire ad
 dispositionem in tempore, aliter per tē-
 pus nihil ager agens: profectō hoc argu-
 mentum concludit.
 Pręterea est altera ratio; quia qualitas
 prima; qualis est calor, non habet aliam
 dispositionem in aqua precedentē, quia
 ista

1. conclusio.
 Alteratio q̄
 ad vtrumq;
 sæpē est cō-
 tinua.
 1. argum.
 Reijcitur so-
 lutio quo-
 runda.
 Reijcitur so-
 lutio quo-
 runda.

Ista nō est, nisi raritas, & hoc ipsi dicūt:
 sed est impossibile: nam aquę raritas est
 effectus caloris, nec ignis rarefacit, nisi
 calefaciēdo; quia ignis raritas non est a-
 ctiuā; vt possit raritatem facere: nō ergo
 introducit illam, nisi introducendo ca-
 lorem, & opp ositum non est audiendū:
 quāuis non nego raritatem aliquando
 precedere calorem, vt in motu duorū la-
 pidum fit ignis, vel motus efficit calorē
 rarefaciēdo: sed ignis non potest hanc
 raritatem facere, quia non se cōfricat cū
 partibus aque, cōcludamus igitur quod
 alteratio continua est.
 3. Est tertium argumentum. Si sit per il-
 la minima alteratio, sequitur quod agēs
 intensissimū & debilissimū æqualiter a-
 gunt, quia vtrumq; non nisi minimum
 gradum introducit, & minimā partem
 alterat in singulis instantibus.
 Aliqui hoc admittūt, sed dicunt quod
 quāuis ita sit, tamē agens fortius, frequē-
 tius alterat, q̄ non ita fortē, sed profectō
 hoc non est recipiendū, quia si Deus im-
 pediret actionē vtriusq; in altero instan-
 ti, quis posset capere, quod tantum age-
 ret calor vt octo, & calor vt duo?
 4. Quātū argumentū est, quia tunc non
 esset alteratio vna, sed plures mutationes
 simul cōiunctę: docet. n. Arist. lib. 5. phy.
 quod si quies intercedit, nō est vnus mo-
 tus, & lib. 8. ob id negat esse vnum motū
 reflexum cum simplici.
 Pręterea, quia si aliquis modo calefie-
 ret, & quiesceret per diem, & statim cale-
 fieret, etiā diceretur vnus motus, quod
 est falsum: nam parum refert, quod quies
 sit magna aut parua.
 Quintum argumentum est, conclu-
 dens ad hominem: ipsi dicunt, quod mo-
 tus localis est omninō cōtinuus, ex hoc
 sumitur argumentum. Rarefactio est cō-
 iuncta cum motu locali, quia non fit ra-
 refactio quin locus acquiratur, sed loca-
 lis motus est cōtinuus: ergo & ipsa ra-
 refactio, hęc autem alteratio est, ergo est
 continua alteratio.
 Secunda conclusio: in alteratione da-
 tur primus gradus acquisitus, & prima
 pars secundum subiectum. Explico, cū
 ignis accedit ad aquā, datur vnus primus

1. conclusio.
 Alteratio q̄
 ad vtrumq;
 sæpē est cō-
 tinua.
 1. argum.
 Reijcitur so-
 lutio quo-
 runda.
 Confirmatio.
 2. conclusio.

gradus caloris in vno instanti introdu-
 ctus, similiter prima & minima pars a-
 que calefacta.
 Hęc conclusio quantū ad minimum
 extensionis probatur; quia si non datur
 prima pars quę sit calefacta, sed semper
 minor, & minor precessit: sequitur quod
 nec dabitur minimum ignis: & substanti-
 quod falsum esse supra ostendimus.
 Probatur sequela, quia calor disponit
 ad formam ignis; sicut ergo non datur
 primum in calore, nec dabitur ignis mi-
 nimū: quia demus v. g. minimum ignis, sit.
 A. B. si in medietate potest induci calor,
 detur quod intendatur ibi vsq; ad octo,
 peto, an erit ignis, vel non; si est, ergo mi-
 nor minimo, si non, ergo postea summa
 dispositio, non erit forma.
 Pręterea, quia summus calor erit cum
 forma aque, vel. e. it materia sine forma:
 necesse est igitur, quod si non datur ista
 diuisio in igne, sed est minimum, quod
 etiam sit in accidenti.
 Pręterea, quia agens & alterans sem-
 per est applicatum æqualiter alicui parti
 passi: & sic non in minori, & minori
 prius inducit qualitatem.
 Hoc etiam patet de intensiōne: nam
 vix intelligi potest, quod detur forma a-
 liqua permanens, & incipiat, nec detur
 pars primō producta, cū agens sit certę
 & determinatę virtutis. Ista etiam sen-
 tentia est Auerr. expressa 8. Physic. com-
 ment. 25. & Iandun. lib. 6. q. 15. & Aegid.
 q. 25. huius.
 Nec propterea existime: quod nos po-
 nimus in motu primū mutatū esse: nam ne nō datur
 iste gradus, & hoc minimum primū muta-
 tione instātanea producantur, nec sunt
 quicq; motus, sed sunt vltimū nō esse mo-
 tus, quia tunc nō est motus, sed immēdia-
 tē post illud erit: & ita est intelligendus
 Arist. lib. 6. Phy. tex. 35. & 36. quāuis non
 negat illic magis dicere quod nō datur
 primū: nā docet simpliciter quod ex al-
 bo incipit nigrum p motum, & non per
 mutationē, propterea est probabilis sen-
 tentia tertia proposita. At S. Tho. 8. Phy.
 tex. 23. dicit ad illū locum, quod loqui-
 tur in genere de motu, & non descendit
 ex profecto ad motum particularem.

1. Ratio.
 2. ratio.
 3. ratio.
 In alteratio-
 primū muta-
 ratū esse.
 Tertia

3. conclusio.

Tertia conclusio, post primum istum gradum, & minimū non inducitur calor, nec quoad intensiōem nec quoad extensiōem nisi successiue continuē. Et ratio est; quia iam posteriores gradus adueniunt primō, & minima posteriora sunt primō continua: & sic quantumcunque illorum pars minor prius producat, non dabitur minus minimo per se existens, vt alibi declaratum est.

4. conclusio.

Hoc non habet locum de partibus latitudinis & longitudinis semper, quia si equenter alterantia sunt maioris quantitatis, quam sit minimum, etsi magnā partem simul alterant: at verū habet de partibus profunditatis, in quas posteriores & interiores, posteriorū alterantur, cum ab agente magis distent; nec in hoc est id vniuersaliter verum: sunt enim alterationes, quæ secundum subiecti partes simul fiunt, vt patet de coagulatione & congelatiōe, de quibus multoties diximus.

Ad 1.

Ad primum argumentum dico, quod sicut motus localis est continuus, ita, vt in quocunq; instāti mobile sit in alio loco, non tamen ob id conceditur spacium esse in finitum, quia sunt infinita instantia in potentia; ita similiter in alteratione circa qualitatem; & profectō mirabile est, quod isti admittunt in motu locali, non autem in alteratione, cum tamen vtriusque æquā sit ratio. Ad secundum patet solutio ex secunda cōclusionē. Ad tertium dico, quod motus alterationis est in termino ad quem: vnde dealbatio est albedo fluens, vel potius fluxus quo ipsa fluit, terminus à quo extrinsecus est; ob id quamuis nō sit continuus, non aufert motus continuitatem. Motus localis excedit in hoc alterationē, quia eius termini possunt esse continui: ac ob id Arist. vocauit alterationem illic discontinuam, sed non semper, vt diximus in expositione illius loci. Hæc satis.

Ad 2.

Ad 3.

QVAESTIO VII.

An in corruptione fiat resolutio vsque in primam materiam.

Quid sit faciendum in hac q̄stione.

Solēnis est q̄stio hæc, in his libris & valdē vtilis, in qua tria excquemur:

primum est, sensum quæstionis aperire: alterum est, sentētiās philosophorū cum ipsorum potissimis rationibus proponere: tertium quid probabilius mihi videatur ostendere.

Circa primū aduerte, quod nō querimus, an post rei corruptionem maneat materia nuda: hoc enim impossibile est. Non enim materia absq; vlla forma esse potest, quod si hæc recedit, illa succedit: sed sensus est, an cum aliquid corrumpitur, & alterum generatur, nihil corrupti maneat in genito, nisi sola materia. v.g. corrumpitur homo, fit cadauer, an in cadauere nihil hominis maneat, nisi sola materia prima, vel maneat aliqd aliud.

Et attēde, quod est duplex difficultas in hoc: altera est, an maneat aliqua forma substantialis. v.g. corrūpitur homo; maneat ne aliqua forma substantialis, quæ erat primō, hominis; alig. n. dicūt, quod sic, puta, qui ponūt formā corporeitatis substantialē, vt Auic. & Scot. sed contra hos disputauimus i. phy. Alij ponūt formas elementorum in mixto; sed cōtra hos dicemus in capite de mixtione.

Modō supponamus non esse nisi formam vnā substantialem in cōposito, & petimus de accidentibus, an quando corrumpitur aliquid, maneat aliqua ipsius qualitas aut accidens in genito, aut nihil nisi sola ipsius materia prima, & per hæc patet quæstionis sensus.

Sunt autē circa hoc duæ celeberrimæ opiniones; prior est eorū, qui assēūt, quod semper in corruptione sit resolutio vsq; in materiam primam, ita, vt nullū accidens maneat idem numero in genito & in corrupto.

Notāt autē quod in qualibet generatione cōueniunt dispositiōes duplices, quædam dicētes rem ipsam generandā, & introducentes ipsam formā; at istæ corrūpuntur cum forma, quæ recedit, à materia per primum esse conferuantes ipsā in materia. v.g. ignis exsiccat, & calefacit aquam, donec forma aquæ expellatur, & inducatur forma ignis: expulsa autem forma aqua, corrūpitur totus calor.

Explicatur sensus quæstionis.

Duplex hæc in re difficultas, videlicet de substantiali forma & accidentali, an in corruptiōne aliqua maneat.

1. Sent. fieri resolutionē in generatione vsq; ad materiam primam

In generatione sunt duplices dispositiōes

por, & siccitas quæ in ipsa erant, quia ad subiecti corruptionē corrumpuntur quæ in ipso sunt, & inducitur forma ignis cū nouo calore, noua siccitate, & alijs dispositionibus.

Authores huius sententiæ D. Tho. Aegid. &c.

Hæc sententia est S. Tho. & Aegid. 2. gen. text. 23. & lib. 1. text. 24. & Capreo. 2. sen. d. 13. q. 1. & Pauli. Sonz. 8. Met. q. 9. & Caieta. de ente & essentia. q. 17. & communis Thomistarum.

1. arg.

Potissima argumenta huius sententiæ sunt ista. Primum est. Accidens, est quod aduenit enti in actu, ergo subiectum cui accidens inhæret, est totum compositum, ergo destructo composito necessario destruetur accidens. ergo nihil corrupti manebit ingenito.

2.

Secundum est. Si accidens est in materia immediatē, & nō in cōposito, sumo ipsam materiam cum accidenti, & peto, an sit vnū per accidens, vel per se, non per se, vt notum est, ergo per accidēs: sed omne per accidens præsupponit per se, ergo ante accidens prius natura est forma in materia, ratione cuius est vnū per se.

3.

Tertium est, accidens vnū numero non potest migrare de subiecto in subiectum, sed si accidens corrupti manet idē in genito, vtiq; esset migratio accidentis, vt notū est: ergo fieri non pōt vt maneat.

4.

Quartō Arist. tex. 23. dicit, quod generatio est mutatio totius in totum, nullo sensibili manente, sed si maneret accidens idē, iam maneret aliquod sensibile in vtroque toto, ergo non esset generatio.

5.

Quintō, Sequeretur quod esset idē motus continuus vtriusq; et diuersi subiecti, quod est impossibile: probatur sequela, cōburatur homo, vel animal viuū, & cōtinuetur calefactio vsque ad cineres, tūc si idem est calor in mortuo qui erat in viuo, & talis calor semper intēditur, ergo erit calefactio cōtina duorū subiectorum.

6.

Sextō. Sequitur etiam quod cum animal moritur, ille calor qui manet, est idē cum priore viuū: sed probatur quod non possit hoc esse: calor enim mortui inducit putrefactionem, calor vini conferuat, ergo non potest esse ille calor idem. His arguementis innititur hæc sententia.

1. Sententia non fieri

Altera sententia est huic opposita: Di-

stinguit enim duplex subiectum accidentis: alterum in hæsiōis: alterum prædicationis & denominationis: materiam constituit subiectum inhæsiōis, cui in sunt accidentia: at compositum est subiectum prædicationis, de ipso enim accidentia denominatiue prædicantur. Et hoc inhæsiōis, non repugnat aliqua accidentia manere eadem in genito, quæ erāt in corrupto.

Duplex subiectum in hæsiōis, & denominationis.

Hæc sententia est Alber. Mag. trac. 2. c. 2. & Auerr. 1. de gen. cōment. 1. vbi dicit eandem esse materiam alteratiōis, & generationis: & similiter cōment. 2. 4. & Albert. Saxo. q. 6. & Marsil. q. 7. & Greg. 2. sen. d. 12. q. 2. ar. 2. & communis Nominalium.

Auctores sententiæ Alberti Auerr.

Argumenta huius sententiæ potissima sunt, quæ sequuntur. Primum est ex Arist. hoc tex. 24. vbi dicit accidentia cōmunia genito & corrupto manere in generatione: & li. 2. tex. 25. dicit elementa symbola facilius trāsmutari, quia vnā qualitatem habent communem, vt aer, & ignis: vterq; enim est calidus, humiditas sola contraria est.

1. arg.

Secundum argumentum cōmunissimum est Nominalium: frustra fiunt per plura quæ possunt fieri per pauciora, sed ad formam generandam sufficiūt dispositiones præcedentes: ergo si vltra ponuntur aliæ, quæ sunt similes prorsus.

2.

Tertium est. Si nō manet eadem qualitas, sequitur quod aliquid corrumpitur sine corruptente, quod est impossibile: probatur sequela: cum aer in ignem conuertitur, si calor aeris non manet, à quo ergo corrumpitur? nō à calore ignis, quia calor non destruit calorem, non à siccitate, quia non sunt contraria, ergo non habet corruptens.

3.

Quartō. Sequitur etiam quod aliquid generatur & non habet generans: probatur, moriatur animal, manent albedo, sapor, & alia accidentia: si verò non, à quo ergo generantur, quia non est vlla causa efficiens, nisi gladius corruptens animal: at tale agens non potest similes produci e effectus.

4.

Præterea quintō. Aliquid generatur à suo contrario, patet, Demus quod.

5.

morietur animal ex nimio frigore, tunc per aliquod tempus inuenitur calor in cadauere: si ergo non est idem, sed de nouo productus, iam fiet à frigiditate contraria, quod est impossibile.

Sexto. Experientia probatur, quia vix credibile apparet, quod in homine mortuo non sit eadem cicatrix, eadem figura, eadem dimensio, quæ erant ante, præsertim quia si de nouo producta sunt, frustra sunt producta, cū talia accidentia nō sint necessaria ad formā cadaueris. Hæc est sententia horum & rationes ipsorum.

1. Concl.

Supereff vt quid mihi probabilius videatur aperiā. Sit igitur prima conclusio. Resolutio fit vsq; in materiam primam mediātē, & post multas corruptiones. Explico, cū homo corrumpitur in cadauer, & iterum cadauer in aliud, & hoc iterum: profectō iam post tot mutationes non est vllum accidens, quod erat hominis, sed sola materia.

Explicatur conclusio.

Hæc conclusio est certa apud omnes, præter Auerroem, qui quantitatem manere perpetuō cum materia autumat: sed contra istā sententiam diximus iam lib. I. Physi. de qualitibus verō alijsq; accidentibus nulli est dubium.

2. Concl.

Secunda conclusio. Aliquando immediate, ex prima mutatione fit talis resolutio vsq; in materiam primam, vt patet in combustione paleæ, & in mutatione elementi non symboli, & alijs huiusmodi. De his duabus conclusionibus nō est magna difficultas.

3. Concl.

Tertia conclusio. Non semper fit resolutio immediatē vsque in materiam primam. Hæc conclusio mihi videtur multo probabilior quā opposita. Explicatur conclusio. Aduerte ergo accidentia esse in dupl'ici differentia: quædam enim sunt communia genito & corrupto: quædam propriæ: scias enim quod genitū, & corruptum semper specie, vel genere differunt: nunquam enim primō vnum in aliud eiusdem speciei corrumpitur, sed alterius, vt homo in cadauer, ignis in aquam, aer in ignem, & idē in omnibus.

Explicatur conclusio ex accidentium differentia communium & propriorum.

Vnde accidentia propria speciei corrumpuntur, nec manent in genito: at quæ generica, & communia sunt aliquo modo

do, nec contrariū habent in genito, nihil vêtat eadem manere in mutatione immediate & prima. Istam sententiam mihi persuadent multis rationibus.

Prima est, illi debēt accidentia inherere, de cuius potentia educuntur, at accidentia educuntur ex potentia materiæ, ergo in ea inherent. Loquor autē de huiusmodi accidentibus sensibilibus: maior profectō videtur certa, quia vix potest intelligi quomodo si aliquid ex sola materia extrahatur, non sit in ea: minor probatur, sumo calorem in aqua, ista non potest extrahi ex forma, cū sit forma opposita, & determinata ad frigiditatem, ergo extrahetur ex materia, & ex potentia communi ad opposita.

Secundum est. Dispositiones in aqua attingunt introductionem formæ ignis, & ipsam producant, ergo sunt cum ipsa forma: si enim non essent, quomodo possent producere formam? antecedens aut probatur, quia non est aliud quod proximē attingat productionem formæ, nisi talis dispositio, agens enim non producit substantiam, nisi per accidentia, vt instrumenta.

Quod si dicas adhuc quod solus ignis producit, augmentum non soluitur: nam pono quod ignis agēs desinat esse per primum non esse cum dispositionibus. Inductus, tunc nec erit agens, nec virtus eius, nec oportet casum fingere, hoc enim apparet in virtute seminis, etiam destructo generante & patre: si virtus illa non est, cum anima incipit & producitur, potest generari: & profectō mihi videtur argumentum esse admodum forte.

Tertium. Si de nouo dispositiones producantur cum forma ventura, sequitur, quod calor vt octo, & intensissima qualitas produceretur in instanti, & corrumpetur altera in instanti: vt cū ignis producitur, & aqua corrumpitur: hoc aut ipsi concedunt, sed profectō gratis, & absque ratione qua id probent necessariō.

Et quamuis hoc de calore dici possit, tamen quomodo dici potest de animali, cuius dispositiones sunt tot organa, tot temperies particulares membrorum? Quis enim crederet quod destruantur omnes aduenientia

ueniente anima, & in instanti producantur alia? sequitur enim quod frustra illæ præcesserunt; sat enim fuit animam introducere: nō enim hic potest dici, quod sunt istæ dispositiones priores ad expellendam formam præcedentem, sicut calor in aqua, quia istæ organizationes, & instrumenta nullo modo tendunt eōtrā formam seminis: ergo profectō manent eadem adueniente anima, ad ipsiusq; aduentum perficiuntur.

Quartum argumentū est, quod ex mixtionibus sumitur, in quibus formæ herbarum, lapidum, & ipsorum simplicium percutunt, tamen virtutes manent & qualitates inducentes eosdem effectus, quos ante: nec valet dicere quod iterum de nouo producantur similes virtutes, quia non est agēs quod potest tales producere: quæ enim ratione possit agens producere ex his herbis, quare non ex alijs rebus quas de nouo producit? nō ergo credendū est, sed quod manent ipsæ eadem qualitates.

Quintum est. Cū corrumpitur animal, & de nouo fit ille calor, peto vel per se producitur à causā quæ destruxit animal, vel mediātē & consequenter: nō per se, quia si occisum est gladio, nō videtur gladius, nec vlla causa per se productiua illius caloris, si mediātē, & consequenter ad formā cadaueris, profectō est impossibile, quia cū talis calor non sit passio, nec effectus, nec dispositio, necessaria talis formæ, sed alienum ab ea, non videtur quod possit consequi ad ipsius productionem.

Nec valet quicquā solutio Gaietani, quod ideo manet calor ille, quia non potuit ita corrumpi calor, vt in numero, & specie corrūperetur: ob id ille manet non idē numero, sed idē specie. Ego miror Gaietanum, qui potest sibi talem conclusionem persuadere: nam qui corrumpit indiuiduum, etiā corrumpit speciem in eo existentem: si ergo ille primus calor destructus est, etiam species in eo.

Quod si dicat, alius est productus, tūc non est in potentia corrūpentis quod ille sit, cū ipsum producat calorem illum.

Sextum argumentum est ad hominē. Si forma prius natura est in materia in-

Reijctur solutio Iulii Gaiet.

6.

troducta, quā vllum accidens, & dispositio, peto, vel illa forma est singularis vel nō: si nō, ergo non est producta, est enim productio singulariū: si ergo est singularis, ergo ante quantitatem & dispositionem indiuiduantur res: non ergo à materia signata prouenit formæ indiuiduatio, hoc argumentum magnam habet viam in doctrina eorum, qui tenent non esse accidentia nisi in composito, dicunt enim alibi esse indiuiduationem formæ à materia signata & determinata. His igitur argumentis mihi probabilior apparet proposita conclusio.

Nec argumenta in oppositum habent multū roboris. Pro solutione nota, quod non ita ponimus accidentia in materia, quod in ipsa nuda sint, quamuis forma separaretur omnis, nullus enim hoc dicit, sed sunt in materia, ita vt habeant aliquā formam, siue hanc, siue illam.

Ad primum igitur Respon. quod accidentia adueniunt enti in actu, & composito, quia nō sunt in materia, nisi habeat formam, & non insurgunt nisi ex materia, quæ aliquā habeat formā, siue hanc, siue illam: nam quamuis dispositiones vnus antecedant ipsam, non tamen sunt ante alteram formam, quæ erat in materia. Quod si velis quod primō & immediatē omnia inherant composito, id ne go, sat est quod adueniant, & insint materiæ, quæ est substantia, licet imperfecta: accidentia ergo toti adueniunt composito alieni, licet non insint immediatē, nisi ratione materiæ.

Ad secundum, admittō accidens cum materia consideratum vnū esse per accidens, & quod tale præsupponit vnū p se, sed dico hoc esse materiam: quis enim negare poterit, materiam secundum se substantiam esse? si substantia, ergo & vna, & non per accidens.

Ad tertium dico, quod non est illud migare de subiecto in subiectū: imō manet idem subiectum inhesionis, puta materia, quæ eadem est in genito, & composito: epugnat aut quod accidentia transcant de materia in materiam.

Ad quartum patet solutio ex textu expositione: nā secundū Philop. per subiectum

Nota pro solutione argumentorum.

Ad 1.

Ad 2.

Ad 3.

Ad 4.

ictum

ieum sensibile compositum actu intel-
ligitur, quod mutatur in corruptione &
generatione, & idem non manet.

Ad 5.

Ad quintū: sicut diximus lib. 5. eundē
esse motum continuum cadaueris, & can-
nis viui è turri cadentis, ac media in via
obeuntis: ita etiam putamus eandē cale-
factionem, si continuo per illud tempus
combureretur, quia manet idem mobile
secundum partem vnam præcipuam ad
mortum, & in calefactione manet idē sub-
iectum, quamuis non sit idem subiectum
denominationis, ac propterea non videat-
ur tantum vnus motus.

Ad 6.

Ad sextum est facilis responsio, non
enim calor, qui erat naturalis, inducit pu-
refactionem in cadauere, sed calor extra-
neus, qui plurimus erat ante: & præterea
ipse etiam calor naturalis, quia non est
inconueniens, vt qui erat naturalis vni
formæ, fiat extraneus alteri: ita ergo sol-
ui possunt argumenta contrā conclusio-
nem hanc nostram.

4. Conclu-
sio pro D.
Thom.

Sicut quarta conclusio, Opposita sentē-
tia, scilicet quod non sint accidentia vlla
eadem in genito, & corrupto, est valdē
probabilis, quāuis, vt dixi, mihi videatur
oppositum probabilius, & magis tenen-
dum. Sex argumēta quæ facta sunt in al-
teram partem solui possunt, si notes duo,

1. Notandū
pro solutio-
ne argumē-
torum.

que ipsi dicunt. Alterū est, quod accidētia
corrupti contingit quatuor modis. Pri-
mò, à cōtrario manente subiecto: vt calor
corrupti aquæ frigiditate. Secundò ad
corruptionē subiecti, quando enim sub-
iectum corrumpitur, etiam omnia quæ
in eo sunt, sic dispositiones anteceden-
tes corrumpuntur non à cōtrario, sed ad
subiecti corruptionem. Tertiò ad corrup-
tionē termini, vt destructo filio, recedit
paternitas. Quartò, ad defectū causæ, vt
lumen ad defectum lucernæ.

2. Notan-
dum.

Alterum dicunt, quod accidēs aliquā-
do per se producit, & tunc à simili: ali-
quando per accidens, & velut consequē-
ter, & tunc à dissimili & à contrario: & per
hæc aliquantulum soluantur argumenta. At
quæ nos proposuimus, non ita facile ha-
beant solutionem.

Ad loca
Arist.
Ad 1.

Ad duo loca Arist. potest etiā responde-
ri. Ad primum respondeo pro ipsis, quod

Arist. solum dicit hoc quod cū qualitas
est cōmunis vtrique: genito & corrupto,
non est necesse quod illa mutetur in con-
trariam, vt quia aer, & aqua humiditatem
habent, non est opus, cum aer in aquam
conuertitur, quod sicut calor aeris muta-
tur in frigiditatem, ita etiā humiditas in
siccitatem: hoc non est opus: non tamen
ex hoc colligitur quod maneat eadem, i-
sta est apparens satis euasio.

Ad secundum respon. S. Tho. eodē lo. Ad 2.
co, quod ideo facilius est trāsitus in Sym-
bolis, quia est minor resistentia, quia nō
est nisi vnum cōtrarium corrumpendū,
in non symbolis sunt duo.

Cōtra hoc subtiliter replicat Marsili;
quia si in non symbolis sunt duo corrup-
penta, ita etiam sunt duo corrumpentia,
& sic videtur eadem propositio vnius ad
vnum, & duorum ad duo.

Dico, quod non valet instantia, & ra-
tio est, quia humiditas. v. g. in aere minus
resistit igni, quia est cum calore, qui mi-
nus est proportionatus ei, quā cum est
cum frigiditate, tunc enim magis resistit,
& propterea facilius est trāsmutare sym-
bolum. Et hæc satis de hac quæstione.

TRACTATVS DE Augmentatione. CAPVT V.

De Augmentatione autem reliquum
est. Tex. 25.

Postquam de generatione, & altera-
tione dixit, nunc augmentationem
aggreditur, ac duo tractanda propo-
nit, alterum in quo differat à generatione
& alteratione, alterum quomodo fiat au-
gmentatio, similiter diminutio.

Circa priorem quæstionem dubitat,
an in solo termino ad quem sit differen-
tia inter has mutationes: an etiam in ali-
quo alio, scilicet in modo aliquo, & respō-
det quod in vtroque: in termino quidem
ad quem, quia generatio est ad substan-
tiam, alteratio secundum qualitates, au-
gmentatio autem secundum quantita-
tem: in modo quidem, quia quod genera-
tur, dum generatur non necessario mutat
locum: lignum enim eodem loco manēs
potest

Obiectio.
Marsilij.

Solutio.

Propō dua
rū q̄num
tractanda
rum.

in quo
differat au-
gmentatio
ab alterati-
one.

An augmē-
tatio & al-
teratio dif-
ferant in so-
lo termino
ad quem,
an in alio
aliquo.

potest

Quod igitur differt non solum in i-
pso. Tex. 26.

INFER T conclusionem, non solum
differre augmentationē ab alijs in termi-
no à quo, sed etiā in modo, quia cū illa lo-
ci mutatiōe necessario sit, vt dictū est: &
sic soluitur prior q̄st. in principio posita.

Secundā autē quæstionē aggreditur,
quomodo fiat augmētatio, & ponit quæ-
stionē, Supponitq; prius, quod circa ma-
gnitudines sit augmentatio, quo suppo-
sito, petitur quomodo sit augeri & mi-
nui secūdu magnitudinē & corpus, quia
duplīciter potest intelligi, aut quod auge-
mur magnitudine & corpore potentia,
aut actu: & nota quod est quæstio de ma-
teria augmentationis & diminutionis.
Vtrum ex potentia quidem magni-
tudine. Tex. 27.

QVÆSTIONEM proponit. An
corpus seu magnitudo generetur vel au-
geatur ex non corpore & magnitudine
actu, sed ex corpore potentia vel non sic.
Adhuc si ex non corpore actu, corpore ve-
rò potentia, an fiat ex tali corpore poten-
tia, quæ materia est secundum se separa-
ta vel non, sed in aliquo existenti.

Et facit argumentum quo probat non
fieri augmentationem ex materia separa-
ta, tunc enim vel esset absque loco, vel ef-
set vt punctus vel vacuū, vel corpus insen-
sibile talis materia: sed nihil horū potest
esse, ergo nō fit augmentatio ex materia
separata, quæ sit potentia corpus. Mino-
rē probat quantū ad duas priores partes,
quod non possit esse non habens locum,
quia id quod generatur vel augetur, locū
habet, ergo etiam id ex quo debet esse ge-
neratio & augmentū debet locum habe-
re, si non per se, saltem per accidens: pro-
bat etiam quod non sit vt punctus, quia
tunc esset in alio, & non separata.

Reliqua duo prætermittit, quod non
sit vacuum, quia vacuum impugnatum
est lib. 4. Physic. cap. 8. & 9. similiter quod
nō sit corpus insensibile, quia iam etiam
non esset per se, sed in corpore: tum etiā,
vt dicit Philop. quia non potest esse cor-
pus, quin sit sensibile: nam si corpus est, lo-
cum habet, & tunc vel suū vel deor-
sum.

Y y y sum.

Ratio ari.
quæstionē
Augmenta-
tio differt
ab alijs mo-
tibus, & ra-
tione termi-
ni & modi.

Qd 2. Ari-
sto. quomo-
do fit aug-
mentatio.

Scilicet quæ-
stionis.

An magni-
tudo auge-
tur ex non
magnitudi-
ne.

Arg. Ari. à
dijunctio-
ne.
Primum.

Nota ex
Philop. per
artium dif-
ferentia.

Dubium 1.

Solutio
Philop.

Dubium 2.

Solutio.

Quomodo
quod auge-
tur & dimi-
nuitur mu-
tet locum.

potest substantialiter mutari: similiter q̄
alteratur, nā quiescens in loco potest al-
terari: at quod augetur, necessario mutat
locū, ob id differt in hoc modo augmen-
tatio à reliquis. Hæc enim cum mutatio-
ne loci, illa nō necessario cōiuncta sunt.

Notat Philop. quod artes tripliciter dif-
ferunt, quædā in sola materia, vt qui facit
statuam ex ligno, & qui facit ex lapide, &
qui facit ex ferro: quædā differunt forma
sola, vt qui ex ligno facit statuā, & qui ex
ligno triremes facit: quædā in vtroq; vt
medicina, & ars edificandi, & ars fabri-
lis: ita se habent hæc, augmētatio, genera-
tio, & alteratio, differunt enim in termino
ad quē, qui est velut materia, & in modo
qui est velut forma, vt dictū est: & ita in
prima quæstione dubitauit, in quo differ-
rent, an in vno horum, an in vtroque.

Dubitabis, quare, cum tres sint mutati-
ones, dixit, vtraque mutatio fit ex poten-
tia in actum, quia vtraque videtur deno-
tare duo.

Respondet Philop. quod duas muta-
tiones, scilicet augmentationem & altera-
tionem sub vna coniunxit, quia vtraq;
est mutatio accidentis.

Dubitabis ulterius, quia 8. Physic. tex.
35. dicit, q̄ alteratio præsupponit motum
localē. Dico quod nō præsupponit motū
localē semper sui, sed vel sui vel alterius:
hic autē dicitur, quod non est opus quod
ipsum alterabile localiter moueatur,
dum alteratur, sicut augmentabile.

Alio autem modo ab eo,
quod fertur.

Cū dixisset augmentabile vel quod
diminuitur, mutat e locum, explicat quo
modo mutet locū: dicitq; primo, quod nō
mutat totū locū, sicut quod fertur, hoc. n.
vnū locū relinquit, alterū acquirit: at q̄
augetur, non relinquit locū quē occupa-
bat, sed ipsum retinet. Dicit secūdo, quod
non retinet ipsum, sicut quod circulari-
ter mouetur, quod intra eosdem termi-
nos secundum partes mutatur, sed mutat
locum, sicut quod extenditur, quia ret-
nēs eūdē locū, ampliorem & latiorē ac-
quirit, in minorē autē se contrahit, quod
diminuitur, non tamen totum deserit.

sum, naturaliter vel violente, & omni modo sequitur, quod sit sensibile, aliter non haberet locum.

Nota. Nota, quod hic locus varie exponitur à multis, & à Philop. quia varie legitur. Mihi magis ad mentem Arist. videtur expositio data, debes tamen supplere vnam conjunctionem, quæ deest, vbi dicitur veluti punctus, legi debet: aut veluti punctus, vt habetur Græcè.

Sed si in aliquo inerit. Text. 28.

IM P V G N A T alteram partem, quod non sit hoc corpus in potentia in aliquo, ita tamen vt nihil eius sit nec pars, nec accidens eius: si enim aliquid esset, tunc non

potentia, sed actu esset: hoc impugnat triplicem impugnationem vnius partis diffinitionis. Quod non sit corpus in potentia ex quo fit augmentatio. Primo. 2. 3.

Tertio sequitur, quod cum ex aliquo generatur aliquid, tunc recederet aliquid ab eo, ex quo generatio fit, puta cum sit ex aqua aer, recederet aqua manens, & relinqueret materiam, sicut qui manens alteri relinquit locum. Hæc autem omnia impossibilia sunt.

Melius ergo est facere omnibus.

Text. 29.

Concludit, quod cum materia non sit separata secundum se existens, nec in alio, ita vt nihil sit illius, debemus fateri ipsam esse inseparabilem ab omnibus, id est esse quid in vnoquoque, quod non possit ab ipso manente separari, atque ita ipsius erit pars, eritque cum ipsa re vnum numero, id est, vnum numero faciens, ratione & definitione distincta, & ita est: materia enim ignis cum ipso vno est numero, cum in ipso existat, ratione autem distincta est, sicut etiam in alijs.

Ex quo obiter rejicit eos, qui puncta & lineas corporum materiam ponebant. Contra hos argumentum ponit, quia puncta, lineæ, & alia huiusmodi, corporis & materiam termini sunt, at materia non est termini.

nus, non ergo sunt puncta materia, est ergo materia illa, cui insunt forma, & ista nec ab his separari potest, vt probatum est.

Generatur igitur simpliciter alterum. Text. 30.

Concludit, quod id, ex quo generatio est, aliquid est, vel corpus actu, & non potentia, sicut id à quo res fit actu etiam est, vel simile in genere, aut in specie, vt in vniuocis causis, aut saltem actu, vt in æquiuocis: sicut ergo à quo, est actu, ita etiam ex quo: generat enim ignis actu ex aqua, vel aliquo in actu sibi simile: similiter frigus actu generat durum, sibi dissimile ex aliquo actu, puta molli.

Hic nota diligenter vt intelligas Arist. mentem, quod materia est duplex, quædam est alteratio, quæ sui mutatione rem conficit, vt mel & acetum sui mutatione faciunt oximel, & elementa mixtum: quædam est materia compositionis, quæ non destructa rem componit, vt lignum arcem est materia in arte compositionis: at in naturalibus est materia prima in composito per se.

Aduerte etiam, quod in generatione, præter materiam compositionis est etiam materia alterationis, puta terminus à quo, vt aqua materia est ignis: similiter augmentatio est materia alterationis, cibus extrinsecus sumptus, qui corrumpitur: & in hæc materia alterationis conuenit generatio, & augmentatio, & talis in vtraque est corpus compositum, ac ob id Arist. modo de generatione, modo de augmentatio loquitur hic, quia communem habent alterationis materiam.

Generationis tamen materia compositio nis differat ea, quæ est augmentatio, quod materia generationis non est corpus, sed prima materia: at in augmentatio est corpus actu: nam vt dicemus, cibus, qui est materia alterationis, conuertitur in propriam substantiam rei viuientis, & sic conuersus, & factus actu, auget tunc: vtraque ergo materia in augmentatio est corpus actu, vt latè dicemus post.

Quoniam autem est & substantiæ.

Text. 31.

Cum dixisset augmentatio materia

In generatio ne terminus: à quo est corpus actu, non potentia corpus.

Nota 1. materia duplex: quædam alteratio, quæ sui mutatione rem conficit, quædam materia compositionis.

Nota 2. In generatione materia alterationis, puta terminus à quo, vt aqua materia est ignis: & in augmentatio, sed diuerso modo.

Materia augmentatio corpus.

mentatio est corpus actu non commune corpus, sed particulare, & singulare. Nota.

corpus esse, seu materiam, vt est à re inseparabile, nunc probat quod non quaecunque corpus, sed particulare & singulare, non enim corpus actu in communi, sed hoc & illud, est materia augmentationis. & hoc sic probat: materia, vt est in corpore, est materia augmentationis, sed non est corpus quod non sit hoc corpus singulare, ergo corpus singulare est materia augmentationis.

Probat, quod omne corpus sit corpus singulare, quia nullum est vniuersale corpus separatum.

Ex quo fit, quod corpus est quale, & sensibile, & idem est alterationis & augmentationis subiectum, quamuis ratio ne differant, non tamen re, vel loco: idem enim est corpus, quod est quantum, & quod est quale, & eundem occupat locum, nisi quis velit dicere qualitates esse separatas, quod est impossibile: ratio tamen vtriusque est diuersa, secundum enim quantitatem est augmentatio materia, vt quale verò alterationis.

Nota. Idem est re alterationis & augmentationis subiectum ratio ne diuersa.

Colligitur ratio.

Et hinc colligitur ratio: nam materia augmenti corpus actu est, & non potentia corpus, & magnitudo, quia idem est subiectum, & materia circa quam contingit alterationes esse, & augmentationes, sed alterationes sunt circa corpora actu, & particulara, ergo & augmentationes: non ergo est aliquid commune & separatum, puta materia, vt probatum est.

Ratio.

Altera etiam rationem facit ad id probandum ex differentia generationis & augmentationis: nam generatio est ex potentia in actum, at augmentatio est ad ditamentum præexistentis magnitudinis habentis iam magnitudinem: sit ergo augmentatio secundum corpus actu, & nota quod loquitur iam de materia compositionis.

Dubium.

Dubitatur, nam cum augmentatio sit motus, videtur quod sit existens in potentia, & ad quantitatem, quia est motus ipse ad quantitatem.

Solutio. Nota.

Quod augetur est partim in actu, partim debet esse actu, partim potentia ad quantitatem: est quidem actu, quia debet præcedere sub aliqua quantitate, quod enim totam acquirit quantitatem de nouo, non

augetur, sed generatur: augmentatio enim ad maiorem quantitatem est, & respectu huius debet esse in potentia.

Id etiam ex quo augmentatio fit, debet actu & potentia quantum esse: actu quidem, quatenus corpus aliquod debet esse, & non materia separata; potentia verò quatenus debet esse sub quantitate illius rei, quæ augetur. Arist. loquitur secundum id quod est vtriusque actu, & quod augetur, & ex quo fit augmentum.

Accipiendum itaque magis. Text. 32.

Modum augmenti scrutaturus, cum materiam esse corpus actu docuisset, iterum eandem questionem proponit, vt iam modum hunc explicet, ob id iterum questionem à principio particulari dicit proponendam, an id ex quo augmentatio fit, sit corpus actu.

Et nota verba, dicit enim quali existenti augeri, id est, cum augmentum sit secundum aliquem modum, huius causas determinare oportet.

Ad explicandum autem hoc, sumit tria principia communia in augmentatione, per hæc autem reliqua inquirat: sicut de loco disputaturus prius communia de ipso sumpsit. Primum principium augmentationis & diminutionis doctrinæ est: quod augetur, eius quælibet pars augetur. Alterum quod augetur, id est in principio & fine augmenti: similiter etiam de diminutione: & hoc principium in textu sequenti ponit. Tertium est, augmentum fit ab aliquo extrinseco sumpto, quæ omnia postea examinanda sunt.

Ponit igitur argumentum, ex quo augmentum fit, vel est corpus, vel incorporeum, si incorporeum, erit vacuum vel aliud quid ex his quæ superius impugmata sunt: si corpus ab extrinseco sumptum, cum id quod augetur secundum omnem sui partem augetur, videtur quod sit corporum penetratio, quod est impossibile. Hoc est argumentum dubitatum ad indagandum modum augmenti.

Sed neque sic contigit. Text. 33.

Excludit quendam modum, quem aliquis posset excogitare, puta quod sic sit augmentum.

& partim in potentia. Sic etiam id ex quo fit augmentatio. Repetitur questio diuersius examinanda.

Nota.

Suppositio trium principiorum.

Primum.

2.

3.

Ratio dubitationis.

Reijcitur quidam augmentatio.

is modū. mentum, quomodo ex aqua aer, fit enim maior substantia ex minori. Diminutio verò è contra, ex aere aqua, hūc modum excludit, dicens quòd est generatio & corruptio, non tamen augmentatio, nec aqua, nec aeris, nec corporis in communi: si enim aliquid videretur augeri, esset corpus commune aquæ & aeri, quia illud maneret sub minori & minori quantitate, illorum enim vtrunque non manet, sed vnum generatur, alterum corrumpitur, sed tale corpus non est actu, quia nō est aliud, quàm aqua & aer: non enim corpus est in communi separatum.

Quòd aut aqua vel aer non augeatur, proficit, quia in augmēto oportet seruare omnia principia tria, quæ dicta sunt, deest aut vnum hic, quia quod augetur, debet manere idem sub vtroq; termino: at cum ex aere fit aqua, neutrum manet ante & post: est enim vnū generatum, alterū corruptū, & in hoc similitur augmentatio alterationi: in vtraq; enim idē manet (intellige compositū substantiale), quāuis alteratio sit secundum passiones, augmētatio secundum quantitatem.

Dubium. Hic dubitat Philop. de aere, cum fit aqua, videtur enim relinqui vacuum, & cum aqua fit aer, videtur esse penetratio.

Solutio. Respon. quòd neutrum sequitur, sed quòd partes propinquiores elementi parum condensentur, cum fit aer, rarefiant autem cum fit aqua. Sed de hoc diximus li. 4. Phys. text. 83.

Quid augeatur, an animal, an vtrunque. Dubitabit autem aliquis. Tex. 34. Cum dixisset corpus augeri corpore, dubitat, quid dicatur augeri, an cibus ipse, an id quod sumit cibum, an vtrūq; videtur enim quòd vtrunq; nam sicut cum aqua miscetur vino, vtrūq; augmentū suscipit, ita similiter cibus, & animal.

Respon. Respon. quòd non augetur nutrimentum, sed animal, quia non manet nutrimentū, & cibus, animal aut manet, & quod augetur debet manere.

Respo. Respo. aut ad exemplū de vino, quòd id quod dominans est, & vincit alterum, dicitur augeri, vt vinū si parū aquæ infusum sit: quòd autem vinū dicatur augeri, patet, quia manet, & illa mixtio vinū est,

cum faciat vini effectus, cōtrā verò aqua augetur, si parū est vini, & vincit aquas. Et attende quòd loquitur de augmento improprio per similitudinē ad propriū, quòd est viuendum.

Idem dicit in alteratione, non enim passio quæ de nouo est, alterata dicitur, sed subiectum, quòd idem manet.

Quo autem alteratum est hoc quantumque quidem.

Cum de alteratione, & augmentatione dixisset similitudinē habere, quòd id quòd alterari & augeri dicitur, debet permanere, nunc dissimilitudinē, & similitudinē quandam in ipsis ponit.

Dissimilitudo est, quòd si respicias id quòd fit augmentum, & à quo alteratio, puta extrinsecum ipsum, quòd in alteratione est agens, in augmento cibus, tunc alterans aliquando alterat, & alteratur: vt dum frige facit aqua, calefit: aliquando non alteratur, vt sol agit, non alteratus ab eo, in quod agit: non sic autem in augmento se habet cibus, sed semper auget, & non augetur.

Similitudo tamen est, quòd sicut in actu est virtus augendi, ita in alterato virtus alterandi, ita vt in vtroq; id est, alterabili, & augmentabili sit principium motus scilicet augmentationis & alterationis.

Et per hoc solui potest dubium vnum. Nam aliquando cibus fit maior in corpore, vt dum cōuertitur in spiritū, i. in substantiam subtiliorem, vt in chilum, aut sanguinem, tamen non augeri dicitur, nō solum quia conuptus est, vt diximus, & non manet, sed etiam quia in cibo non erat illa virtus, vt conuerteretur in maiorem substantiam, sed in animali alterante, & conuertente cibum: quòd si augeri diceretur, vtiq; haberet virtutē talē in se.

Hinc habes, quòd id, quod augetur, in se habet virtutem vt talem motū exerceat, nec est virtus augmentatiua ab extrinsecò, sicut est cibus.

Dubium, An virtus alteratiua sit in alterante.

Duplex dubium hic esse potest, alterum est, quomodo dicitur virtus alteratiua esse in eo quòd alteratur: videtur enim

Idem in alteratione dicitur.

Similitudo & dissimilitudo augmentationis & alterationis.

Alterans duplex, quòd alterando alteratur.

Solutio eiusdem dubij.

Nota. Quod augetur debet habere in se virtutē, vt talem motū exerceat.

nim potius esse ab extrinsecò, non enim calefit aliquid, aut frige fit, nisi ab extrinsecò agente.

1. Fundam. Aduerte, quòd non est dubium de virtute augmentatiua: hanc enim certū est, esse in eo, quòd augetur, nō in ipso cibo, & hoc dupliciter, vt bene dicit Phil. Pri.

1. modo, quia in eo est virtus augmentatiua, vbi est virtus nutritiua; sed hæc nō est nisi in eo, quod nutritur, non aut in cibo, & nutrimento, quia nutritiua corrumpitur, at virtus nutritiua manet, est ergo in ipso, quod nutritur; hoc enim manet.

2. Secundo, quia ibi est virtus augmentatiua, quod assimilatur sibi, & ad se trahit aliud, sed quod augetur, trahit ad se, & si bi assimilatur nutrimentū, non aut cōtrā: ergo in eo est talis virtus: de hoc non est dubium: at de alteratiua virtute hoc est difficile.

1. Opinio. Duplex est opinio circa hoc, & Latinorum, & Græcorū: Latini dicunt, sensum Arist. esse, virtutem alteratiuam esse simul cum augmentatiua, vt sicut in eo, quòd augetur, est virtus augmentatiua, ita etiam sit alteratiua alterandi cibum ipsum: & hæc est doctrina vera, sed nō videtur ad mentem ipsius Arist. Nam tunc est non esset virtus in eo, quod alteratur: est enim cibus, qui alteratur.

2. Opinio. Propterea magis placet altera expositio Alexand. & Philop. in cuius declarationem aduerte, quòd est duplex virtus alteratiua, vna remota, quā aliqui actiuam vocant, altera propinqua, quam aliqui factiuam alterationis vocant.

Nota 1. Duplex est alteratiua virtus, propinqua, & remota. Et vt clarius hoc fiat, aduerte quod est aliquid alterans, quod nō alterat aliquid, nisi prius ab ipso alteretur; sicut vinum & piper non calefaciunt, nisi prius à calore naturali alterentur: similiter phar-maca: tunc illa virtus, quæ primò actuatur & alterat ipsum alterans, dicitur remota & actiuata: illa verò, quæ alterata alterat propinqua, & factiua illius alterationis.

Nota 2. Quoddam alterans nō alterat, nisi prius ipsum alteretur. Loquitur igitur Arist. de virtute alteratiua actuante, hæc enim est in eo, quod alteratur, vt notum est, vt virtus actiua piperis est in eo, quod à pipere calefit, & alteratur: & talis est ea, quæ est in eo, quòd

Respon. ad dubium quod virtus alterans sit in alterato.

augetur, actuatur enim cibū, qui actuatur animal alterat, & ita locus exponitur.

Alterū dubium est, quomodo dicitur Dubium 2. hic esse alterans, quod non alteratur, cū constet agens repati, dum agit. Philop. 1. Respon. dicit, verum est agens alterari, & aliquid Philop. parum alteratur, vt plus sit, quod agit: & hoc dicitur non alterari.

2. Respon. At magis in hoc placet mihi expositio multorum latinorum, quòd loquatur in genere de quocunq; alterante: est autem aliquid, quod alterat, & non alteratur, vt sol, cæli, & causæ vniuersales. Est aliud, quòd alteratur simul, vt particularia agentia: & sic in textus expositione diximus, exemplum ponentes de vniuersali causa.

Quoniam autem dubitatum est de his. Text. 35.

Cum de modo argumentationis disputasset, ipsum iam explicare aggreditur, ac repetit, quod superius dixit, puta, in modo isto constituendo & explicando, esse obseruanda principia illa tria, ne aliquod falsificetur. Primum est, vt maneat idem, quod augeri dicitur, alterum est, augmentum fieri, aliquo ab extrinsecò adueniente: tertium est, vt quodlibet sensibile augeatur. Vocat signum sensibile partem minimā naturalem, quæ potest per se actionem habere, & cibum conuertere.

Adhuc præter ista tria principia oportet alias tres veritates obseruare, quas simul concordare, est difficile, quòd nō est vacuum intra corpus, quòd non est corporum penetratio: quòd non augemur incorporeo, sed corpore.

Ista tria simul cōsonare, videtur difficile: nam corpore suscepto ab extrinsecò augemur: quare videtur, quòd penetratur cū nostro corpore, quòd si penetratio nō est, videtur, quòd nō debeat esse corpus, quo augemur: quòd si nec penetratio est, nec in corporeo augemur, videtur, quòd interius sit vacuū, in quod recipiatur corpus hoc: quòd si nō est vacuum, p̄fecto difficile est: modū inuenire, quo possit augmentatio cōstare, at talis modus inueniendus est: nam impossibile est, vnum quodq; illorū, scilicet in-

De modo argumentationis repetitur quædam antedicta.

Tria obseruanda principia in augmentatiōe.

Tres alie obseruandæ veritates.

Quid difficile videatur. has simul cōuenire, & inuenire modū, quo fiat augmentatio.

corporeo augeri, penetrationem esse, aut vacuū intra corpus, quod augetur dari.

Suscipiendum autem causam cum determinauerimus.

Suppositio. Antequam huius causam explicet, & partes dissimilares augentur, quia similiares augentur, & ratio est, quia ex similiares augetur.

Nota 1. Nota 2. Que sint partes similiares & dissimilares.

Hoc proponit Arist. vt sciamus, quid est, quod primo augetur, & in eo modo consideremus.

Aduerte ex lib. 1. Histo. c. 1. in animalibus, etiam in alijs viuētibz esse partes in duplici differentia, quedā dicuntur similiares, puta, que diuiduntur, & componuntur ex partibus eiusdem rationis, & denominationis cum ipsis, vt caro, cuius quęlibet pars est caro, & os, & neruus, & similia. Quedā sunt partes dissimilares, quę ex huiusmodi similibz constant, & mēbra vocantur, vt caput, manus, pes, & reliqua, & harū nō quęlibet pars est eiusdem rationis cum toto, nō enim pars capit, vel manus, est caput, aut manus.

Cum igitur dissimilares sint aggregationes similiarū quedam, augmentum ipsarum pendet ex similibz: ob id enim augetur caput, quia os, caro, nerui ipsius augentur.

Suppositio. Alterum, quod proponit, est quamque res similiares aliquando accipiuntur pro forma, aliquando pro materia.

Nota expositione loci Aristot.

Et quauis iste locus sit difficilis, & vnde exponatur a multis, tamē sequar modo expositionem Philo. quia in quęstione hoc latius examinabitur: per formā, & materiam intelligit eas, que sunt partes substantię cōpositę naturalis: & dicit, quod nomina aliquando significāt formas, aliquando materias. i. aliquando rē ratione forme, aliquando rē ratione materie, secundū quod contingit predicare de his, & que secundum materiā, & que secundum formam insunt: aliquando etiā totum cōpositum significant, vt

dicit Philop. sed non exprimit Aristot. quia hoc nil facit ad presens.

Quamcumq; igitur partē augmētari.

Suppositis his, que in precedentiextu dicta sunt, constituit conclusionem; quod augetur, caro, os, & reliqua secundum formam, nō autem secundum materiam, ita, vt illa tria dicta principia veritate habeant in augmento secundum formam, non autem secundum materiā.

Quod est dicere, os, neruus, & reliqua dicuntur augeri, quia ipsorū formę modo sub minori, postea sub maiori sunt materia: & ipsorū materię nō dicuntur augeri, quia quedā partes recedunt, quedam adueniūt, nec vnquam materia manet eadem.

Oportet intelligere quemadmodum. Text. 36.

Comparatione explicat, quomodo vna forma maneat, puta, sit aliquod vas, in quo infundatur aqua, & effundatur, ita, vt noua, & noua sit aqua, tūc manet idem vas, at materia nō ita similiter forma viuētis est, sicut vas, manet eadē, tamen partes materię, quedam recedunt, quedam adueniunt.

Dices, quod non est simile exemplum: nam vas manet sub eadē quātitate, at forma aucti est maior, & maior.

Dico, quod exemplum tātūm est ad vnitatem forme ostendendum sub diuersa materia: quod si exemplū velis adæquatū, vt dicit Philop. sime vtrem, qui simul extendatur, dum aqua accedit, & tunc erit exemplum plenius.

In his autem, quę sunt dissimilium partium. Text. 37.

Cum dixisset, formam manere eandē in ossē, & neruo, & reliquis, nunc id manifestum, docet, in dissimilari bus partibus, in quibus notius est, quod proportionaliter auctę sint, id est secundum omnes suas partes.

Quare autem in his sit notius, reddit rationem, quia magis nota est forma, & semper videtur restare manus forme, pedis, & capit, quatinusque materia existens sub forma tali, sit alia, & alia.

Cōclusio Aristot. ritt. augmentatio fit secundum formam, nō secundum materiam.

Cōclusio Aristot. Quod augetur manet idē, & secundū omnem partē, augetur secundū formā, non secundum materiam.

Obiectio. Obiectio. Solutio.

Idē ostenditur in partibus dissimilari bus fieri augmentationē secundū formā, in quibus clarior apparet.

Con-

Confirmat ex vulgo, notiorē esse formam dissimilariam: nam omnes cōmuniter putant, in animali mortuo manere eandem carnem, tamen non eadem mēbra, & re vera, neutrum manet, quia vtriusq; forma, scilicet anima recessit. At error est, quia minus discernitur forma in similibz.

Quod si huius quærens rationem, ea est: nam operationes membrorum sunt notiores, quā similiarium partium, ob id cum in homine mortuo non sunt, facilius cognoscitur illic deesse formā, quā in similibz.

Cōclusio Aristot. Concludit ex his, quod augetur, & idē manere in actione, & secundum omnē partem augeri, verum est, secundum formam, non tamen secundum materiam, quod post examinabitur.

Maius autem totum generatum est. Text. 38.

De modo, quo augmentum fiat, dixit, nunc ad materiam, & id, ex quo augmentum fit, se transfert, ac dicit, quod nutrimentum quidem in principio est contra rium, & dissimile ipsi viuēti, tamē mutatur in simile. v.g. accedit sanguis humidus, quasi sicco, est quidē sanguis contrarius, tamen mutatur in os, & fit similis partibus: & sic auget ipsum os, & sic in reliquis & dissimili: simili, in fine mutationis: dissimili, in principio.

Dubitabit autem aliquis, quale oportet. Text. 39.

Quia dixerat, quod nutrimentum est dissimile in principio, posset quis quærere, an omnis res sit nutrimentū, ita, vt quodcunq; corpus augeri possit. Ad hoc respōdeo quod nō, sed id solū, quod est in potentia viuens, & potentia id, quod debet nutriri & augeri: id ergo auget carnem vel os, quod est potentia caro, vel os.

Ex quo sequitur, quod debet esse corruptio & generatio quedam: corrumpitur enim id, quod est potentia caro, vel os, si sit, puta sanguis, vel aliud quid, & fit actu, ac generatur caro, & os, vel reliqua, quę augeri debent.

Unde augmentationē precedit generatio.

Unde augmentationē precedit generatio.

ratio nutrimenti, secundū quam fit actu simile ei: quod debet augere, & nutrire.

Sed addit, quod sic ille cibus & nutrimentum debet generari, & fieri actu viuens, puta, caro, os vel neruus, vt nō maneat per se existens; tunc enim esset generatio, sed debet coniungi, & vniri cum ipso aucto & nutrito, & ita nō per se, sed in hoc, quod augetur, debet esse, & sic ipsum augere poterit.

Quid igitur patiens ab hoc actu est.

Concludit ex dictis, quod augetur, debet in se recipere ipsum nutrimentū mutatum, & ab ipso parti recipiendo, & nō solū recipiendo, sed etiā velut secū miscendo per copulationem & vnionem: & hoc Arist. dicit, modo interrogatio: explicatque duplici exemplo.

Alterū est: si quis habeat vinū, quod habet potentiam conuertendi: & faciendo vinū aquā sibi mixtā, & infusam, & infundat parum aquę ipsi vino, tunc ex aqua fiet vinum, non per se, sed cum ipso vino coniunctum, & vnitum sic, fit conuersio cibi in aucto, quantum, ad hoc.

Alterum est de igne, qui aliquando cōburit ligna distātia, & nō sibi vniedo: & tūc dicitur generatio ignis: aliquādo vrit sibi iniecta, ac sibi vnit, & tūc augetur.

Sic virtus augmentatur, quę inest in carne, vel ossē, vel alijs partibus conuertit nutrimentum in potentia ad actum, & sibi vnit, & insurgit augmentatio.

Et aduerte, quod exempla solū in hoc ponuntur, vt ostendatur generatio, quę fit non per se, sed cum agentis copulatione, & vnione.

Quantum autem vniuersale quidem. Text. 40.

HVNC locum benē exponit Philop. Dicit enim, quod dubium soluat, quod subiecti poterat ex his, quę dicta sunt de nutrimento: dictum est enim, quod sit potentia viuens, scilicet caro, os, neruus, vel aliquid simile, & quod debeat mutari in actu tale: ex hoc videtur sequi, quod iam ipsum non sit actu corpus, sed potentia, nec magnitudo.

Ad hoc respon. quod potest quidē esse, vnum

Nutrimētū nō debet manere per se, sed vnitum nutrito & aucto.

Quod augetur dēt recipere in se nutrimentū mutātū, & sibi vnire. 1. Exēplum.

2. Exēplum.

Nota:

Dubium.

Solutio.

ynum actu corpus, & quantum, & aliud potentia: non enim prohibet, vt id, quod debet fieri ex potentia aliquid actu, sit aliud quid actu, & quod sit hoc quantum, sit aliud quantum: & ad hoc ostendendum dicit, quod non fit vniuersale, vt animal, sed ipsum singulare, puta hoc, vel illud, nec fit corpus in communi, sed hoc vel illud: similiter nec quantum in communi, sed hoc vel istud: si enim fieret in vniuersali, fieret corpus, fieret profus ex non corpore: & si fieret quantum in vniuersali, fieret ex omni non quanto: at cum fiat hoc corpus, potest fieri ex hoc non corpore, sed quod sit aliud corpus, similiter fit quantum, ex alio, quod non sit illud quantum, sit tamen aliud: ita ergo augetur caro ex aliquo quanto, sed non ex eo, quod sit caro ipsa quanta actu, vt ex sanguine: similiter, nutritur & augetur vnumquodque ex eo, quod est potentia tale, & mutabitur in actu tale: non tamen prohibet, quin sit aliquod aliud actu corpus.

Dubium Philop.

Solutio eodem.

Nota.

2. Solutio auctoris.

Dubitatur Philop. quare cum fit animal, fit ex omnino non animali: at corpus fit semper ex corpore. Resp. quod forma animalis est separabilis. i. potest esse materia absque quacunque animalis forma: at non a corpore separabilis est: & hoc quia materia semper habet quantitatem. Ex quo loco aliqui putant secundum Philop. quantitatem esse coeuiam materię, sed non est talis sententia Philop. in hoc loco: solum enim dicit, quod non sit materia absque vlla quantitate, siue sit ista, siue illa, sed non semper cum eadem. Sed debebat adhuc ratio dari, quare non sit separabilis a quantitate: ob id dico, quod materia non potest esse vnquam denudata ab omni forma corporis, sed aliquam semper debet habere, siue hanc, siue illam, quia proprius & primus ipsius materię actus, est actus corporis, & eius potentia in hunc terminatur, quauis non habeat hunc actum ab vna forma, vt voluit Auic. sed ab ipsis singulis formis sensibilibus, quibus omnibus commune est dare hunc actum primum materię, vt ipsa compositum fiat, & sit.

Secundum igitur quod potentia compositum. Tex. 41.

CVM nutrimentum, qualiter se haberet, ostendisset, nunc distinguit augmentationem a nutritione: hæ enim ex eodem sunt subiecto, diciturque ratione, & definitione differre, subiecto tamen conueniente, nam augmentatio respicit nutrimentum, vt est potentia quantum illud, quod debet augeri: nutritio vero respicit id, vt est potentia substantia viuens.

Verbi gratia, sit nutrimentum, puta sanguis, hæc est potentia caro nutrienda, & potentia quantum ipsum scilicet caro nutritio fit ex ipso, vt est potentia caro, & actu fit caro: augmentatio vero, ex ipso, vt est potentia tale quantum viuens & fit actu quantum.

Aduerte tamen cum Philop. quod tunc fit nutrimentum actu quantum, quando auget quantitatem viuents sua additione: hoc autem non semper est, ob id manet nutritio, quæ est conuersio sola, non augmentum: hoc autem fit, cum plus substantię est deperditum, quam reparatur per tale conuersionem, vt inferius dicemus.

Et nutrimentum augmentationi idem.

Posita differentia inter augmentationem, & nutritionem, nunc eandem ponit inter id quod nutrit, & quod auget, sunt enim idem subiecto, sed differunt ratione: Vt enim cibus est potentia caro, nutrit carnem, vt autem est potentia quanta caro, ita vt sit plus, quam deperditum, sic auget, cum vero minus, diminuit, semper tamen siue in augmento, siue in decremento est nutritio, quæ est substantię conuersio.

Hæc autem forma sine materia, vt immaterialis.

Locus est difficilis, tamen placet Alexandri expositio, & Philop. vocat materię quantitatem ipsam, vocat formam ipsam substantiam, & tunc est caro in potentia forma, cum nutrit, in potentia vero materia cum auget.

Cum ergo dixisset paulo antea, quod nutrit, vt est potentia caro, addit hoc esse formam sine materia. i. respicit substantiam, non quantitatem.

At

Distinctio inter id quod nutrit, & id quod auget. Sunt idem subiecto & differunt ratione.

Quid hoc loco intelligat Arist. per formam & materiam.

Exemplum.

Nota.

Occurrit obiectioni.

At ne quis existimaret, esse hic formam absque materia omnino, addit, quod non est, sed dicitur hoc immateriale eo modo, quo id, quod est in materia est, sed secundum se, & intellectum absque illa materia, & quantitate consideratur.

Quod si accedit materia, & nutrimentum in potentia, vtrumque scilicet substantia, & quantum, puta materia, & forma; vt dictum est, tunc & nutritio, & augmentum fiunt, & fit augmentum in partibus immaterialibus, id est, secundum formam augmentum fit.

Si autem amplius facere non possit.

Tex. 42.

De diminutione quomodo fiat.

Diminutionem explicat tunc esse, cum nutrimentum in minus conuertitur, quam sit deperditum, sicut cum tantum aquæ infunditur vino, vt iam aquosum fiat, et virtus minuitur.

Nota 1.

Et nota cum Philop. quod exemplum solum est quantum ad virtutem tantum, puta, virtus vini fit minor, dum plus aquæ infunditur, quæ minus potest conuerri in vinum: ita similiter in viuente secundum quantitatem; minuitur enim quantitas, dum minus reparat, quam sit deperditum.

Nota 2.

Quandiu viuens viuat aliquæ partes eius deperduntur.

Aduerte etiam quod dum viuens viuat, semper deperdit partes substantię, & materia, quas nutritione continua reparat.

Nota 3.

Triplex viuendum status.

Sed triplex est viuentiũ status: naturalis primus, in quo plus reparat, quam deperdat, & sic fit augmentum: alius est in quo tantum reparat, quantum deperdit: tertius, in quo minus reparat, & iam incipit imminere mors: & est diminutio: tamen in his omnibus est nutritio, dum vita durat.

Hæc Arist. de augmentatione: tamen quia ex præcipuis considerationibus, & difficilibus philosophicis questionibus ista de augmentatione non tenet infimum locum, paulum debemus immorari, & ea omnia quæ dicta sunt discutere, & magis declarare.

QVAESTIO VIII.

An augmentatio sit generatio.

Scopus disputationis. Agendum de augmentatione propria viuents.

Inter alia, quæ de augmentatione disputanda sunt, id primum sumimus examinandum, sub quo genere sit, quia hoc

multum ad ipsius attinet definitionem: importet autem aduertere, quod non hic de quacunque augmentatione, sermo est, sed de ea, quæ est viuentiũ, hæc enim propria est.

Sumitur autem argumentatio vel in communi pro incrementi: & maioritatis cuiusque motu, & sic multipliciter dicitur. Primo, pro quacunque intensioe qualitatis; dicitur enim intensio augmentum quoddam, & qualitas augeri dicitur: Altero modo, pro augmento in numeris; dicitur enim numeri augeri per additionem unitatum: Tertio augetur magnitudo aliqua per magnitudinis additionem; vt aqua additione aquæ. Quarto etiam augetur aliquid, nulla facta additione; et sic in ætherio dicitur augmentatio quædam; nec de his augmentationibus in presenti est disputatio, sed de ea, quæ est viuentiũ, quæ adueniente aliquo extrinseco fit.

Nota. Communis augmentatio multiplex.

- 1. 2. 3. 4.

Ac petimus, an talis sit generatio: & videtur, quod sic. Primo, id, quo posito, ponitur augmentatio, & quo ablato, auferitur, est ipsa augmentatio, sed posita tali generatioe, puta maioris partis substantię, quæ sit deperdita in viuente, ponitur augmentatio, & ipsa ablata, auferitur augmentatio, ergo illa generatio est augmentatio.

1. Ratio. Quod augmentatio sit generatio.

Secundo, augmentatio est generatio maioris partis substantię, sed generatio maioris partis est generatio, ergo augmentatio est generatio.

2. Ratio.

Tertio, quia augmentatio assimilatur mutationi, qua ignis in se conuertit lignum; si d hæc est generatio, ergo & augmentatio.

3.

Quarto, quia in augmentatione est corruptio simpliciter cibi, ergo ibi est generatio: corruptio enim vni, generatio est alterius: ergo augmentatio est generatio.

4.

In hac difficultate sunt tres sententię: Prima est Marsilij q. 10. qui augmentationem dicit, generationem esse quandam: est enim generatio, & conuersio cibi, cum est, & fit maior substantia, quæ sit deperdita, ita tamen, quod non sit generata per se, sed coniuncta, & vnita cum viuente, ob id vocat aggenerationem hæc talem mutationem: & dicit, augmentationem esse aggenerationem quandam.

1. opinio Marsilij.

Zzz Alia

2. Opinio aliorum.

Alia est sententia aliorum, quos ipse citat, qui augmentationē plures esse motus dicit: est enim partim generatio, partim motus localis, partim alteratio, & alij, quia hi omnes necessariō in augmentatione sunt.

2. Opinio Alb. Saxois. Aegid. &c.

Tertia sententia est Alberti Saxo. q. 9. & Aegid. q. 27. & Philo. tex. 41. & est cōmunis, q. augmentatio nō est generatio illa, quamuis sit necessaria, & p̄vua: sed augmentatio est motus in quantitate maiorē, quē ex illa aggeneratione insurgit; non enim solum nutrimentū in substantiam viventis cōversum substantiā nutrit, sed etiā quantitatem habens, cum plus est, quam deperditum sit; Ipsum vivens augetur, & motus ille augmentum est, secundum quem substantia viventis per maiorem quantitatem dilatatur. Hęc sunt opiniones p̄cipuę aliorum.

1. Cōclusio.

Pro quarum dilucidatione sit prima conclusio. Augmentatio est motus a minori ad maiorem magnitudinem formaliter, non autem aggeneratio substantię.

1. Fundamē. In augmentatiōe quinque mutationes repetiri.

Pro declaratione adverte in augmentatione, multas mutationes cōvenire, est vna alteratio secundum quam pars viventis nutrienda cibum sibi iuxta positum disponit, vt in sui similitudinē reducat.

1.

2.

3.

4.

5.

Altera est corruptio substantialis cibi, forma enim recedit ipsius, & hanc sequitur tertia, nempe generatio quedam secundum quam in illam cibi materiā forma viventis succedet de nouo, non quidem separatim, sed coniunctim cum ipso vivente: & talis mutatio nutritio est vivētis: post hanc est quarta, hanc sequens, secundum quam quantitas nutrimenti mutari copulatur viventi, ita, vt fiat vivens maius, quam antē erat, & hęc sola dicitur augmentatio, quam sequitur alia quinta novi loci maioris acquisitione.

2. Fundam. alteratio p̄cedit tēpore reliquas 4. mutationes illa verō quatuor sūt simul.

Adverte ulterius, quod alteratio p̄cedit tempore reliquas quatuor, at quatuor alia, quę facta alteratione fiunt, simul tēpore sunt, ita, vt dum forma cibi expellitur, altera introducitur, & vivens augetur, & locus etiam mutatur, dum maior occupatur, quam ante. Quamuis ergo simul tot mutatiōes cōveniant, nō tamen propter similitudinem earum natura confundi debet: sed differunt inter se multum, ac varias habent rationes.

tura confundi debet: sed differunt inter se multum, ac varias habent rationes.

Imō quia quantitas distinguitur realiter a substantia, etiam augmentatio, & nutritio realiter distinguuntur, cum sint ad diversos terminos realiter differētes; & p̄sertim si augmentatio cum quantitate, & nutritio cum substantia re idem sunt: est enim valde probabilis opinio, quod nutritio a termino non distinguitur realiter, vt diximus lib. 3. Physic.

Augmentatio & nutritio realiter differuat.

His suppositis, notus est sensus conclusionis. Probatum autem primō. Mutationes, quarum termini distinguuntur, & ipsi distinguuntur, sed generationis, & augmentationis termini distinguuntur: est enim augmentatio ad quantitatem, & aggeneratio ad substantiam: ergo & ipse distinguuntur: ergo augmentatio non est generatio.

Probatum conclusio. 1. Ratio.

Secundō. Augmentatio est a subiecto in subiectū, ob id motus dicitur ab Arist. 5. Physic. at generatio est a non subiecto in subiectū, nec motus est; ergo augmentatio non est generatio.

2. Ratio.

Tertiō, quod generatur, non dicitur mutari, cum non fuerit ante, sed fieri; vt cum generatur homo, nō mutatur, quia tunc est; quod autem mutatur, debet ante, & post esse: at quod augetur, dicitur mutari, & moveri: ergo non est augmentatio generatio.

3. Ratio.

Quartō, si augmentatio esset generatio, tunc esset generatio, & augmentatio sub vno genere substantię, vtraque enim est ad substantiam: non ergo essent quatuor mutationum genera, quę Arist. & philosophi recipiunt.

4. Ratio.

Constat igitur ex his, augmentationē non esse generationem, sed motum ad quantitatem: nō enim dici potest, quod sint plures motus; Tunc enim nō vnum mutationis genus esset, sed aggregatio multorum, & vnum p̄i accidens.

Secunda conclusio. Proxima materia augmentationis est corpus actu simile specie & accidente ei, quod augetur.

2. Cōclusio.

Adverte, quod est duplex materia augmentationis: altera, quę dicitur alterationis, & hęc est nutrimentum ante conversionem in substantiam viventis, & talis ma-

Nota 7. Duplex materia augmentatiōis.

lis materia remota est: altera cōpositio nis est, & hęc est nutrimentum conuersum in substantiam viventis, & ex hoc proximē fit augmentatio, non quod tempore p̄cedat conuersio in simile ipsam augmentationem; simul enim sunt, sed tantum natura.

Nota 2. Non solum nutrimentū fit simile in substantia, sed in qualitate.

Uterius etiam nota, quod nō solum fit simile in forma substantiali, sed etiam in qualitatibus, vt os facit os, caro carnem, nervus nervum, & sic vnum quodque augetur, & nutritur corpore simili in substantia, & in qualitate: hoc docet Arist. 8. Physic. tex. 35. vbi dicit quod nutrimentum factum simile auget.

3. Cōclusio.

Tertia cōclusio. Augmentatio est motus viventis eiusdem manentis, facta ab anima ex minori ad maiorem magnitudinem, adueniente aliquo extrinseco, vt suę naturę debitos quātitatē termines vivens consequatur. Hęc potest esse definitio augmentationis.

1. Definitio augmentationis per causas. 2. Definitio breuior.

Quamuis non sit opus sic definire, fat enim erat dicere, viventis motus a minori ad maiorem magnitudinem: at vt melius cause distinguerentur, posita est definitio prolixior.

Explicatio definitiōis.

Formalis causa est motus, in quo a generatione scernitur, & motus termini ad maiorem magnitudinem ex minori, in quo a diminutione differt, cuius termini sunt oppositi: ponitur subiectum proprium, quod est vivens: materia est extrinsecum adueniens: efficiens est anima: est enim anima primū principium effectuum augmenti: finis est, vt viventi, quę statim a principio perfectā quantitatem adeptā non sunt, ad ipsam perfectionem secundum propriam cuiusque naturā per augmentationem perveniāt. De singulis his causis non est in presenti disputandum, fat est modō in generali ipsas attingere. Per hęc ad argumenta possumus facillē respondere.

Solutio argumenti. Ad 1.

Ad primum neganda est maior: per illam enim probaretur, quod pater est filius, quia posito vno ponitur alterum, et ablato, auferetur. Sequitur quidem ex tali generatione augmentatio, non tamen augmentatio est ipsa generatio.

Ad 2.

Ad secundum, quod in illa generatio-

ne maioris substantię sunt due mutationes: altera substantię, altera quantitatis. Nec intelligas, quod illa productio quantitatis est augmentatio, sed simul cum extensione, & dilatatione substantię, quę provenit ex vnione, & copulatione cum vivente ipso.

Ad restium dico, quod comparatio illa ignis solum est quantū ad hoc, quod in augmentatione nō generatur aliquid, vt per se sit, sed coniunctum cum vivente, tamen adhuc in igne consideramus duas mutationes, & eam, quę est ignis generatio, & eam quę est ipsius accretio secundum maiore quantitatem, quamuis sit impropria.

Ad 1.

Ad quartum, admitto esse cibi corruptionem, simul etiā dico, esse ibi aliquā generationem, sed nō est talis generatio ipsa augmentatio, sed ei est adiuncta, & ad ipsam necessaria, quamuis simul tempore vtique sit, propterea tamen nō tollitur distinctio inter ipsa, vt dictū est.

Ad 4.

QVAESTIO IX.

An in augmentatione eadem viventi forma numero maneat?

Ratio ista, cuius sensus est: constat enim res augeri per conversionem cibi in propriam substantiā, & diminutionem per recessum partium substantię: petimus autem, an cum cibus destruitur, & in viventis substantiā conuertitur, an in materia cibi noua pars animę introducatur e ducta ex potentia illius materię cibi, an eadē prorsus numero anima, quę in vivente erat, ingrediatur illam: similiter in diminutione, cū recedit pars carnis, ossis, vel alterius, an particula animę, quę ibi erat, corrūpatur, an non, sed maneat regressa ad alias materię partes.

Et nota quod ex determinatione huius difficultatis simul manet alia determinata: puta quomodo quod augetur debeat manere idem.

Nota.

Pro altera igitur parte quaestiones, puta, quod sit eadem anima numero sub maiori, & sub minori materia, sunt argumenta.

Primum est ex Arist. tex. 36. vbi dicit, 1. Argum.

Zzz 2 secun.

Pro parte affirmatiua.

secundum formam esse augmentationem, & tex. 37. quod manet forma eadem, materia recedit, sicut manet idem vas, aqua fluit, & refuit alia, & alia: ergo videtur profectio, quod sit eadem forma numero in augmento.

2. Secundum, si forma etiam cum materia recedit in diminutione, non esset idem subiectum, quod auctum est, & quod ante erat, quia nec forma antiqua, nec materia sit eadem: cum igitur debeat esse idem subiectum: & non sit hoc secundum materiam, quam non permanere eandem, certum est, erit profectio secundum formam.

3. Tertio, quia si sic esset augmentum uiuentium, sequeretur, quod non differret ab augmento non uiuentium, puta ignis, non enim aliter augetur ignis, quam conuertendo stupam, vel aliud simile in ignem, & sibi copulando: ergo profectio cum tanta sit differentia, ut unum animatum, alterum sit inanimatum, videtur non sic esse augmentum in uiuentibus, sed per eiusdem formam numero extensionem.

4. Quarto sequitur, quod possit animata in infinitum crescere, & ex natura sua terminum non haberent, quod est falsum, & contra Arist. 2. de anima. tex. 41. Sequela probatur, quia si illo modo augerentur, tunc esset augmentum per iuxta positionem similis in actu, sicut in igne: cresceret ergo absque intrinseco termino, sicut & ignis.

5. Quinto sequitur, quod post aliquod tempus prorsus esset aliud uiuens, quam fuit genitum, quod videtur quasi opinio Heracliti: sequela patet, quia si paulatim corrumpitur antiqua forma & materia, & noua succedunt partes, tandem omnes partes erunt alia ab his, quae in generatione prima fuerunt.

Authores primae sententiae.

Haec sunt argumenta pro hac parte, cuius quidem sententiae sunt viii insignes, puta Philop. hic multoties id docet. Alb. Mag. opuscul. de nutritione. tract. 1. cap. 3. & tract. 2. cap. 1. & videtur etiam hoc sentire S. Thom. 2. de anima lect. 9. idem Aegidius in isto loco: & Burleus tract. de intentione, & remissione ca. 3. & Paulus Venet supra textum 37.

2. sententia.

Et opposita partem alij sustinent: pu-

ta quod semper educatur noua pars formae in nutritione, & pereat in diminutione in omnibus praeter hominem, cuius anima indiuisibilis est, & immortalis: sicut enim cum calor, qui est vnus medietatis ligni diffunditur per totum producendo nouum in partes proximas, & diminuitur partibus destructis, ita est de anima, quae in materia diuisibilis est.

Ista sententia est Marfilij. q. 12. & Alberti Saxo. q. 10. & Petri de Mantua tract. 2. sententia de primo, & ultimo instanti. Est etiam Alexandrij, & Auerr. consentire videtur com. 38. similiter Simpl. 2. de anima particula. 49. Est etiam omnium Nominatum. Quid in hac controuersia sit tenendum, difficile est iudicare.

Tamen sit prima conclusio. Existente anima diuisibili, mihi impossibile apparet, non educi nouam partem formae de nouo ex materiae nutrimenti potentia; similiter cum recessu partis substantia deperdit.

Explico conclusionem. Quamuis sit opinio an animae animalium perfectorum sint indiuisibiles, sicut homines, nec ne, tamen de imperfectis, & saltem de animalibus, plantarum, communis opinio concors est, esse omnes diuisibiles in materia, & coextendi secundum quantitatem: & est expressa sententia Aristot. tamen quia non est modus locus id disputandi, supponatur, ut alias probandum: imo ego existimo, omnes animas praeter humanas esse diuisibiles in materia: quidquid tamen sit, hoc supposito, est conclusio, quod educitur pars formae ex materia, & cum materia recedente corrumpitur etiam particula formae.

Et probatur conclusio fortissimis argumentis. Primum est: demus partem substantiae uiuentis, quae augeri debet, & est appositus illi cibis immediate, tunc si forma pars illa, quae est in illa particula materiae manens eadem etiam transit ad informandam materiam cibi, peto, vel deserit suam materiam, vel non, sed simul utramque informat, si deserit, non ergo augetur, nec occupat maiorem materiam, si vero simul informat utramque, ergo est indiuisibilis: est enim tota illa in materia priori, & tota illa alia in materia:

Authores 2. sententiae.

Conclusio.

Explicatio conclusionis.

Animae plantarum diuisibiles, & imperfectorum animantium.

Animas brutorum omnes esse diuisibiles, & ab illis.

1. Argum. Pro prima conclusione.

Confirmatio.

non enim est diuisibile. Praeterea, quia non est maior forma in vna parte, quam in tota, quia eadem est, nec aliquid formae productum est de nouo.

2. Secundum, sumo partem, quae est corrupta: forma in illa existens prius, vel est corrupta vel non: si corrupta, habeo intentum: si non corrupta, vel manet sine materia, vel non: non est dicendum quod sit sine materia: si ergo manet in materia, erit profectio in parte materiae antecedente: erunt ergo duae particulae formae in vnica parte materiae.

Solutio quorundam.

Ad hoc dicunt aliqui, quod cum illa forma desinit esse in illa materiae parte recedente, confugit ad materiam antecedentem, & quae ibi inerat ad aliam, & haec ad aliam, donec vltima intret in cibi materiam.

Reijcitur ea solutio.

Primum, quid ridiculum magis dici potest in philosophia? & quamuis multis hoc impugnari poterat, hoc tamen modo conuincitur: nam pono, quod sit maior pars materiae deperdita, quam cibi sit acquisita, quod accidit tempore diminutionis, tunc non habet locum solutio.

3. Tertio, si paulatim recedente materia manet forma, & in eo materia, & eius potentia non est educta, cum toties fiat ista mutatio secundum ipsos, ut nihil maneat, materiae antiquae, & quae primò erant, sequitur, quod erit forma corruptibilis habens materiam, de cuius potentia non est educta, & sic ab illa tota est independens, quod profectio est absurda, dissimulata in philosophia.

4. Quarto, sumo vnam formam eductam de potentia materiae, & facio argumentum: ita dependet tota forma ista ab hac tota materia, sicut pars formae a parte, quia sicut tota est educta ex potentia totius materiae, ita pars de parte: sed forma a tota inseparabilis est: ergo etiam pars a parte, quin corrumpatur.

5. Quinto, quia forma educta de potentia materiae non potest vlllo modo per se moueri: quo ergo modo forma illa mouetur ad aliam materiam, aut quae est in eis mouetur non, & sic calis, nec vllus alius est: ut patet ex deumotionibus Aristot. His, & alijs argum. sic, quae aduincere possem, ex ista ratione conclusionem nostram probari.

Sit secunda conclusio. Probabilis est, opposita sententia propter autoritatem autorum, quamuis non habeant aliam solutionem meliorem argumentorum, quam dicere, quod anima excellit alias formas, & ita quamuis diuisibilis sit, potest se ad materiam maiorem eadem manens, dilatare: & haec ex parte est aliquo modo in diuisibilis: sed consultius est dicere oppositum, praesertim cum sit pro nobis auctoritas magnorum hominum, rationes conuincentes, & oppositae opinionis rationes debiles sint. Quocirca ad ipsas respondetur.

Conclusio.

Primum argumentum positum est in autoritate Arist. non in ratione, & contra ipsum, ut locum loco opponamus, sunt duo loci: alter est textus. 38. dicit, quod uiuens augetur simili: si ergo caro facta similis auget, ergo est distincta ab eo, quod auget: si ergo vnam, & eandem habet materiam, non distincta est, sed eadem: Alter est textus 39. dicit, quod caro generata nutrit, quis autem in Arist. dicit generari sensibile, & ex potentia in actum fieri, nisi si comproducat forma.

Ad 1. sententiam.

Praeterea ibidem duplici exemplo, puta de aqua infusa vino, & ligno iniecto igni explicuit nutrimentum: at constat, quod noua forma ignis, & vini inducitur in aquam, & lignum.

At ut ipsum locum Arist. soluamus, ubi dicit augmentationem esse secundum formam, non secundum materiam. Ad hoc uerte, quod multiplex est expositio. Marfilij & Alb. de Saxo. locis citatis, dicunt, quod partes formae in uiuente sunt partes porose, & non porosae: partes porosae sunt, quae non sunt animales, sed vacuitates quaedam mediae inter partes ipsas solidas, & animales, sicut in spongia quadam, & has solidas dicunt non porosas. Interepretantur ergo Arist. ut partes formales uocet porosas, quia in eis fit augmentum proprie, quia nutrimentum recipitur in ipsis, non autem in solidis, quas uocat materiales.

Ad locum Arist. quid sit augmentum est secundum formam, non secundum materiam. Ad hoc uerte, quod multiplex est expositio. Marfilij & Alb. de Saxo. locis citatis, dicunt, quod partes formae in uiuente sunt partes porosae, & non porosae: partes porosae sunt, quae non sunt animales, sed vacuitates quaedam mediae inter partes ipsas solidas, & animales, sicut in spongia quadam, & has solidas dicunt non porosas. Interepretantur ergo Arist. ut partes formales uocet porosas, quia in eis fit augmentum proprie, quia nutrimentum recipitur in ipsis, non autem in solidis, quas uocat materiales.

Expò Marfilij & Alb. de Saxo.

Ista expositio non est ad mentem Arist. quia quae dicitur de materiali, & formalis parte, dicitur de quocumque ente naturalis: non sunt huiusmodi partes in omnibus, quod autem distinctio Arist. sit communis.

Reijcitur 1. expositio.

nis, ipse indicat, dum dicit, esse in omnibus, quæ habent formam in materia.

2. Alber. & concil.

Est alia expositio Alb. tract. 3. cap. 8. & conciliat. diff. 36. qui notant, quod in animalibus sunt partes in triplici differentia; quædam, quæ habent rationem formæ, continentis, & sunt istæ, quæ aliquâ operationem exercent in corpore animalis, huiusmodi sunt membra; quædam aliæ sunt, quæ habent rationem materiæ; vt ea, quæ non habent aliquâ peculiare actionem, sed solû viuere, vt caro, adeps, pinguedo: alię sunt medię; & harû quædam sunt ex parte formalis, vt quæ non sunt membra, tamen habent officium aliquod, & operationem in corpore, vt venę, arteriæ, quibus fertur nutrimentum, nervi, quibus exercetur motus: quædam ex parte materialium, vt ossa, & cartilaginee, quæ non agunt, sed sunt, vt fundamenta corporis, quædam sunt vt unq; participantia, vt musculi, qui ex nervo & carne constant: vult ergo Albertus, quod materiales partes vocentur hic materia, reliquæ forma: & sit sensus, quod sit augmentatio manente forma, quia manentibus eisdem membris, venis, & ossibus, decrescunt, & augentur caro, pinguedo, & alia huiusmodi.

Reijcitur 2. expositio.

Quamuis aut hoc verû sit, tamen non est ad mentem Arist. ob eandem positam rationem, quia distinctio Arist. generaliter est in omnibus naturalibus.

3. Alex.

Alia est expositio Alexandri, in cuius declarationem aduerte, quod sunt duplices partes in viuente, spermaticę, & nutrituales: spermaticę sunt illę, quas virtus formatiua feminis facit ex materia ipsa feminis; facit enim ossa, cartilagineas, venulas, neuulos, & partes organicas, vt cerebrum, cor, epas, & reliqua: postea has partes auxit ex nutrimento accedente, & addidit carnem, pinguedinem, & alia, totum ergo, quod ex semine factum est, spermaticum vocatur, reliquum nutrituale.

Reijcitur 3. exp.

Vult ergo Alexand. quod dum vita viuētis durat, manet spermaticum, & hoc vocatur ab Arist. forma, reliquum dicitur, accedit, nec idem permanet, & materia dicitur, & sic exponit locum: quid.

quid tamen, si de doctrina ipsa, tamen non videretur eadem ratione ad mentem Aristot.

Alia expositio Auerr. quod formam intelligit eam, quæ est altera pars compositi, similiter materiam, sed sensus nō est, quod manet forma, non materia, sed quod augmentatio non sit effectiua à materia, sed ab ipsa forma.

4. Auc.

Sed nec ista expositio est ad mentem Aristotelis, quia comparat formam vasi, quod idem manet aqua aia, & alia accidentē, at vas nihil efficit, sed idem manet continens.

Reijcitur 4.

Alia est expositio literę Arist. consona Philop. & Alb. & aliorum, quam supra diximus, quod sit sensus, quod in augmentato semper maneat eadem anima, modò sub minori, postea sub maiori materia, materia autem non sit eadem, & sic totum quod augetur, idem manet secundum formam: fateor expositionem esse admodum consonam textui.

5. Philop.

At quia doctrina non videtur vera, vt probatum est, videtur mihi, aliam expositionem adhibendam esse, ne Aristot. in talem sensum trahamus.

Reijcitur 5.

Idcirco dico, quod possumus considerare in re materiali ipsam naturam specificam, & ipsum singulare, vt hominem, & hunc hominem, natura est dicta forma, singularitas materia: & hoc Aristot. celi cap. 9. docet cælum dicere formam, hoc cælum materiam: in rebus autem spiritualibus hoc non habet locum, quia se ipsis sunt singulares.

6. auctoris Nota.

Dico igitur, quod cum sit augmentum ossis, manet forma, id est, natura, quia se per est verum dicere os, siue sit manus, siue minus: at singularitas, id est, hæc vel illæ partes, quæ materia dicuntur, recedant.

Explicata

Et explicat S. Tho. hoc triplici exemplo, puta de populo, dicitur enim, quod idem est semper populus, tamen quidam homines modo, alij postea sunt: similiter dicitur, idem fluuius, alia tamen, & alia aqua: idem dicitur ignis, tamen aliud, & aliud apponitur combustibile, sic etiã in præsentia, quamuis maior sit identitas in viuente, vt dicitur in argumento vltimo: sic mihi videtur, posse Aristot. glossari.

COM.

commodè, cum constet oppositam sententiam vix posse defendi aut intelligi.

Ad 2. argu. Nota.

Ad secundum nota, quod cum dicitur, in augmentatione debet manere idẽ subiectum, non intelligas, quod debet esse in augmentationibus omnibus, quæ sunt toto tempore augmenti, quæ non sunt continuæ, sed fat est, quod dum aliqua certa augmentatio fit, in ea manet idem subiectum, & ita fit.

Propterea vltimus nota, quod sicut aliud est, quod generatur, vt terminus generationis, aliud, quod generatur, vt subiectum generationis, ita etiam in augmentatione, aliud est, quod auctum est, vt terminus, aliud quod auctum est, vt subiectum, & suscipiens augmentum: quod generatur, vt terminus est compositum, scilicet homo vel leo, quod verò est subiectum, materia est: in augmentatione autem, quod est auctum, vt terminus, est totum compositum ex præcedente corpore, & super addito: vt si ex bipedali fiat tripedale, quod est vt terminus auctum, est tripedale, quod verò vt subiectum, est illud solum, cui super additur, vt bipedale; & hoc manet idem, dum fit tripedale.

Occurrit obiectio.

Nec valet, quod non est idem sub toto termino, cum enim acquirit vltimam partem pedalitatis, est tripedale cum dimidio. Dico, quod nō debet sumi id solū quod à principio fuit, id est, bipedale, & totū aliud est terminus: aliter enim possemus dicere, quod in alteratione nō manet idẽ, cum sit homo albus: nam semper est magis albus, & subijcitur albedini sequenti, sed non sic debemus sumere, sed ipsum, quod ante motum fuit: si hoc igitur in augmentatione consideremus, nō est dubium, quin in qualibet augmentatione detur subiectum sic idem manens.

Ad 3. Duplex discrimen in augmentatione viuentium, & non viuentium.

Ad tertium dico, esse duplex magnum discrimen inter augmentum viuentium & augmentum ignis; alterum est, quod ignis non crescit nisi ex ea parte, qua ei alimentum apponitur; si sursum apponitur, sursum tendit, si ad latus, similiter ad latus vel ad aliam differentiam: at viuens cibo vna parteposito crescit secundum omnem differentiam & sursum, & ad vnum, & ad alterum latus: vnde constat,

quod talis motus non est ab illo elemento, sed à forma peculiari, quæ dicitur anima: & hoc docebat Aristot. contra Empedoclem probans augmentum viuentium non esse ab igne.

Lib. 1. de anima: ca. 4.

Alterum discrimen est, quod ignis suscipit alimentum ad partes exteriores, nec secundum omnes suas partes augetur: at viuens intra se cibum sumit, ac per varias partes internas virtute propria distribuit; & sic soluitur argumentum.

Alterum discrimen.

Ad quartum dico, quod non possunt animata crescere in infinitum; non enim sola appositione crescunt, sed conuersione cibi, & auctione circa ipsum, in qua virtus naturalis debilitatur; in igne autem non debilitatur calor, sed semper æquè fortis producitur.

Ad 4.

Ad quintum Marsil. & Alb. q. 11. dicunt tripliciter aliquid dici idem numero; propriissimè, propriè, & largè. Id propriissimè vnum est, quod manet idem secundum se totum, vt cælum, angelus: id verò propriè, quod manet idem secundum præcipuam sui partem, vt homo, cuius materia non manet, sed sola anima: largè verò, quod quouis quoad omnes partes non maneat, tamen manet secundum figuram, & situm, vt fluuius, & sic manent reliqua animalia post multum tempus, quousque materia tota, & forma recessit.

Ad 5. Solutio: Marsil. & Alb. ex beo.

Mihi dupliciter ista sententia, quia iam profecto nullo modo esset idem numero sed specie. Quare dico, quod partes spermaticę semper manent in toto vitæ tempore, quamuis decrementum passæ sint, & sic forma etiam in illis manet eadem: & hæc est sententia Auerr. Alexan. Philop. Albert. Cum igitur ipsum fundamentum idem maneat toto tempore vitæ, quamuis fluxus sit in reliquis partibus; viuens tamen, dici potest idem numero, & in hoc differat viuens ab igne, qui non sic manet.

Reijcitur hæc solutio: Nota, quæ manent in viuente eadem numero.

QUESTIO X.

An quod augetur, eius qualibet pars augetur.

Num ex his, quæ ad augmentationem necessaria sunt obseruanda, erat, vt ostenderet, quomodo eius, quod.

1. Argum.

quod augetur, quælibet pars augetur, propterea in præfenti disputatur.

Est autem argumentum primum in oppositum, cum augmentum sit per aduentum alicuius extrinseci corporis, si uentis quælibet pars augetur; vel datur corporis penetratio, & hoc est impossibile, vel datur, quod diuidatur uiuens, ut partes cibi ingrediantur in singulas partes: non enim uidetur alius modus: sed hoc etiã est impossibile, quia oportet diuidi totum in omnẽ suam partem, si debet augeri secundum quamlibet, hoc autem non potest esse. Præterea, quia tunc in augmento interueniret dolor, qui causatur ex diuisione continuũ; at tamen nullas dolor ibi interuenit.

2. Secundò, sunt partes aliquando in uiuentibus aridæ, ut patet de multis, qui cõtractione patiuntur membrorũ, & nõ augetur secundum illas partes, benè tamẽ secundum alias, ergo non quælibet pars augetur in uiuente, dum augetur.

3. Tertio, si quælibet pars augetur, saltẽ minima, deberet augeri alia minima, & tunc in singulis augmentis totum in duplo maius fieret; quod est aperte contra experientiam.

4. Quarto, sequitur, quod secundum omnem dimensionem augetur, & tunc esset animal tam latum, quam longum, & profundum, quod est falsum.

5. Quintò, quia dici posset, quod nõ est totũ corpus uiuentis, continuũ, quia habet poros, per quos cibus applicatur partibus. Est argumentũ cõtra istos poros. Isti sunt repleti corpore aliquo, aliàs esset uacui; ergo nõ possunt aliud in se extrinsecum recipere, quin detur penetratio corporum.

6. Sextò, si isti pori recipiunt in se nutrimentum, ergo conuersio nutrimento in uiuens, nõ dilatabitur uiuens, nec occupabit maiorẽ locũ, sed potius replebitur: & præterea nõ recipiet aliud, cũ non maneat pori. Quod si dicas, postquã est facta, cibi illius cõuersio; sunt noui pori, & tunc dilatatur caro vel neruus, iam profecto non sit augmentum simul cum nutritione, & conuersione cibi; quod est contra Arist.

Septimò, cum illi pori fiant ex illo, quod superest, ex diminutione uidetur, quod non sit maior, quã excrementum ipsum, relictum ex diminutione: si ergo nutrimentum nõ est maius, quã deperditum, ergo non fiet augmentatio.

Octauò, quia est porus in medio carnis, nec uidetur, quò cibus possit transire, cũ anteriores sint prius iã repleti, quia quæq; pars sibi attrahit. Hæc sunt argumenta contra partem affirmatiuam. Sunt in hoc duò modi dicendi: alter est Auerro. com. 38. qui existimat quodlibet minimũ naturale corporis habere suum porũ minimum, ita ut inter minima mediet porus, & in hoc sanguis receptus nutrit, & auget quodq; minimum per iuxta positionem, quia conuertitur in ipsius substantiam: & sic eius, quod augetur, quælibet pars sensibilis, & minima augetur.

Ista opinio non mihi placet, quia absq; ratione multiplicat poros, & minimas partes distinguit, quod gratis dicitur, imò contra rationem, quia tunc esset corpus tam porosum, quam solidum, quod non est credibile. Præterea tam porosum esset vnum, quã alterum, quod non apparet: & ulterius, quia non est ratio, quare betur, illas particulas esse minimas.

Altera opin. est Marfil. q. 13. & Alb. q. 12. qui distinguunt in corpore partes porosas, & non porosas esse, ut dictum est: dicunt tamen, quod oēs hæc augetur, tamẽ non eodẽ modo, sed porosẽ per intus susceptionẽ, quia in se recipiunt cibũ, nõ porosẽ uerò per iuxta positionẽ ad latera.

Ista sententia mihi non placet in hoc, quod dicit, partes porosas augeri: nõ porum non censentur partes nostri corporis, cum non sint aliud, quam conuertes plenæ substantia non uiuente.

Et dato, quod essent partes, nõ dicuntur augeri, quia non manent eodẽ, imò postquã replete sunt, alij noui fiunt pori, quod aut augetur, debet idẽ manere.

Propterea dico, esse poros in corpore nostro, & uiuente innumeros, & esse partes solidas, non minimas, sed parua quantitatis, aliquas maiores, aliquas minores, aliquas æquales, quia non omnes idẽ omnino habent temperamentũ: si militer poros

1. Sententia Auer.

Reijcitur sc. contra Auer.

2. Sententia Marfil. & Alber.

Reijcitur 1. Sententia.

Sententia autho.

2. Notandũ.

ros esse inter se inæquales, & hi non dicuntur augeri, sed deseriue augmentationi, quatenus alimentũ cõtinent, quo solidæ augentur. Ut aut hoc declaratur.

Aduerte primò, quod horum pororũ est causa duplex, vna efficiens, altera finalis: efficiens est calor naturalis interiores corporis partes resoluens, & consumens, ex quarũ resolutione, & cõsumptione super sunt vacuitates interinæ in quolibet parte plenæ uapore resolutio vel excremento.

Finis horũ duplex est, alter, ut sint uia, per quas excrementa resoluta eiciantur foras, ne interius manentia corruptionis partium sint causa: alter finis est, ut per eodẽ alimentum trahatur ad singulas has partes.

Est enim duplex via alimentum: altera est uenæ, per quas sanguis fertur ad innumeras corporis partes: sunt enim ramificatæ uenæ in multos ramos: quorum alij ad alias corporis partes ueniunt: tamẽ quia non debuit ita uena multiplicari; ut quæque particula haberet suam, prouida natura fecit poros, ut per hos particula paruula nutrimentum sibi traherent, exugentes sanguinem à uenis, quæ sanguinem ipsam per suos poros emittunt, sicut exit sudor per carnem exterius; non quod sanguis ex se egrediatur, sed quod à uirtute partium exugatur. Hæc igitur sunt causæ pororũ, qui nunquã sunt uacui, sed modò sanguine, modò excremento, modò uapore, modò his omnibus repleti sunt.

Aduerte secundò, quod quælibet pars alimentũ sibi iuxta positũ alterat, & conuertit, & nõ augetur sicut aqua, cui aqua ab extrinsecò accedit, quæ uocatur additio quantitatiua, sed ipsa pars cibũ sibi sibi mille facit, & hoc dicitur augeri per iuxta positionem, nõ solũ quantitatiuam, sed etiam generatiuam, & alteratiuam.

Tamen nota diligenter, quod dũ conuertit cibũ in poro existentẽ, simul resoluit uaporẽ, qui ex concoctione resultat, & ille uapor nouum faciens porum propellit uirtus partes uersus locum exteriorẽ, & sic dilatatur, & locũ maiorem occupat.

Vnde simul sit porus, & dilatatio partium, & cibi alteratio, & conuersio: & sic

quælibet pars augetur per hanc propulsionem, ut dixit Philo. tex. 39. & manent alij, & alij noui pori: & ne iterum existimes, quod alij pori fiunt, facta conuersione, sed simul cum ipsa. Vide igitur, quomodo quælibet pars crescat.

Aduerte tertio, quod est differentia inter spermaticas partes, & nutrimentales, spermaticæ enim recipiunt augmentum definitũ à natura, & certo tempore, nec si decreuant, iterum reparantur: at aliæ partes quocunq; tempore augetur, & diminutę crescunt iterum, ut patet in carne, quæ in infirmitate deperditur, & iterum restauratur: at nõ sic partes spermaticæ decreuant in infirmitate.

Et attende, quod quamuis partium augmentum sit secundum omnem dimensionem, hoc tamen est proportionaliter, plus enim spermaticæ partes secundum longitudinem augetur propter naturã caloris sui sum tendentis. Nec semper est augmentum secundum omnem simul dimensionem, quia stat carnem, & partes alias, secundum vnam, nõ secundum aliam crescere dimensionem: ex quibus omnib. patet, quomodo quod augetur, eius quælibet pars augetur.

Ad primum argumentum respond. quod nec datur penetratio, nec diuisio fit, sed per poros, quos diximus, communicatur alimentum solidis partibus.

Ad secundum admittimus esse illas partes absq; augmento, quod prouenit vel ex debilitate caloris naturalis, vel ex opilatione pororum, vel quia aliunde impeditur, quo minus ei plene alimentum communicetur: hoc tamen non est contra dicta, quia solum intendit Arist. docere, quod cum aliquid totum augetur, tunc partes augetur: at cuius vna pars non augetur, iam totum non augetur, sed totum extra illam partem.

Ad tertium negamus secundum miniam partem esse augmentum: nõ enim, quod augetur, est pars minima, ut diximus: & quamuis admitteremus, quod esset minima, & sanguis etiam esset minimus, tamen cum in carnem conuertitur, est minus minimo, minimum enim sanguinis conuersum nõ adæquat minimũ carnis

carnis vel ossis, quia animalis pars cōcre-
tor est, & quia pars cibi semper resolu-
tur; vnde non fit augmentum in duplo.

Ad 4.

Ad quartum patet solutio, non enim
tantum est augmentum, & æquale secū-
dum quamq; dimensionem, vti diximus.

Ad 5.

Ad quintum dico, quōd corpus, quo
repletur pori, cedit cibo, vel quia alia ex
parte, & per alium porum recedit. vel si
est obstaculum per partē eiusdem pori,
sicut fit de aere, cū aqua infunditur na-
ui per os ipsam.

Ad sextum.

Ad sextum, solutio nota est ex secun-
do fundamento; cū primum enim po-
ri cibo repleti sunt, virtus viuētis simul
incipit conuertere, & alterare, nouosque
poros facere, & exinde dilatur caro, vel
os, vel aliud: & ita cessat argumentum om-
ni ex parte.

Ad 7.

Ad septimum dico, quōd pori ex ex-
crementis, & ex vaporibus resolutis fiūt,
vnde maiores sunt, quā partes dimi-
nuta, & plus cibi capientes, quā sit deper-
ditum, imō quā conuerti possit: nec i-
sti sunt omni tempore æquales; sunt en-
nim in iuuenibus maiores, in senibus ve-
rō minores.

Ad 8.

Ad octauū dico, quōd cibus prius tra-
hitur à partibus superiorib; quā sistat
in inferioribus; partes enim interiores ab
exterioribus sumunt, hæc verō ab alijs, do-
nec perueniatur ad venas ipsas. Et sic pa-
tet determinatio quæstionis huius.

QVÆSTIO XI.

An augmentatio sit motus continuus.

1. Argum.
pro parte
affirm.

Augmentatōnem motuum ad quā
titatem superius esse determina-
uimus, nunc, an continuus sit ex
aminare oportet.

Et videtur primō, quōd sit continuus;
si augmentatio non esset continua, esset
in instanti, at esse non potest in instanti,
quia tunc augeri, & auctum esse essent si-
mul, nec prius res diceretur augeri, quā
quōd esset aucta; quod est contra Aristō.
6. Physi. tex. 7. vbi dicit, prius esse moueri
quā esse rem motam.

Secundō, augmentatio est circa quā-
titatem, sicut localis motus circa spaciū,
ita vt sicut hic per spaciū, ita ille per ter-

minum sit diuisibilis, vt dicitur 6. Physi.
tex. 49. at localis motus quia diuisibilis
est continuus, ergo & augmentatio.

Tertiō, motus à cōtrario in contrariū
est in tempore; motus autē qui tempore fit
continuus, & successiuus est, debet enim
ad diuisionem temporis diuidi: est ergo
augmentatio successiua, & continua.

Quartō, ita fit augmentatio, sicut extē-
sio caloris per vnum continuum, vel ex-
tensio ignis, sed calor vel ignis continuo
potest diffūdi per lignū, ergo ipsa augmē-
tatio potest successiua esse, & continua.

Quintō, augmentatio est velox, vel
tarda, ergo continua, vt notum est.

Sextō, Alteratio potest esse continua,
vt superius est probatum, ergo & augmē-
tatio. Hæc sunt argumēta pro vna parte.

At ex altera parte etiam argumenta
non defunt.

Primō ex Arist. 8. Physi. tex. 23. vbi ne-
gat, augmentationem esse continuā; vt pro neg-
illic est expositum.

Secundō, augmentatio non habet vñ
subiectum; ergo non est continuā: proba-
tur antecedens; nam aliud est os, quod au-
getur, aliud caro, aliud nervus, nec con-
tinua sunt inter se.

Tertiō, augmentatio præsupponit ge-
nerationem; at generatio est instantanea,
ergo & augmentatio; nam simul fit vtra-
que mutatio.

Quartō, si augmentatio esset successi-
ua & continua, tunc non daretur primū
esse, quia in motu non datur primum ef-
fe, at hoc videtur falsum; nam cū aug-
mentum sit secundum aliquam actū par-
tem, videtur quōd debeat dari prima.

Quintō, quia si est continua per ali-
quod tempus, ergo in quolibet instanti
factum est maius viuens, at sunt infini-
ta instantia, ergo erit viuens in fine tem-
poris illius infinitum actū, quod est im-
possibile; manet igitur dubia res.

At vt hoc determinemus, oportet cer-
ta ab incertis secerere. Tripliciter potest
intelligi, motum esse cōtinuum. Primō,
vt continuus dicatur perpetuus, quomo-
do Arist. 8. Physico. vocat, circuliarem so-
lum esse posse continuum, id est, perpe-
tuum, nec de hoc disputamus modō.

Secun-

1. Opinio.
Ma. si. & Al
ber. & Iand.

2. Auer. &
Alb.

Sententia
aucto.

1. cōclusio.

Secundō dicitur continuum augmē-
tum, ita, vt daret continuū per totū tem-
pus, quo augmentum fit, vt per viginti
annos primos absq; interpolatione ho-
mo augeatur, vel aliud animal, per tem-
pus sui crementis determinatū; & de hoc
non est tanta difficultas, quia talis conti-
nuitas nō inuenitur, quia nō semper cal-
lor naturalis est in conuersione maioris
substantiæ, ob frequentia impedimenta.

Tertiō, potest augmentum diei conti-
nuum pro aliquo saltē tempore, ita, vt cū
fit augmentū quantumcunq; sit parū,
illud fiat continuū in aliquo breui saltē
tempore: & de hoc est duplex opinio.

Altera Marfil. q. 14. Alb. Saxo. q. 13. &
Al. Iandu. 8. Physi. q. 7. qui sustinent, augmē-
tum esse continuum, & successiuum, sic-
ut est motus localis, per aliquod spaciū:
& rationes huius opinionis nō sunt for-
tiores, quā sunt oppositæ in princi-
pio; quam sententiam vt indubitata su-
stinent aliqui moderni.

Altera est opposita sententia Auer. 8.
Physi. com. 23. & 3. Physi. com. 8. ac Al-
berti magi. 8. Physi. super textum 23. &
S. Thomæ ibidem: qui docent augmen-
tum non esse continuum, sed quod est
interpolatus motus varijs instantibus, i-
ta hoc tempore fiat dispositio, & altera-
tio cibi, & in fine fiat conuersio in instā-
ti, & sic augmentum: postea fiat in tem-
pore dispositio cibi, & alio instanti con-
uersio, & totum augmentum sit congre-
gatum ex his omnibus augmentis parti-
cularibus.

Auerroes addit, quōd istæ partes, quæ
in singulis augmentis acquiruntur, sunt
minimæ, & ita fit augmentum secundū
multa minima multis diuersis in instan-
tibus copulata.

Quid autē mihi videatur hæc in re dicē-
dum, aperiam sequentibus conclusio-
nibus.

Prima. Augmentum non est continu-
um, & successiuum, ita, vt quādo aliquid
est auctum secundum aliquam quantita-
tem in aliquo tempore, in medietate fiat
secundum dimidium, & in alia medietate
temporis secundum aliud dimidium,
& sic proportionaliter; non inquam sic,

sed in tempore aliquo fit dispositio, & al-
teratio cibi, in fine autem alterationis cō-
uersio, & simul augmentatio.

Hæc conclusio profectō fat est proba-
ta autoritate Auerrois, Alberti & S. Tho-
mæ, qui collati, & oppositi Modernis, ma-
gnæ rationis vim habent: at præter hoc
videtur primō expressa doctrina Aristō.
8. Physi. tex. 23. vbi habetur talis conclu-
sio expressa, & exemplis ipsius Arist. ex-
planata.

Sunt tamen prædicta argumenta duo,
quæ videntur mihi efficaciam habere.

Alterum est suppositis duobus, quo-
rum primum est, quod cibus ante con-
uersionem, dum fit alteratio à parte vi-
uente, puta carne, non est continuus, sed
solum contiguus, & iuxta positus carni:
& cū conuertitur vna pars sanguinis
in carnem, manet discontinuata ab alia
parte residua sanguinis, quæ cibus est:
hoc autem nullus negare potest.

Alterum suppositum est, quod datur
minimum substantiæ productæ natura-
lis, ita, vt cū caro producit, sit sub
certa quantitate, sub qua primō produ-
citur: quōd si datur minimum substan-
tiæ, sequitur, quōd debeat dari minimum
secundum extensionem in accidentibus
disponentibus ad substantiam: si enim
non daretur minimum, tunc posset dis-
poni pars minor minima, & in ea intro-
duceretur forma substantiæ, quod est fal-
sum.

Ex his duobus argumentor: sumo par-
tem sanguinis iuxta positam carni nutri-
endæ, & peto an huius alteratio sit suc-
cessiua, ita, vt non detur, quæcunq; pars,
quin prius minor disponatur, vel nō, sed
aliqua certa pars simul disponatur: si des
primum, iam incidis contra secundum
suppositum: nō enim daretur primū vel
minimum in substantia, sicut nec in ipsi-
us dispositione: si secundum dicas, ergo
non successiue, & continuè fit augmen-
tum vterius ex residuo cibi, cū maneat
discontinuum per primum suppositum,
non potest disponi nisi ad minus secun-
dum minimum, ergo non est secundum
minorem, & minorem proportionaliter
partem, & sic dicam de alijs.

2. Ratiō.
Nec

Reijcitur Solutio.

Nec poteris dicere, quodd est continuus motus, quia in singulis instantibus acquiruntur continuè minima, hoc autem est impossibile, quia minimi conuersionem præcedit alteratio distincta in singulis. Præter eà, quia tunc essent infinita minima, æqualia actu, & non communicata, quodd fieri non potest: nõ ergo est continua augmentatio.

2. Ratio.

Alterum argumentum est, diminutio non fit continua, ergo nec augmentatio: frequentia est bona; quibus enim rationibus ipsi probant, augmentationem esse continuam, eisdem probari potest etiam diminutionem: antecedens verò probatur, si diminutio motus est, non ergo datur primum, secundum quod diminutio facta est: cum igitur ex diminutione resulteret aliqua substantia; quæ fit ex materia separata à viuento, non dabitur minimum substantiæ illius; quod est impossibile: igitur non potest esse motus continuus: his igitur mihi videtur probari intentum.

3. Conclusio.

Secunda conclusio. Mihi probabilis est; quodd non fiat secundum minima augmentatio ista, sed quodd sit secundum maiores partes.

Primò ex similitudine.

Vt enim contingit in generatione substantiæ fieri non minimam, sed maiorem unico instanti: ita etiam potest per nutritionem conueri, & secundum illam erit simul augmentatio.

2. Ratione.

Etratio, quam memouet, est, quia non est ratio conuincens, qua constringamur ad ponendam augmentationem secundum minima; cum posset æquè bene aliter fieri, vt diximus.

Nota modum augmentationis.

Ex quo sequitur vnum, quod maxime notare debes, augmentationem hoc modo fieri; recepto nutrimento in poris, cum virtus viuentis incipit alterare, & resolvere, tunc fiunt pori, vt dixi supra, & tunc partes extenduntur, & dilatantur, sed nõ dum est augmentum, quia adhuc æqua est substantia, facta dilatione virtutis: partes exteriores toto tempore alterationis ferè, tunc in fine fit cibi conuersio, & alimentum fit pars viuentis, & est maius viuens, & hoc est augmentum & noui loci occupatio vel sus ipsium, quia vbi erat nu-

trimentum, est iam viuens.

Vnde mutatio loci partim præcedit, partim comitatur, seu cõsequitur, vt notum est; vnde nisi fieret illa præcedens extensio, vt accidit in senib. non esset cõuersio cibi augmentum, quamuis esset ibi viuens, vbi erat nutrimentum iuxta.

Ad argumenta responderi possumus. Ad 1.

Ad primum, quodd loquitur Arist. illic de motu locali, vt ipsius verba indicant, & quamuis etiam sit sermo de augmento, adhuc veritatem habet: nam augmentum non vocatur illa vna mutatio instantaneã, sed multæ simul, quæ rem secundum aliquem gradum notabilem quantitatis augent, vnde inter media augmenta sunt augeri.

Ad secundum dico cum S. Tho. & Auer. 8. Phis. quodd Arist. loquitur in genere de motu, non curat, an sit iste vel ille in Phis. nisi solum exempla ponendo, vel possumus dicere, quod est diuisibile augmentum secundum quantitatem, si totum sumimus augmentum viuentis: nõ enim totum vnico absoluitur instanti, nec oportet, vt proportionaliter diuidatur secundum quantitatem: sat est, quodd sit diuisibile; & profecto illa glossa sufficit, cum habeamus locum in Arist. quo ipse factur expressè, non fieri augmentum proportionaliter secundum tempus.

Ad tertium dico, quodd nõ est perfecta contrarietas in quantitate, ita, vt qualibet cõtrarietur cuilibet. sed est contrarietas secundum perfectum, vel imperfectum terminum; & sic debet sumi totum augmentum, quodd ex imperfecto tendit ad perfectum, & hoc tempore perficitur.

Ad quartum nego extensionem ignis per lignum fieri continuè; quia semper prius disponitur pars, quam fiat ignis, est tamen tam cita, præsertim in charta, & paleis, vt videatur cõtinua, & hoc est manifestum.

Ad quintum nota, quod augmentatio sumitur aliquando pro alteratione simul antecedente augmentationem in quantitate: & sic totus ille motus continuus vocatur, & velocior vnus altero. Adde etiam, quod augmentatio dicitur ipsa per se velocior, cum sit frequentior, id est, in vno tempore,

Nota.

Ad 1.

Ad 2.

Ad 3.

Ad 4.

Ad 5.

tempore, & æquali pluries augetur res.

Ad 6.

Ad sextum dico, esse aliam rationem in alteratione: hæc enim non fit cum productione substantiæ: vnde cum aliquod minimum ligni alteratur, potest calor per residuum continuè diffundi, quia nõ separatur ab antecedenti: & sic non dabitur minus minimo per se, quodd in generatione non habet locum, quia quodd generatur, statim discontinuatur, & oportet in residuo, non dari minus minimo, quia tunc esset per se.

Conclusio.

Tertia conclusio. Puto, probabilem esse oppositam sententiam, possuntque solui argumenta omnia facta, sed non facile, præsertim cum sensus, & maior probabilitas sint in contrarium.

QVAESTIO XII.

An nutrimentum sit simile nutritio.

Superest, vt cum de augmentatione, quid esset, disputatum fuerit, & quomodo quælibet pars eius, quod augetur, augetur, & quomodo idem in augmento permaneret, superest inquam, vt nunc de tertio disputemus, nempe de illo extrinseco, quo adueniente, fit augmentatio.

Ectet argumentum primum contra id, quodd dicitur. text. 33. quod debet esse simile nutritio: videtur saluum, pars non est nutrimentum rei, at nutrimentum, cum est simile nutritio, est ipsius pars; non ergo est iam nutrimentum.

Secundò contra id, quodd dicitur, nutrimentum esse in potentia; videtur, quodd quodlibet corpus posset esse nutrimentum viuentium; quia est eiusdem materiæ, quæ est in potentia ad formam quælibet: illud falsum est, nõ enim quodlibet, puta lapidibus, vel ferro nutriri possumus.

Tertio, cõtra id, quodd dicitur nutrimentum nutriti vt substantia; auget vt quantum, semper nutrit, non tamen semper auget: videtur hoc fieri non posse: nutrimentum nunquam fit substantia viuens, nisi simul sit quantum, vt notum est, ergo non potest nutrire, quin augeat.

Quarto videtur, quodd nutritio non differat ab augmentatione: non enim videtur, quis alius motus esse possit.

Circa hoc aduerte primò, nutrimentum

tum debere esse proportionatũ cum viuente, cum enim debeat in viuentis substantiam cõueri, debet esse tale, vt possit formam talem recipere: sunt autem duo, in quibus ista proportio consistit: alterum est, vt sit mixtum: nam viuens omne mixtum est, quia est dissimulare, ex quo fit, quodd purum elementum non sit nutrimentum viuentis, ideo aqua vel aere nõ nutrimur. Alterum est, quodd tale mixtum sit proximum viuentis temperamento, vel saltem reducibile ad viuentis temperamentum ab ipso viuente: viuens autem in tempore quatuor qualitatum cõsistit, præsertim tamen in calido, & humido temperatis: quæ igitur non possunt reduci ad tale humidum cum calido temperatum, non sunt nutrimentum viuentium.

Quod triplici ex causa prouenire potest, vt docet Alb. opuscu. de nutritione cap. 1. Primò, cum est intemperatum, & improporionatum, ita humidum, vt nõ possit solui, & temperari, nisi à vehementi calore, qualis non est in animali, vt est ferrum, argentum, & metalla; quoru tẽperies dissolui nequit, nisi à calore fortissimi ignis, calor autẽ animalis nõ est tãtus.

Secundò, cum humidum non potest dissolui, & à sicci intemperie separari, nisi per ipsius humidi consumptionem, vt in lapidibus, & alijs, quorum humida, accedente calore desiccantur, & aduruntur.

Tertio, cum est humidum admodum paruum, vt in pillis, & ossibus, ac lignis siccis: omnia igitur ista ob dictas causas nõ sunt nutrimentum viuentium.

Nota tamen, quodd cum sint inter ipsa viuentia adhuc varia temperamenta, diuersa quæq; nutrimenta appetunt; prout magis, ac magis ipsi, pportionata sunt: vnde sanguinei, quibus humidum acreum viget cum calido temperato, appetunt tales cibos, vt vinum rubecum, album panẽ, oua mollia, & trementia: cholericis verò admodum nutrimenta adusta, & quoddque viuens pro sua temperie: ex quo patet, quale debeat esse nutrimentum.

Aduerte secundo ex hoc, cum nutrimentum debeat preparari, & disponi ad viuentis temperamentum, natura in animalibus constituit tres principales, quibus

Triplici ex causa potest nutrimentum non esse pportionatum.

2.

3.

Nota.

Nota. Tres partes in quibus dicitur nutrimentum.

hoc nutrimentum perficeretur.

Stomachus. Altera pars est stomachus, seu ventriculus, in quo fit concoctio, & separantur partes feculentæ, & ineptæ nutritioni, & totum ad intestina mandatur, à quibus iecur, seu hepar sumit totum illud, quod nutritioni est aptum, relinquit excrementa alia, quæ per aluum mittuntur. Est autem quedam vena ab ipsius iecoris sinistra seu inferiori parte procedens ampla satis, quæ dicitur vena portæ, quæ statim in duas diuisa post aliquod spatium à iecore, & illæ in alias, & hæc in alias innumerabiles, quæ meseraicæ dicuntur, sumunt, & trahit ab ipsis intestinis nutrimentum ad iecur, in quo cibus præparatur, & fit iam massa rubea, erat enim primo velut crocei coloris, nondum tamen sanguis est secundum Arist. bene tamen secundum Galenum: parum refert hoc in præsentia. In iecore, quod est in parte dextra sub ventriculo, fit concoctio, in qua secernuntur partes terrestres tanquam ineptæ nutritioni, & partes calidissimæ & subtiles, & priores, quæ melancholicæ sunt, mittuntur ad lienem per venam quandam: lien autem est ex opposito inferius à parte dextra: posteriores verò mittuntur in vas quoddam intra iecur quod dicitur folliculū fellis, in quo resident illæ partes cholericæ, & biliosæ: sic nutrimentum præparatum mittitur ad cor per venam superiorem iecoris, quæ à corde in superiorem partem iecoris mittitur, ampla nimis, & dicitur vena caua: humor autem, & massa recepta in corde concoquitur, & fit sanguis perfectus, & iam est nutrimentum vltimum, quod mandatur per venas iterum in vniuersas alias venas, & partes corporis animalis, quibus quæque pars nutritur: vnde sanguis vltimū alimentum est, vt dicit Arist. 2. de partib. cap. 3. Nec existimes, venas & intestina, esse loca principalia concoctionis, & præparationis alimentū, sed vias, per quas deferuntur, quamuis aliqua inducant alterationem, sed non quæ mutet sanguinem, non enim mutatur iam nisi in partem viuientū à singulis partibus nutriendis.

Has tres purgationes, seu dispositiones explicat Galenus lib. de iugamentis,

similitudine bona, puta de vuis. Primum enim calcantur, & fit multum; separanturque illæ partes, quæ dissimulantur excremento animalis, primo facto per alium; postea reponitur in alio loco, sunt fœdimenta, & feces, quæ simulantur excrementis in iecore: tandem in vase faciunt spumas, & restat vinum purum. Sic à sanguine egresso à corde extrahitur aquositas per duas venas, quas emungentes vocant, & in renes tendunt, & illinc in vesicam vrinae, quæ omnia per spicue anathomici docent & ostendunt.

Sunt igitur vniuersaliter quinque alterationes cibi ante conuersionem in substantiam animalis. Prima est in ore, quæ masticatio dicitur, & hæc imperfecta alteratio est. Secunda est in ventriculo. Tertia in iecore. Quarta in corde. Quinta in singulis partibus nutriendis. Ex his, puto duas esse solum concoctiones, & eam, quæ est in ventriculo, & eam, quæ est in iecore, quia in his mutatur cibi species, non in alijs: sed parum refert hoc nunc discutere.

Fiunt etiam quinque excrementa, primum ex intestinis, duo in iecore, quartum excrementum in vrina, vltimum in alijs partibus, vnde sudores proueniunt, pili, vngues, sputum, immudities aurium, & nasi, & alia multa. Vide igitur, quantus sit naturæ ordo in disponendo nutrimento.

Aduerte tertio, quod sunt operationes, & virtutes quatuor in singulis partibus. Prima est, attrahendi cibum ad se, quare attractiua dicitur, altera retinendi, necdum conuertitur, retrahatur, quæ retentiu dicitur. Tertia conuertendi, & alterandi, quæ dicitur digestiua. Quarta expellendi superfluum à se, quæ expulsiua dicitur: quas omnes docet Auicenna. 2. Fen. doctrina 6. ca. 2. vnam aliam addit Auicenna. 2. colligeri puta discretiuam, qua quod sibi vtile est ab inutili, & inepto ad nutritionem secerit: sed forsitan hæc eadem est cum digestiua. Per hæc omnia potest ad argumenta responderi.

Ad primum aliqui dicunt, alimentum, quod dicitur simile, esse sanguinem, quia est valde similis animali, & viuenti nutriendo in qualitatibus: sed hoc non est recte.

Exemplum trium digestionum.

Renes.

Quinque alterationes cibi.

Quinq; excrementa.

3. Nota. 4. Virtutes in singulis partibus.

Ad 5.

recipiendum: nam cum debeat mutari in viuens ex potentia in actum, profecto potius contrarius dicitur, quia mutatio ex opposito est. Præterea, quia est contrarius nutriendo aliquando: nam sanguis humidus est, os verò valde siccum, non ergo debet dici simile.

Melius ergo, vt dicamus, quod idem est nutrimentum, & pars viuentis, pars quidem vt solum vnionem dicit, nutrimentum autem, vt reparat substantiam deperditam: cum ergo sanguis est, tunc est nutrimentum dissimile, donec fiat viuens.

Nota tamen ex Arist. 3. de partibus. cap. 5. quod cor est locus, in quo primum sanguis continetur, ac inde in vniuersas partes corporis nostri per venas, & arterias diffunditur, & assimilatur cor fonti communi, vnde in vniuersum hortum aqua deducitur.

Sunt enim duo ventriculi; & receptacula in corde, vnum superius, quod dextrum dicitur, & in hoc fit primum sanguis nutritiualis, qui per venam cauam diffunditur in corpus, & hoc aluntur partes reliquæ: ex isto ventriculo dextro transfundat aliqua copia sanguinis in aliud inferius, quod dicitur leuum, hic fit purissimus sanguis, ex quo generantur spiritus motiui, qui sanguis dicitur arterialis, & diffunditur per venam quãdam ex ipso procedentem, quæ dicitur arteria magna, & hic sanguis diffunditur in pulsus: nam pulsus est arteria cum sanguine isto, & spiritu motiuo: solet sanguis hic naturalis dici. Atq; hæc satis de sanguine. Galenus, quem medici sequuntur, sanguinem in iecore generari dicit, qui per venas diffunditur, & in corde generari spiritus vitales, qui per arterias à corde originem trahentes diffunduntur, & huic sententiæ magis faciet Anatomia, scilicet Arist. quid autem sit verius viderint medici.

Ad secundum dico, quod non loquimur de quacunque potentia, sed solum nutrimentum dicitur in potentia, quod reduci potest ad viuentis temperiæ ab ipso viuente, vt dictum est, hæc autem reductio fit medio calore naturali.

Habet autem tres operationes miras:

Nota de corde.

Ventriculi cordis.

Nota de arterijs.

Ad secundum.

biles calor iste. Prima est separare partes diuersæ rationis. Separat enim excrementa à partibus ad nutritionem aptis, & in hoc fit similis calori elementari: hic enim separat ætherogenea, vt aurum ab alijs, quibus cum miscetur, secerit: Altera est viuificare, facit enim ex sanguine non viuente viuens, in quo similitur calori celesti, qui viuificus est. Tertia est assimilare, quia calor in ossè sibi sanguinem similitur, dum facit os, in neruo neruum, in carne carnem: & sic de alijs, & ab hoc calor animantis dicitur: an tamen specie differat ab elementari, alibi discutietur.

Ad tertium dico, quod non fit nutritio absque acquisitione alicuius quantitatis, sed non quacunque acquisitione facit augmentum, nisi sit maior, quam ea substantia, quæ deperdita est. Dices, quare in sensibus cessat augmentum, non autem nutritio? Dico, propter siccitatem partium ex consumptione humiditatis naturalis redduntur partes duriores, & quæ vix extendi, & propelli possunt, ob id cessat augmentum, non tamen nutritio, quia manet calor naturalis agens, & hinc est, quod pori sunt breuiores multo in senibus, quam in iuuenibus.

Ad quartum vide Alber. sum. de homine q. 28. est difficile scire, qualis mutatio sit nutritio, apud eos, qui formam eadem extendi dicunt in materia cibi, est enim contraposta generationi, vt ipsi dicunt; generatio est propter formam, materia enim nouam acquirit formam, & est motus materiae in formam: at nutritio est contra formam motus in materiam.

At secundum ea, quæ nos diximus, facile est hoc soluere: est enim generatio quaedam, cum noua forma producat, si diuisibilis sit, sicut cum vna medietate ligni accensa, altera accenditur: huius est generatio: cum verò est forma indiuisibilis, est adhuc generatio quaedam, quamuis enim non fiat forma, nec materia, tamen sit totum illud, scilicet caro, os, sicut fit homo, non facta anima, nec corpore. Et hæc satis de augmentationis materia.

CAPITULUM SEXTUM.

Quoniam

Ad tertium.

Ad 4.

Quoniam autem oportet primum.

Text. 43.

Intentio Arist. in sequenti.

Postquam de generatione quid esset, & qualiter ab alteratione separaretur, differuit, similiter etiam de augmentatione, nunc de principijs communibus generationis corporum particularium: scilicet de elementis disputare aggreditur: at quia opus erat prius, quam de ipsis diceretur, quadam alia premittere, puta tractationem de tactu: de actione, et passione, & de mixtione, ista nunc explicare incipit. Proponit igitur intentionem suam in principio, dicitque, cum sit disputandum de materia, & de vocatis elementis, oportet primum tradere ea, quae nostris temporibus confusè tractantur apud Philosophos.

Tres questiones proponit de elementis.

De elementis autem tres questiones proponit post discutendas. Prima est, an sint necne: altera est, an sint sempiterna, & ingenerabilia, an non, sed secundum aliquam partem saltem generentur. Tertia est, si generabilia sunt, an mutuo, omnia, & inuicem inter se, ita, ut vnū ex altero, & e contra generetur, vel non sic, sed ex vno reliqua generentur, ut alij voluerunt: quidam enim ex igne solo: quidam ex solo aere reliqua generabant. Nota litteram secundum Philopo. cum dicitur de materia, & de vocatis elementis, idem intelligit, exponitur primum, scilicet materia, per secundum, ne existimetur hic agi de materia prima secundum se.

Nota.

Vltius dicit vocata elementa, quia communiter haec quatuor prima corpora elementa vocantur, & tamen non sunt simpliciter elementa, cum adhuc ipsa compositionem habeant, nec in mixto secundum formam omnino maneat: elementum autem secundum totam substantiam debet manere in eo, cuius est elementum.

Nota vltius, quod prima questio posita ab alijs non ponitur pro questione, sed sensus est, an vocata elementa, siue vere elementa sint, siue non, an ingenerabilia, & sempiterna sint, utrumque commode dici potest.

Omnes enim, qui elementa generant, & qui ea.

Conclusionem suam confirmat ex sententia antiquorum, dicitque, quod tam illi, quae de mixtione proferuntur, quam ex sententia antiquorum. Elementa generant, i. dicunt, elementa esse de mixtione proferuntur, quam ex sententia antiquorum. hi, qui non ea dicunt generata, sed illa, quae ex ipsis componuntur, ut Emped. Omnes hi de generatione horum, siue vno, siue altero modo dicentes vtuntur congregatione & segregatione: similiter loquuntur de agere & pati: congregatio autem quaedam mixtio videtur: ergo ad disputationem de elementis oportet de his tradere, praesertim quod de mixtione illa, nihil distinctè loquuti sumus hucusque.

Sed neque alterari possibile est, neque segregari.

Ex opinione eorum, qui plura ponunt principia, probauit agendum de mixtione: at nunc de agere, & pati probat ex ipsorum opinione, sed etiam eorum, qui vnum principium faciunt. hi enim alterationem admittunt: dicit ergo, quod nec alterari, nec congregari vel segregari contingit, nisi ponatur actio vel passio: opus enim est, ut sit vnum agens, alterum patiens, & ita, qui plura elementa ponunt, generationem dicunt, quia ad inuicem agunt, & patiuntur.

Hos tamen arguit Arist. quia ad veram actionem & passionem ponendam praeter plura principia contraria, oportebat vnum commune ponere subiectum, aliter autem non contingit vere agere, aut pati: nam vnum contrarium non potest fieri alterum contrarium: non enim calor sit frigiditas, sed ab vno se subiecto expellentes agunt & patiuntur, & in hoc laudatur Diog. qui tale posuit commune subiectum contrarijs, sic enim continget agere & pati. De hoc diximus lib. I. Physic.

Reprehendit tamen ipsum Diogenem in vno, quia solum ad actionem, & passionem ponebat vnū subiectum, in quo errabat: non enim sat est, vnum habere subiectum, sed quod ad inuicem sunt res actiuae & passiuae, scilicet contraria sint: non enim calor agit in saporem, quamuis vnū habeant subiectum.

Sed si de ipso facere & pati.

Non

Agendum esse de mixtione proferuntur, quam ex sententia antiquorum.

Agendum esse de mixtione, & passione.

Reprehensio antiquorum.

Tactus multipliciter dicitur.

In quibus tactus proprie reperitur.

Nota.

Non solum de mixtione, actione, & passione, sed etiam de tactu disputandum docet, quod probat, quia sicut nec mixtio sine actione vel passione, ita nec ista sine tactu esse possunt, opus est, ut se tangant, quae inuicem agere & pati debent, ergo et de tactu dicere oportet. Inter ista autem omnia primum de tactu proponit dicens, quod esse, quia vniuersalius est, quibus enim inest mixtio, inest tactus: similiter cum vnū agit, alterū patitur principaliter, id est, proprie est etiam tactus, non est autem e contra: nam duo se tangere possunt, quin agant & patiatur, & duo agere & pati, quod sit mixtio: a tactu ergo incipiamus.

Fere igitur vt & aliorum nominum.

Text. 44.

Tactus multipliciter, & analogice dicitur, quare non a communi definitione, sed a diuisione incipit: dicit igitur, quod sicut alia quam plurima nomina multipliciter dicuntur, quaedam pure equiuoce, quaedam per prius & posterius, & analogice, ita etiam in tactu.

Incipit autem primam significationem secundum quam tactus proprie dicitur, exponere, dicens, quod tactus proprie inest ijs, quae habent positionem, & locum, puta, corporibus.

At posset quis dubitare: nam corporibus mathematicis inest proprie tactus, non tamen sunt in loco.

Respondet, quod sunt quidem in loco, & eis locus debetur, siue sint separata realiter, ut ponebat Pythagoras, siue non, sed secundum solam rationem.

Vbi nota, quod diximus 4. lib. Physic. quod locus debetur primo rei ob suam quantitatem: locus autem naturalis, ob qualitatem: vnde si daretur corpus quantum ab alijs separatū, vtique deberetur ei locus, & locum replet: sed per accidens locus naturalis ei competeret: non enim magis sursum, quam deorsum aptū esset esse: modo autem, cum non est separatum quantum a qualitate, sed ratione sola idem est locus re pro vtroque, sed ratione diuersus: nam locus, vt locus, & vt ambiens correspondet corpori, ut est quantum: locus vero, ut talis est, i. vt has vel illas claudit qualitate.

tates, debetur corpori eidem vt quale esset.

Ex his concludit Arist. primo tactu, illa se tangere, quae vltima simul habent, & determinatas habent quantitates, id est, discontinua sunt, & positionem habent, quorum quidem sunt conditiones tres, vt sint corpora, & discontinua, & simul habeant vltima: sic enim est lib. 6. determinatum, quod se tangunt, quorum sunt vltima simul.

Quoniam autem positio quaedam.

Secundum tactum vult indagare, & est eorum, quae non solum habent illa tria praecedentia, sed inuicem sunt motiua, & mobilia. Ad hoc autem facit hanc rationem: quae sunt in loco, & positionem habent, se tangunt, vt dictum est: at quae in loco sunt, quaedam sursum, quaedam deorsum, vel secundum aliam differentiam sunt, ergo omnia talia se tangunt vltius talia, aut grauitatem habent, vt terra, vel leuitatem, vt ignis, aut vtrunque, vt intermedia, quae vtroque participant: huiusmodi autem sunt actiua & passiuua mutuo, motiua & mobilia, ergo horum tactus est: est ergo tactus eorum, sed non solum sunt corpora, sed & discontinua, & vltima simul habentia, sed etiam inuicem motiua, & mobilia sunt: tactus igitur addit motum supra primum.

Quoniam autem mouens non similiter. Text. 45.

Tertium tactus modum indagat, puta, cum duo non solum corpora sunt, & simul habent vltima, & motiua, ac mobilia sunt, sed etiam actiua & passiuua. i. alterantia secundum qualitates, & passionem. Ad hoc autem proponit distinctionem mouentis.

Est enim duplex, alterum, quod mouet, & non mouetur: alterum, quod mouet, & mouetur, eandemque distinctionem dicit esse in faciente, sed tamen est differentia inter faciens, & mouens: mouens enim est superius includens quamcunque actionem: at faciens inferius est, dicitque, alterationem secundum qualitates: & hoc probatur ex suo opposito: nam opponitur patienti, patiens autem est secundum

Quid sit tactus 1. modo.

Quid sit tactus 2. modo.

Quid sit tactus 3. modo.

Duplex genus mouentis & facientis.

Bbbb mo.

motum passionis, qui est secundum qualitates tertiae speciei.

Alius quidam modus tactus. Ex quibus colligitur alius tactus: nam potest esse, quod mobilia, & moueria se tangant, sed non per passionem, & actionem, & sic erit alius tactus eorum, quae passiva, & actiua inuicem sunt.

Tres tactus colliguntur. Vnde colligit tres tactus vniuersaliter, primus eorum, quae positionem habent; alter eorum, quae motiua, & mobilia sunt; tertius eorum, quae actiua, & passiva sunt: primus tactus mathematicus dicitur: secundus, & tertius physici, magis autem tertius.

De quo magis proprie dicitur tactus. Aduerte autem, quod aliqui volunt tactum magis proprie dici de tertio, & physico, inter quos est, Philop. sed mihi non placeat; imo omnium primus est mathematicus, primus, quia tactus est passio quantitas, & habentis positionem: at corpus mathematicum; puta vt quantum est, dicitur intrinsece, & formaliter ipsam quantitatem, ergo tactus ipsius est primus.

Præterea, quia tactus physicus pendet ex mathematico; nisi .n. quantitas esset, tactus non esset, at non de contra potest mathematicus absq; physico consistere.

Præterea quia est simplicior, reliqui sunt compositi, & habent se per additionem ad ipsum.

Præterea, quia ab Arist. primus omnium ponitur, atq; talis proprie tactum vocat, est igitur primus, & reliqui per attributionem ad ipsum dicuntur.

Quomodo se habeat tactus ad actionem. Aduerte vltimus, quod tactus est conditio necessaria ad actionem: non tamen existimies, quod actio cadit immediate supra id, in quo est tactus: non enim hoc esse potest, est enim tactus in superficie indivisibili, at actio est supra corpus: propterea actio, & passio supra aliquod corpus immediate, & primo fiunt: cum enim ignis applicatur ligno immediate, & simul agit per partem aliquam totam ipsius, quæ non potest esse minor, quam minimum naturale.

Quomodo se habeant tangens & tactum. Est igitur vt plurimum tangens. Quomodo se habeant tangens, & tactum, nunc explicat & dicit, tria; primus est, in plurimum, & si sequenter tangit, q

ab ipso tangente tangitur. i. tactum tangit ipsum tangens: ratione adhibet, quia ferè omnia, quæ corpora, & sensibilia sunt, mouent, dum mouentur, & sic tangunt dum tanguntur, inter quæ sensibilia reperimus aliqua, quæ necessariò ita se habent, & experimur, tacta tangere, qualia sunt elementa.

Alterum est; aliquando, quamuis ratio, mouens tangit motum, sed non tangitur: & attende, quod hoc est, vel quia mouens est immateriale, vt intelligentia respectu cæli, vel mouens est alterius materiae, vt cælum tangit elementa, itaque in ipsa, non autem e contra.

Tertium est; cum id, quod tangitur, est eiusdem materiae generis, cum eo, quod tangit, tunc est mutus tactus, & quod tangit, tangitur.

Ex quo fit, quod si aliquid mouet immobile, id tanget, & non tangetur, sicut mouet intelligentia cælum, & tristis, & malè habens mouet nos, non tamen nos ipsam mouemus: in his enim, quæ mouent, non sunt eiusdem materiae cum motis: atq; sic concludit de tactu, prout ad Naturalem pertinet.

Hic aduerte primò, quod duplex est tactus, quidam secundum virtutem, & operationem, quidam secundum quantitatem: tactus virtutis potest esse inter duo corpora, vt cum sol virtute sua agit, & tangit terram: potest etiam esse inter res, quarum vna est corpus, altera non, vt cum intelligentia mouet cælum.

Est autem discrimen, nam tactus virtutis, qui est à corpore, necessariò præsupponit tactum quantitatis, vel ipsius, vel alterius corporis: vnde distans non agit in distans, nisi in proximum agat, & immediate corpus: at tactus virtutis à re spiritali non supponit tactum quantitatis; vnde intelligentia mouet orbem, non per aliud medium corpus; aliter enim esset processus in infinitum, si ad vnum indigeret alio.

Aduerte vltimus, quod in tactu tertio Physico est tactus mutuus, & tactus non mutuus, seu diminutus: mutuus est, cum inuicem actiua, & passiva se tangunt, vt elementa inter se: diminutus est, cum vnum agit, sed non recipitur, vt cum cælum agit

agit in elementa, nec ab his recipitur.

Hæc eadè distinctio est in tactu secundo, puta mouens, & mobile: est enim mutuus, cum duo inuicem se localiter mouent, vt duo lapides obuiantes, & duo impellentia se corpora: alter est diminutus, vt cum intelligentia cælum mouet.

Obiectio. Dices, quomodo vnum cælum tangit alterum.

Solutio. Multipliciter respondet Philop. sed nihil ad rem. Dico, quod secundo modo: nam superiores mouet inferiores immediate saltem quoad motum diurnum.

CAPVT SEPTIMUM.

De ipso autem facere, & pati dicendum. Tex. 46.

Disputatio de actione & passione. POST tactum, de actione, & passione disputat: ac primùm maiorū sententias citat, quos dicit, in hac re subcontrarios videri: nam contraria dicere videtur: at quia non omnino sunt contraria, cum vtraque vera sint, idcirco subcontraria vocat.

Duplex sententia veterum de actione. Fuit circa hoc duplex sententia. Prior, quæ multorum fuit, est quod simile non agit in simile, nec patitur à simili, sed semper actio & passio inter dissimilia sunt, ad eò quod si aliquando videtur simile agere in simile, vt cum magis calidum in minus calidum, tunc non ratione similitudinis, sed ratione contrarietatis fit actio, & passio; puta quia vnum est multum, alterum paucum, quæ contraria sunt.

Ratio. Horum ratio erat, quia similibus omnia ex equali insunt, nec esset ratio, quare magis vnum esset actiuum aut passiuum, quam alterum: vnde secundum hoc actio, & passio est inter contraria.

Democritus autem vltra alios.

Text. 47. Posterior sententia fuit Democriti, qui solus ab alijs discrepauit, dicens, quod simile agit in simile: quod si aliquando oppositum agit in oppositum, i. ratione alicuius similitudinis, & non contrarietatis.

Ratio. Et probabat, quia quod omnino diuersum est, non agit in diuersum, vt linea in albedine: actio ergo & passio debet fieri inter similia, non autem inter diuersa, vt priores dicebant.

Videntur autem hoc modo dicentes. Tex. 48.

Concludit ex his dictis, videri contraria dicere philosophos antiquos; & diuidentur subdit rationem huius contrarietatis, quia cum esset vtrumque simul, ipsi non sumpturunt, nisi vnam partem, quod actio, & passio est simul inter simile & dissimile: at ipsi non sumpturunt, nisi vnam partem singuli, cum tamen vtrumque, & totum debuissent asserere.

Quare Arist. vtrumque simul ponit, ac dicit primò, quod simile omnino ita, vt nullatenus sit differens, non agit, nec patitur à simili.

Probat dupliciter, Primò, quia si vtrumque que est omnino simile, non erit maior ratio, quare vnum agat, vel patitur; potius quam alterum, vnde neutrum agat, neutrumque patitur.

Probat secundò, quia si simile agit in simile omnino, posset idem in se ipsum agere: si enim calidum in calidum simile omnino agit, posset etiam in se, hoc autem esse non potest: nam tunc nihil esset incorruptibile, vel immobile, quia posset vnumquodque in se agere.

Dices, quod non valet consequentia, quia simile non est idem simili, sicut idem sibi.

Respon. quod si hoc dicas, iam colligitur, quod actio, & passio innitur alicui diuersitati, & sic iam non est inter omnino similia & prædicta, esto, non esset idem, tamen satis est, quod esset æquale in virtute agendi, quare si posset augere, v.g. calor, vt est in altero, posset etiam augere calorem, & in se existentem.

Et omnino alterum, & nullatenus idem. Tex. 49.

Dicit secundò, Arist. quod omnino diuersum non agit, vel patitur ab omnino diuerso: probat dupliciter. Primò inductione quadam, quia linea non agit in albedinem, nisi secundum accidens, quatenus linea coniungitur cum altero contrario.

Secundò, quia non sunt contraria ea, quæ omnino diuersa sunt, at inter contraria actio recipitur: hæc enim ab vno

Ratio dissimilia non est actio.

In omnino similia non est actio.

Probatur.

2.

Obiectio.

Solutio.

Omnino diuersum non agit vel patitur ab omnino diuerso.

Probatur.

subiecto se mutuo expellunt secundum actionem & passionem.

Nota.

In litera, per ea, quae sunt ex contrarijs, intelligit media ipsa, quae ex extremis componuntur.

Sed quoniam non quodcumque natum est pati. Text. 50.

Actio fit partim in similia, partim in dissimilia.

Dicit tertio, in quo sententiam explicat, quod actio & passio est inter similia, & dissimilia: similia quidem genere, subiecto, seu materia, dissimilia autem specie, & forma: unde color a colore patitur, & sapor a sapore, & corpus a corpore: puta, hic color specie albedo in alium specie, scilicet nigredinem, sed utraque sunt color unus genere: similiter ignis ab aqua, sed utraq; elementum, & corpus: calor a frigiditate, sed utraque qualitas passibilis.

Probat.

Probat vnica ratione: nihil agit, & patitur, nisi contrarium, aut subiectum habens in se contrarium, puta, calor, vel ignis habens calorem: at omnia talia sunt differentia specie, genere eadem: contraria enim haec sunt, quae cum specie differant, eiusdem sunt generis, ac mutuo agunt: ergo actio & passio, est inter simile, & dissimile simul.

Huius autem causa est, quod contraria. Text. 51.

Explicatur ratio superior.

Ratione dictam, qua breuiter posuerat, explicat magis, & quomodo contraria similia dicantur propter unitatem generis subiecti, dissimilia propter speciem, & formam, cumque actio & passio sint inter huiusmodi contraria, erunt perfectio inter similia & dissimilia simul, & agens, & patiens erunt aliquo modo similia, aliquo etiam modo dissimilia, ut dictum est.

Quoniam autem faciens, & patiens genere quidem.

Actiua & passiuu inuicem esse contraria.

Ut Philop. exponit, Arist. ostendit positionem seu conclusionem conuersionem agere & pati, seu potius sumptum hoc fuit, modo autem conuersum probat, puta, actiua & passiuu, inuicem esse contraria: & hoc dupliciter. Primum, quia talia sunt eiusdem generis specie differentia, quae mutuo agunt, ergo contraria.

Probat.

Secundo, quia generatio, & corruptio inter contraria sunt, ergo etiam actio, & passio, & sic actiua & passiuu.

Nota.

Et nota, quod hic vocat generationem, & corruptionem, tam substantiae, quam accidentis, quae superiores sunt actione, & passione, quae sunt tantum secundum qualitates, & argumentatur, ut dicit Philop. a superiori per regulam, quae dicuntur de praedicto, etiam dicuntur de subiecto.

Agens dum agit, assimilatur sibi passum.

Ex quo infert hanc conclusionem, quod vnumquodque dum agit, assimilatur sibi passum contrarium, quod probat, quia generatio est inter contraria: ergo dum aliquid generat, & agit circa suum contrarium, intendit illud reducere in contrarium, quod est simile sibi. v.g. dum calidum agit in frigidum, & intendit generare, conatur frigidum reducere in suum contrarium, quod est calidum, & sic sibi assimilatur effectum, & sic patiens mutatur in faciens, id est, in idem specie cum faciente.

Et secundum rationem quoque non eadem dicentes. Text. 52.

Conciliat modo antiquos, qui videbantur contraria dicere, at non dicebant: qui enim actionem inter contraria ponebant, respiciebant formam: qui vero inter similia respiciebant subiectum, quod idem est contrarium, & tam secundum contraria, quam secundum subiectum actio, et passio praedicatur: dicitur enim, calidum calefacit, & ignis, seu corpus calefacit: frigidum calefit, corpus calefit: cum tribuitur subiecto, est similitudo, cum vero ipsi contrario, dissimilitudo: & utrumque verum est.

Conciliatur antiqui.

Nota.

Eandem quoque rationem existimandum. Text. 53.

Nunc questionem determinat, ut Philop. exponit. An omne agens, agendo recipiatur: ad cuius determinationem praemittit diuisionem mouentis, nam per mouens determinat de agente.

Determinatur questio an omne agens agendo recipiatur.

Duplex est mouens: alterum quod est causa efficiens, & est primum: alterum est vltimum, & proximum effectui, & generationi. v.g. animal mouet baculum, & baculus librum, primum est animal, vltimum est baculus, qui est proximus mouens.

Duplex mouens.

Duplex faciens. Primum mouens non est necesse ut mouendo moueatur, similitudo nec primum faciens ut agendo recipiatur. Ratio.

motae rei [scilicet] libro. Simili ratione duplex est faciens. Primum, ut medicus sanitatis, proximum, ut vinum, vel potio. In mouentibus primum non est necessarium, quod mouendo moueatur, imò aliquando est necessarium quod non moueatur, ut patet de mouente omnium primo: proximum vero semper mouens mouetur, ita etiam in facientibus fit: faciens primum, dum alterat, non alteratur, & vltimum dum alterat, alteratur.

Hoc probat tali ratione: quaecumque habent eandem materiam, faciunt, & patiuntur, at proxima agentia habent eandem materiam cum passio, prima autem non semper, ergo illa agunt, & patiuntur semper, non autem ista: minorem exemplo manifestat: medicus enim non alteratur ab eo, qui sanatur, cibus autem & potio alteratur: medicus autem primum est, cibus vero vltimum.

Nota duplex inter conueniunt primum mouens & primum efficiens seu alterans.

Hic nota, quod conuenit primum mouens cum primo & vniuersali faciente in duobus: alterum est, quod sicut primum mouens non mouetur, dum mouet, ita primum faciens non alteratur, dum alterat: alterum est, quod utrumque est independentes. ut enim primum mouens non dependet a mouente, ita & primum faciens non dependet ab alio alterate.

Duplex eorum differentia.

Sed est differentia in duobus: primum est, quod primum mouens est incorporeum, at primum alterans corpus est, puta sol, seu caelum; alterum est, quod primum mouens nullo motu mouetur, at primum alterans mouetur motu locali: & ratio est, quia alteratio praesupponit motum localem: localis autem omnium est primus, unde quae antecedit, & est primum in motu locali, & immobile, nullo motu moueri potest, non sic in alteratione.

Quaecumque igitur actiuorum.

Text. 54.

Conclusio Arist. omne agens materiale agendi pati potest.

CONCLUSIONE generali conuersionem determinat, dicens, quaecumque actiua habent formam in materia, possunt pati, dum agunt, quae vero non habent, non possunt pati.

Explicatio.

Explicat autem duos terminos huius conclusionis, alter est [habent materiam]

dicit, quod materia sit eadem fere, id est, eiusdem generis: materia enim contrariorum eiusdem est generis: si enim agens materiam habet, sed non eiusdem generis, non repatitur, ut caelum non repatitur, dum alterat, haec inferioria.

Alter terminus est, posse pati, dicit, illud dici posse pati, quod praesente agente, & in debita approximatione potest reduci ad actum, ut potens esse calidum est, quod accedente igne fit actu calidum, statim repetit comparationem mouentis, & facientis.

Est enim effectiua causa.

Text. 55.

PRINCIPIUM actionis, & passionis ostenditur nunc explicat per causarum diuisionem pro principio cedendo: ac primo causam efficientem dicitur esse actionis principium, quod probat per exclusionem aliarum, non enim finis mouet, nisi metaphoricè: praeterea, quia est tunc, cum est forma, sed forma non potest esse principium actionis, quod probat. Posito efficiente, actio est, at cum forma, & fines ponitur, iam cessat actio, quia illa sunt termini actionis, ergo non sunt principia. Et hic habetur illa communis propositio: habitibus, id est, formis, vel finibus positis in materia, cessat actio. De materia non probat, quia notum est, ipsam nullius esse actiuitatis.

Nota.

Dicit secundo materiam secundum se ostenditur esse principium passionis, eatenus enim principium res patiuntur, quatenus sunt in materia esse materia, si enim extra materiam esset, non posset pati, quamuis non possit esse extra materiam: at intelligentiae, & si quae sunt aliae a materia separatae formae, non possunt pati, quamuis agant.

Epilogat igitur, quae dicta sunt, dictum est primo, quid agere, & pati sit, secundo, quibus in sit, scilicet habitibus, materiam, vnum, puta pati, alterum non habentibus etiam. Tertio, quare in sit, nempe actio secundum formam, passio secundum materiam; & quomodo in sit, nempe, quia quaedam agunt patientia, quaedam vero absque passione agunt, quod est quartum, quod dictum est.

Epilogus.

Questio XIII.

An simile agat in simile.

4. Conclusio nes tradita ab Arist. Prima.

Quatuor veritates nos hucusque de actione, & passione docuit Aristot. prima erat, simile non agit in omnino simile, non enim album in album, nec calidum in calidum, nec frigidum in frigidum agit.

Secunda, diuersum non agit in omnino, seu genere diuersum; non enim album in lineam, nec sapor in lignum agit.

Tertia, contrarium agit in contrarium, vt calidum in frigidum, & album in nigrum, vel medium: vnde fit, vt actio sit inter ea, quae eiusdem sunt generis, & specie differant, seu eiusdem generis materiae, & forma differentia sint: ex quo fiet, quod actio & passio sint, & inter similia quodammodo, & aliquo modo etiam dissimilia: similia quidem genere, & materia, dissimilia vero specie, & forma.

Hinc colligere licet vnum cum ipso Aristot. quod nec quicquam in se ipsum agere per se potest, cum nihil a se specie differat.

Quarta erat, quod agens communicat in materia cum passio, dum agit, repatitur, vt si calidum agit in frigidum calefaciendo, repatitur, & infrigidatur a frigido.

Haec omnia, antequam ulterius procedamus, examinanda sunt: & primo, an simile agat in suum simile specie, ita, vt non sit actio semper inter contraria.

Aduerte pro tituli intelligentia, quod non est quaestio, an similem habens aliquam qualitatem cum altero possit in ipsum agere, hoc enim certum est vtrumque: potest enim esse quod simile in vna habeat aliam qualitatem contrariam suo simili, secundum quam agat, vt si sint nix, & calx, quae similitudinem habent in albedine, tamen quia contrarias habent qualitates alias (est enim nix frigida, calx calida) potest vnum in alterum agere, & tunc album in album agere, sed per accidens, non enim ratione albedinis, sed contrariarum qualitatum. Sensus autem quaestionis est, An simile agat in simile per se, id est, secundum eam qualitatem, in qua similitudo consistit. In quo sensu id negat Aristot. & nos examinare contendimus.

De quo agendum sit.

Explicatur titulus q.

Aduerte etiam, quod non hic de actione in sua vniuersali significatione sumpta sermo est, vt ipsemet Aristot. docuit, sed de ea, quae secundum passibiles qualitates fit, & praesertim primas quatuor, secundum quas propria sit alteratio, tam actiua, quam passiuua.

His igitur praemissis, est argumentum primum pro parte affirmatiua. Actio fundatur in victoria, & excessu virtutis agentis supra resistentiam passivi, vt notum est, tunc enim ignis agit in aquam, cum virtus ipsius excedit resistentiam aquae: ergo quo minor fuerit resistentia, tanto potior erit actio: at inter similia minor est resistentia, ergo inter illa erit actio. Consequentia videtur nota, sed probo minor sit calidum vt sex, & frigidum vt quinq; tunc calidum excedens agere in frigidum, & quo minus sit frigidum, eo magis agere propter minorem resistentiam: at cum in calidum vt sex est mutatum frigidum, minus resistit, quam cum erat calidum vt quinq;, quia minus habet de frigido, sed cum erat calidum vt quinq;, in ipsum agebat calidum vt sex, ergo etiam agere cum est calidum vt sex: & sic similiter agere in omnino simile.

Secundo, calidum magis agit in calidum minus, vt notum est: at magis calidum, & minus calidum in specie similia sunt: ergo simile agit in suum simile specie, nec est talis actio inter contraria.

Tertio, vna candela illuminat medium illuminatum ab altera candela, ergo vnum simile agit in simile: illa enim duo lumina, & duae candelae eiusdem speciei sunt.

Quarto, caelum alterat inferiora ista, & calorem inducit, reliquasque qualitates, at prorsus est alterius materiae, genere ergo falsum est, quod dicit Aristot. agens esse dissimile tantum forma, & specie, simile materia, & genere cum passio.

Quinto, multa sunt contraria genere eadem, & specie differentia, inter quae non est actio, non enim album in nigrum secundum albedinem agit, nec molle in durum, nec rarum in densum: non ergo verum dicit Aristot. inter contraria actionem esse.

In hac difficultate duae opiniones existunt, pro quarum intelligentia aduerte quod

De qua actione hic sit sermo.

1. arg. pro parte affirm.

2.

3.

4.

5.

Nota dupliciter esse aliquid simile

quod dupliciter aliquid dicitur simile, vno modo in qualitate, altero modo in gradu. Id dicitur simile in qualitate, quod eandem specie cum altero qualitatem habet, vt cum vtrumque est calidum, aut album, aut humidum: Id vero simile dicitur in gradu, quod praeter qualitatem, habet etiam aequalem intentionem vel remissionem in ea, cum altero, vt cum vtrumque est aequale calidum, vel aequale humidum.

Hoc igitur supposito, est opinio Pauli Venci. in summa. cap. 23. & Alb. Sexo. q. 15. & aliorum; quod simile in qualitate tantum agit in suum simile, vt notum est: nam magis calidum agit in minus calidum: at simile in qualitate, & gradu non potest agere in suum simile, vt calidum, vt quatuor nullo modo potest calefacere calidum vt quatuor, nec ipsum intendere, nec aequale intensum, vel remissum in aequale intensum, seu aequale remissum.

Harum ratio vna est, actio debet esse inter contraria, & propter aliquem finem, sed simile in gradu non est villo modo contrarium suo simili, vt notum est, nec est finis actionis, ergo non est actio: quod non sit finis actionis, patet, quia finis actionis est, vt agens assimilet sibi ipsum passum, sed illic est omnino simile, ergo non est opus actione.

Praeterea probatur ex Aristot. tex. 48. vbi dicit, simile non agere in omnino simile, aliter enim ageret in se ipsum, quod esse non potest.

Altera opinio est Marsilii. q. 18. & aliorum, qui simile in gradu dicit posse agere in sibi simile in gradu, ita, vt calidum quatuor graduum possit agere in calidum vt quatuor, ipsumque intendere.

Hoc maxime experientia probat, ferrum enim candens facit ignem ex stipula, producitque calorem intensissimum, & tamen in ferro non est calor ita intensus, cum non sit ignis: si ergo inducit minor calor summum calorem, profecto constat, quod agit in simile sibi, puta in stipulam, cum habuit aequale intensum calorem cum ferro: & etiam supra induxit calorem donec fieret ignis. Haec sunt opiniones contrarium in hoc.

At pro huius elucidatione nota, quod

1. opinio.

Ratio 1.

2.

Altera opinio.

Ratio ab experientia.

Nota de quo sit difficultas.

difficultas non est, an simile in qualitate tantum agat in suum simile, hoc enim dubium non est, sed an simile in gradu agat in simile in gradu, de hoc enim varia existit opinio.

Pro determinatione sit primum fundamentum. Quod maior vel minor actiuitas non semper sequitur maiorem, vel minorem intentionem formae. Explico clarius per exemplum, quod aliquis calor plus, minusve calefaciat, non indicat ipsum intensiorem, vel remissiorem semper.

Hoc probo autoritate, & experientia, autoritas est Aristot. 8. Physi. tex. 80. vbi dicit, quod in maiori magnitudine maior autem virtus existit, v. g. sit vnum pedale calidum vt quatuor, si aliud sumas bipedale calidum, vt quatuor, maior in eo est actiuitas, & potentia, & si tripedale, adhuc est maior, & tamen intensio eadem est.

Ex quo loco sic colligo, si tripedale aequale intensum cum pedali est maioris actiuitatis, ergo in eodem tempore plures gradus caloris inducet, & magis calefaciet, & tamen non ob maiorem intensiorem formae.

Probatur etiam experientia, quia ferrum candens magis calefacit, quam lignum aequale intensi caloris, imò quam stipula incensa, in qua cum sit ignis, constat, calorem intensiorem esse: constat ergo, quod maior actiuitas non sumitur a maiori intentione semper, sed etiam a multitudi- ne maiori formae, quae est secundum plures partes materiae, & subiecti, vt id etiam magis calefaciat, quod secundum plures partes extensionis, & quantitatis, calidum est, vnde plus tripedale, quam bipedale agit.

Erunt ergo regula, quod vbi plures gradus formae congregantur circa passum, siue sint secundum intentionem, siue secum maior actiuitas. v. g. sit calidum pedale vt quatuor intensum, sit tripedale vt duo secundum suas omnes partes, ita, vt in passum debitam habeat approximationem, magis calefaciet tripedale.

Sit secundum fundamentum: quod idem calor receptus in subiecto densiore, plus agit, quam in raro existens. i. sit forma aequa- lis intensiorem recepta in aliquo subiecto raro, raro.

1. fundam. maior vel minor actiuitas non semper sequitur maiorem, vel minorem intentionem formae.

Ratio haec ex loco Aristot. desumpta.

2. exper.

Vbi plures gradus formae congregantur circa passum, siue sint secundum intentionem, siue secum maior actiuitas.

1. fundam. maior vel minor actiuitas non semper sequitur maiorem, vel minorem intentionem formae.

Probatur auctoritate. Nota.

raro, & in alio denso, alia æqualis, hæc plus aget, & actiuor erit. Hoc & auctoritate, & ratione probatur: auctoritas est Arist. 1. Metho. dicit. qd virtus vnita fortior est se ipsa dispersa: vbi nota duo, & quod est æqualis virtus, seu æquè intensa forma, quæ est condensata, & quæ est dispersa per rarefactionem aliquando: & similiter, quod illa fortior est.

Probatur ratione.

Ratio autem est optima ex vno supposito, puta quanto agens est propinquior passio, tãtò magis agit in ipsum, quod experientia pater: cū igitur partes densi minus distent ab vno puncto medij signato, quàm partes rari positi in eodem loco, vt parum aduertenti facile est intelligere, profectò magis densum calefaciet.

Duplex causa cur densius æquè intensum magis agit.

Vnde duplici ex causa densius æquè intensum magis calefaciet, & aget.

Vno modo, quia plures materiæ partes habebit calidas, & tunc actiuus erit iuxta primum fundamentum.

Altero modo dato, quod tot sint partes, quia magis sunt omnes passio approximata.

Et hæc est causa, quare si sumatur calidum rarum, & partes ipsius comprimantur, magis calefaciet, quàm prius, & quare etiam per ocularia literæ visæ maiores appareant, quia in vitro densiori species magis congregatæ agunt fortius. Sed tamen nota, quod densum non agit vltra gradum intensiõnis, nisi plures gradus, formæ in materia habuerit, vt dicitur ad primum. Sed dicitur magis agere, quàm rarum, vel quia citius agit, vel quia sibi simile producet, quod non aget rarum, quia nõ est bene applicatum.

3. fundam.

Sit tertium fundamentum, quod ex his sequitur, & est notandum, quod non solum contingit, duo esse similia in qualitate, & gradu, sed etiam in potentia, ita, vt sicut potest esse, quod duo sint in qualitate similia, sed nõ in gradu, ita etiã in gradu, sed non in potentia, vt sit calidum, vt quatuor densius, sit aliud rarius, est quidem similitudo in gradu, quæ consistit in æquali intensiõne, sed non est similitudo in potentia, quia actiuus est, quod est densius.

Potest esse

Imò potest esse, quod sit vnum minus

in gradu, at sit maius in potentia, & actiuitate: non enim, vt ostensum est, mensuratur actiuitas solum penes intensiõnem: sed non in hoc etiam experientia patet: nam aer calidus esse habet, quã terra calefacta à sole, seu actiuus, at terra actiuor est, & in potentia vincit, tate magisq; calefacit.

His suppositis, sit prima conclusio. Si simile in gradu agit in simile in gradu ita, vt calidum, vt quatuor possit agere in aliud calidum vt quatuor.

Hæc conclusio probatur contra Paulum Vene. & Albertum Saxo. Primum quod actiuus est, potest agere in minus, sed calidum vt quatuor in materia densa actiuus est, quàm calidum vt quatuor in materia rara: ergo potest agere in ipsum, & ipsum intendere: non enim potest intelligi, quo modo sit vnum maioris potentia, quàm aliud, & non vincat ipsum, in id quæ agat: non enim alia ratio est, quare dicamus, quod calidum vt octo, agit in calidum vt duo, nisi quia illud fortius est, & actiuus.

Ad hoc respondent Paul. & Alber. quod calidum vt quatuor in densiori materia fortius est, & magis agit. Sed hæc maior actiuitas non consistit in hoc, quod producat calorẽ vltra quatuor, sed quod calorem vt quatuor, sed similem citius producet, quàm aliud calidum vt quatuor in materia rara.

Sed hoc reprobatur argumento secundo, quod concludit, sit ferrum candens, cui apponatur stupa, ad sensum patet, quod comburetur stupa, fietq; ignis, at tunc in ferro, cum non sit ignis forma, vt videtur, non potest esse calor in summo intensus: & ponatur, quod summa intensio sit vt octo: erit ergo in ferro calor vt sex. Vltorius, in igne factò ex stupa, cum sit forma ignis, necessariò erit calor vt octo: non enim inducitur forma, nisi cum vltima dispositione.

Tunc formo argumentum, ferrum calidum vt sex induxit totam dispositionẽ ignis in materia stupa: induxit ergo octo gradus caloris vltra suam intensiõnem, quæ erat vt sex: si ergo induxit octo, cum hoc fuerit per motum, fuit successiue stupa calefacta, cumque peruenit ad sex gradus,

aliquid simile in qualitate & gradu, sed non in potentia seu actiuitate.

1. Concl. Ratio.

Solutio.

2. ratio que illa solutio confutatur.

Obiectio.

Solutio.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

du; adhuc vltorius caleferebat, ergo tunc simile in gradu agebat in simile in gradu: Quod si dicatur, in poris ipsius ferri igniti, esse ignem verè, & formam ignis, quamuis substantia ipsa ferri nõ sit ignis. atque ita ideo comburet.

Hoc non tollit difficultatem: nam sit v.g. terra ignita, quæ poros non habet, cū sit elementum simplex.

Deinde ridiculũ est dicere poros ferri comburere stupam, & non potius ipsas partes solidas ferri cadentis, cū sint deflores.

Et tertio quia quo res sit densior, & minores & pauciores habeat poros, eò magis comburet, & quo rarior, & plures, ac maiores habeat poros, eò minus comburet, cum deberet esse contrarium, si pori igniti comburant.

Confirmatur rursus exemplo luminis: nam si duo luminosa apponantur in eodem medio, lumen intenditur, & si addatur tertium adhuc magis, & si quartum, & quintum, sextum, &c. semper magis intenditur, quare si luminosa sint omnia, v.g. vt quatuor fieri poterit, vt in medio producant plus luminis, quàm singula: nam pluribus additis æqualibus luminosis, cū singula in medio illo tantundem producant, tandem augebitur lumen ibi vltra quatuor.

Imò verò multa numero lumina, si in idem concurrant, ignem generant, vt patet in reflexione speculi, cum singula seorsum lumina non id possint, nec tantam calefaciendi habeant virtutem; idemque omnino videtur de pluribus calidis æqualibus, eodem medio applicatis: nã plus producent caloris, & intensiorem calorem quàm singula seorsum.

Præterea iterum hac ratione confirmatur, si vnum quodque seorsum in illo medio producat ad certam distantiam suæ actiuitatis, v.g. duo, & alterum luminosum ad eandem distantiam collocatum, augetur lumen iam. Hinc fit, quod intra illum terminum spheræ suæ actiuitatis vltra gradum, quem aliàs posset, auget lumen: eadem autem est ratio de quouis termino, & quouis parte spheræ actiuitatis, & quouis alio agente & passo. igitur non.

Tertio probatur, sit iterum calidum 3 ratio. vt quatuor densius, sit alterum rarius, & apponatur simile passum raro, tunc rarum in tale passum inducet calorẽ vt quatuor in aliquo tempore: ex quo sumo argumentum: rarum in hoc tempore induxit in passum calorem, vt quatuor: ergo densum quod fortius est in eodem tempore in simile passum inducet vltra quatuor. Hæc enim est regula maioris potentia, vt dictum est lib. 6. Physi. intellige de densiori æquali in intensiõne, sed excedenti in multitudine graduum.

Quarto probatur etiam experientia: nam in hyeme aer sua frigiditate congelat flumina, & tamen remissior est frigiditas aeris, quàm aquæ: si enim esset intensior, vtique condensaretur, aquaque fieret, vt accidit in pluuia.

Dicunt isti, quod non solus aer, sed influenza caelestis congelat.

Sed hoc nil obstat: nam influenza caelestis adhuc non frige facit terram vel aquam alia frigiditate, quàm illa, quæ est in aere: non ergo prouenit, nisi ex frigiditate multa proueniente secundum partes multas aeris, & ita fit congelatio cū flant venti, & nouæ ac nouæ succedunt aeris partes, & accumulantur. His ergo manifestè patet, quod simile in gradu potest agere in sibi simile in gradu, & aliquid vltra gradum propriæ intensiõnis agere.

Secunda conclusio. Maius in gradu potest agere in minus, & minus etiã in maius: explicò, calidum vt octo agit aliquando in calidum vt duo, & aliquando etiam calidum vt quatuor agit in calidum vt quinque: de primo non est difficultas: secundum autem ex dictis colligitur, nam potest minus intensum maioris esse potentia, quàm magis intensum propter maiorem graduum multitudinem in materia, & sic aget in ipsum magis intensum.

Hinc sequitur vnum notandum, quod à proportione minoris, & æqualis proportionis secundum gradus prouenit actio aliquando. Dicitur tunc actio prouenire à proportione maioris, cum maius agit in minus: tunc autem à proportione minoris, cum minus agit in maius: à proportione verò æqualitatis, cum æquale

Cccc agit

agit in æquale: si igitur maius, minus, & æquale tantum secundum gradus intensi-
onis mensurentur, his tribus modis con-
tingit actionem provenire, ut patet ex om-
nibus, quæ dicta sunt. Item sequeretur,
quod duo agentia remissa, sibi applicata
se inuicem intenderent vsq; ad summū,
quod est absurdū, & cōtra experientias:
sequela probatur, sint. v.g. calidum vnū
densum, puta ferrum, intensum. vt 3. & al-
terum calidum rarum, puta lignum, vel
aer, intensum quoque, vt 5. & applicen-
tur simul, tunc densius posset agere in ra-
rius, & ita intenderet. v.g. vsque ad 6. rur-
sus illud rarum calidum factum vt 6. in-
tenderet densius, vt 7. nam vnū quod-
que potest producere formas æquē inten-
sas, atque ipsum habet: & rursus densius
calidius factum vt 6. intenderet iterum
rarius. v.g. vsq; ad 7. & ita consequenter,
quare se inuicem intenderent vsque ad
summum duo agentia remissa inuicem
applicata; quod est falsum, & contra expe-
rientias, vnde rursus sequeretur, quod om-
nia calida se ipsa inuicem comburerēt,
cū 3. ita paulatim se ipsa perducant ad
summum caloris.

2. Obiectio.

3. Obiectio.

Solutio pri-
ma. Obiectio
nis.

Itē, si quod est maioris actiuitatis, puta
densius, potest non solum celerius, sed
intensius agere vltra suum gradum, se-
queretur, quod si calidū in summo esset
densius. v.g. ferrum ignitum, intensiorem
calorem posset producere ignis. v.g. rarus
etiā intensus in summo: imō & quod pos-
set intendere calorem ipsius ignis rari, at
hoc est absurdum, & vt videtur impossi-
bile, cū non possit calor intendi vltra
summum, ergo non, &c.

Ad primum respon. hoc argumentum
magnam habere vim cōtra hanc opinio-
nem, nihilominus dici potest, id quidem
aliquando posse contingere, sed non sem-
per, & contingere id quidem aliquando
posse, docet experientia, vt in furno quan-
doque qui sponte comburitur in fornarijs,
cū partes vnde quaque se inuicem
calefaciunt, cū non sit respiratio aeris
refrigerantis, & in tritico idem videtur;
sponte nimirum calefieri in horreis, nisi
aere refrigeretur, & de carbonibus etiam,
seu prunis accensis, quæ sponte se inu-

cem accendant, cū à se inuicem sepa-
ratæ extinguantur, non tamen id semper
contingit, sed rarō, & in paucis propter
varia; & multiplicabilia impedimenta,
vel aeris, vel aliarum rerum, vel proprie-
tatis etiam resistentiæ, vel propriæ formæ sub-
stantialis non admittentis, vel repellentis
à se calorem.

Ad secundum respō. quod si vtrūq; sit
in summo intensum, non poterit haud
dubiè intensiorem qualitatem produ-
cere, videlicet vltra summum, sed tamen po-
terit in minori tempore producere in-
summo qualitatem, & ad maiorem di-
stantiam, quæ alterū rarius, & prima su-
perabit passum fortius, quod alterum nō
posset, & poterit alios effectus ignis face-
re in aliquod passum, pura liquefacere. v.
g. metallum aliquod, & separare atero-
genea, & rarefacere, & adu. ere, quos effe-
ctus nō poterit ignis ratio facere in idem
passum ob nimiam passi resistentiam, &
duritiem, vel alia impedimenta, quæ ab
ea superari non poterunt, quæ tamē den-
sior ignis superabit. Neq; verò densior i-
gnis rationem intendet in calore, sed ta-
men roborabit, & conseruabit fortius, &
defendet à corrupētibus, cū ergo ven-
tum est ad summam intensiorem, iam
non crescet intentio ex maiori actiuitate,
sed tamen crescet actiuitas, & alij effe-
ctus dicti augebuntur non.

Tertia conclusio. Simile in potentia
non potest agere in simile in potentia, &
actiuitate. Hæc conclusio est notanda,
quia ea est, quam Arist. intendit, cū di-
cit, simile non agit in omnino simile, nō
si vltra dixit illud verbum (omnino) vt
indicaret, simile posse agere in simile, pu-
tā qualitate, & gradu, quia ista adhuc dif-
similia sunt, seu esse possunt: at cū sunt
similia in potentia, secundum quam actio
attenditur, non est actio.

Probatur conclusio: actio confurgit
ex victoria seu excessu potentie, & vir-
tutis supra virtutem: at vbi est dissimili-
tudo potentie, non est talis excessus, non
est ergo actio.

Ad uerte maximè, quod similitudo
vel dissimilitudo intensiōnis per accidens
se habet ad actionem, sed attendi debet
disc.

Solutio:
2. Obiectio
nis.

3. Conclusio.

Ratio.

Nota.

4. Conclusio.

Nota nō q-
cunque con-
traria in se
agunt.
Dubium.
Solutio.

Ad 1.

Dubium.

dissimilitudo potentiarum, & virtutum:
cumque fuerit vnū tantæ potētie sic-
ut alterum, tunc non est actio, nec simi-
le minoris potētie agit in id, quod est
maioris, sed semper maius in minus. In
quo sensu est intelligēda cōmunis philo-
sophorū ppositio. A proportione maio-
ris inæqualitatis semper actio puenit, non
aut à proportione minoris, seu æqualis.

Hinc fit, vt nō quecunq; cōtraria in se
inuicem agant, vt benè notat Philop. sed
quæ immediatè habent contrarietatem.

Dices, an quæcunq; agunt, sunt cō-
traria. Respon. quod sic, tamen aliquan-
do formaliter, vt sunt illa, quæ mutuo in-
ter se agunt: aliquando vnū saltem vir-
tualiter, sicut lumen, & frigiditas. Est e-
nim lumen virtualiter contrarium frigi-
ditati, cū sit caloris productiuum, sed
non formaliter: nam è contra frigiditas
non agit in lumen.

Per hæc ad proposita argumenta re-
sponderi potest. Ad primum, si solum cō-
tenderet de simili in gradu, facile conce-
deremus totum, simile enim agit in simi-
le, at quia agere, & procedere videtur et-
iam de simili in potentia, ideo responde-
tur, quod vbi minor est resistentia, ibi ma-
gis est actio, dummodo tamen sit resiste-
tia aliqua: nā actio nō cōfurgit inter om-
nino similia: at cum peruenitur ad simi-
le in potētia, tūc nō est actio, sicut prius,
quia cessat tota resistentia, & totus exces-
sus, hæc enim natura agentis, vt non agat
vltra id, quod potest: agere autem vltra
id, quod potest, si in simile in potentia a-
geret: & præterea, vt dicit Arist. quia nō
est ratio, quare vnū agat potius, quàm pa-
tiatur inter similia in potentia. Præterea,
quia posset idem in se ipsum agere, vt in
textu expositum est.

Dices, quare nil agit vltra id, quod po-

test? Respon. quia nil agit nisi secundum
quod est actu, nō enim dat, quod non ha-
bet: si igitur vltra quod potest, agit, iam
ageret secundum id, quod nō habet: nā poten-
tia est in agere iuxta id, quod actu habet.

At contra hoc potest esse dubium: nā
tunc sequitur, quod remissus calor non
ageret calorem intensiorem, quia ageret
vltra proprium actum. Respon. quod re-
missus calor agit quidem aliquando calo-
rem intensiorem se, sed tunc habet in ex-
tensiōne actu, quod deest intensiōni.
Explico, calor intensus vt quatuor, agit
in calorem vt octo intensum, sed tunc in
intenso vt quatuor sunt tot gradus secun-
dum partes materie, vt vel excedant octo,
aut saltem ad æquenti: & sic operatur, se-
cundum quod est actu.

Ex quo collige vnū notandū, quod
nisi numerus gradus siue intensiōnis, si-
ue extensiōnis adæquet effectum, vel ex-
cedat, nō potest perueniri ad ipsum effe-
ctum. v.g. nunquam fit calidum vt sex,
nisi ab habente tot vel plures gradus, siue
intensiōnis, siue extensiōnis.

Ad secundum admitto magis calidū
agere in minus calidum, sed non agit in
ipsum ratione caloris, sed ratione frigi-
ditatis, cum qua est minus calidū: citius
signum est, quod non quodcunq; magis
calidum agit in minus, nisi illud, quod
vincat frigiditatem ipsius minus calidi:
vnde si sit calidum vt duo, & simul fri-
gidum vt sex, hoc non patietur à calido
trium graduum, quia calor vt tria non
vincit frigiditatem vt sex.

Potest etiam dici, quod calor sub hac
ratione qua minor est, cōtrahatur calori
vt maior est, vnde int: sum & remissum
aliquo modo formaliter opponuntur.

Ad tertium, quāuis ex professio non
intendimus hic de duobus luminibus
quiesquam determinare, quia alibi latè
dicius, tamen in te. in dico, quod vnū
non intendit alterum, nisi sit i'lo maius,
& differant secundum intensum, & re-
missum, quāuis medium possint illu-
minare intensius duo luminosa, quā
alterum solum.

Ad quartū dico, quod Arist. loquitur
de his, quæ mutuo agūt & patiuntur, &
Cccc 2 hæc

Solutio.

Obiectio.

Respon.

Nota.

Ad 1.

2. Solutio.

Ad 2.

Ad 4.

hæc debet materiam eiusdem generis habere: at cælum agit in inferiora, sed non vicissim patitur, ob id non est opus, quod illa materiam habeant eandem.

Nota.

Et nota, quod eam vocat materiam eiusdem generis, quæ immediatè transit ab vna forma in alteram, vt à calido in frigidum, vel è contra.

Ad 1.

Ad quantum patet responsio ex cõclusionem quartam, non enim omnia contraria sunt immediatè actiua, & passiuæ, sed quæ prima contraria sunt, vt diximus.

Hæc aut omnia dicta sunt probabiliter, quamuis illa alia quoq; opinio, Pauli Veneti, & Alberti, in eo quod asserunt in minus intensum non posse agere in maius intensum, sit quoq; probabilis. Sed dicitur deus magis agere, & fortius, quia celerius ager, & quia vincet passum, quod non posset vinci ab altero.

Questio XIII.

An idem agat in se ipsam.

Argument. pro parte negatiua. 1. argum. à testimonij. 1. testimon.

Difficultas ista non habet facilem determinationem benè consideranti, quod id circa ipsam argumeta aliquot proponem, vt veritas elucescat; ac probatur, quod non possit idem in se ipsum agere. Primò quidem autoritate Aristot. nam in hoc libro text. 48. dicit, si simile ageret in omnino simile, tunc idem in se ipsum ageret, quod deducit tanquam impossibile.

2.

Præterea 3. Meta. tex. 17. definit potentiam actiuam, dicitq; esse principium transmutandi alterum in quantum alterum.

3.

Præterea 8. Physi. tex. 40. ostendit, nullum agere in se totum secundum totum, sed oportere assignare id, quod mouet, & agit, distinctum ab eo, quod mouetur, & quod patitur.

4.

Præterea 3. de anima tex. 17. quia oportet diu sum esse agens à patiente, docet in anima esse & intellectum agentem, & intellectum patientem, seu possibilem diuersos, vt illius sit agere, huius verò pati. Ex his, & multis alijs testimonij, quæ adduci poterant, colligitur secundum Arist. nihil in se ipsum agere posse.

2. argum. à ratione.

Secundo est argumentum, quod agit, est actu: quod patitur, est potentia, vt no-

tum est, at idem esse actu, & simul potentia respectu eiusdem, est impossibile, ergo pariter est impossibile, quod idem in se ipsum agat: hoc argumento vtitur Arist. 8. Physi. tex. 40. ad hoc idem probandum.

3.

Tertio, si admitteretur idem in se ipsum posse agere, nulla esset via Arist. per quam immaterialitatem primi motoris ostenderet: nam per hoc ostendit. Primum motorem esse separabile, quia id, quod mouet, non est idem cum eo, quod mouetur: ac ita primus motor erit immobilis, & immaterialis: apparet ergo illud esse principium certum, nihil agere in se ipsum.

4.

Quarto sequitur, quod non esset aliquid remissum, sed quælibet qualitas esset in summo gradu, vel non esset, quia quælibet intenderet se, si posset in se agere, nec cessaret vsq; ad summum gradum: hoc autem falsum esse experientia ostendit, nihil ergo in se agit.

Hanc difficultatem sic reliqui determinant, & soluunt, distinguunt duplicem actionem, quandam perfectiuam, quandam corruptiuam: vocant perfectiuam eam, quæ non ducit rem, & subiectum in corruptionem, quales sunt actiones immanentes, vt intellectiones, volitiones, sensationes, & motiones secundum locum: vocant corruptiuam eam, quæ ducit subiectum ad corruptionem eò, quod sit secundum qualitates corruptiuas, quales sunt omnes alterationes, ad quas primæ qualitates aliquo modo conueniunt.

Modus dicendi quorundam. Duplex actio corruptiua, & perfectiua.

His etiam addunt aliam distinctionem, quod actio corruptiua est duplex, altera directa, altera reflexa: directa est, cum agit aliquid in aliud per se, vel per medium aliquod tantum, vt cum ignis calefacit aquam vel lignum: reflexa, cum agens agit in aliquod passum, quia agit in aliud, vt sol illuminans terram sibi obiectam directè illuminat per illos radios ea, quæ sibi obiecta non sunt, & sic reflexè agit: similiter etiam ignis aliquando calefacit reflexè.

Actio corruptiua duplex: directa & reflexa.

His suppositis dicunt quatuor. Primum est: actione perfectiua immanenti, qualis est volitio, & intellectio, & sensatio, aliquid agit in se primò, & per se: intellectus enim in se intelligit, & voluntas in se amat, & sensus sentit, nec actio-

nes

nes extra potentias, à quibus procedunt, fluunt, sed in ipsis manent.

2.

Alterum est: actione perfectiua, qualis est motio localis, aliquid agit in se, sed per accidens, & per aliud: per accidens, vt anima se mouet, dum mouet corpus, per aliud, vt mouetur ferrum à virtute, à magnece impressa: at tam ferrum quam anima se mouent.

3.

Tertium est: actione corruptiua directa nihil in se agit per se, nisi per accidens: nihil enim se ipsum calefacit per se, aut alterat, nisi per accidens, sicut cum aqua reducit se ad frigiditatem, aut cum aliquid dicitur in se agere, quia vna pars agit in alteram.

4.

Quartum est: actione corruptiua reflexa aliquid in se agit, quod dicitur fieri in antiperistasi, vt cum vigoratur vnus contrarius ex alterius presentia, vel ex resistetia extrinseca, vt frigidiores sunt fontes subterranei tempore æstatis.

Nota de Antiperista si secundum quosdam.

Quod si petas, à quo ista aqua magis infrigidatur. Dicunt, quod à se ipsa: hoc modo, quod diffundit species intentionales per medium, quæ cum occurrunt calori existenti in partibus terræ vicinioribus superficiali, redeunt ad subiectum, à quo processerunt, ipsumque infrigidat: si militer etiã causa tempore hyemis sunt fontes calidiores, dicitur etiam, quod hac eadem causa magis calefit medium ab igne, cum ponitur igni aliquod obstaculum: nam sicut hæc species possunt agere in suummet subiectum, ipsumque intendere, sic etiam in aliud subiectum, quauis sit simile, & eiusdem intensionis: nam per has species simile etiam agit in simile gradu.

Authores istius sententia.

Hæc est Neotericorum doctrina ex dictis varijs ipsorum collecta. Huius sententia est Paulus in summa capite 23. & Marsilius quaestione 17. & 18. & Alber. Saxo. q. 13. & Caieta. Thien. tractat. de reactione cap 4. & aliorum multorum.

Iudicium authoris de sententia supra dicta.

Et quamuis aliqua horum vera sint, non tamen omnia profectò, & ea non satis pensata, & enodata. In primis ipsorum dictum primum æquiuocum est valdè, nec quaestioni respondet; aliud enim est agere in aliquo vt in subiecto, aliud agere in aliquo vt in obiecto. Et quamuis in

De primo

actionibus transeuntibus idem ferè sit, tamen in immanetibus aliud est. nam intellectus semper agit in se, vt in subiectum, quia intellectio in ipso recipitur, non tamen semper in se vt obiectum, quia alia intelligit à se: similiter sensus alia à se sentit, & voluntas amat.

disto illorum.

Quaestio igitur, si de quacunq; actione intelligatur, vt ipsi volunt, non soluitur ex illa parte: oportebat enim ostendere, quod intellectus non solum in se, sed se intelligit, & sensus se sentit, & voluntas se vult: ita enim per se agerent se, at hoc non ita est: non enim tales operationes insunt nisi angelis, quod ostendere non est presentis speculationis, alibi Deo dante dicemus.

Secundum dictum veritatem habet. Tertium dictum abundè tractauimus lib. 2. Physic. & ibi hanc reiecit sententiam, & oppositum ostendimus probabilius, quod ab alio reduceretur aqua ad frigiditatem ex calore.

De 2. disto. De 3.

Quartum horum dictum, iudicio meo, est intolerabile, & ab omni philosophia absonum, quod facile ostenditur. Primò ex cõmuni sententia peripatetica, quod accidentia non migrant de subiecto in subiectum: isti autem dicunt, quod eadem species redeunt per idem medium ad suum subiectum.

De 4. reprobat illa sententia. Primò.

Et præterea secundò, quia talis reditus esset mortuus: at omnis philosophia docet, accidens omne per se esse immobile, nec moueri cum ipso subiecto.

Tertio, quia species intentionalis non producit accidens ipsum reale, cuius est species. Vt enim species coloris non producit colorem, nec species soni sonum, ita nec species caloris, seu frigiditatis colorem, aut frigiditatem; aliàs enim possent in ipso organo sensitiuo producere tales qualitates, quod falsum est, tunc enim sensus non sentiret: nam secundum Arist. sensus debet denudari ab eo, quod percipit: vt si percipit colorem, non debet esse coloratus. Excludenda igitur est ista sententia.

Aliter igitur existimo esse dicendum, & vt in particulari etiam hæc veritas patet, testat, distinguamus actiões, vt singulas

Multiplex
genus acti-
onis.

examinemus. Si latè vocabulum exten-
damus, multis modis contingit agere:
agit enim, quod localiter mouet, & qd
generat, quod corrumpit, quod alterat se-
cundum qualitates sensibiles, siue pri-
mas, siue secundas, quod augetur, & simi-
liter quod secundum animam operatur,
vt quod sentit, intelligit, appetit, vult. Ex
quò patet esse has actiones, puta motio-
nem localem, generationem, corruptio-
nem, alterationem, secundum sensibiles
qualitates, augmentationem, & animæ
actiones sensitiuas, & appetitiões, & in-
tellectiões, & de omnibus his dubium
esse potest non facile, an idem agat in se
ipsum, vt in obiectum, & subiectum.

De mutari-
one locali,
an idè agat
seipsum.

Tripliciter
potest ali-
quid moue-
re, & moue-
ri.

Primo.

Incipiamus à motione locali, de qua
diximus multa. 8. Physic. At modò mul-
tum aduerte, tripliciter posse aliquid mo-
uere, & moueri, vt ex Arist. habetur. 5.
Physi. tex. 1. Primò per accidens. Id dici-
tur per accidens mouere, quod est cõiun-
ctum accidentaliter cum eo, quod per se
mouet, vt calidū ædificat, quia enim ædi-
ficator, q per se ædificat, calidus est, dici-
tur per accidens, calidū ædificare: id etiā
per accidens moueri dicitur, quod est in
eo, quod per se mouetur, vt mouetur ho-
mo ad motum nauis, in qua est.

2.

Secundò dicitur, aliquid mouere, seu
moueri secundum partem. Id mouet se-
cundum partem, cuius aliqua pars mo-
uet, vt homo mouet librū, quia manus
mouet, cuius verò pars mouetur tātum,
id secundum partem moueri dicitur, vt
moueri dicitur homo, quamuis brachiū
solum mouetur.

3.

Tertio, aliquid secundū totū seu pri-
mò mouet, vel mouetur, & hoc est qd nō
secundū partem suam vel per accidens,
sed secundum seipsum totum mouet vel
mouetur, vt lapis cadēs dicitur secundū
totum moueri: similiter manus mouens
secundum totam mouere dicitur.

Nota.

Tripliciter
etiam aliqd
potest mo-
uere seipsū.

Est etiam hæc diuisio communis, nō
solum motui locali, sed etiam alijs, vt di-
cetur postea.

Si igitur tripliciter cõtingit mouere,
& moueri, cū aliquod seipsum mouere
dicitur, etiam tripliciter intelligi potest.
Primò qd seipsum moueat per accidens,

quod tunc fiet, cū aliquid secundū se
quidem mouet aliud, ad cuius motū mo-
uetur & ipsum; & hoc pacto non dubiū
est, aliqd se ipsum mouere, vt anima in
animalibus ipsis; hæc enim mouet, & dū
ipsa mouet corpus, per accidens ad motū
corporis mouetur.

Vbi nota, quòd anima se ipsā mouet, Nota. 5.
id est, & mouet, & mouetur: mouet qui-
dem per se corpus, mouetur quidem per
accidens ad motum corporis: ob id se ip-
sam mouere per accidens dicitur.

Et nota quòd hoc nulli alteri formæ Nota. 2.
substantiali inest, nisi animæ.

Secundò aliquid se ipsum mouere di-
citur per partem, eò quòd secundū vnā
partem mouet, secundū alteram moue-
tur per se: & hoc modò animalia se mo-
uere dicuntur: mouent quidem ratione
animæ, mouētur ratione corporis. Dico
autem per se: nam per accidens simul et-
iam mouetur anima ad motum corpo-
ris, & sic totum animal mouetur secun-
dum totū, sed secundum corpus per se, se-
cundum animā per accidens: at ratione
animæ mouet, vt patet in motu nerui;
quamuis, vt diximus lib. 8. in toto ani-
mali sit pars corporis per se mouens, &
pars corporis per se mota.

Tertio, aliquid mouere se, intelligi po-
test secundū totum per se, vt idem et ad-
quatè moueat, & idè adæquatè mouea-
tur: vt idem omnino, quod motū facit,
motum patiatur: & hoc reputat ipse A-
rist. impossibile. 8. Physic. tex. 40. & sequē-
tibus, vt ibi expositum est, eò quòd vna
eademq; substantia nō potest esse eiusdè
motus actiuum, & passiuum principiū,
ne sit simul actū, & potentia.

Fateor hoc vnum, & meam proferam
ignorantiam, quòd nō video, quare hoc
non possit fieri: nā sicut intellectio actio
quædā est, quæ procedit ab eo, quod est
actū, & recipitur in eo, quod est potētia,
& tamen vnum, & idem se intelligit, vt
patet in angelis, quare etiam vnum, &
idem secundum totum non se mouebit
in corporibus: nihil enim prohibet, qd si-
mul sit actū, & potentia secundum mo-
tum localem: nam vt moueat, debet esse
actū, id est, existere, vt moueatur, debet
esse

Nota
Valde anali
quid possit
mouere se-
ipsum.

esse potentia i. capax motus: simul ergo
potest vnum existere, & esse ens actū, &
morus esse capax. Recipiamus igitur, ni-
hil se ipsum mouere secundū totum tan-
quam probabilissimum, propter senten-
tiam Arist. & aliorum omnū, sed nō vt
demonstratum. Et sanè de actione per se-
ctiua concedendum est, aliquid posse a-
gere in se ipsum, quicquid sit de alijs.

4. Modus
mouedi sei-
psum.

Præter hos modos vnus alius videtur
superesse, puta, cū ferrum se mouet per
virtutem à magnete impressam, & cibus
ad partes nutriendas, & etiam elementa
ad loca naturalia, & proiecta per mediū:
constat enim, quòd in his est virtus acti-
ua mouens, cū non ab alio extrinseco
proximè & immediatè ferantur.

In quibus maximè aduerte, quòd nō
mouetur ratione partis, nec mouent, vt
tu ferri à animalia, quia eorum substantia non est
magnete p- actiuum illorum motuum principium,
sed mouetur secundum totum, puta, ra-
tione materiæ & formæ per se, mouentur
tamen ratione illius impressæ virtutis a-
ctiua: at quia accidens nō habet mouere
nisi vt alicuius substantiæ virtus, & insti-
mentū est, talis motus datur substantiæ
illi, cuius est illa virtus, & à tali substan-
tia moueri dicitur, cumq; ista non sit ea,
quæ mouetur: nam hæc tātum patitur,
& nō mouet, ob id ab extrinseco ista pri-
mò moueri dicuntur, vt à generatè, à mē-
bro, à magnete, & reliquis: proximè ta-
men ab illa impressa virtute, sed nō à sub-
stantia, neq; à parte substantiali.

Nota.

Hic multū considera, quòd ex hoc sol-
uitur difficultas notanda. Solent enim
aliqui dicere, quòd cælum potest moueri
à se, sicut lapis, & tunc non oportet di-
stinguere mouens & motum, sed totum
cælū mouetur à virtute motiua in ipso,
sed ex hoc soluitur, si enim cælum ratio-
ne substantiæ mouetur tantum, ratione
virtutis mouet, vt lapis, vtq; oportet a-
liud principū extrinsecū ponere, cuius
sit illa virtus instrumentū: quòd si sub-
stantiam actiua & passiuam ponas, iam
oportet distinguere id, quod mouet, &
id quod mouetur. Et id quod mouet est
primum mouens, quod quia semper, &
sine defatigatione mouet secundū Arist.

ob id virtus incorporea est. Et hoc cõsi-
dera: nam ex his notum fit, quomodo a-
liquid in se agat in motu locali.

De genera-
tione sub-
stantiæ, an
aliquid mo-
ueat seipsū.
1. Modus.

De generatione substantiæ dico, quòd
ex illis tribus modis positis, qui cõmu-
nes erant, secundus solus possibilis est, a-
lij duo impossibiles. Secundus quidè est,
quòd aliquid se generet secundum partē,
puta, vt vna pars generet alterā, & hoc
contingit in nutritione, quæ generatio
quædam est: idem enim se nutrit & dicitur
eo, quòd vna pars substantialiter cõ-
uertit alterā, & potest in aliquo toto vna
pars aliā mutare, & totum illud se muta-
re dici potest, quāuis hoc improprie val-
dè: nam cū mutatio fit, totū illud non
dum est, nisi id, quod mutat & generat,
cū autem totum est, iam generatio ip-
sius non est, ob id non dicitur se mutare,
seu generare proprie.

2. & 3.

At primus modus, puta, quòd aliquid
generet per accidens, & tertius, quòd se
totū generet, impossibiles sunt: ratio est,
quia vt generet, debet esse vt generet, de-
bet non esse formaliter: at simul esse, &
non esse idè formaliter, est impossibile.

De corrup-
tione, an
aliquid mo-
ueat seipsū.
1. 2. 3.

De corruptione verò secundus modus
idem est cum generatione, pariter etiam
primus & tertius in substantijs, vt notū
est: at in accidentibus instantiā patitur:
nam potest aliquid se totū corrumpere
per accidens, puta, dum corrumpit id, ad
cuius corruptionē corrumpitur, vt si sup-
ponamus, accidentia manere in compo-
sito, tum febris destruit hominē, quo de-
structo, simul ipsa perit.

Dices, homo se occidit, ergo substan-
tia se corrumpit; dico, quòd nō proximè, sed
quia inducit id, quod corrumpit.

De alterati-
one sensibili-
um, de his. n. Arist. loquitur, & omnibus sen-
sibilib. quò-
agat aliquid
in se.
1. Modus.

Supereft, vt dicamus de alterationibus
sensibilibus, de his. n. Arist. loquitur, &
de his in p̄senti erat præcipua disputatio.
Dico igitur primò, vt eodè ordine pro-
cedamus, quòd idè potest per accidens se
ipsum alterare, puta, quia alterat id, cui-
us alteratiōe ipsummet alteratur: & hu-
ius exēplū est de anima, quā nō dubito,
secundum varios effectus corpus alterare,
puta, calefacere, infrigidare, quibus ta-
men ipsa per accidens alteratur.

Dico secundò: quòd contingit etiam
ali-

aliquid se alterare secundum partem, puta, quia secundum vnam partem alterat, secundum alteram alteratur, vt notū est: vt homo se alterare dicitur, cum cor alias corporis partes alterat.

Dico tertio, quod idem secundum totum non alterat se ipsum. i. vnum nō se calefacit, ita, vt idem prorsus calefaciat, & calefiat per se, & hoc magis notū est, quā in motu locali: quod enim alterat, debet habere formam actū, quod alteratur verò, carere illa: at non stant simul in eodemq; adæquatè habere actu formam, & non habere: motus verò localis, cum non sit secundum formam, magis videtur à se posse esse.

Nota. Fateor tamen, quod non demonstratur adhuc, quia vt aliquid calefaciat, fat est habere calorem virtualiter, aut etiam per propriam formam substantialem se perficere, reducendo se ad suum naturalem statum, cur ergo idem non poterit esse actu calidum virtuale, potentia verò formale, & ita se calefacere. Sit ergo dictum hoc probabilissimum, sed non demonstratum, & hoc est, quod intendit Arist. text. 48. huius libri.

4. Dico quartò, quod aliquid se alterat secundum antiperistasis, id est, conuersionem, & reflexionem, quamuis nō propriè à se, quin potius ab altero alteratur, quo autem fiat modo, explicandum est: ille enim modus quorūdam superius positus non mihi placet.

Not. de antiperistasi. 1. Modus. Aduerte igitur, quod dupliciter fit ista antiperistasis: vno modo ex eo, quod duo agentia multiplicentur circa idem passum. v. g. sit ignis cui apponatur aqua vasi infusa, vel lignum aliquod, & post lignum vel aquam sit lamina ferrea, tūc fortius comburetur lignū & aqua, quā si non esset ferrum, post lignum: calefit ergo propter antiperistasis.

Causa huiusmodi. Sed hoc non est ex eo, quod reuertantur species ignis vel caloris ex ferro ad lignum, sed quod ignis calefaciat ipsum ferrum, & aerem illi continuum, quæ calefacta, ipsum lignum iterū calefaciunt, & sic sunt plura agentia, & quia ferrum calefacit per calorem ab igne receptū, dicitur, quod calor conuertitur, sed tamen

re vera idem non est. Cuius signum est, quod vt tale medium fortius alteretur, opus est, quod apponatur aliquid receptiuum multi caloris, quo possit agere, puta, defum aliquod, & hic est vnus modus, qui dici potest per reflexionem, nec propriè antiperistasis est.

Alter modus est, pro cuius declaratione aduerte, quod vnum, & idem potest dupliciter magis agere in aliquod: vno modo, quia ei propinquius est, & hoc notum est: altero modo, quia meliori modo & secundum maiorem dispositionem se habet ad ipsum. v. g. ignis calefacit vndique secundum sphaeram suæ actiuitatis, apponitur aliquid ei ex vna parte actionem impediens, tunc in alias partes fortius agit, & intensius, & hæc dicitur antiperistasis, & conuersio.

Partes ergo terræ frigidae impeditæ à calore extrinseco tempore æstatis fortius agunt in interiores, ad quas se conuertunt, & sic infrigidant magis aquas: & hoc admodum est notandum: est enim generale in multis, vt dicitur in libris Meteororū. Nec oportet admittere illā species conuersionē, quæ absona est, à reā philosophia naturali, & Metaphysica.

Alia præterea ratio probabilior & verior antiperistasis istius propriè dicitur est, quod in initio actionis, antequam superetur vnum cōtrarium ab altero fortiori, per aliquam particulam tēporis se defendit, & suam ad se virtutem actiuam conuertit, se vniens & suam virtutem ad sui defensionem, ne pereat aut lædatur ab altero, & ita in seipsum cōuertit actionem se fortificans, ex naturali, in quā appetitu suæ conseruationis, & ita aqua frigida apposita Soli in æstate per aliquā tēporis partem, antequā à Sole superetur, frigeat magis. Possit etiam hæc actio aliquando durare per maius, aut minus tempus, pro ratione & virtute agentium. Et hoc sit satis quantum ad hæc actionē.

De augmentatione verò, & nutritione dico, quod idem se auget secundum partem, & formā, vt docet Aristot. quod est dicere, viuens nutrit, & auget ratione formæ, nutritur & augetur etiam ratione formæ: nec hoc est incoueniens, quia fit nutritio,

Nota 2. 2. modus antiperistasis.

Dupliciter aliquid agit magis in aliud.

Nota cur æstate, plus friget inter nre partes.

Altera causa antiperistasis.

De augmentatione, & nutritione, an aliquid moueat seipsum.

tricio, & augmentatio, accedente aliquo extrinseco, quod mutatum in viuentis substantiam ipsam dicitur nutrire, & augere propriè: at quia conuersio: & vniō fit per formam & animam: actio formæ tribuitur, & ipsa etiam augere primum, & nutrire dicitur.

De operationibus animæ quomodo aliquid moueat seipsum. De animæ alijs operationibus nihil in presenti dico, quia non est huius loci id discutere, & maiorem habet hoc difficultatem, quā vt breuius dici possit, reseruetur in libros de anima. Patet igitur, quid in hac quæstione sit sentiendum: oportet tamen argumēta in principio posita soluere.

Ad 1. Ad primū, quod ex autoritate procedit, dico, quod solum ostendit illa loca nihil agere in se primò, & secundum idem prorsus, & per se, non tamen alijs modis, qui dicti sunt.

Ad 2. Et per hoc etiam respōdetur ad secundum argumētū, quamuis vellem te aduertere sensum illius, quod agit est actu: agens enim tripliciter est actu. Primo in actu formali, puta cum simile est specie passio mutata, vt calidū respectu calidi: altero modo in actu eminentiæ, puta cū potest illud facere, quamuis non sit simile, & sic Sol est actu, cum facit herbam: alijs est actu virtualis, cum aliquid id virtute alterius agit, & sic agit virtus seminalis: cum ergo dicitur, nil agit, nisi quod est actu, intellige, quod est actu vel formali vel eminenti, vel virtuali.

Nota. Et propter hanc doctrinam dixi superior, quod argumentum non est demonstratio ad probandum, idem non agere in se primo, & per se, quia nō repugnat, quod aliquid sit potentia calidum, & actu simul, sed actu continentie, seu eminentie, vel virtuali, potentia verò ad alium calorem formalem.

Ratio. Et hoc patet, potest enim esse piper & vinum actu calidum eminentia, seu virtute, at in potentia calidum formaliter: non ergo illa ratio demonstrat, quod ob id nihil in se agat.

Ad 3. Ad tertium eodem modo patet solutio, tamen nota, quod nō ob id, quod distinctum est mouens à moto, colligitur separabilitas primi motoris, sed quia moue-

re potest tempore infinito, & sine defatigatione, q nō esset, si esset virtus in corpore, vt diximus bene in lib. Phys. 8.

Ad quartū solutio eadē est: non enim admittimus, quod alteratione sensibili idem agat in seipsum primò, & per se.

QVAESTIO XV.

An omne agens dum agit, repatiatur.

Quæstio ista de reactione valde difficilis ab omnibus iudicatur, & reuera est, tum propter varias sententias doctorum, tum propter argumentorum difficultatem, quæ pro qualibet sententia videntur facere, tum etiā propter innumeras calculationes, & sophismata, quæ neoterici huc accumulauerunt. Dabimus tamen operam, Deo fauente, vt in tanta multiplicitate, & obscuritate veritatem hanc, & facilem, & breuiem, dilucidamque proponamus, & ostendamus.

Primo igitur quæ difficultatē faciunt dicemus, secundo, cōmuniōres, & potiores sententias cum suis fundamentis adducemus. Tertio, quid mihi probabilius videatur, aperiam. Tandem quæ tō difficultates propositas, & secundum aliorū, & secundum nostram sententiā soluiam.

Ante omnia tamen titulus quæstionis à nobis explicandus est, in primis de actione, quæ secundum qualitates sensibiles est, præcipuè loquimur.

Vocamus autem agens agendo pati, cum sic agit in passum, vt passum etiam agat in ipsum, & hæc passi actio reactio agens in agē, est. v. g. aquam calefacit manus calida, ita, vt aqua, quæ patitur, frigeat ma-

num, tunc manus agens repatitur. Sunt igitur notāda quatuor vocabula, pura actio, passio, reactio, repassio. Actio est ipsius principalis agentis, & maioris virtutis, quæ in passum agit.

Passio verò est ipsius passi operatio, quæ patitur: at illa actio qua passum agit in agens fortius, & principalius, reactio dicitur, & passio, quæ agens tale patitur, repassio.

Est igitur difficultas: an agens secundum qualitates sensibiles in passum repatiatur ab eo.

Auerte secundo, quod in duobus casibus.

Ad 4.

Nota difficultatem quæstionis.

Quæ sint facienda in hac quæstione.

De titulo quæstionis.

Quid sit actio agens in agē.

Nota 4. vocabula. Quid actio.

Quid passio. Quid reactio vel repassio.

2. Not. in quibus conueniant philosophia circa reactionem.

bus omnes conueniunt, quod agens non repatur: vnus est, qui habetur ab Arist. in hoc loco tex. 54. cum agens, aut non habet materiam, aut si habet, est alterius generis a materia passi: vnde res spirituales agentes in ista inferiora, non repatiuntur, quia materiam non habent: similiter caeli non repatiuntur, quia materiam habent alterius rationis.

1. Non fieri reactione, si agens non habet materiam aut sit alterius generis.

Alter casus est, cum agens est extra sphaeram actiuitatis passi: attēde enim, quod omne agens, cum sit finita virtutis, non agit nisi per spatium determinatum; & vsq; ad certum terminum: imò nec in illo spatio toto equaliter agit, sed debilius semper in partes distantes a se: & hoc spatium, in quod agere potest agens, dicitur sphaera suae actiuitatis, ita, vt nisi passum sit applicatum intra hanc sphaeram, non possit agere agens in ipsam: variatur autem haec sphaera, quia modò maior, & modò minor est, pro maiori, vel minori agentis virtute.

Quid sit sphaera actiuitatis.

Potest igitur esse, qd sit aliquod agens fortissimum, habens magnam sphaeram, & sit passum debile breuem habēs sphaeram, tunc poterit applicari tale debile sphaerae fortioris, ita, vt fortius sit extra illius sphaeram, in quo casu fortius aget absq; repassione ab illo passio: & hoc notū est. Ignis enim agit in distantia, a quibus non repatiuntur, quia horum actiuitas non ita se extendit, vt ignem possit perungere.

Et ob hoc, quamuis sol esset eiusdem materiae cum terra, ageret in ipsam absq; repassione ab ipsa, quia terrae actiuitatis sphaera attingere solem non potest.

Quae sit difficultas in hac questione.

Difficultas igitur consistit, cum agens quidem est eiusdem materiae cum passio, & vtrumq; est debite applicatum, ita, vt vtrumq; contineat alterum intra sphaeram suae actiuitatis.

Nota 3.

Aduerte vltimus, quod actio, & reactio possunt intelligi dupliciter: vno modo secundum diuersas contrarietates. v. g.

Actio, & reactio possunt intelligi dupliciter.

vt vnum agat secundum calorem, & repatiatur secundum humiditatem, vel qd frige faciat, & repatiatur secundum siccitatem: & sic non negatur reactio ab vlla sententia: potest enim ignis agere in aquam secundum calorem, & aqua in ignem

secundum humiditatem: similiter aer in terram secundum calorem, & repatiatur terra secundum siccitatem.

Altero modo secundum eandem contrarietatem, vt agens calefaciat, & frige fiat a passio; & de isto est tota difficultas.

Collige igitur ex his huc sensum questionis: An agens, quod est eiusdem materiae cum passio, repatiatur secundum illam contrarietatis speciem, secundum quam agit, vtroq; existente debite applicato, ita, vt calefaciens calefaciendo frige fiat, & frige faciens calefaciat per repassionem. Hic est igitur sensus: & nota in quo difficultas consistat.

Quae igitur rem hanc difficile faciunt, sunt quinque argumenta: Primum est Burlei. 3. Physic. super tex. 17. sit agens, & patiens, tunc vel ista sunt virtutis equalis, vel inaequalis: si equalis, neutrum aget in alterum, quia a proportione equalitatis non est actio: si inaequalis, tunc vnum scilicet maius aget in alterum tantum, & non repatiatur, quia a proportione maioris actio est: quod si minus reageret, iam profecto esset actio a proportione minoris: nam reactio actio quaedam est.

Secundum est Calculatoris in tract. 7. de reactione, quod si esset reactio, tunc idem simul moueretur motibus contrariis. qd est impossibile: sequela autem probatur, sit agens. A. sit patiens b. illud calidum, hoc verò frigidum; sit autem. A. in quadrupla proportione ad. b. ita, vt b. non possit reagere in totum. A. sed in aliqua eius partem, puta quartam, & vocetur. c. tunc sequitur, qd talis calefaciet, & frige fiet simul: probatur, si illa repatiatur a. b. notum est, quod frige fiat: vltimus etiam calefit a tribus reliquis, quartis ipsius A. quod sic ostendit. c. habens sufficientem contrarietatem cum reliquis partibus. A. quae vocentur. d. vt possit pati, quia. c. est parum frigidum. d. aut, puta tres quartae sunt multum calidae, quia pono, quod sunt in gradu summo; ergo calefaciet ipsum. c. vide ergo quomodo si est repassio in c. tunc simul calefaciet, & frige fiet.

Dices, non sit simul, sed modò frige fit, post calefit: hoc non valet propter duo: primo, quia si postea calefit, etiam tunc non.

1. in diuersis contrarietatibus.

2. In eadem contrarietate.

Sensus interger quae & praesentis difficultatis.

Argumenta contra reactionem.

1.

2. non repatur, iam illo tempore erit actio ab. A. in b. sine repassione. Secundo, quia sumo illud tempus in quo frige factio fit sine calefactione. & argementor, in medio temporis illius erat frigiditas in. c. ergo habuit contrarietatem cum. d. calido: potuit ergo iam calefieri, nec vltius expectare: & ita dicam in quacunq; data frige factio: est enim semper quocunq; data diuisibilis secundum Arist. Hoc argumentum ab omnibus summæ difficultatis indicatur.

3. Tertium argumentum idem colligit, qd quod idem simul contrariis moueatur motibus, tamen ex parte medij: si igitur. A. agit in b. & b. reagit in A. sit hoc per aliquod medij, puta. c. suppono autem qd non agit in passum agens, quin agat in medij, cum illud distans est, tunc. A. agit calefaciendo. b. ergo medij calefit, iterum b. reagit simul per idem medij in frigidando. A. ergo medij. c. frige fit, simul ergo idem calefit, & frige fit, intenditurque motibus contrariis: hoc autem videtur esse non posse. Nec est minoris difficultatis hoc argumentum, quam praecedens, imò clarius ducit ad impossibile.

4. Quartum argumentum est: sequeretur, quod nihil suum simile induceret, nec summus gradus qualitatis produci posset: probatur: sit. A. summè calidum in b. frigidum, & nitens ipsum sibi assimilare, & suppono, quod nihil agit vltra suam virtutem, & actiuitatem, tunc si. A. agens in b. repatiatur, ergo minuitur in actione eius virtus, si tunc remissius, dum magis agit, ergo in fine actionis non erit summè calidum, sed aliquos gradus calorem in b. quod videtur absurdum.

5. Quintum argumentum sumitur ex motu locali: non enim omne, quod mouet, necessario mouetur secundum locum, ergo nec quod agit, & alterat, necesse est pati, & alterari. Haec sunt argumenta, praecipua, & difficilia in hac materia, in quibus laborant autores maximè, quorum sententiae praecipuae sunt prius exponendae.

1. Sententia Calculat. Prima sententia est Calculatoris. Suisset. tract. 7. de reactione, quae breuiter consistit in hoc. Est enim duplex agens, seu

agens; alterum vni forme, alterum difforme. Vni forme est, quod secundum omnes suas partes equalè participat formae gradum, vt si esset bipedale calidum, vt quatuor, ita, vt secundum omnes suas partes, quibus agit, aut patitur, haberet calorem, vt quatuor: difforme verò est, cum non equalè gradum formae participat: vt si bipedale quaedam partes haberet calidas, vt quatuor, quaedam, vt duo, quaedam magis, quaedam verò minus.

Aduerte vltius secundum Calculatorem, qd qualitas actiua tantum resistit suo contrario, quantum agit, vt si multum agit, multum resistat, si parum agit, parum resistit: est autem resistere, se a corruptione defendere, & conseruare a contrario conante corrumpere illam qualitatem.

His suppositis, dicit Calculator primo: agens difforme repatur secundum eandem contrarietatem, sed non secundum eandem partem, sed secundum aliam agit, secundum aliam patitur: agit quidem secundum fortiores partes, repatur secundum debiliores. v. g. sit pedale calidum habens partes calidas, vt sex, aliquas, vt duo: sit aliud pedale frigidum habens partes fridas, quaedam vt sex, quaedam, vt duo, sit illud. A. hoc autem b. tunc. A. secundum partes calidas, vt sex agit in. b. secundum partes fridas, vt duo. b. autem reagit secundum partes fridas, vt sex in. A. secundum partes calidas vt duo: agit ergo. A. & repatur, similiter. b. secundum diuersas partes: debet autem obseruari, vt partes, quae agunt, vel reagunt, in difformi sint fortiores partibus passis, vt sit semper actio a proportione maioris.

Dicit secundò: agens vni forme non repatur, dum agit, nec secundum diuersas partes. v. g. sit. A. vni forme calidum vt quatuor, sit. b. vni forme frigidum, vt tria, tunc. A. aget in b. nec repatiatur, quia secundum quamlibet partem excedit in actiuitate ipsum. b. & ita in resistentia, nihil potest agere, & repati secundum idem.

Ex quo colligitur, quod iuxta Calculatorem nihil potest agere, & repati secundum idem, & eandem partem eadē contrarietate: nihil enim simul calefit, & frige fit.

Dddd 2 gefacit

1. Duplex agens.

1. Distum Calculat. ii

1. Calculat.

1. Calculat.

Solutio quae possit affecti, resellitur.

gefacit, vel econtrà : solum ergo reactio ista est in partibus diuersis.

Obiectio contra Calculatorem. Obijcies Calculatori: sit. A. vniformiter calidum, vt quatuor, sit. b. diffôrme, habens frigiditas partes quasdam, vt quinque, quasdam, vt duo, tunc. A. vniforme ager in. b. ratiõe partium frigidarum, vt duo, & repatietur ab ipso b. ratiõe partium, vt quinque, ergo idem secundum idem ager, & repatietur.

Responsio ipsius. Respondebit Calculator, quod id non potest esse, hoc enim pendet ex applicatione agentium: nam. b. vel applicatur secundum debiliores partes, vel secundum fortiores singulis partibus ipsius. A. si secundum debiliores, tunc. A. ager in. b. secundum illas, & non repatietur ab ipsis: si verò secundum fortiores, tunc. b. ager in. A. non è contra, & sic nunquam secundum easdem partes erit actio, & repassio, sed secundum diuersas. Hæc est opinio Calculatori, quã placuit ita exponere, quia obscure ab ipso traditur, & à paucis exponitur, & à quibusdam non est satis intellecta.

Opinio Hentisberi. Secunda opinio est Hentisberi celebris philosophi in suorum sophismatum libro philosophi. vltimo, & quasi eadẽ videtur cum

In quo differat à Calculatore. Calculatore: cõuenit enim in suppositis, & in modo reactionis, sed differt: nã admittit etiã inter vniformia esse reactionem, atque hoc modo dicit, sit. A. vniforme calidum, vt quatuor, sit. b. frigidum, vt tria: dicit, quod. A. agit in totum b. quia est fortius illud: at. b. reagit in partem ipsius. A. quia fortius est totum frigidum; vt tria simul ob multitudinẽ materiæ, quã sit vna particula ipsius. A. agit ergo. A. secundum totũ, repatiatur secundum partem.

Nota. Hęc sententia, si intimè aspiciatur, profectò non potest euadere, quin idem secundum idem agat, & repatiatur: nam si totum. A. agit in. b. ergo secundum eam partem etiam qua repatiatur; ergo iam illa etiã pars ager, & repatietur. Vterius. b. agit secundum totum in partem. A. & repatiatur secundum totum ab. A. ergo idem secundum idem ager, & repatietur.

Nota rursus in quo differat à Calculatore. Ex quo collige contra aliquos, quod est multò diuersa ista sententia à Calculatore.

la. Hic enim nullo modo admittit, secundum idem esse actionẽ, & repassionem: ille verò id admittit, solumq; dat modũ, quomodo id possit esse, cum hoc quod à proportione maioris semper sit actio: & ita ipse docet, quod cum. A. agit in totum, b. est à maiori actio, similiter reactio, quã b. agit in partem. A. conuenit ergo cum Calculatore in fundamento, quod qualitas tantum est actiua, quantum resistiua: differt tamen prorsus in sententia.

Hæc sententia fuit Marilliani, contra quẽ scripsit tractatum Caiet. Thienens. & nota hoc, quia ex vtriusq; sententia agitur aliquid, & repatiatur, sed non secundum totum id, secundum quod agit, vel si secundum totum repatiatur, non tamen ab illo solũ repatiatur, in quod agit, vt patet in casu posito. Hæc est horum opinio.

Tertia est aliorum opinio, qui actionem, & reactionẽ inter aliqua tota constituunt, & secundum easdem partes: at non in eadem contrarietate per se, sed in diuersa, in eadem verò per accidens.

Notant hi, quod qualitas aliqua prima dupliciter potest corrumpi: vno modo per se à suo contrario, vt calor à frigiditate, & siccitas ab humiditate, & è contra: altero modo per accidens, puta ad corruptionem alterius qualitatis, cum qua in illo subiecto naturaliter est coniuncta. v. g. calor ignis corrumpitur per accidens ab humido destruyente siccitate ipsius ignis: & sic humidũ aeris destruitur à frigido corrumpente ipsius calorẽ: per accidens tamen.

Dicunt igitur, quod actio, & reactio per se fiunt inter aliqua agentia, & patientia secundum duas contrarietates: vt ignis per se agit secundum calorem, repatiatur secundum siccitatem ab aqua: hæc autẽ patitur secundum frigiditatem, reagit secundum humiditatem: at quia corrupta siccitate ignis, etiam calor minuitur, sit, vt ignis repatiatur secundum calorem, secundum quẽ agit, per accidens tamen: similiter aqua patitur per se in frigiditate, at quia per hanc deperdit, etiã in humiditate per accidens sit, vt reagat aqua secundum id, secundum quod patitur, puta secundum humiditatem: ita autem hoc fit, vt nisi.

nisi essent hæc gemina contraria in vtroque agente & patiente, non esset reactio: vnde calidum & siccum agens in frigidũ, & siccum non repatiatur: hunc igitur modum reactionis isti ponunt.

Quarta sententia est cõmunis, quam sequitur Marfil. q. 19. & Alb. Sax. q. 16. & Pau. Ven. in summa. c. 21. & Caiet. Thienens. in quodam de reactione tractatu, & alij multi. Quæ quia magis inter omnes rationabilis apparet mihi, magisque ad mentẽ Arist. ob id est explicanda latius.

Supponunt vnum contrarium opinionibus præcedentibus, nempe qualitates primas non esse tantum actiuas, quantum resistiuas: imò oppositã esse latitudinem actiuitatis, & resistentiæ, vt si actiuitas consideretur, calor est maximè actiuus: in secundo gradu frigiditas: in tertio humiditas: in vltimo siccitas: hæc enim parum actiua est. At si resistentiæ latitudo pensetur, oppositus est ordo, siccitas enim est maximè omnium resistiua contrario, post hanc humiditas, tertium locum obtinet frigiditas, vltimum calor: quod est dicere, difficillimè siccitas expellitur, & humiditas difficilius, quã reliqua duo, facillimè calor, semper tamen in eodem gradu, & potentia considerare debet.

Supponunt secundò, quod actio prouenit ex victoria virtutis actiue alicuius supra alterius resistentiã. v. g. tunc calidum agit in frigidum, cum calidi actiuitas vincit resistentiã frigidi: similiter econtrã tunc frigidum in calidum, cum frigidi actiuitas huius vincit resistentiã.

His suppositis, dicunt primò, quod actio, & reactio est per se in eadem contrarietate, & secundum idem totum: Explico, sit calidum, vt quatuor, sit aliud frigidum, vt quatuor, tunc calidum agit in frigidũ, quia calidi actiuitas, quæ summa est, vincit frigidi resistentiã, quamuis sit eiusdem gradus: at repatiatur tale calidum à frigido, quia frigidi actiuitas vincit resistentiã caloris, quæ minima est, & sic sit repassio, & reactio non solum inter contraria æqualia gradu, sed etiã inter contraria; quia minor frigiditas aliqua maiore habet actiuitatem, quã sit resistentiã.

4. Sententia communis.

1. Suppositum non esse æquales actiuitates qualitates resistentiæ.

2. Suppositum ex quo proueniat actio.

1. Dictum.

maioris caloris, & ita potest reagere.

Dicunt secundò, quod non est reactio: nisi cum maior est actiuitas passi, quã sit resistentiã agentis: vnde si sit summus calor, & frigidum vt vnum, vel duo, tunc erit actio absque reactione. Ex his patet, quomodo sit actio, & reactio secundum idem, & eandẽ contrarietate: & quomodo semper actio, & reactio eueniant à proportione maioris, semper. n. actiuitas agentis est maior resistentiã passi, & actiuitas passi in reactione maior est, quã agentis resistentiã, aliter non fieret reactio.

Hæc est communis sententia: nec volo alias sententias citare, quia parum ab his differunt, nec aliquid utilitatis ex eis percipere possumus.

Superest, vt quid sentiendum de hoc mihi videatur, hoc loco tertio aperiam.

Sit igitur prima conclusio. Reactio & repassio sunt: hæc conclusio probatur auctoritate, experientia, & ratione. In primis, quod agens agendo repatiatur, est Arist. 3. Phys. tex. 8. & 16. & li. 1. gen. tex. 53. & 87. & 89. & multum expressè habet hoc lib. 4. de generatione animalium. c. 3. & alibi apud Arist. est etiam communis philosophorum sententia, qui omnes in re conueniunt, quanquam in modo differant.

Experientia etiã hoc colligitur primò, quia aqua calida vehementer infusa frigida ipsam temperat, & ab ipsa temperatur, quod non esset, nisi esset reactio: similiter ferrum ignitum aqua frigida infusum ipsam calefacit, & ab ipsa frigidatur: & manus cõprensus gelu liquefacit ipsum calefaciendo, ab ipso frigidatur: cibum comestus alterat animal, & alteratur ab ipso: etiam duo vasã simul concussa se inuicẽ frangunt, & duo cultri se hebetant. Sunt profectò innumera, & manifesta omnibus experientia de hoc.

At ratio, alijs prætermis, vna est, quæ ex mixtione sumitur: cum enim mixtio fiat ex multis agentibus alteratis omnibus, & ad concordiam, & tempericem redactis: profectò non videtur fieri postea talis omnium alteratio, nisi elementa ab his, in quæ agunt, simul etiam paterentur: ob quam rationem Arist. vt paulò infer-

2. Dictum.

Autoris sententia.

1. Conclusio Dari reactio nem probatur 1. testimonijs Arist. & aliorum.

2. ab experientia.

3. Ratione.

...sicut dicemus, coactus fuit ponere, & admittere reactionem, & repassionem agentium communicantium in materia. Quenam sit ratio à priorum, & qua agens repatiatur.

2. Conclusio. 1. Auctoritas. 2. Pars conclusiva. 3. Ratio.

Secunda conclusio. Repassio est, & secundum eandem contrarietatem, & secundum idem & eandem partem, & per se. Hec conclusio est contra tres priores sententias, quæ profectò non sunt in philosophia recipiendæ, multoq; minus in doctrina Arist. Sunt igitur tria probanda, quæ in hac conclusione proponuntur. Primum est, quòd sit reactio secundum eandem contrarietatem: alterum, quòd secundum idem contra Calcula. & Henrici. Tertium, quòd per se, & non per accidens contra tertiam opinionem.

Primum auctoritate, experientia, & ratione probatur. Auctoritas est expressa Arist. 4. de generatione animalium, cap. 3. ubi dicit, esse necessarium, quod calefacit frige fieri, quod premit, premi. Præterea Themist. super 3. Phys. tex. 8. inquit, ignis calefacit, & frigit simul ab ea re, quam calefacit ipse: idem etiam ibidem Simpl.

Experientia autem hoc satis comprobatur: puta ex aqua vehementer calida insula si frigida sit tota tepida, quòd non esset, nisi calida calefaceret, & infrigidaretur, & frigida infrigidaret, & calefieret: Sunt etiam eadem de hoc experientie superius posite, & alie multe.

Ratio autem huic fauet. Aliter enim in mixtione elementorum oporteret saltem duas qualitates manere in summo gradu, quòd repugnat mixtioni: frigiditas enim & calor si ita se haberent, ut calor ageret tantum, & non repateretur à frigiditate, maneret in summo: nam non potest ab alio pati, nisi à contrario: idem etiã esset de siccitate, & humiditate: colligitur ergo, esse repassionem secundum eandem contrarietatem, nec de hoc adhuc est difficultas apud Doctores, sed de alijs duabus partibus.

Ob id probatur altera pars, quòd, idem

quod agit, patiatur, quod negabat Calcula. probatur autem hoc similiter auctoritate, experientia, & ratione: hæc enim sunt potissima media in Philosophia naturalis: auctoritas est expressa Arist. 3. Phys. tex. 8. quam in conclusione sequenti laus. Auctoritas declarabimus: inquit igitur Aristot. quòd idem esse actu & potentia, respectu eiusdem fieri non potest, at respectu diversorum potest fieri. Idem enim est calidum actu, frigidum potentia, & hinc fit ut agens repatiatur: agit enim qua parte est actu, patitur, qua parte est potentia.

Adde tu, idem & secundum eandem partem quantitativam potest esse simul actu & potentia, ut id prorsus sit potentia frigidum, quòd actu est calidum: ergo idemmet repatiatur, quòd agit, quòd etiam egregiè explicant Simpl. & Them. in illo loco: vide ergo clarè mentem Aristot. contra Calculatorem, & non solum Arist. sed etiam Græcorum omnium talem locum exponentium, & aliorum illustrium interpretum.

Nec deest huic experientia: si enim sumatur aqua multum calida uniformis, & aqua, multum frigida uniformis, simulque coniungantur, quis negabit totam aquam futuram tepidam: idem ergo, quòd agit repatiatur secundum idem: aliter enim non esset tota aqua tepida.

Hoc tamen ratione probatur primò, quia sequeretur, quòd non posset esse mixtio elementorũ, quòd probatur: Si enim non est repassio in agente elemento, nisi secundum aliam partem, ita, ut secundum quosdam tantum agat, secundum alias tantum repatiatur: illæ ergo partes agentes non repatiatur, & sic movebunt in suo vigore, nec ad mixtionem venient, vltèrius repassã destruentur ab alijs agentibus partibus, quæ non poterunt repati: nõ ergo erit mixtio, sed partialis generatio eò, quòd partes fortiores in se convertet debiliores absq; repassione illarum.

Existimo hoc argumentum esse fortissimum contra Calculatorem, nec solui posse, nisi fingendo modos mixtionum pro libito, & imaginatione propria, sed non pro rerum natura.

Præterea sequitur, quòd unum elementum.

Idem altera ratione probatur.

2. Pars conclusiva. 3. Ratio.

mentum non ageret in alterum cum repassione, quòd est contra Arist. expressè, & contra sensum: probatur, quia elementum aquæ est uniformiter frigidum secundum se: ignis etiam uniformiter calidus: si ergo aqua igni infunderetur, tunc nõ esset repassio, quia solum inter difformia constituitur à Calculatore, quòd qui dem gratis, & absq; ratione affirmatur. Concludamus ergo esse reactionem, & repassionem secundum idem, & secundum eandem contrarietatem.

Tertium verò, quòd id sit per se, probatur cõtra tertiam opinionem, quam ipsa sola experientia repellit: nam aqua calida, & aqua frigida simul iuncta mutud agunt, & patiuntur, & secundum eandem contrarietatem: nam humidum non patitur, utraq; enim est humidum: quòd si aliqua est siccitas in calida, ea est per accidens, & parva, ita, ut non possit dici, quòd ad corruptionem illius patitur calor.

Hoc idem experimur in pomo frigidò compresso à manu calida, ubi repassio est secundum eandem contrarietatem: quis enim dicit, quòd pomum destruit calorem manus, qui destruit humiditatem, & manus destruit frigiditatem pomi, quia destruit siccitatem ipsius: profectò hoc vanum esset, & absq; fundamento.

Præterea est ratio: demus, quòd ignis agat in aquam secundum calorem: si calor ignis repatiatur per accidens, tunc repateretur ab humido aquæ agente per se in ipsum siccũ ignis, ut ipsi dicunt: si ergo hoc ita esset, sequitur, quòd ignis nõ reciperet frigiditatem, sed solã humiditatem: nam humidũ non producit, nisi humidum: cũ ergo hoc falsum sit, ignis enim repatiens frigiditatem habet, alias calor esset in summo: ergo repassio est secundum eandem contrarietatem. Idem de aere, & terra: & hoc argumentum nostrũ profectò forte est contra istos.

Præterea sequitur ex ista sententia, quòd elementum symbolum ut ignis, & aer, aqua & terra ageret absq; reactione, quia hæc non habent nisi vnicam contrarietatem: hoc autem est contra Arist. & gratis dictum, quòd enim agant inter se symbolum, docet Ari. 2. gen. tex. 25. quòd perõ re.

patiantur, docet 1. gene. tex. 54. ubi dicitur ea, quæ in materia comunicant, agendo repati: at talia in materia comunicare certum, erit ergo repassio, & non nisi secundum unã contrarietatem, & idem per se. Pluribus posset hoc confirmari, sed ista sufficiant, quia res manifesta est. Ex his manet integra 2. conclusio probata.

Tertia conclusio. A gens comunicans in materia cum passò repatiatur ab eo, dũ modo sit intra spherã activitatis ipsius, quamvis passum sit multo minoris virtutis, & resistentia, quàm agens. Hæc conclusio est contra quartã opinionem, in qua consistit modus, & causã reactionis, ob id prius est explicanda, deinde probanda.

Sensus igitur est, cum aliquod contrarium agit in aliud contrarium, repatiatur ab eo secundum illas partes, quæ in spherã activitatis illius cadunt: & hoc quantumvis contrarium reagens sit minoris virtutis, quàm sit resistentia agentis, v.g. calidum ut octo agit in frigidum ut unum, repatiatur calidum à frigidum, si fuerit intra spherã talis frigidi: verum quidem est, quòd erit multo minor huius spherã, tamen si vltèrius intra eam contineatur, repatiatur quantum ad illam saltem partem, quæ intra spherã continetur.

Ad probationem unum est supponendum fundamentum omnibus opinionibus contraria in eodem subiecto se compati secundum remissum gradum, quæ sic debet intelligi: si unam totam latitudinem caloris esse octo gradus intensiois, totidem autem latitudinem frigiditatis: fieri non potest, ut gradus contrarij ita in vno sint subiecto, ut hunc numerum excedant vel diminuãt: vnde quinque caloris, & quinque frigiditatis non possunt esse, ut tres unius, tres alterius: vnde etiam æquales esse nõ possunt, nec inæquales, ita, ut excedant latitudinem unius: si ergo sunt quinque caloris, erunt tres frigiditatis, si septem illius, vnius erit huius: itaq; quantum deest unius contrarij, tantum suppletur ex altero, vsq; ad totam unius latitudinem: nec amplius esse potest: Hoc postea a nobis ostendetur.

Probatur igitur, quòd quicumq; gra-

3. Conclusio. Quæ respon- detur ad præ- cipuam diffi- cultatem. 4. Explicatur conclusio.

Fundam con- clusionis con- traria se com- patiantur in eodẽ sub- iecto secun- dũ gradũ re- missum, ita ut sit semper expleta tota latitudo in- tensiois.

Nota.

Radix est solutio. Quod ad sensum expositum reagat in sum- mum: & primum argumentum sumitur ex causa, & natura reactionis, quæ prius à nobis est explicanda.

Radix ex qua oritur reactio & re- passio, quod sunt partim in actu, partim in potestate. Aduerte igitur multum, quod eadem est radix, & causa passionis, & repassio- nis, actionis & reactionis: patitur enim aliquid tantum, qua parte est in potentia ad formam aliquam, non autem qua par- te est actu: vnde frigeat, quod non est frigidum actu, sed potentia: magis frigeat, quod est minus frigidum actu, sed poten- tia est magis frigidum. Actio autem est e contra secundum id, quod est actu: vnde frigeat, quod actu est frigidum, siue formaliter, siue virtualiter. Hoc docet e- gregie Arist. inferius in hoc li. tex. 77. ita similiter repassio est secundum id, quod est potentia: repatitur ergo secundum frigi- ditatem, quod sic est calidum, ut in poten- tia sit frigidum. Reactio vero est secundum id, quod est actu: Hæc doctrina est Arist. 3. Phys. tex. 8. & est notanda: dicit ibi, quod passio est secundum potentiam, actio se- cundum actum: cumque idem possit esse actu, & potentia respectu diuersorum, ut actu calidum, potentia frigidum.

Hinc fit, ut agens repatiatur: constituit ergo radicem repassionis in hoc, quod agens sit in potentia respectu formæ, quæ in passio est in actu: quod egregie notaue- runt illic Themist. & Simp. & ex hoc col- liges, radicem repassionis esse materiam eiusdem rationis: nam per eam afficitur agens in potentia, ut possit repati.

Ex hac obseruanda doctrina sumo ar- gumentum primum; sit calidum ut octo, agens in frigidum ut duo, ita, ut sit saltem secundum aliquas partes applicatum spha- re ipsius frigidi: probo, quod repatiatur, calidum hoc est potentia frigidum, illud autem est actu frigidum: ergo hoc reaget in ipsum, quod enim illud sit calidum, ni- hil facit ad ipsius passionem, dummodo sit in potentia frigidum.

Solutio, que possit afferri, re- pectur. Dices, quamuis illud sit in potentia fri- gidum, non infrigidabitur, quia calor summus resistit frigiditati passi: contra hoc argumentor, quia illa resistentia non est alia, quam corrumpere ipsum frigi- dum: non enim actio frigiditatis illius

impediri potest: sed sic est, quod non in instanti corrumpet totam illam frigidita- tem, quin aliqua per aliquod tempus duret: ergo per illud tempus ab illa repa- tietur, deperdetque tantum caloris, quan- tum acquireret frigiditatis. Attende ergo veram philosophiam, quod non stat esse agens actu aliquod applicatum passo in potentia, quin sequatur actio, & in loco fundatur reactio.

Dices, quomodo parua frigiditas indu- cetur cum tanto calore. Dico ex funda- mento, quod illa non repugnat esse cum multo calore, non tamen in summo: & ita parum remittetur calor in repasso: quod si multa fuerit frigiditas, multum remitte- tur calor. Idemque dico, de alijs contrarijs.

Est secundum argumentum, quod de- clarat & corroboret primum. Demus calidum ut octo, cuius actio sit impedita per diuinam potentiam, appliceturque ei frigidum ut duo, quis negabit frigidum acturum in calidum, cum sit vnum actu, aliter in potentia, in quo actio consistit: si ergo tunc ageret, ergo modo quamuis ca- lidum ageret in frigidum, modo enim non impedit totalem actionem frigiditatis, sed partem dum ipsam paulatim corripi- pit, tamen frigiditas, quæ est, dum est, aget quamuis minus, & minus, quia vincitur à fortiori contrario, quousque totaliter de- struatur, intelligo manente agente in a- ctu: ita sphaera: sic igitur aliquid agens repatiatur simul, quia agit secundum quod est actu, patitur secundum quod est potestate: nec implicat, simul habere vnam for- mam, & aliam recipere contrariam, in di- uerso tamen gradu.

Probo tertio idem, supposita quadam experientia, quod minima gutta aque in iecta ferro candentissimo aliqua particu- lam remittit: verum est, quod aque frigidi- tas intensior est, quam calor ferri: tamen sit argumentum hoc. Potentior est vnus gradus frigiditatis respectu materie cali- dæ, ut octo non densæ, sed raræ & æqualis, quæ sit aqua: ilius frigiditas respectu ca- loris ferri, qui ob densitatem materie for- tissimus est: at aqua egit in illud, ergo etiam gradus frigiditatis in calore ut octo.

Dubitabis, sit agens calidum ut octo, & sit A.

Nota non potest agens in actu esse applicatum passo, quin agat

Obiectio.

2. Argum.

3. Argum.

Dubium.

fit A. Similiter sit frigidum ut duo, & sit b. iuxta suppositum prius b. habebit sex gradus caloris: si igitur reagat b. in A. qua reagit potius frigiditas, quam calor, qui in b. maior est.

Solutio. Dico, quod agens non agit ultra pro- priam potentiam, ut dictum est: cum autem reactio sit quædam actio b. non aget in A. secundum calorem, quia A. calidius est: aget igitur tantum secundum frigidita- tem, quia A. est in potentia frigidum.

Nota. Et attende, quod non cessabit reagere b. in A. quousque cesset actio ipsius A. in b. cessat autem, cum nulla est frigiditas in b. qua reagat, quia iam totus calor est in- troductus.

Hoc intellige dum modo sit semper A. in sphaera ipsius b. quod fiet, si ei fuerit im- mediatum, cum enim distat, prius cessat rea- ctio ipsius b. quam dum multum minuitur frigiditas minorem habet sphaera ad eum, ut non attingat ipsum A. tunc erit actio sine reactione b. erit tamen reactio ab im- mediato, ut dicitur in conclusione quarta. Hunc esse modum reactionis, puto, credoque esse verum, & nisi decipior, omnium probabilissimum, saltem est secundum Arist. & antiquos philosophos: Neoterici. n. quærentes excessum virtutis reagētis su- pra contrarium agēs in varias detrusi sunt opiniones, quod exacte magis declarabi- mus in solutione argumenti primi.

4. Conclusio. Sit iam quarta conclusio. Agens com- municans in materia semper repatiatur ab im- mediato. Hæc conclusio est, quæ intendit Arist. dum reactionem fatetur, quæ ipsa explicatione nota est sequenti- bus. Voco passum immediatum id, cui a- gens secundum tactum coniungitur, quod deesse non potest, ut probatum est in phy- sicis: itaque non negamus repati aliquan- do à passo distanti: sed hoc vniuersaliter non est, nisi cum agēs est intra passi spha- ram: at ab immediato repati, id vniuersa- liter est, iuxta expositum modum. Cætera, quæ de hac reactione dicenda restant, in solutione argumentorum dicentur, ob id iam ea aggrediamur.

Ad 1. argu- mentum. Solutio co- muniior. Ad primum igitur argumentum quæ- que iuxta suam opinionem respondet: at nos solam solutionem quartæ opinio-

nis, quæ communis est, examinabimus. Di- cunt igitur hi, quod qualitas non est tan- tum actiua, quantum resistiua: imò dum magis agit, minus resistit: ita igitur actio, quam reactio sunt à proportionem maio- ris, sed excessus non est actiuitatis supra a- ctuuitatem, sed supra resistentiam, ita, quod potest esse calidum, quod vincat frigidum resistentiam, ob id aget in ipsum, & frigidum hoc sit actiuus & fortius resistentia cali- di, & sic reaget, semper igitur fiet actio, & reactio à proportionem maioris virtu- tis actiue super resistentiam: vnde cum passi actiuitas non vincit resistentiam a- gentis, non est reactio.

Cur inueni- unt quidam distinctionem inter actiuos & resistentias.

Isti inueniunt hanc distinctionem actiuitatis, & resistentiæ vnus qualita- tis, quia existimabant contrarium nullo modo agere in aliud, nisi sit illo fortius: cum autem viderent aliquando non esse fortius, nec superare illud in actiuitate, inueniunt aliud, puta in resistentia.

Ostendere autem conantur hoc, puta qualitates non esse tantum actiuas, quæ resistiuias. Primum quia aliter sequeretur, quod facilius esset aquam exsiccare, quam calefacere, quod est manifestè falsum: p- batur sequela: frigiditas aque magis agit quam humiditas, ut experientia docet: tar- distima enim humiditas est: si ergo frigi- ditas est magis actiua, quæ humiditas se- quitur, quod sit magis resistiua, quia quantum agit, tantum resistit, & sic diffi- cilius esset calefacere, quia magis resistit.

1. Argum. ad probandum non esse actiuas acti- uitates resistentias.

Idem etiam probaretur de siccitate, quod esset magis actiua calore, quod falsum est: non ergo est tantum actiua, quæ tum resistiua, vel e contra.

Præterea secundo, quia aliter non pos- set esse mixtio, nec reactio, vel repassio: si enim qualitas actiuior magis resistit, non poterit à contraria pati, & sic manebit tota, nec mixtioni utilis erit.

Præterea tertio experientia, quia con- stat frigiditatem actiuorem humidita- te: at hæc magis resistit, quod experimur in difficultate, qua humidum exsiccat. His rationibus suam probant sententiam alios, qui pu- isti doctores. Et sanè hæc sententia facilis ac dilucida videretur: at solui tamen aliter potest primum illud argumentum cum

Eccc alijs

alijs omnibus opinionibus, quae putant qd qualitas quantum agit, tantum resistit.

Apparebit autem hoc, si explicemus, quid sit in his qualitatibus resistere, & quae dicatur resistentia: resistere profecto non aliud videtur esse, quam se conseruare illasum, vel defendere ab alterius actione, sed hoc contingit tribus modis.

Primo, si se defendat tantum ab actione alterius, non tamen agendo vel remittendo actionem alterius, vt cum aurum in igne, vel adamas non consumitur, & cum quis impelleret columnam firmam ipsa immobili permanente, resistit impulsori. Secundo modo, si se defendat, tamen impediendo actionem alterius omnino, ne agat quicquam, vt si quis manum uoluerat volentis teneret, ne percuteret, neue eam moueret, sicut etiam dicunt piscem quandam remorari in cursu nauis; inde dictum remoram. Tertio modo actionem contrarij, ipsamque ex parte tantum diminuendo, & remittendo: & per hanc resistentiam, atque impedimentum qualitas se conseruat in suo subiecto: tunc enim conseruatur haec in subiecto, cum impeditur contraria, quo minus producat sibi similem in illo subiecto. v. g. calor resistit frigiditati, dum impedit quo minus agat frigiditas, & producat tantam vel similem sibi, tunc enim corrumpetur calor; & ita per resistentiam agendo, & diminuendo contrarium, se conseruat calor: ipsamet frigiditatem remittendo: nam quo idem remissius est, debilius operatur: calor ergo corrumpere conatur contrarium, & quo magis corrumpit, eo magis eius actione dimittit: & do magis dicitur resistere, seque conseruare: & quo magis in contrarium agit, eo magis resistit.

At quia non ita agit, dum agit, vt simul totum contrarium destruat, sed successiue, fit, vt non tantum resistat per suam actionem, quin alteri contrario vacet reagere, sibi que simile in subiecto contrarij agentis producere, & sic etiam si qualitates tantum resisterent, quantum agerent, fieri potest repassio.

Ex quo fit, quod quamdiu tardatur agens, in corrumpendo contrarium, tantum repatiatur, si sit in eius actiuitatis sphaera, & quo fortius est: minus repatiatur, quia magis ac citius suum destruit contrarium. Ita mihi dicendum videtur de resistentia ista.

Causae autem resistentiae sunt diuersae, tum ipsamet natura, & essentia qualitatis, tum eiusdem formae graduum multitudo & intensio, tum densitas subiecti seu materiae in quo est maior vel minor, tum conuenientia naturalis eius qualitatis, & coniunctio cum forma substantiali, cuius est propria qualitas, vt plus resistet aequalis calor in re naturaliter calida, vt aqua, quam in re uolenter calida, vt aqua, ceteris paribus: Et causa est, quia conseruatur a sua forma substantiali propria, ab altera potius expellitur; tum coniunctio cum alijs qualitatibus, vt calor cum siccitate magis agit, & magis etiam resistit, quam cum humiditate; unde calor a siccitate acuitur, ab humiditate uero hebetatur: tum etiam ratione alterius extrinseci conseruantis augetur resistentia, vel alterius suae partis fortioris alteram partem debiliorem conseruantis, vt si calidum vt duo, conseruetur a calido vt octo ad aliquam distantiam.

Iam ergo, qui sustinerent hanc aequalitatem actiuitatis, & resistentiae, possent ad argumenta facta alterius opinari admittere, argumenta opposita procedere ex falso intellectu. Aliud enim est comparare actiuitatem absolute, & in communi: aliud comparare singulas particulariter respectu contrarij: si enim absolute actiuitas consideretur, tunc omnium maxima est caloris, post hanc frigiditatis, statim humiditas, siccitasque sequuntur: & hoc in aequali gradu & materia, facta comparatione: non tamen ob hoc sequitur, quod sit difficilius frigidificare, quam humectare, vt dicemus.

Si uero consideretur actiuitas uniuscuiusque proportionaliter, respectu sui contrarij, tunc existimo, quod proportionaliter tantum excedit actiuitas humiditatis actiuitatem siccitatis, quantum caloris actiuitas frigiditatis actiuitatem: unde tantum resistit sicco humido, quantum frigidum calido. Si sit sermo de resistentia.

Agens quid agat se. per repatiatur.

Causae resistentiae.

Ad Argumentum dupliciter possunt comparari actiuitates. 1. modo.

2. modo.

resistentia ex parte qualitatuum in eadem & aequali materia.

Tamen non ob id sequitur, qd ita facile sit humectare, sicut calefacere, in quo consistit vis argumentorum. Nam retardatio qualitatis in introducenda non solum prouenit ex contrarij resistentia, sed ex debilitate actionis, & agētis, quod etiam contrario non resistente non potest totum effectum simul, aut tam cito producere, ac ob id difficilius est exsiccare, quia minus agit.

Unde actiuitas maior vel minor non solum ex contrarij resistentia, sed ex maiori, vel minori actu formae, & ex ipsius prouenit natura; loquendo in qualitatibus alteratiuis.

Aliter ergo ad argumentum respondendo, qd illa propositio A proportione maioris est actio; est intelligenda in eadem specie, vt sit sensus, maius, & fortius calidum agit in minus vel in non calidum, non tamen minus calidum calefacit maius calidum: & ita hoc etiam in reactione obseruatur: nam frigidum vt duo reagit in calidum vt octo, profecto etiam in minus frigidum reagit: & haec est solutio optima, & nota da, quam tradidit Burleus philosophus in his sane egregijs; Physicor. tex. 16. ubi sententiam hanc eandem de reactione docet, quamuis breuiter.

Secundus est Quod si uelis & illam propositionem etiam in intelligere in contrarijs diuersae speciei, vt minus nunquam agat in maius, sed saepe sit a proportione maioris, tunc intelleges, tale propositionem, de actione victoriz. i. nunquam minus contrarium ita in fortius agat, vt ipsum vincat, penitusque ad se conuertat, non tamen negare oportet, quin aliquo modo agat, qd fit in reactione: & sic manet solutum argumentum, etiam si uniuscuiusque qualitatis actiuitas esset aequalis resistentiae eiusdem propriae, nec in eo manet difficultas.

Ad 2. principalem. Ad secundum varijs modis responderi solet, qui mihi non multum placent: dicam, qd mihi uidetur melius. Dico igitur, qd aliquod agens repatiatur secundum totum, vt in mixtione fit, quod inferius declarabitur, & sic nulla est difficultas: aliquando patitur secundum plures partes, quod

saepè accidit. sic etiam non est difficultas quia non est fortius agens, a quo impediatur illa repassio.

At difficultas tantum est in casu argumenti, cum patitur vna particula: videtur enim, quod reliquum debeat conuerti illam statim, & simul cum sit repassio, & tunc duo motus contrarij simul erunt.

Dicit igitur Paul. Ven. quod talis particula repassa non simul repatiatur a frigido. v. g. & calefit a parte altera calida, sed per aliquod tempus repatiatur a frigido, in quo nondum calefit, quia non poterit calefieri, donec sit infrigidata per repassionem.

Sed obijcitur sic; summo illud tempus in quo tantum dicitur infrigidari per repassionem, & non calefieri a reliqua parte, cum illud sit diuisibile, sequitur, quod in illius medio fuit pars frigida, & sic potuit calefieri.

Respondent aliqui, qd quauis fuerit in medio frigida, tamen non incepit illud calefieri statim, quin prius repassio continuaretur per aliquod breue tempus, tunc quia illa altera pars propter continuitatem non ita bene est applicata ad agendum, sicut ipsum passum reagens: tunc etiam, quia vt dicit Paulus, est interca circa ipsum totum passum: tum quia opus est aliquando tempore, vt qualitas inducatur, quodcumque illud sit, & in illo non erit, nisi illa frigiditas.

Dices conuincetur per multum temporis illa repassio, et infrigidetur pars, profecto absurdum videtur, quod toto illo tempore non calefiat talis pars a reliqua.

Respon. quod tempore precedente vtiq; calefiat: & ita dicunt quod frigidabitur, sed non simul nec aequaliter.

Secunda est alio modo solutio, quod sic ut non est absurdum, quod calor & frigiditas simul sint, gradu tamen inaequali, ita etiam, nec quod sint calefactio, & frigiditas, hoc modo, vt inducatur in aliquo gradu caloris de nouo, & perdatur gradus frigiditatis praecedentis, simulque in eodem inducatur aliquid aliud frigiditatis nouae, & perdatur caloris antiqui aliquid, sicut si esset subiectum expers contrariorum, posset vtiq; simul calefieri, &

Quid sit qualitatem resistere.

In quo casu sit illius argumenti difficultas.

1. Solutio argum.

Obiectio.

Solutio.

2. Obiectio.

Solutio.

2. Solutio arg. principali.

frigeri de nouo vsq; ad gradum, quo ista simul esse possint: hoc aut fit, cum sunt duo agentia contraria circa idem passum, quod fit in casu argumenti circa illam partem, quae repassa est: & sic soluitur argumentum secundum, & satis bene.

Reijcitur 2. solutio.

Tamen haec solutio praeterquam quod admittit simul & semel motus contrarios in eodem non satis facit argumento: nam hoc pacto nunquam minuetur intensio illius partis, sed semper erit aequae intensio: nam quantum ab vno agente corrumpitur, tantum & simul ac semel in eadem producit: atque ita nunquam fiet remissio, ut dici possit repassa & diminuta.

3. solutio.

Tertia videtur solutio omnibus alijs probabilior, quod agens dum superat alterum, intendit agere, non autem intendit se aut suas omnes partes conseruare, & ita non conuertit supra se ipsum actionem aut supra suas partes, sed supra aduersarium: cum verò superatur ab altero, tunc conuertit se ad se defendendum & se conseruandum, & conuertit supra se actionem, ut videmus in antiperistasi.

4. solutio.

Quarta etiam solutio addi potest, quod virtus conseruatiua singularum partium minor est, quam virtus actiua in aliud, & ita per virtutem actiuam in aliud externum superat, & ab illo eius virtus conseruatiua superatur, non qua se totum conseruat, sed qua illam particulam conseruabat. Quae autem harum solutionum sit verior, eligat lector.

Ad 3. principale. 1. solutio. quorundam.

Ad tertium, ommissis alijs respondendi modis aduerte quod si sic putare, quod medium non immutatur ab aliquo agente, vel reagente, nisi quod excedit medij qualitatem. Explico: si aer est calidus ut quatuor, non calefiet a calido ut duo, & sic calidum ut duo non aget per medium calidum ut quatuor in aliquod passum: imò ipse aer medius erit ipsum agens: quod ergo per medium agit, debet ipsum excedere, ut sit calidius, vel frigidius, si non in intensioe, saltem in actiuitate.

Nota. 2.

Ex quo fit, ut aliquid agat in aliquod passum, nec ab eo repatiatur. v. g. si sit agens fortius medio, & passum debilius, tunc tale agens non repatiatur secundum nos nisi a modo: quod si diximus, quod

cunq; repati a passio, id intelligebamus ab immediato, vel ab eo, quod habeat actiuitatis sphaeram; quam isti dicunt non habere, nisi quod medium superat.

Nota 1.

Quod si vtrunq; tam agens quam patiens medium superet, siue sint aequalia, vel inaequalia, tunc simul mouebunt medium motibus contrarijs, sed inaequalibus. ut si sit agens. A. calidissimum, patiens b. frigidissimum, tunc medium calefiet, & frigesiet inaequaliter: nam prope A. medium magis calefiet, prope b. minus: e contra, verò quantum ad frigiditatem, quia agens quodq; minus agit in medium distans, quam in cibi propinquum. Nec tamen reputant inconueniens secundum diuersos gradus a diuersis agentibus motibus contrarijs vnum moueri, sicut nec est inconueniens, duo contraria in gradu inaequali simul esse in eodem.

Reijcitur solutio.

Sed quia videtur paradoxum concedere motibus contrarijs simul & semel aliquid calefieri, & frigeri, & praeterea quia qua ratione noua caliditas. v. g. inducitur, eadem ratione conseruaretur vetus, cum noua & vetus sint eiusdem speciei, & actiuitatis, & naturae: nec ratio reddi potest, quare vna potius manere debeat, quam altera: reijcienda haec est solutio. Verius dicendum ergo est, quod nunquam mouebitur medium motibus contrarijs, sed vno tantum a potentiori agente. v. g. a calido, alterum verò, scilicet frigidum, si calidum sit intra suam sphaeram, reaget in calidum per frigiditatem illam in medio relictam, non secus, ac si ipsum met eam ibi produxisset, imò verò, manente medio in quiete, vtrunq; agens poterit in alterum agere, ut si esset vnum calidum, ut 8: & alterum frigidum, ut 8. nam medium prope calidum esset calidius, & prope frigidum esset frigidius, & in puncto aequae distantiae esset aequae calidum, ac frigidum ut quatuor, & agentia in se inuicem agerent.

1. solutio.

Ad quartum respondet Marsil. Alb. Saxo. & alij, quod repassum reducit se cessante repassioe ad pristinum gradum a se, sicut calefacta aqua ad frigiditatem: aliter etiam potest dici, quod cum totum agens repatiatur, tunc non producit effectus.

Ad 4. 1. solutio.

2. solutio.

effectus similis in illo gradu, in quo erat agens in principio, nec agens a se reducitur ad pristinum gradum, sed si reducitur, ab extrinseco reducitur: cum verò repatiatur secundum partes, tunc cessante repassioe reducitur ab alijs partibus: & sic contingit simile producere, & aequae intensioe, cum passum non ita reagit, ut in totum reagat, sed semper manent partes agentis aliquae in suo gradu, quae non repatiates possunt gradum similem inducere.

Ad vltimum.

Ad vltimum respondetur, quod non est simile de motu locali, & alteratione, eod, quod resistentia motus localis non est actiua: non enim reagit grauitas, vel leuitas in agens: at resistentia in alteratione, est actiua, scilicet qualitas contraria. Deinde similitudo in eo esset si moueretur res vna, & altera motu contrario, ei occurreret, tunc esset actio quaedam, & reactio, cum mobile fortius alterum cogeret retrocedere, & ipsum quoque ex parte retardaretur.

Atque ista sufficiant de hac materia difficillima: per hac enim poterit studiosus auditor multa indagare, & scripta philosophorum perillustrare, & omnia alia intelligere.

CAPVT OCTAVVM.

Quomodo autem potest hoc accidere. Tex. 56.

Intentio Arist. quomodo fiat actio & passio & primo de aliorum philosopho id opinione.

HAtenus quid agere, & pati sint, quae agere & pati dicantur, & quae in particulari, quo actio, & passio fiant, exponere aggreditur: ac primum Antiquorum sententias enarrat, atque impugnat, postea verum actionis, ac passionis modum aperit.

Proponit igitur medium praedictum rursus particularius explicandum: nam dixerat, actionem & passionem fieri per medium similitudinis, ac dissimilitudinis, nunc qualiter hoc fiat examinat.

1. Sententia circa modum actionis Empedocle.

Ac circa actionis modum primam sententiam ponit, quae est Empedocleis, hic enim constituebat omnia corpora porosa plenaque finibus, & vacuitatibus porosis: sicque existimabat fieri actionem, et passionem, quod vltimum faciens, & prin-

cipale, id est, proximum, ac immediatum agens ingrediebatur, per poros alterius corporis passio: imaginabatur enim, cum applicatur lignum igni, quod ignis, qui lignum tangit, quantum ad aliquot partes secundum quas est actus, ingredietur per illos ligni poros, eosque replet, sicque lignum patitur, ignis verò agit.

Cum autem duo corpora conueniebant talia, ut pori vtrorumque essent commensurati, ita, ut alterum per alterius poros se posset penetrare, sicut vinum, & aqua, tunc mixtionem fieri dicebat.

Cum verò vnum erat alteri tantum commensuratum, ut ignis, qui potest lignum ingredi, sed non e contra, tunc erat sola actio, & passio.

Haec autem non in omnibus corporibus, sed in mixtis ponebat; elementa enim secundum ipsum non agunt, & patiuntur, sed solum miscentur inter se.

Addit Arist. quod non solum actiones has alteratius sic ponebat fieri Empedocles, sed etiam sensationes, & quia haec fiunt per medium positum inter obiectum, & potentiam, per quod oportet venire actionem, & corporum partes vsque ad potentiam: ob id dicebat, quod tale medium debet esse transparentis, quod fiet cum corpus habet poros defos, id est, multos, ac frequentiores, & ordinatos, id est, secundum rectum positos ab obiecto vsque ad potentiam: cum enim non recto tramite procedunt, non potest permeare corpus vsque ad potentiam: haec igitur duo corpus faciunt transparentis, & quod magis illa sunt, eod corpus est transparentius: sicque Empedocles philosophabatur.

Via autem maximè & de omnibus.

Tex. 57.

SECUNDAM sententiam ponit, quae est Leucippi, & Democriti, quam ab vniuersalitate laudat, eod quod talia dixerunt principia, ut per ea omnium possent reddere rationem, ac omnes saluare motus, & mutationes, quod non fecit Empedocles, ut dicitur inferius.

Dicit autem, quod isti posuerunt principium, quod est secundum naturam, id est, ut Philop. exponit, non negarunt naturale

principiū, sed illud posuerunt, scilicet esse motū, & mutationē. vel possumus aliter etiā exponere, quod posuerunt atomos, quæ naturaliter erant indiuisibilia corpora, nec ijs in natura minus poterat esse, ob id principiū tale corpus posuerunt. Tamen melior est expositio Philo.

Nota.

Aduerte, quod dicit vno sermone iac si dicat per positionem vnam, & eadem principiorū omnia saluabant, omnium que rationem reddebant, vt superius expositum est; diuersis enim atomorū habitudinib. diuersi sequebantur effectus.

Quidam enim Antiquorum opinati sunt.

3. Sententia de modo actionis Parmenidis.

Aliqui tertiam sententiam hic ponunt, dicunt, puta quod non sit actio, nec passio, cum non sit motus, quod dixit Parmenides: & sic apud hunc non est opus querere, quomodo fiat actio.

Alia expositio Philop.

Et quāuis ista expositio congrua sit, & bona, magis tamen placet expositio Philop. quæ talis est. Cum dixisset superior Arist. Democritū posuisse principiū secundum naturam, addit modo quod dā alios nō sic pcessisse, sed modo opoastro.

Nota 1.

Democritus enim per id, quod secundum naturam, & sensum est, puta motum, venit ad id, quod ignotum sensui est, puta vacuum, dixitque oportere esse vacuum, quia aliter non posset motus consistere, & via hæc bona fuit, quia sensum non dereliquit.

Nota 2.

At alij opposito modo, per id quod ignotum est, secundum sensum negauerunt res sensui notas: hi enim dicebant non esse vacuum, & per hoc, quod ignotum est, negauerunt duo, & motum esse, quia credebant, nō posse esse absque vacuo: negauerunt etiam multitudinem, dicentes, omnia esse vnū infinitum immobile, quia si plura essent, opus erat, quod aliquo vacuo separato, id est, non pleno segregarentur; quod cum non sit, non poterunt esse plura, & sic nec erit actio, nec passio.

Hoc autem nihil differre.

Tex. 58.

Proponit quandam veram responsionem, quā impugnabat Parmenides, v-

ritas est, quod possunt esse multa, & diuisa absque vacuo intermedio, sed solo tactu, quod de facto modo est: distinguuntur enim corpora tactu, eo quod extrema non sunt vnum actu.

Hoc non recipiebat Parmen. sed dicebat, quod adhuc oportet vacuum ponere: nam multa hæc via facere non differat ab eo, quod est multa facere per vacuū: inter duo peti enim poterit, ens, vel est vndiq; diuisum, vel non: si vndiq; est diuisum, tunc nihil erit, erit enim totum vacuū: si autē ens, & mundus secundum has partes est diuisus, non secundum illas, tunc videtur fictum; quia quare potius secundum has, non secundum alias partes.

Præterea quare tantum fuit diuisum, & non ante illum terminum: & similiter quare mundus est tantus, & non maior, cum supersit vacuū adhuc vltcrius, si est finitus.

Amplius similiter est necessarium.

Vltcrius arguebat Parmenides, quod secundum istum modum, quo res multæ ponuntur, adhuc oportet negare motum, quia quantumcumq; res diuisæ solo tactu sint, cum non relinquatur locus, q non sit plenus, videtur, quod nō sit motus; non enim corporum penetratio esse potest: iste est sensus huius loci.

Concludit Arist. quod isti tali ratione concludebant, omnia esse vnum ens immobile, ac infinitum: si enim finitum esset, vltra ipsum esset vacuum, quod cum infinitum esse, in quo propter rationem sensum dereliquerunt, sed non bene.

Amplius aut in rationibus quidem videntur. Tex. 59.

Illos reprehendit tanquam sensui repugnantes: Dicitq; quod si tantum hoc in sermonibus esset, non multum referret, id est, si esset de rebus sensu incognitis: at quia in sensibilibus hoc est, talis opinio similis est dementiae, imò dementia peior; quia nullus est ita demens, vt ignem putet aquā, sicut isti, sed solum in bonis apparentibus propter aliquam assuetudinem decipiuntur, & mala verè putant esse bona. Procedit hoc ex eo, quod volu-

Ratio. r. Parmen. q oportet in qbus cōueniant, & differant. i. differētia.

2. Ratio.

3. Ratio.

Alia quæ opinabatur Parmen. & istdem rationibus.

Reprehēsi Parmen. & secundum philosophorum reliquorum sensum.

voluptate decipiuntur, vel aliqua assuetudine, qua illa bona compererunt, que non sunt. Hoc autem minus est quam errare in istis sensibilibus, quæ tam nota sunt etiam ipsis amentibus.

Leucippus autē existimauit habere.

Tex. 60.

Comparatio sent. Leucippi cum sententia Parmenidis conuenire in aliquo docet, in multis tamen differre, ipsamque explicat. Primò quidem Leucippus adhibuit rationes, quibus cum sensu consentiret, ac quæ sensibus consonarent: puta per quas nec motus, nec mutatio posset auferri, & in hoc cū apparentibus, & sensibilibus conuenit, dum ista non negat.

Conuenientia.

In alio tamen cum his, qui vnum ponunt ens, conuenit, puta, quia affirmat, si non esset vacuum, non esset motus: affirmat etiam quod vacuum non est ens, nec entis pars, & sic, nec cū antè computatur; solidū enim, & plenum solū est ens.

4. differētia.

At iterū differit in hoc alio, quod existimat talia plena, & entia esse plura, & distincta inter se numero infinita; paruitate indiuisibilia, similique esse vacuum affirmat, per quod talia plena feruntur.

Modus generationis, & corruptionis, actionis, & passionis Leucip.

Ex his patet opinio Leucip. circa mutationes atomorū enim, & horū corpusculorum congregationē in vacuo generationem; ipsorū verò separationem dissolutionemque corruptionem vocat: ita etiam verò horum actionē & passionem: & sic per eūdem modum omnia soluat.

Atomos et si se tangāt nō esse vnū.

At ne existimaret quis talia corpuscula; cum se tangunt, vnum effici, addit Arist. quod nō ob id vnum sunt, quamuis se tangant. Reddit rationē Philop. quia, inquit, Leucippus non posuit verum tactum, quia mediabat semper vacuū, sed vocabat tactum, cum valde proxima erant inter se.

Modus alterationis secundum Leucip.

Vltcrius addit, q ista corpuscula; cōposita, & circūplicata generāt. i. ordine; & positione posita faciunt passiones, & sic talis ordinatio alteratio erat. Omnium igitur motuū distinctē ratio p hęc principia traditur à Leucippo, & Democrito. Ex vno autem secundum veritatem non vtiq; Tex. 61.

Dixerat congregatione corpusculorum generationem, dissolutione corruptionem fieri, tactu verò actionē, tamen non fieri ob id vnū, nunc explicat, quod nō fiat vnum verè ex atomis, sed solum per accidens, & secundū cōgregationē: existimabat igitur Leucippus impossibile, & quod ex verè vno, puta ex atomo, si erent multa, cū sit indiuisibile, & vacuo carens, & etiam quod ex verè multis, puta atomis fieret per se vnum, eò quod vacuo distarent: vnitatem igitur per se, ac multitudinem in his constituit.

Quod atomi nō sunt vnū p tactū.

Cōparatio opinionis Leucip. & Empedoc.

Post hæc opinionē Leucippi cum Empedoc. comparat, dicitq; quod sicut Empedoc. ponebat alterationē, seu actionem fieri per meatus, & poros, ita Leucippus omnem mutationē ponit: vniuersalium ergo processit Leucip. nam Empedoc. ad actionem solā cōstituit illas vacuitates, iste ad generationē, corruptionē, & alias mutationes, etiam ad augmentationem: fiebat enim augmentatio, cum noua intrant corpuscula in aliud corpus.

Philop. dicit, quod Empedocles nō posuit poros vacuos, sed aere plenos, qui cederet intranti corpori: At Democritus, & Leucippus vacuos posuerunt.

Ferè autem & Empedoclem necesse est. Tex. 62.

Reducit opinionem Empedocles de actione & passione, ad opinionem Leucippi, idq; ostendit: nam Empedocles debet fateri esse quasdam partes solidas, & indiuisas, nō habentes meatus, & poros: aliter enim si vbiq; porus esset totū, corpus esset porus, totumq; vacuum: sunt ergo ista corpuscula se tangentia, & inter ea mediant pori, quod idem dixit Leucippus. Conueniūt igitur vterq; in modo actionis & passionis, scilicet per ingressum & tactum corpusculorum.

Modi igitur secundum quos hæc quidem agunt.

Epilogat & comparat modos, quibus actio, & passio fit, iuxta Leucippum, & Empedoc. qui duo sunt, & per meatus ut ponit Empedoc. & per vacuum, vt Democritus. hos autem modos cōparat, ex quorundam enim positione cōstituto, & manifeste.

Cōparatio modorum, quibus actio & passio fit, iuxta Leucippum, & Empedoclem.

manifesto apparet, quod sequitur. i. confo-
nant principijs, quæ sequuntur: alijs verò
non hoc accidit.

Expositione enim Democriti ponētis
illa indiuisibilia corpuscula, figura diffe-
rentia, ex quibus omnia corpora compo-
nuntur, & in quæ resoluuntur vltimo, fa-
cile liquet, quomodo generatio, corruptio,
& reliqua sequantur.

At ex opinione Empedoclis hæc om-
nia nõ ita liquent: generatio enim & cor-
ruptio mixtorum facile intelligitur ex
congregatione vel dissolutione elemen-
torum, at ipsorum elementorum genera-
tio non constat, quia secundũ ipsum ele-
menta, non habent principia, quomodo
ergo ipsorum corpusculã, & magnitudo
congregata generetur vel dissoluatur, nõ
potest secundum dicta Empedoclis reddi
ratio: nec enim ignis, nec aliorum vllum
elementorũ principium habet, sicut po-
suit Dem. & Plato. Hic enim superficies
esse elementorum principia posuit: ille
verò atomos & indiuisibilia corpora.

Imò nec, est manifestum in doctrina
Empedoclis, quomodo fiat alteratio: nõ
hic solum accidentia posuit in elemētis,
ab ipsisq; inseparabilia, & elementa in-
transmutabilia inter se posuit, ex quibus
sequitur, alterationem esse non posse, vt
diximus supra textum primum: Dem. ve-
rò in variatione situs, & ordinis atomo-
rum alterationem facile collocauit.

Tantum enim differt, vt non eodem
modo. Text. 63.

Platonis cum Leucippi opinione sen-
tentiam confert. Vterque enim omnia
corpora tam mixta, quàm quæ elementa
dicuntur, ex indiuisibilibus compone-
bat. Sed erat inter eos duplex discrimen.
Primò: nam Plato indiuisibiles superfi-
cies ponebat: at Leucippus indiuisibilia
corpora. Secundo Leucippus corpora quæ
que componebat ex infinitis atomis sin-
gulis habentibus figuras distinctas, & sic
posuit figuras infinitas: at Plato finitas
posuit figuras, & principia: conueniunt
tamen, quòd vterque posuit indiuisibi-
lia figurata, quæ numero, & multitudi-
ne differrebant.

Comparatio
opin. Leuc.
& Platonis.

1. different.

2. different.

Et nota secundum Philoponum. hunc esse
sensum huius loci, quamuis videatur
significare litera, quòd singulæ atomi fi-
guras habeat infinitas. Sensus enim oppo-
situs est, scilicet quòd solida ex infinitis
diuersarum figurarum atomis constar.

Tertio differunt in modo faciendi ge-
nerationem, nam Leucippus dicit per ta-
ctum atomorum simul cum vacuo fieri
generationem, ac Plato per solum su-
ficiendum tactum; quia negabat esse vacuũ.

Statim excusat se ab impugnatione i-
starũ opinionum, dicens, quòd contra su-
perficies dictum est li. 3. de celo: simul et-
iam cõtra solida indiuisibilia: vnde relin-
quatur modo speculatio inconuenientiu-
um, quæ ex hac opinione sequuntur.

Vt autem parũ egredientes dicamus.

Text. 64.

QVAMVIS se nolle impugnare a-
tomorum opinionẽ superius dixerit, ex-
cusatione facta dicit, quòd digressione
quadam vti liceat, vt contra eam parum
disputet. Et aduerte, quòd quæ dicit con-
tra istam opinionem, sunt quæ pertinent
ad hanc tractationem, de mutatione. Est
igitur primum argumentum contra Leu-
cippum tale, vt Philop. exponit: nam se-
queretur ex opinione ipsius, quòd neces-
sario atomi essent impassibiles, & ex hoc
vltimis, quòd nõ possent agere, & ex hoc
quòd nihil ex frigido calidũ, & ex duro
molle fieret, quòd est contra sensum.

Prima sequela probatur, quia nihil pati
tur, nisi per vacuũ, atomi in se nõ habent
vacuum, sed solidi sunt, vt ipsi fatentur,
ergo non possunt pati: pbatur sequela se-
cunda, quia si non possunt pati hęc, nec il-
læ possunt agere, cũ desit id, in quod pos-
sunt agere, ex quo tertia sequela nota est.

Secundum hanc expositionẽ illud ver-
bum, neq; enim durũ tenetur illatiũ, pu-
ta, quare neq; durum possibile est esse.

Hęc expositio bona est, sed forsã est
alia melior, & textui magis conueniens,
puta quòd inferat duo inconueniẽtia il-
lata ex duobus dictis Leucippi: alterum
inconueniens est, quòd essent atomi im-
passibiles: alterum quòd nihil esset effe-
ctiuum, nec esset actio.

Prius

Nota ex
Philop.
3. different.

Refellitur
sententia de
atomis Leu-
cip. & Dem.

1. arg. ex im-
passibilitate
atomorũ.

Altera ex-
positio A-
risto.

Prius probat ex vno ipsius dicto, quòd
passio fit per vacuum, & atomi non ha-
bent in se vacuum: posterius probat ex al-
terio ipsius dicto.

Nota in o-
pin. Leucip.

Vbi attende, quòd Leucippus, vt in se-
quenti textu apparet, posuit qualitates
in atomis quibusdam, ita tamen, vt non
poneret contrarias qualitates in alijs: sed
credo, quòd existimabat, illas esse harum
priuationem vel distantia: posuit enim
calorem, sed non frigiditatem positiuam:
posuit duritiem, sed non molliem: po-
suit grauitatem, sed non leuitatem: sed
hæc erant illæ aliæ secundum quod mi-
nus, vel aliter inter se habent atomi.

Ratio cõtra
Leucip. col-
ligitur.

Ex hoc igitur arguit Arist. quòd non
est actio, nec atomus efficit, quia deest
contrarium, & enarrat duo. i. nõ est fri-
gidum, nec durum secundum ipsam, at
actio inter contraria est.

Nota. Aduertendum autem, quòd durum
positum est pro exemplo: nam non ne-
gavit durum esse Leucippus: sed molle,
& nota expositionem nostram, cui tex-
tus sequens consonat.

2. argumen-
tum ex affe-
ctionibus,
seu qualita-
tibus ato-
morũ con-
trarijs.

Quãuis hoc inconueniẽs sit, Text. 65.
Argumentum secundum facit con-
tra hoc secundum dictũ Leucippi, quòd
in proximo textu exponebamus, & tale
est: vnum contrarium in natura non est
absq; altero existente: si ergo figuræ quæ-
dam, scilicet rotundæ atomi calidæ sunt,
oportet profectò in alijs figuris, & ato-
mis frigiditas insit, & simul sint, & opor-
tet alia cõplere contraria, puta, cum gra-
uitate leuitatem ponere, & cum duritie
molliem.

Nota. Et nota sensum: dicit enim, quòd si
quia ponitur calor, oportet frigiditatem
ponere, etiam cum ponatur durities, &
grauitas, oportebit harũ cõtrarias quali-
tates, scilicet molliem & leuitatem dare.
Sed tamen grauius secundum exce-
sum. Text. 66.

3. arg. ex a-
tione ato-
morũ, vnus
in alterum

Tertium argumentum facit contra
tertium dictum Democriti, dicebat hic
atomos, alias grauiores esse alijs. Ex hoc
arguit, & reducit ad contradictionem: si
datur excessus in vno contrario, puta, in
grauitate, dabitur etiam in alio, puta, in

caliditate, eritque vna calidior altera: vl-
terius ergo vna agit in alteram, nec erit
impassibilis, quia impossibile est, quin
magis calidum non agat in minus cali-
dum; intensum enim, & fortius agit in
debilius eiusdem rationis.

At qui si durum, & molle.

Text. 67.

Eiusdem rationis est hoc argumentũ,
ob id non tanquàm nouum compute-
tur: dicit ergo, quòd si durum est, simili
ratione molle erit: quòd si mollis est ato-
mus, profectò passibilis erit: hoc enim est
molle ipsum, quòd facile patitur, facile-
que cedit agenti, & diuidenti.

Cõfirmatur
3. argumẽt.

Sed tamen inconueniens est, si nihil
inest. Text. 68.

Quartum argumentum facit, quòd la-
tius extendit Philop. plures partes addẽs
argumento: nos tamen, quæ Arist. dicit, ne,
seu enumeratione.

4. argum. ex
pluriã par-
tibus diuisio-
ne, seu enu-
meratione.

Argumentum igitur est. Istis atomis
vel insunt qualitates præter ipsarũ figu-
ras, vel non; si non, inconueniens vide-
tur esse, cuius rationem dat Philop. quia
tunc nec cõposita ex ipsis haberẽt quali-
tates, quòd est contra sensum: nam quòd
non est quale, non facit quale.

Si verò insunt qualitates, tunc vel sin-
gulis singulæ. i. vni atomo non inest nisi
vna qualitas, vt frigiditas, alteri altera, vt
durities, & sic de alijs, vel non ita, sed vni
plures, ita, vt vna insit, & possint alię in-
esse, vt sic sit calida, vt possit altera inesse.

Si non, nisi vna, tunc essent singulæ
naturæ diuersæ, cum vna non sit in potẽ-
tia ad alterius qualitatem, & sic non so-
lum figura, sed etiam natura differrent,
nullaque esset actio.

Quòd si plures insunt vni, sequitur,
quòd nõ erit atomus indiuisibilis, quia o-
portet dare partem, in qua vna sit quali-
tas, & partem, in qua recipiatur altera, vt
si ex calida sit frigida, aliquid erit secun-
dum quòd sit calida, aliquid secundum
quòd sit frigida futura: sic etiã de alijs ac-
cidentibus: Est aut notandũ, quòd non
oportet hoc intelligere de parte integrã-
te: nam notum est, quòd secundũ idem,
quod

Nota circa
sensũ Arist.

Fff

quod erat calidum, potest postea esse frigidum, sed loquitur de principio, ut sit sensus; debet habere aliquid secundum quod est actu, & aliquid secundum quod est potentia, puta, materiam & formam, vel actum & potentiam, & iam atomus erit composita, nec erit principium.

Alter sensus Arist.

Tamen mihi magis placet, quod intelligat de parte integrante, ut sit sensus, quod ex calido sit frigidum, debet esse diuisibile, & plures habere partes, ut secundum unam sit sub termino a quo, secundum aliam sub termino ad quem; aliter non esset motus: & ita loquitur lib. 6. Physic. text. 49. nam loquitur de calefactione, & alteratione nota, quae est secundum extensionem: nam quae sit secundum intensiorem, non est ita nota, ut declarauimus in expositione illius textus libri sexti.

Hoc enim & solida, & plana.

Text. 69.

Id est in conueniens inferitur contra Platonem, quod fuit illatum contra Leucippum.

Dupliciter exponit hunc locum Philo. mihi tamen magis placet expositio Averrois, ut reducat ad idem inconueniens Platonem, qui posuit superficies indiuisibiles esse principia, & Democritum, qui posuit corpora, & atomos.

Dicitur igitur, quod eodem modo sequitur, non habere qualitates illas superficies, nec esse quales, sicut dicebatur in precedenti textu de atomis: & hoc ostendit, quia tales non possunt fieri rari, vel densae, vel habere aliam qualitatem in se, nisi ponatur vacuum intra eas, vel iatra atomos; quod tamen negabat uterque.

Nota circa expositionem litterarum.

Mihi magis placet, quod ista verba [neque enim rariora &c.] respondeant ultimis antecedentis textus, in quibus conclusit, non solum non habere illas qualitates, quas dixerat, & passiones, puta, in frigidare, & calefieri, sed nec alias, & has modo exprimit: & hoc mihi conformius videtur.

Amplius autem inconueniens est.

Text. 70.

5 arg. contra dictum Democriti, & Leucippi. Ex quantitate atomorum.

Quintum argumentum facit contra dictum Democriti: dicebat enim ista corpuscula esse parua, & propter paruitatem esse indiuisibilia: contra hoc facit ingeniosum argumentum, in quo ostendit deceptionem Democriti: Magnum, & par

uum eiusdem sunt generis, & utrumque quantitatem sequitur, ergo si paruis inest esse omnino indiuisibile, etiam inerit magnis; diuidi enim, & non diuidi, quantitates sunt.

Dupliciter dicitur indiuisibile.

Ut ostendat autem fallaciam, distinguit indiuisibile duplex: alterum, quod difficulter diuidi potest: alterum, quod nullatenus potest. Dicitur igitur, quod rationabiliter dicitur, parua esse indiuisibilia, quia difficilius diuidi possunt: magna autem facile diuiduntur, cum multis offendant, id est, ex multis constent, & multis occurrant.

At dicere, parua esse omnino indiuisibilia, hoc est praeter rationem: errauit ergo Democritus, ex difficultate colligens impossibilitatem: sic enim non esset ratio, quare parua potius, quam magna essent indiuisibilia.

Amplius autem, utrum vna omnium.

Text. 71.

Sextum facit argumentum. Ille atomi, vel differunt in natura & essentialiter, sicut apud nos ignis & aqua, vel non differunt, nisi numero, sicutque eiusdem speciei, sicut diuersae partes aquae: si hoc posterius, tunc oportet dare causam quae diuisit, & secuit has atomos, cum ex sua natura sint unum; quam causam non assignat Democritus.

6 arg. ex natura atomorum.

Uterius sequeretur, quod cum iterum conueniunt & congregantur fierent unum, sicut ex multis particulis aquae, vna fieret aqua, quod tamen negabat Democritus.

Si vero des prius, tunc sequitur, quod sint aequales, id est, differant, & singulae particulae, & atomi habeant suas naturas praeter figuras: iam ergo secundum tales naturas erunt principia, non autem secundum figuras, cum absque his differentiam habeant. Argumentum est optimum.

Amplius autem differentia natura.

Text. 72.

Septimum facit argumentum, quod non est argumentum principale, sed deducens ad aliud inconueniens, si tales naturae essent diuersae, sequeretur, quod si se tangerent, inuicemque approximatae essent, mutuo agerent & paterentur, quod est

7. vel deducitio quaedam antecedens

est contra Democritum: & hoc patet, quia essent iam aliquo modo similes, puta, generare, specie verò dissimiles: inter talia autem actio est.

Amplius autem quid est quod mouet.

Text. 73.

7. Principale ex causa motrice atomorum.

Septimum principale argumentum facit. Cum congregantur atomi, vel a se vel ab alio mouentur: si ab alio, iam sunt passibiles secundum se contra Democritum: si a se, ergo oportet distinguere partem moram, & partem mouentem, tuncque erunt diuisibiles singulae, vel si non distinguantur tales partes, eidem, & secundum idem inerunt contraria, scilicet moueri, & mouere.

Nota.

Nota, quod hoc non solum procedere potest de parte integrante, sed etiam de materia & forma: nam Democritus utrumque negabat, quia atomos ponebat rerum prima principia.

Et non solum materia erit numero.

Text. 74.

Obiectio contra 7 argum.

Verba haec continuanda sunt cum praecedentibus. Posset enim quis dicere, quod contraria possunt eidem inesse, & moueri, & mouere, sed vni quidem subiecto, sed potentia non vni, sed secundum aliud: & aliud, ut animali inest motus a se.

Solutio.

Ad hoc respondet, quod argumentum concludit, quod vni contraria inerunt, non solum vni, quia est vna materia & subiectum, sed quia potentia & principium, est idem: nam secundum Democritum, atomus est corpus simpliciter indiuisibile, & simplex non ex alio constans principio, nec in aliud principium resolubile: vni ergo secundum idem prius subiectum, & rationem contraria inerunt, si se mouet. Hoc discussimus supra in quaest. 14.

Quicumque igitur per meatuum motum. Text. 75.

1. arg. contra Empedoclem in ordine, nec pugna do actione per poros.

Mihi placet expositio Philop. in hoc loco, dicit enim quod Arist. facit argumentum contra Empedoclem. hic enim dixit, passionem esse per susceptionem intra poros, posuit tamen poros non vacuos, sed corpore repletos.

Dicit autem Arist. quod illis, qui po-

nunt passiones fieri per susceptionem intra poros, qui tamen pleni sunt, superfluum est tales poros ponere, quia etiam illis remotis, & toto existente continuo adhuc posset passio fieri: nam sicut expellit corpus inclusum in poro, posset expellere partem rei & continuo, praesertim cum continuu est etiam facile cedens: & hoc potest esse certum argumentum principale.

Amplius autem quomodo contingit. Text. 76.

Prosequitur impugnare Empedoclem, & facit nonum argumentum, quo probat, non posse nos videre, & prospicere illo modo, quem assignabat ipse, & est argumentum: si visio sit illo modo, tunc vel radij visuales trahuntur per tactus, vel per meatus & poros: [vocat tactus partes solidas] non per tactus, ut non est, quia superflui essent pori: non etiam per meatus, quia hi secundum Empedoclem sunt pleni corpore: quod si per tale corpus possunt penetrare, possent etiam per totum solidum penetrare: & sic superflui essent pori. Nec potest dici, quod cedit corpus inclusum, quia eadem ratione posset cedere pars solida.

2. arg. contra Empedoclem in ordine.

Excludit duas responsiones: altera est, dici posset, quod porus est vacuum, non tamen separatum, sed habens corpus ex necessitate, & per hoc transit radius.

Excluditur 2. solutio.

Contra hoc arguit, quia pono, quod repletur corpore, ut re vera est repletus aer, tunc non posset esse visio, quia se penetraret cum illo radius, & sic posset eadem ratione esse absque poro visio: nec potest negari, quin visio fiat per aerem semper etiam repletum.

Prima.

Altera est, quod illi pori sint vacui tam parui, ut non capiant aliud corpus, nisi radius: hoc excludit, quia absque ratione dicitur esse, tam paruus vacuum, ut non capiat corpus. Primum, quia qua ratione datur vacuum, dabitur magnum, quia magnum et paruuum, non mutant naturam vacui.

2.

Praeterea secundum, quia re vera non est aliud vacuum, quam spacium, & profundum corporis internum. v.g. vacuum inter latera vasis non est aliud, quam ipsa profunditas aquae existentis in vase: si er-

go oporteret vacuum ponere, illud cor-
pori equale oportebat ponere: nullo igitur
modo potest sic visio fieri, super-
fluumq; est meatus & poros pro visio-
ne collocare.

Omninò autem meatus facere su-
perfluum.

3. arg. cōtra
omnes si
mul illas ve
rerum sentē
tias ex tactu
agentis.

Ultima & ingeniosa ratio has in v-
niuersum confutat sententias, qua pro-
bat, quòd per tactum solū fiat actio: ar-
gumentum est. Agens, vel agit tactu, vel
non: si sic, ergo frustra sunt pori, & me-
tus: si nō, ergo quamuis per poros ingre-
diatur: non aget, quia ingredi non est a-
gere, sed applicari, vt agat: necessariò igitur
fatendum est secundū tactum agere
esse, & pati, poros ergo ponere ad hoc,
aut falsum est, aut vanum, & inutile.

Obiectio.

Dices, non possit agens agere, nisi se
coniungeret cū partibus pati, & ad hoc
sunt necessarij pori.

Solutio.

Excluditur hoc, quia fat est, quòd pas-
sum sit vndiq; diuisibile, vt possit tangi:
non sunt ergo pori necessarij.

Hęc sunt, quæ Aristoteles contra an-
tiquos dicit, quæ quia parū nunc tem-
poris vtilia sunt, breuiter exposuimus,
contenti cum ipsa clara, & facili textus
expositione.

CAPVT IX.

Quo autem modo in fit genere.
Text. 77.

Modus a-
ctionis.

Aristotelica
agentia age-
re in quan-
tū sunt actu
& per tactū
immediatū
vel media-
tum. Distin-
ctio aliud ef-
se ens actu,
aliud po-
tentia.

Quod est po-
tentia tale
est aptum
pati.

Riecta Antiquorū sententia, suum
nunc modū proponit: modus au-
tem in hoc cōsistit. Primò enim id
agit, quod est actu, secundū id, quod a-
ctu est: id verò patitur, quod est potentia
tale secundum quod est potentia: modus
& per tactū autem est per tactum, vel immediatum
ipsius agentis & patientis, vel media-
tum, vt declarabitur.

Proponit igitur distinctionem, aliud
esse ens actu, aliud potentia: quæ diuisio
est intelligenda secundum eandem for-
mam, neimpè aliud est calidū actu, aliud
calidum potentia: aliud actu frigidum,
aliud potentia frigidum.

Proponit etiam, quod est potentia ta-
le natum esse pati, id est, est subiectū pas-
sioni aptum. Explicat autem, quomodo

sit aptum pati, puta, secundum se totum,
ac si dicat, quod est tale potētia secundū
se totum, aptum est pati, & non vt antiq.
volebant, secundum vnam partem pati,
secundum aliam non.

Quamuis verum sit, quòd quo magis
vel minus est in potētia, eò magis, vel mi-
nus pati sit aptum: & ex hac parte vide-
bitur esse meatus, si quis vocet meatus
partes magis passibiles, quales sunt venæ
protensæ intra terram, ex quibus fiunt
metalla, tamen hæ non sunt propriè di-
cendæ meatus.

Attende autem, quòd ista verba sunt
legendā cum suspensione, vt vult Philo-
sophus, est enim consequentia conditionalis, ex
qua inferitur in textu sequenti, continuū
non pati à se, vt exponetur.

At quāuis ista expositio bona sit, tamē
subtilius, & forsan accōmodatius potest
aliter exponi, vt velit Arist. Primò con-
stituere hoc, quòd passio nō fit eò, quòd
aliquid secundum vnū patiatur, puta, se-
cundum poros: secundū alterum non pa-
tiatur, puta, secundum solidas partes, sed
secundum se totū patiatur aliquid: hoc
autem probat, quia sicut aliquid est actu
totum, vt agat, ita est aliquid totum, vt
patiatur, scilicet, quòd est tale potentia,
& quo magis potentia, eò magis erit pas-
suum; secundum hanc expositionem il-
lud [autem] non continuatiuè, sed illati-
uè intelligi debet.

Subdit statim, cum dixisset, aliquid
magis pati, quo minus est potentia, quòd
ex hac parte meatus magis videntur esse,
id est, meatus non sunt ad actionem, seu
passionē necessarij, sed ad facilitatē pas-
sionis, quod exemplo comprobatur: cum
enim fodiuntur metalla, apparent protē-
sæ venæ continuæ, & viç, quibus facilius
extitit passio circa illas terræ partes.

Connatum igitur vnumquodque,
Text. 78.

Duo alia circa passuum asserta adiū-
git: alterum est, quòd continuū, quòd
vocat connatum ad excludendum conti-
nuū, nō patitur à se, id est, nihil agit in
sibi continuū: hoc autem de continuo
non solum in quantitate intelligi debet,
sed

Quo pl^s vel
minus est
potentia ta-
le, eò plus
vel minus est
aptum pati.

Nota circa
literaz Arist.
expositionē

Alia expō.
Arist.

Pori potius
ad facilitatē
actionis q̄
ad necessita-
tem ponē-
di erunt.

Nihil agit
in sibi conti-
nuū & om-
nino simile

sed etiam in qualitate, ob id dixit conna-
tum: nam vna potest pars cōtinua in quā
titate alterare alteram, vt notum est, sed
non, si eiusdem sit rationis ytraque.

Alterum est: vbi non est tactus actiui,
& passiu, non est actio, vel passio, est igitur
necessarius tactus, vel immediatus, vt
ignis tangat lignū, vel mediatius, vt tan-
gat, id quod tangit lignū, est igitur tactus
sine quo passio non est, & per quem pas-
sio est, cum ponitur actiuum & passiuū:
illud est actu, hoc verò potentia.

Existimare autem tum pati, tum au-
tem non. Text. 79.

Cum dixisset, passum nō sic esse, vt par-
tim pati, partim non pati possit, sed sicut
totum est in potentia, sic totum pati pos-
sit, nunc cum hoc dictum sit, explicat, cu-
ius opinionis sit illud dictum asserere, do-
cetque, quòd omnes, qui ex magnitudi-
nibus indiuisibilibus corpus componūt,
illud fateri tenentur, vt corpus tum pati,
tum non pati possit, quia secundum par-
tes illas indiuisibiles pati non poterit, vt
dictum est.

Imò nec erit tale corpus continuum:
non enim diuisibile additū in indiuisibi-
li continuum facit, cum nec maius faciat,
nec ei possit copulari.

Statim addit, quòd si ista opinio falsa
est, & omne corpus, ac magnitudo est di-
uisibile, tunc profectò nihil refert, nec est
necessarium ad actionem dicere, quòd ta-
les partes diuisæ sint, & se tangant per
poros, vel dicere non esse actu diuisas, sed
diuisibiles, vt iam dictum est.

Vt enim ipsi componentes ex tactib.
id est, diuisibilibus continuū, dicunt li-
cet non sit actu diuisum, posse tamen a-
ctu diuisum esse: ita etiam nos dicemus
qui ex diuisibilib. cōponimus continuū:
non enim opus est actu partes diuisas ef-
se ad actionem, fat est, vt continuū di-
uidi possit, & postea actu diuidatur: ex
possibili enim non sequitur impossibile.

Omnino autem hoc generari
modo.

Impugnat vltimo hanc sententiā du-
biperitū est plici argumento: sententia est, quòd pa-
tiatur res per poros, in quibus agens in-

grediens velut scinditur, scinditq; ipsum
passum. Argumentum primū est, quòd
ex hac sententia sequitur, quòd non sit
alteratio, nihilq; alteretur.

Et istud est contra Platonem, qui dice-
bat corpus continuum esse ex indiuisibi-
libus, tamen per passionem diuidi: seque-
la ostenditur in sequēti textu, puta, quòd
non sit alteratio.

Videmus enim idem corpus. Text. 80.

Experientia probatur, quia idem cor-
pus continuum manens aliquando hu-
midum, aliquando aridum, siccumque
conspicitur, in quo constat, nullam diui-
sionem esse factā contra Platonem, imò
nullam atomorum transmutationem,
nec versionē contra Democritū, cum sub
eadem maneat figura: non ergo alteratio
fit illo modo, nec necessaria est diuisio,
vel si illo modo fit, sequitur, illud durū
non esse alteratum, quod est falsum.

Coguntur ergo isti alterationem au-
ferre, negantes alterationem hanc, quæ
tamen posita destruit ipsorum senten-
tias, vt notum est.

Nec potest dicere Democritus, quòd
apparent atomi duræ, & occultantur hu-
midæ: nam totum profectò erat ante hu-
midum, vt patet in aqua, & totum postea
durū per congelationem. Attende, q̄ iste
particulę vocatur indiuisibilia molibus,
& quantitatib. i. quātitates indiuisibiles.

Amplius autem neque augmentatio
nem. Text. 81.

ALTERVM argumentum est, quòd
ista sententia etiam aufert augmentatio-
nem, & diminutionē: probatur hoc enim
est verum in augmentatione, quòd totū
augetur, & quælibet pars ipsius: si igitur
non aliter fit, quàm appositis quibusdā
partibus, vt isti dicunt, profectò totum
non mutatum erit, nec auctum.

Explicat autem non solum auferri au-
gmentationem, quæ fit aliquo extrinse-
co accedente, & imposito, quod fit in vi-
uentibus, sed cū augetur aliquid, quia se-
cundum se mutatur, vt cum fit ex aqua
aer, vt dicit Philop. vel potius cum ali-
quid sit maius per rarefactionem, non ac-
Ffff 3 cc.

tentiam im-
pugnans
quæ poros
ad actionē
necessarios
constituit,
& indiuisi-
bilia.
Nota.

1. patet expe-
riencia eos
tollere alte-
rationem.

Reijcitur
obiectio
pro Demo.

2. Probatur
eos tollere
augmenta-
tionem.

Epilogus. Tandem epilogat, dictum esse, quod agere, & pati, & secundum veram opinionem, & secundum alios, qui aliter dicebant, sed non contingebat ita esse, nec erat possibilis talis opinio.

QVAESTIO XVI.

An indivisibile possit alterari.

De quibus indivisibilibus intelligatur questio.

1. argum.

Difficultas haec insurgit ex tex. 64. vbi Arist. dicit, indivisibile esse impassibile, & alterari non posse. Attendant autem quod non est sermo de indivisibilibus immaterialibusque substantiis, has enim alterari non posse certum est. loquendo de hac sensibili alteratione; sed disputatio est de indivisibilibus habentibus positionem, qualia sunt lineae, puncta, superficies.

Videntur autem huiusmodi indivisibilia posse alterari. Primo, illud potest alterari, quod est per se susceptivum qualitatum sensibilium: at huiusmodi, puta superficies, sunt susceptivae per se qualitatum sensibilium, sunt ergo alterabiles: consequentia est nota cum maiori: minor probatur: colores sunt qualitates sensibiles, at hi in corporum superficie solent, quod patet ex Arist. 5. Meta. cap. 17. vbi dicit superficiem, secundum se esse albam, corpus enim album est per superficiem: & lib. de sensu, cap. 3. dicit, color esse in extremitate, id est, superficie. Sunt igitur superficies alterabiles secundum colorem, quod si secundum colorem, etiam erunt secundum primas qualitates, non enim fit alteratio in secundis, nisi per primas.

Secundo, Actio & passio secundum Arist. non sunt per penetrationem agentis in passio, nec per partium agentis ingressum in meatus passivi, sed solum secundum tactum: ergo ibi primo erit actio vbi est tactus, sed tactus duorum corporum non est nisi in superficie, ergo in ea sola erit actio & passio, sicque alterabitur indivisibile.

Tertio, Agens prius, ac magis agit in id, quod sibi est propinquius, quam in remotis, sed superficies passiva est sibi propinquissima omnium partium passivae: ergo in eam prius, ac magis agit, & consequenter ipsa patitur.

Quarto, Ex communi dicti Perspectivorum, quod radij incidentes in aliquo punctum, ab eodem puncto se reflectunt, ergo illi radij puta luminis, vel caloris, vel alterius similis qualitatis in puncto recipiuntur, ergo punctum tale alteratur.

Ultimo, puncta, lineae, superficies, moventur localiter saltem per accidens ad corporis motum: ergo pari ratione alterabuntur saltem per accidens, recipientesque qualitates in se: igitur si separata essent, possent per se alterari, quia partes quantitativae ob id separatae alterantur per se, quia in composito per accidens alterabuntur, recipiebantque qualitates: quod si hoc etiam inerat indivisibilibus, utique separata possent alterari per se. Haec sunt argumenta circa quaestionem.

Vnum tamen est argumentum aliud contra Arist. quia videtur, quod non concludat contra Democritum: hic enim non posuit atomos indivisibiles, ut puncta, sed tanquam minima corpora naturalia: constat autem, quod huiusmodi indivisibilia nihil prohibet alterari.

In hac difficultate duplex est opinio philosophorum, altera est Pauli Veneti in summa, cap. 24. qui docet, huiusmodi indivisibilia habentia positionem, non posse per se alterari, quia per se, & separata non sunt capacia qualitatum: at per accidens; ut sunt in ipso continuo corpore, possunt quidem alterari, & de facto alterantur.

Altera est opinio Alber. Saxo. q. 17. & Marfi. q. 20. qui nullo modo indivisibilia posse alterari affirmant, praesertim puncta: rationes huius extra modum prolixè ab ipsis traduntur, sed breviter, ac dilucidè sunt istae. Prima est, sequeretur, inveniunt, quod aliqua qualitas posset esse finita, & infinita simul, quod est impossibile, hoc deducitur, vno supposito, quod si punctum aliquo modo calefit, debet aliquem in se recipere calorem: tunc detur talis calor, vel est infinite remissus, vel non, sed finita habens remissionem: non potest dici, quod sit infinite remissus, quia sicut nulla est quantitas infinite parva, nullaque substantia infinite imperfecta, ita etiam nec ulla qualitas infinite remissa: quod si aliquam finitam habet remissionem,

4.

6. argu. contra Arist.

2. Opia.

2. Opia.

1. Ratio.

Suppositio cui nititur ratio.

Vis prima rationis.

2. Ratio.

Nota ex Alber. causam cur in distantius agit agens, & cur inten-

nem, ergo tanta, quanta ipsa est, poterit esse in aliquo divisibili subiecto, ut notum videtur esse: sed si hoc ita esset, sequeretur, quod esset infinita.

Quod, pro supposito vno, certissimo principio, puta dato aliquo calido vni-formi, si calor vnius medietatis superponeretur alteri, tunc talis pars esset in duplo calidior, & intensior. v.g. sit pedale vni-formiter calidum ut quatuor, si totum calorem vnius medietatis superponeres alteri, resulteret haec calida, ut octo: & si superponeres tertiae parti, esset triplo calidior, scilicet ut duodecim: & si quartae in quadruplo, & sic consequenter: unde fit, quod si in puncto poneretur, esset infinitus calor, quia vinceret quaecunque proportionem partium, quae proportionaliter procedentes sunt infinitae.

Ex hoc sumitur argumentum. Calor iste positus in hoc extenso subiecto est totus congregatus in puncto, ergo in puncto infinitus: est ergo finitus, & infinitus simul calor, quod est impossibile: nullo modo igitur calor est in puncto, nec in indivisibili aliquo, ob id nec alterari potest: idem, quod de calore dico, dicitur de alijs alterationis qualitatibus.

Secundum argumentum est: quod nullo modo potest agere, non potest aliquam in se recipere qualitatem alterationis: at punctum non potest agere, etiam si haberet calorem intensissimum, non ergo potest illum recipere, nec secundum illum alterari: probatur minor, si ageret, aut in mediatum passum, aut in immediatum: non in hoc, quia punctum non potest tangere punctum.

Quod etiam non possit in mediatum, sic ostenditur: supposito, quod quantum auferatur de agentis extensione, tanto minus remotè agit: ut si tripedale agit per stadium, si auferatur pedale, in minus aget, & si magis auferatur adhuc in minus: cum igitur sit omnis ablatio facta in ipso puncto, non poterit agere in distans villo modo.

Attende hic vnum, quod docet Alber. nempe extensionem agentis esse causam, ut agat in distantia, & quo extensum magis vel minus est, eo magis in distans magis vel minus, & in remotum agit: at in-

tenzione esse causam, ut intensius agat in distans ita, ut si sit pedale calidum agens per stadium, si diminuas extensionem ita, ut quantum auferatur extensionis, addatur in intensione parti, quae restat, tunc talis aget in minus, & minus spacium, semper tamen intensius, quam ante agebat. Hoc reputat probabile Marsilius, quamvis non multum probet.

Tertium argumentum est, quia non contingit calefieri, frige fieri aut alterari absque rarefactione vel condensatione aliqua, haec autem indivisibilibus repugnat, non igitur alterabilia sunt.

Quartum argumentum est. Si in puncto saltem per accidens, inesse calor aliquis, cum in quolibet continuo sint infinita puncta, erit profecto in corpore infinito calor infinitus: quod est impossibile. Haec sunt argumenta horum.

Quid autem mihi in hac parte probabilius appareat, ostendam. Sit prima conclusio. Puncta, lineae, superficies, si per se essent, alterari non possent. Hanc conclusionem mihi persuadeo, non propter rationes factas, quae solui possunt, sed ob alias rationes, quarum prima est. Ex natura qualitatum sensibilium, haec enim per se insunt corpori, sicut simitas naso: quemadmodum igitur simitas non potest alteri inesse, quam naso, ita nec haec nisi corpori, non ergo punctis, lineis, aut superficiebus abstractis possunt competere.

Vnde nota, quod sicut istae qualitates non possunt consistere absque aliquo gradu intensiois, ita nec absque aliquo gradu corpulentiae, & magnitudinis, quem nisi corpora habere non possunt: sunt enim qualitates divisibiles, & materiales multo magis ex sua natura pendentes à corpore, quam forma à materia. Voco corpus trinam dimensionem vel substantiam trinam praeditam dimensione.

Secundo, nihil potest alterari, nisi sit in potentia passiva qualitatem recipiendi, secundum quam est alteratio: sed huiusmodi indivisibilia non habent talem potentiam, cum ista sit materiae, & corporis, ergo alterari non possunt per se.

Tertio est sententia Arist. expressa, 6. Physic. tex. 87. vbi dicit, indivisibilia haec non

sius ad eandem distantiam.

3. Ratio.

1. Concl. Hinc superficies & puncta si essent non possunt alterari per se.

Nota. Qualitas si cut esse non potest sine aliquo gradu intensiois, ita nec sine aliquo gradu corpulentiae & extensionis.

2. Ratio.

3.

non

non solum nō motu locali, sed nec secun-
dū formam. i. alterationē moueri posse,
& in hoc lib. 1. gen. tex. 79. dicit, si non o-
mniquaq; est corpus diuisibile, non om-
niquaq; est passibile, quia qua parte indi-
uisibile est, pati non potest.

Quartō, si linea, punctum, & superfi-
cies possent alterari, cum alteratio dispo-
nat ad formā substantiā, utiq; forma sub-
stantiā posset esse in tali indiuisibili, qd'
est impossibile: non enim nisi in trina di-
mensione consistit forma, sic etiam qua-
litas, quæ ipsius est comes, & dispositio.

Nota-

Nota hic, quōd de corpore, & trina di-
mensione aliud est dicendū. Talis enim
alterari potest, imō de facto experimur in
sanctissimo altaris Sacramento, ubi est
quantitas sine panis substantia, quæ alte-
ratur, dum infrigidatur, & calefit; quod
non esset, si repugnaret naturæ quantita-
tis corporeæ.

2. Concl.
Talia indiui-
sibilia per
accidens al-
terantur.
Nota de in-
diuisibilit.
quomodo
distinguan-
tur à conti-
nuo.

Secunda conclusio. Talia indiuisibilia
per accidens, ut in corpore sunt, alterari
possunt. In hoc mihi placet Paulus Vene-
tus: debes enim recolere, quōd diximus
Physi. 6. huiusmodi indiuisibilia non ef-
se realiter distincta à continuo: nam à par-
te rei vnicum est corpus continuum pun-
ctis, lineis, superficiebus, & partibus com-
positum, & continuatum: intellectus est,
qui diuidit ea, quæ tamen actu in re vnū
sunt: sicut igitur in corpore intellectus di-
uidit ista, in corpore quali, quia albo, vel
calido, vel aliter affecto potest diuidere,
& tunc consurgunt indiuisibilia qualia,
& cum qualitate: totum ergo alteratur,
& in toto continuo recipitur quantitas.

1. Ratio.

Quod patet: Ut enim cum totū moue-
tur, omnia ipsius mouentur per accidens,
ita etiam cum alteratur; quia par videtur
vtriusque ratio.

2. Ratio.

Præterea sequeretur, quōd non esset
quale continuū, quod probo; quia si pun-
ctā & huiusmodi indiuisibilia nō essent,
non esset continuum quantum: ergo nisi
ista essent qualia, non esset continuum
quale. Nec argumenta opposita quicquā
concludunt contra hoc; si quid probant,
potius probant primam nostram conclu-
sionem: tamen ad ipsa responderetur, qua
ex parte sunt contra istam sententiam.

Ad primum oportet negare maximē Ad 1. pro 2.
iporum fundamentum, quod falsum est; sentent.
ob id argumentum nec primam conclu-
sionem nostram probat: fundamentum
erat, quōd calor vel qualitas alicuius in-
tensionis, quæ erat in puncto vel in ali-
quo indiuisibili, ponatur in aliquo sub-
iecto extenso; & quanto, hoc autem est
falsum, & impossibile: sicut enim pun-
ctum vel indiuisibile non potest fieri di-
uisibile, ita nec qualitas ipsius quantum-
cunq; intensa, poterit esse illa eadem ex-
tensa, quia caret extensione.

Vnde considera tu qualitatis intensio-
nem esse sicut lineæ longitudinem. Vti-
gatur linea quantumcunq; longa non po-
test superponi corpori lato, & profun-
do, nec minimæ parti adequatæ, ita etiam
de illa qualitate existēte, & correspondē-
te indiuisibili ipsi. Et hoc nota: consistit
enim in hoc deceptio in argumento; non
enim gradus intensiois puræ possunt ad-
aptari extensioni: & per hoc soluitur ar-
gumentum primum.

Secundum argumentum procedit ex
principio falso: Existimat enim Albertus,
quōd extensio est causa, ut agens agat in
distans, intensio verō ut agat intensus:
hoc autem profectō experientia ipsa re-
fellit; sit enim pedale calidū ut quatuor,
aget vsque ad certam distantiam, si fiat
ut octo, manente eadē extensione absque
dubio in remotius aget.

Præterea est argumentum: sit pedale ca-
lidum ut quatuor vniforme agens vsque
ad punctum d. addatur aliud pedale simi-
le, tunc aget vltra d. iuxta ipsius opinio-
nem: & hoc, quia plura agentia sunt in
d. sed sic est, quōd calor additus in exten-
sione, si addatur eidem pedali in inten-
sione, est melius applicatus ipsi d. ergo
profectō aget vltra ipsum.

Quōd autem sit melius applicatus, pa-
tet, quia distat per lineas breuiores, sicut
medium propinquū est obiecto puncto,
quā extrema latera.

Præterea quia non secundum totam
extensionem agit agens in obiectum, ni-
si secundū illas partes, quæ in tra sphæ-
ram suam habent obiectum tale: cum autem
non taliter se habent, nec in obiectū pos-
sunt

Cōfirmatur
solutio da-
ta.

Ad 2.
Nota quo-
modo se ha-
bet intensio
& extensio
ad actionē
contra Al-
bertum.

2.

3.

sunt

Dupliciter
potest intel-
ligi agere in
remotius.
A c f
d

d

si per impos-
sibile calor
impossibile
falterē daretur
calor in puncto,
tunc a-
geret.

Ad 3. & 4.

Obiectio.

Responsio.

sunt agere, & quantumcunque addatur,
non agent vltra illud.

Vnde nota, quōd agere in remotius
dupliciter potest intelligi, vno modo se-
cundum eandem lineam, ut si A. agit in
c. per lineā d. & postea agat in f. per ean-
dem lineam; quod est agere secundum lō-
gitudinem maiorem vel minorem, & hoc
in tota sphæra vnde quaque altero modo
agere remotius secundū lineas diuersas
tendentis in varia obiecta, qd' exemplo ex-
plicatur. Sit calidum vnū calefaciens per
stadium obiectum distans: sit aliud in re-
ctum per duo stadia idem calefaciens,
tunc hoc in remotius agit primo modo.

At sit aliud calidum agens in A. obie-
ctum sibi: sit aliud etiam agens in A. & in
b. ad latera distans, hoc remotius aget. Et
ut clarius dicam, quōd maior sit extensio,
eō actio in remotius prodit versus illas
partes spatij, versus quas prodit extensio:
tamen versus punctum compositum idē
non semper, imō quōd intensus & acti-
uius est, hoc modo in remoti agit ob me-
liorem applicationem.

Nō tamen negare oportet, quōd si per
impossibile calor in puncto, tunc a-
geret.

Tertium argumentum facile soluitur,
illud enim inest his, quæ alterantur per se:
similiter etiam & quartum: non enim
sunt puncta actu à continuo distincta,
sed potentia: ut igitur in partibus conti-
nui secundum ipsum Alber. sunt gradus
caloris, non tamen ob id actu est in fini-
tus calor, quamuis infinitæ sint partes,
ita etiam de indiuisibilibus dicere oportet,
quamuis non eodem modo sit calor
in parte, & in indiuisibili: in hoc enim nō
est secundum extensionem, seu profun-
ditatem: in parte verō sic.

Dices, si in indiuisibili existens calor,
in puncto, vel linea non habet profundi-
tatem: ergo potest dari calor non in pro-
funditate.

Respondeo, & nota, quōd non valet
consequentia, quia sicut in minimo na-
turali carnis potest signari minor, & mi-
nor particula, non tamen quæ possit per

se subsistere, ita etiā potest in superficie,
vel indiuisibili corporis qualis signari,
& esse qualitas indiuisibilis secundū pro-
fundum, non actu, sed potentia: est enim
actualiter continuata cum reliqua albe-
dine, vel qualitate, sicut indiuisibile ip-
sum cum ipsa quantitate.

Ex his igitur patet responsio ad quæ-
stionem: non enim indiuisibilia per se al-
terantur, nec si separata essent, possent al-
terari, per accidens tamen in corpore al-
terantur ad ipsius alterationem.

Ad primum igitur argumentum re-
spondetur, quōd colores nō sunt in sola
superficie vltima, sed semper in corpore
vel aliqua corporis parte: vnde albedo
faciei est in partibus corporeis, & non in
sola superficie, ut apparet: nam etiā si sit
dealbatio tenuissima, si leuiter radatur,
particulæ sunt albæ.

Ad Aristotelem dico, quōd loquitur
de coloribus, non ut sunt in subiecto, sed
ut sunt visibiles, sic enim in sola sunt su-
perficie, quia in superficie apparent in
corporibus densis, & opacis.

Ad secundum dico, quōd licet tactus
sit in superficie, actio tamen & passio est
in corpore, quia tactus non est ipsa pas-
sio, nec actio, sed conditio necessaria.

Aduerte autē, quōd illa superficies du-
pliciter consideratur: vno modo tantum
ut superficies est: altero modo, ut termi-
nus est corporis: tactus igitur, qui indu-
cit passionem, est superficie, ut est termi-
nus corporis, ob id in corpore est passio:
quia superficies non sunt, quæ se tangūt,
sed corpora secundum superficies.

Ad tertium dico, quod agens agit magis
in sibi propinquus, dum tamē sit susce-
ptiuum passionis, sola autem superficies
non est passionis susceptiuus, sed corpus,
vel corporis pars, ob id superficies non al-
teratur.

Ad quartum attende, quōd naturali-
ter nunquam procedit lumen, vel quali-
tas alia ab agente per radios, qui sint ut li-
nea, sed agens. v. g. illuminat corpus. A.
illuminando medium, & A. illuminatū,
iterum aliud corpus, puta. b. illuminat,
lumen hoc extensum est in medio, & in
A. & postea in b.

Ad 1. in
prin. quaest.

Ad tex.
Arist.

Ad 2.

Nota super-
ficiem dupli-
citer consi-
derare.

Ad 3.

Ad 4.
Nota quo-
modo pro-
cedat lumē,
& alia qua-
litates ab a-
gente.

Nota de
perspectiva
& radijs lu-
minosis.

At per speculum more Mathematico non sumunt totam latitudinem, sed solum lineam rectam indivisibilem in latitudine, & lumen illius, quod tantum intensiorem habet absque extensione, & istud imaginantur cadere supra punctum A. & ab ipso reflire, quia verè aliud lumen producitur ab A. in b.

Vnde verè isti radij sunt, sed non sunt ita separati actu, & sic concedo recipi in puncto, sed non per se, nisi ut in continuo est, & lumen etiam continuum est, & partes habens actu extensas. Hoc argumentum concludit contra Albertum, & Marsilium.

Ad 3.

Ad quintum nego consequentiam vltimam, quamvis enim indivisibilia recipiant qualitatem in continuo, non tamè colligitur, quòd per se reciperet, si essent separata, non enim est simile de partibus: nam in partibus recipitur cum extensione, quæ est necessaria omni qualitati sensibili: at in indivisibilibus non habent extensionem, ob id in illis per se esse non potest, nisi in continuo existentibus, imò in aliqua particula recipitur, dum est in continuo, in qua non reciperetur, si esset per se, ut si esset minor minima, datur. n. minima in accidentibus, ut alibi ostensum est.

Ad 6. Quod
fuit propositum
contra
Arist.

Ad sextum dico, quòd ibi Arist. non dicit indivisibile illud non posse moveri, quia est indivisibile, sed quia non habet porum, qui secundum illos Philosophos erat necessarius ad passionem: argumentum ergo est ex suppositione opinionis Antiquorum.

Obiectio.

At in tex. 79. videtur dicere quòd non sit absolute passibile, nec faciat continuu, quod de pure indivisibili videtur intelligendum.

Solutio.

Dico, quòd loquitur contra Platonem, qui posuit superficies: quòd si velis, ut etiam sit contra Democritum: tunc dicas, quod Democritus quamvis posuerit corpus minimum, tamen quia dixit esse prorsus indivisibile, & simplex, teneretur fateri esse sicut punctum, & sic esset inalterabile.

Nota.

Non dubiu tamè est, quòd si esset minimum, quale nos dicimus naturale, esset vtiq; alterabile, & passibile, ut dictu est in lib. 1. Phys. & sic patet solutio argumentorum.

At circa solutionem tertij argumenti explicanda est propositio communis, & vulgata in philosophia, nempe naturale agens agit per spheram à summo gradu, vsq; ad non gradum vniuniformiter difformiter: philosophi enim experientes, vnumquodq; agens pro sua virtute per spacium aliquod circumstans agere, suamq; diffundere virtutem, & quo virtuosius est agens, eo magis se diffundere, ac in amplius spacium suam actionem extendere, semper tamen finitè, & cum limite, attribuerunt varijs agentibus pro actiuitatum varietate. varia spaciosa, maiora, vel minora, intra quæ possunt agere, non autem extra, taliaq; spaciosa vocauerunt spheram actiuitatum agentium, quia agentia non impedita vndiq; ac circulariter agunt.

Nota de
sphaera acti-
uitatis quo
sit æqualis.

Quare ter-
minus acti-
uitatis sit
sphaericus.

Quare sit
difformis
sphaera acti-
uitatis.

Quare vni-
formiter dif-
formis.

Experientes rursus quod in toto hoc spacio non æquè fortiter agens agit, sed in partes distantes debilius, in propinquiores fortius, dixerunt, quòd per totam spheram difformiter agit, quia non reperitur æqualis gradus in omnibus partibus spacij, & spheræ.

Rursus considerantes rationem, & speculantes, quantum diminuunt partes spheræ in virtute recepta ab agente, dixerunt, quòd in qua proportione pars distat ab agente, in eadè minuitur virtus, ut v. g. sit A. agens calidum ut octo, agens per stadium, tunc in prima parte sit v. g. calor ut sex, in secunda esset ut sex, ablata quarta parte, & in tertia, quod superest, ablata etiam illius quarta, & sic consequenter, & quia in eadem decrescit proportione, dixerunt, quòd agit vniuniformiter difformiter: vniuniformiter propter similem proportionem in decremento; difformiter propter graduum inæqualitatem.

Rursus considerantes, quòd in medio dū est actio, nunquā est tantus calor quā in ipso agente, protulerunt, quòd actio incipit à summo gradu intrinsecè, & iste gradus dicitur summus eorum, qui in medio sunt, solumq; est in agente.

Quo incipi-
at intensio
actiuitatis
in sphaera.

Versus finem tamè terminatur extrinsecè, ut detur terminus ad quem, non attingat virtus, & citra illum virtus agens attingat, quod vocant, minimum quod non; quia intrinsecè terminaretur per maximum.

vimunt, quòd sic, esset veru dicere, hic est calor, & vltra non est, hoc autem est falsum, quia calor quicumq; est diuisibilis, & difformiter vniuniformiter agens, & sic vltra est terminus ergo sumendus est ab extrinsecò, ut diximus. i. Phys. in quæst. de maximo, & minimo. Sic igitur est intelligenda propositio ista receptissima, Et hæc sunt satis circa præsentem difficultatem.

Hic igitur sermo videtur querere.

Tex. 83.

Arist. soluere nitens argumentu dicit, quòd eius solutio pedit ex determinatio. ne huius, puta, in quo differat mixtio à generatione, & miscibile à generabili: nam argumentu videtur reducere mixtionem ut à generatione non differat: ac si mixtio est, re vera debet à generatione ipsa differre. Hac igitur differentia declarata, dubitatio proposita soluetur.

Solutio
pendet ex
differentia
mixtionis à
generatione.

At verò nec materiam igni mixtam esse dicimus.

Mixtionem ab omnibus fecerunt alijs mutationibus, & primum à generatione, & corruptione: dicitq; cum lignum in lignu conuertitur, & ardet, non dicitur misceri cum igne, nec ignis cum ligno, sed ignis dicitur generari, lignum corrumpi. Nec similiter totum cum suis partibus dicitur misceri. Non igitur generatio, aut corruptio mixtio est: huius postea reddit rationem.

Mixtio non
est generatio.

Subdit statim, quòd qua causa mixtio generatio vel corruptio non est, eadè nec est nutritio, nec augmentatio, quia nutritio quædam est generatio, similiter augmentatio vtrubiq; etiam corruptio fit.

Mixtio non
est nutritio,
neq; aug-
mentatio.

Postea eā ab alteratione fecerunt, tam ab impropria, ut cum aliquid recipit figuram, quā à propria, ut cum aliquid calefit, vel dealbatur: non enim accidēs: & passio cum subiecto misceri dicitur, quia quæ miscentur, debent aliter se habere, & mutari, nec eodè se modo habere, sicut erat ante mixtionem, at non sic se habet subiectum, & accidens. Vtrumq; enim integrum manet.

Nec est alteratio.

Atqui nec album & disciplinam.

Ostendit etiā, quòd cum duo accidentia vni copulantur subiecto, non dicuntur misceri, ut albedo cum disciplina, seu flavum cum dulci, vel calor cum nigredine: cuius rationem subdit, quia quæ miscentur, debent per se posse separata existere, at nullum accidēs potest esse per se, ipsorum ergo non est mixtio, nisi substantiarum, & ratione harum fit in accidentibus.

Accidētia
in eo dē sub-
iecto non
miscēntur.

DE MIXTIONE.

CAPYT DECIMVM.

Reliquum autem est considerare.

Tex. 82.

Postquam de tactu, de actione, & passione dixit, nūc de mixtione tractat: hæc enim tria proposuit superius tex. 43. tractanda ante elementorum generationem: eadem via autem se de mixtione tractaturum dicit, quia de actione egit. Similes enim quæstiones discutit.

Quinque
sunt tracta-
da de mix-
tione.

De mixtione autem quinque proponit, quæ determinari oportet: primū est, an mixtio sit; alterum, quid mixtio sit: tertium, quid sit miscibile: quartū, quæ miscētur: quintum quō mixtio fit: ab ipsa autem prima incipit, quā vltimo loco posuit, ut commodius absq; repetitione ab ipsa inciperet disputare, ut notum est.

Impossibile enim est alterum alteri mixtum esse.

An sit mix-
tio.
Primò.
Probat
non esse mi-
xtionem.

Probat, mixtionem non esse argumentu, quo aliqui nitēbatur ipsam auferre, ut ex solutione, ipsam esse compertū euadat.

Argumentum est. Quæ enim miscentur vel existunt, sicut ante, quando non erant, mixta, & tunc non videtur esse mixtio, cū non sint mixta, sed eodem modo se habentia, vel vnum est corruptum, & alterum non, & tunc adhuc non est mixtio, quia quæ miscentur, debent eodem se modo habere, vnum sicut alterum, vel vtrumq; est corruptum, & tunc etiam non est mixtio, quia quæ non sunt, non sunt mixta: non igitur relinquuntur modus, quo mixtio esse dicatur: apparet ergo, quòd mixtio non sit, nec esse possit.

Reprehensio Anax.

Ex quo reprehendit Anaxagoram, qui dixit omnia fuisse mixta in chao, tã substantias, quã accidentia: hoc autem falsum est: id enim tantum miscibile, quod per se potest esse, hoc autem solius est substantiæ.

Quoniam autem sunt entium illa quidem. Text. 84.

Distinctio Miscibilia, aliquomodo manent, non actu, sed potentia.

Nunc quæstionem determinat, distinctioe supposita, distinctio est: entium, aliud est actu, aliud potentia: miscibilia autem sunt aliquo modo in mixtione, aliquo modo non: non sunt quidem actu, quia ex multis miscibilibus vnum aliud actu existens resultat, & sic non sunt actu, quæ erant: sed tamen sunt potentia, vñ quodq; id quod erant, nec omnino sunt perditæ.

Quomodo differat mixtio à generatione.

Et sic differt mixtio à generatione; In hac enim quod erat non manet. Differt etiam miscibile à corruptibili, & generabili, corruptibile enim non manet, generabile non erat, at miscibile aliquo modo manet, scilicet potentia, erat autem actu.

Solutio arg. primi contra mixtionem. Dubium. Responsio.

Et sic soluitur argumentum, quia superest hoc quartum membrum, nempe aliquo modo esse, aliquo modo non.

Dices, quid intelligit per esse in potentia, & esse actu.

Dico, quod in hoc consistit grauissima difficultas de modo, quo elementa manent in mixto, quisq; enim pro sua sententia exponit: sunt duæ opiniones potissimæ, altera est Phil. quã medici sequuntur: vt per esse actu intelligatur res existens in sua perfectione, & in suo vigore toto: per esse in potentia intelligatur esse imperfectum, & temperatum: iuxta hoc elementa extra mixtum sunt in sua perfecta substantia, & integro robore, at in mixto sunt diminuta, & temperata, formaliter tamen, & secundum suas formas substantiales.

2. Expositio.

Altera est expositio multorum Latinorum, per esse actu intelligi esse secundum formam suam substantialem, & sic non manent elementa in mixto: per esse verò potentia, esse secundum suas virtutes, & qualitates: & sic esse in ipso mixto: Quid tamen ex hoc sit eligendum, determinabitur postea in quæstionibus.

Videntur enim ea, quæ miscentur prius ex separatim.

Explicat Arist. quo actu fuisse miscibilia dicantur, quomodo verò potentia dicantur: actu fuerunt eò quod per se separata erant, & per se existentia: dicuntur autem potentia, quia rursus postquam conueniunt, separari possunt.

Explicat Philop. quod possunt separari miscibilia, quæ aliquando separantur, & redeunt ad pristinum gradum, vt cum arte extrahitur aqua, vino infuso; aut si nunquam extrahantur, quantum est ex se, possunt à mixto secerni, quod si non secernuntur, non ipsorum, sed secernentis defectu id fit.

At verò qui dicunt non manere elementa nisi secundum virtutes, dicunt posse separari, quia ex mixto rursus elementa generari possunt, quæ in virtute continentur in mixto.

Concludit, quo modo actu non manent, sed virtute, & potentia: & hic text. fauet huic secundæ expositioni.

Postea addit Ari. quod hæc relinquatur, id est, his relictis, & determinatis, ad aliam transeamus quæstionem, quam sequenti textu determinare incipit.

Annexam autem his dubitationem. Text. 85.

Cum mixtionem esse ab alijs mutationibus distinctam determinauerit, atq; id eò eam esse, nunc determinandum dicit, qualiter sit, & quomodo: dubium autem proponit, an mixtio sit ad sensum tantum, id est, solum quantum ad sensum apparentiam, vel non solum quantum ad sensum, tunc autem dicitur quoad sensum, si diuidantur miscibilia in tam minimas particulas, vt visu sint imperceptibiles, & postea simul coniungantur; tunc enim erit mixtio ad solum sensum, quia sensus non diiudicabit particulam vllam, sed totum simul coniunctum.

Quod explicat exemplo: vt si particule ordei & frumeti simul iungantur, ita vt quælibet vnus sit iuxta quælibet alterius, tunc talis dicitur mixtio ad sensum.

Tunc autem dicitur mixtio non solum ad sensum, si miscibilia non solum in minimis.

1. expositio.

2. expositio.

Qualiter sit mixtio seu quomodo. Dubium an sit tantum ad sensum, quod sit esse tantum ad sensum.

Exemplum.

Quid sit mixtio non tantum ad sensum.

Discrimen inter verum modum.

Nota.

Impugnatur primus modus mixtionis.

Reijcitur etiam secundus modus.

minimas particulas visui imperceptibiles diuidantur: sed etiã absolute secundum quamlibet sui partem, & quodq; sit iuxta quodque, secundum omnes sui partes: queritur igitur, vtro horum modo mixtio fiat, an potius neutro.

Ponit discrimen inter modum priorẽ, dicens, quod si omne corpus est diuisibile quantumcumq; paruũ, tunc non solum erit mixtio secundum partes sensu inuisibiles, sed etiam secundum minores, & secundum omnes partes: & iste est secundus modus.

Nota, quod exẽplũ de ordeo est, p. modo priori, quamuis sit coniunctum cum posteriori, vt bene aduertit Philop.

Quoniam autem non est in minima diuisum esse. Text. 86.

Modum priorẽ mixtionis impugnat quadrupliciter, vt arbitror: primò, quia non contingit in minimas partes diuisionem fieri, ac si dicat, non semper in mixtione fit diuisio in minima.

2. Secundò dato, quod esset diuisio in minima, tunc illa non esset mixtio, sed compositio, quæ longè alia est à mixtione: non enim composita dicuntur mixta, nec temperata.

3. Tertio, quia tunc mixtum non esset simile & homogeneum; non enim pars quælibet mixti esset mixta, cum illa minima mixta non sint: at mixtum simile esse debet, vt sicut quælibet pars aquæ est aqua, ita & quælibet sit mixta.

4. Quarto, quia nihil esset simpliciter mixtum, sed respectu vnus sic, respectu alterius non: esset enim mixtum illi, qui ob debilitatem visus, non potest discernere singula minima: ac potenti discernere, & habenti bonum visum, vt Linceus, non esset mixtum: hoc autem maxime absurdum est, non ergo mixtio sic fit.

Posteriore modum etiam reijcit, quia impossibile est continuum diuisum esse in quamlibet sui partem: & sic non potest secundum quamlibet partem vnum alteri applicari: cum igitur neutro horum modorum contingat mixtio, querendus alius est modus præter hos, cum mixtio vtrũ sit.

Sunt itaq; vt dicebamus, entium hæc quidem. Text. 87.

Nunc quid mixtio sit secundum propriam exponit sententiã: explicat tamen prius, quæ sint miscibilia inter se. Dicit primò, quod quædam sunt actiua, quædam passiuæ, vt notum est: hæc autem non omnia sunt miscibilia: sed quæ mutuo sunt actiua & passiuæ, qualia ea, quæ materiam habent eiusdem rationis: quæ enim materiã diuersam fortiuntur, agunt quidem & patiuntur, sed non mutuo, vt superius diximus: hæc autem talia non sunt miscibilia.

Vt. v.g. fanitas & medicatiua ars, non miscentur in corpore: non enim fanitas agit in medicinam, ideo nec sanitatem medicina facit miscendo se cum illa: nec similiter ipsa fanitas medicinam: idem dicitur de substantijs non in materia conuenientibus, nec mutuo agentibus.

Est ergo primum dogma, miscibilia esse mutuo actiua, atque passiuæ, qualia sunt quæ in materia communicant, forma verò differunt.

Actiuorum autem, & passiuorum. Text. 88.

Alterum dogma ponit circa miscibilia, puta, non quæcumq; materiã habent eiusdem rationis, & mutuo agere esse miscibilia, sed quæ facillè diuisibilia sunt, scilicet humiditatẽ habent: non enim lapis ferro miscetur, nec quæ dura sunt, nisi ad mollem trahantur prius naturam.

Tertium dogma ponit simul, adhuc enim facillè diuisibilia, non omnia miscibilia, possunt ita mixtionem facere: cum enim ita coniunguntur, vt vnũ multum excedat alterum, quia plures, ac maiores partes vnus copulantur cum paucioribus & minoribus partibus alterius, tunc non est mixtio, sed potius corruptio minoris, & maioris augmentum quoddam: vt si gutta vini infundatur dolio aquæ, tunc non dicitur misceri, quia vinum profus corruptitur, & fit aqua; aqua autem crescit & dominatur, non sic autem debent se habere miscibilia, cum manent vtraque potentia, vt dictum est.

Miscibilia debent communicare in materia, & differre in forma, & esse actiua mutuo, & passiuæ. Miscibilia debent esse facillè diuisibilia.

Miscibilia non debent multum excedere.

Quando autem potentij ad equantur. Text. 89.

Quando, & quo fiat mixtio.

Complet dogma propositum, scilicet miscibilia esse, mixtionemque fieri, cum ferè æqua, & paria sunt potentij & virtutibus: Tunc enim vnumquodq; cadit à sua natura & robore, & conuertitur in vnum dominans: non enim vnum in alterum mutatur, sed in vnum tertium commune medium: vnde concludit, miscibilia esse, quæ contraria sunt; mutò enim actiua & passiuua sunt, suntque facile diuisibilia.

Nota.

Nota quòd dicit, quodammodo equari, quia quauis sit excessus aliquis vnius, nihil refert, dum non sit tantus, vt ad se trahat prorsus alterum: imò forsan est necessarius excessus in aliqua, vt postea disputabitur in libro secundo.

Et parua quoq; secus parua posita.

Quid sit facilius miscibile.

Quid miscibile sit, explicuit, nunc quid facilius miscibile sit, ostendit: dicit aut, q. in minoribus particulas diuiditur, facilius miscibilia sunt, quæque in maiores; nam paruum citius & facilius mutatur, quàm magnum. Ex quo infert, quòd quæ facile terminabilia sunt, maximè inter alia sunt miscibilia, quia facilius diuidi possunt: hoc enim est esse, & ratio facile terminabilis entis, vt sit diuisibile, ac ob id melius miscibile: hoc aut facile terminabile dicit esse humidum: humidum enim facile ducitur ad figuram alterius, facileque diuisibile est, ob id bene miscibile.

Nota.

Sed non quodcumq; humidum, nam viscosum & vinctuosum, quale est oleum, pinguedo, & similia, difficile miscentur, potius alijs iniectis eleuantur, ac in maiorem videtur se attollere mole: vt patet cum aqua oleo infunditur: de hoc dicem post. Dubitat hic Philop. nam eadem est proportio magni ad magnum, quæ est parui ad paruum: non ergo facilius mutatur paruum à paruo, quàm magnum à magno, vt Arist. videtur dicere.

Dubium Philop.

Solutio.

Respon. Philop. & bene, quòd parua facilius agunt, & patiuntur in parua actione tendente in mixtionem, sed non actione tendente ad corruptionem & con-

uersionem alterius ad se: & sic æqua est proportio de operatione, qua vnũ alterũ corrumpit, sed nõ de actione mixtionis, quia cum partes etiam misceri debeant, facilius fit mixtio, quo plures sunt partes agentes, quò autem sunt plures, eò sunt minores, ac parua magis.

Quando autem alterum solum passiuum erit.

Explicitat oppositum, puta, quòd difficilius mixtio fit, dicitque, cum vnũ miscibile est passiuum tantum, aut saltẽ multum passiuum, alterum autem parũ passiuum, minimamq; habens resistantiam, tunc autem non confurgit mixtum ex vtroq; aut si confurgit, debile est, & paruum, habens minimũ mixti, eo quòd ferè totum est vnũ extremum miscibile, vt æs, & stannum: æs enim multum resistit, stannum autem parum, facileque resolubile est: ob id non fit perfecta mixtio, sed resultat quoddam imperfectum mixtum, quod magis est æs, quod fit in campanis, in quibus stannum infusum æri non multum miscetur ob facilem resolutionem: est enim æreum.

Quædam enim balbutiunt ad inuicem. Text. 90.

Qualiter ista mixta se habeant, docet. Dicit enim, esse balbutientia, & ambigua natura, vt enim balbus dictionem præferens, quæsdã literas exprimit, quædam leuiter percutit, ita, vt dictio ferè ambigua sit, nec sit plenè ea, quæ esset, si perfecte præferretur, ita de his entibus.

Vterius comparat, dicitq; quòd vnũ videtur habere locum materiæ, vt æs, alterũ formæ, vt stannum, quia nõ videtur misceri cum ære, sed solum colorẽ quendam imprimere, quod fit ex mixtione imperfecta, secundum quam parum substantiæ relinquit in ære, reliquum euaporatur. Manifestum est igitur ex his, quæ dicta sunt.

Epilogum eorum, quæ dicta sunt, facit: dicit igitur, ostensum esse, mixtionem esse, & quid, propter quodq; mixtio sit, & quæ entia sint miscibilia: sunt enim, quæ inuicè possibilia, & actiua, facileque diuisibilia sunt: Dictum etiam est, quomodo

Quando difficilius fiat mixtio, seu difficilius miscantur.

Qualia sãt mixta ex ipsa quæ difficilius miscantur.

Epilogus. Definitio mixtionis.

modo fiat mixtio: non enim vnũ in alterum, aut vtrumq; corrumpitur, nec est ad sensum mixtio, sed potètia mixta manent, nõ actu & simpliciter: similiter dictum est, quid sit miscibile: est enim, quod facile diuisibile est, mutuoq; actiuum & passiuum, & alteri simili miscibile est: est enim miscibile ad equiuocum, id est, ad æquale; vtriusq; enim par ratio est.

Cum autem definitionem mixtionis non posuisset distinctè, nunc ipsam vltimò ponit, puta. Mixtio est miscibiliũ alteratorum vnio. Vocat miscibilia alterata, quia non maneat actu, sicut ante mixtionem erant, nec prorsus sunt corrupta, cum maneat in potentia & in virtute. Atq; hæc docet Arist. de mixtione, quæ oportet, vt magis discutiantur.

QVAESTIO XVII.

An elementa maneant formaliter in mixto.

Difficilis est ad modum materia hæc de mixtione ob varietatẽ opinionum, & ipsarũ probabilitatẽ. Vt autem ordine procedamus, primũ quaeritur de miscibilibus, quo modo in mixto maneant. Attende aut, quòd sensus quaestionis est communis & generalis, postea enim in particulari adhuc discutendus est: sensus igitur est, cum miscibilia sint substantiæ compositæ, habentes formam & materiam: quaeritur, cum miscentur, in mixtoq; sint, an reseruent totam substantiam, nempe materiã & formam, an non; sed materiam tantum, ita, vt nihil ex miscibilis substantia sit, nisi materia: dicere enim, quòd illorũ forme maneant, etiam est dicere, quòd formaliter maneant.

Quis sit sensus quaestionis.

Aristoteles autem non videtur hoc clare determinasse: nam hoc libro text. 74. & 3. cæli. text. 32. dicit, quòd actu nõ manent, sed potentia, quæ verba varios habent sensus.

Sunt ergo in difficultate ista due opinioniones extremæ: Altera est, quòd elementa maneant in mixto, non solum secundum materiam ipsorum, sed etiam secundum proprias formas. Hoc sequitur A-

uer. in præsentia com. 90. & 3. cæli, cõ. 67. idem etiã Auic. vt citat in his locis Auer. similiter Philop. supr. tex. 74. & Albertus Magnus tract. 6. c. 5. idem Albertus 3. cæli. tract. 2. c. 1. & 8. & Iandun. 6. Phy. q. 4. & alij multi. Rationes pro ista sententia possunt multæ formari.

Prima est ab autoritate. Vt autem hoc latè examinemus, nõ erit inutile aliquot loca Arist. inquirere: dicit igitur i. Gene. tex. 84. quòd miscibilia non corrumpuntur in mixto, ergo manent secundum formas: dicit etiam, quòd sunt separabilia à mixto. colligitur ergo, quòd ibi sunt secundum formas, aliàs nõ extraheretur.

Præterea est secundum testimonium, i. gene. tex. 88. dicit, guttã vini non misceri multè aquæ, quia soluitur forma vini, ergo, vt miscetur, non debet solui, & corrumpi forma.

Tertio, eodem primo gen. tex. 90. mixtio, inquit, est miscibiliũ alterorum vnio; colligitur, si miscibilia in mixto tantum alterata sunt, ergo nõ sunt corrupta: quod enim alteratum est, non corruptum est, sed existit.

Præterea quartò, ex lib. 4. Meteor. text. 54. cap. vlt. in principio, vbi dicit, opera naturæ, scilicet mixta cõponi ex elementis, vt ex materia, ex ratione, vt ex substantia & forma: ex hoc sic colligo: forma et materia manent secundum substantiã in cõposito, ergo etiam elementa in mixto.

Præterea quintò, in i. Gene. animalium. cap. 2. & 12. Metap. text. 15. dicit, quòd totius viuientis materia sunt partes dissimilares, dissimilariũ autem materia, sunt partes similes, simularium autem elementa: collige, sed dissimilares sunt actu in toto, & similes in dissimilaribus, ergo etiam erunt elementa actu: & secundum substantiam propriam in simularibus.

Præterea sextò dicit, 2. anime, tex. 39. quòd nisi esset anima in animali, elementa dissoluerentur, & vnũquodq; discederet: quod si nõ esset formaliter, profectò non esset ista bona consequentia: nam quod non est, non dissoluitur.

Præterea septimò, ex eodem 2. de Anima. tex. 52. dubitat, quare sensus nõ sentiant elementa, ex quibus constat. Respõ. quod

1. argu. à testimonij Aristot. 1. Testimonium.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

quod non est medium inter sensum : & talia elementa: supponit igitur elementa ibi formaliter esse.

Præterea octauo. i. Gene. animalium, cap. 18. dicit contra aliquos, dicentes, semen animalis decidi ab omnibus partibus animalis: dicit contra hos Aristot. sequeretur, quod etiam ab elementis decideretur, ex quibus est animal: hæc ratio nil valeret, nisi essent ibi formaliter.

Præterea nono, in lib. 2. celi, tex. 22. & lib. 3. text. 68. probat, quod elementa non habeant figuram, quia aliter non facerent quodcumq; mixtum; quia deberent seruari in mixto suam figuram, notum est, quod ratio non valeret, nisi essent formaliter elementa in mixto.

Deniq; multa sunt in Arist. præcipue in 4. Meteor. que vix possunt explicari, nisi supposito hoc, quod sint in mixto formaliter elementa. Ex omnibus igitur his locis sumitur argumentum primum, quod est ab autoritate.

Sit secundum argumentum ex definitione elementi. 5. Meta. c. 3. elementum, inquit, est, ex quo, cum insit, fit aliquid, indiuisibili secundum speciem: elementum ergo manere debet in re, cuius est elementum: at ista simplicia corpora dicuntur elementa mixtorum; debent igitur secundum se ipsa manere in mixtis: aliter enim non ipsa, sed ipsorum materię esset elementa.

Tertium: vbi est passio alicuius subiecti, ibi est & ipsum subiectum formaliter, vt notum est: at qualitates primæ sunt passiones quatuor elementorum, vbi igitur ipsæ sunt, etiam erunt elementa: at in mixtis sunt tales qualitates, ergo etiam formaliter elementa.

Quartò. Mixtum est compositum ex elementis, que sunt substantiæ simpliciores, ergo manent formaliter elementa. probatur consequentia: si enim non sunt formaliter, sequitur, quod forma substantialis mixti, immediatè vnitur cum materia prima mixti, sic autem tam simplex substantia esset, sicut elementum: nam accidentia non faciunt compositiorem substantiam.

Quintò. Materia habet ordinem mediatum ad formas mixtorum: primò e-

nim respicit elementorum formas, ergo ipsa manent in mixto, aliter mixti forma immediatè esset materia. Consequentia est nota, sed antecedens probatur: si enim non haberet ordinem mediatum materia ad mixtorum formas, sequeretur, quod elementa non essent causæ per se, & necessariæ mixtorum; quod aperte est contra Aristot. Sequela patet, nam ex se materia ita immediatè potest recipere formam mixti, sicut & elementa, oportet ergo fieri: si elementa habent ordinem essentialè ad mixtum, quod maneat secundum formas in mixto, nec forma mixti possit inesse materię, nisi per elementorum formas.

Sextò. Mixtum mouetur non motu proprio, sed elementi in ipso predominantis, vt dicit Aristot. i. celi, tex. 7. ergo elementum, in ipso formaliter manet: aliter enim quomodo posset moueri?

Confirmatur: quia quedam mixta dicuntur aerea, quedam terrea, & aquea, quod non esset, nisi talia elementa ibi formaliter essent.

Confirmatur etiam, quia in quibusdam manent elementorum qualitates ferè ita intensæ, vt in lapidibus siccitas, & frigiditas: est ergo in his terra formaliter vel elementum, cuius qualitates illæ sunt.

Septimò, in putrefactione manent cineres, & partes terræ; ergo verè ante erat ibi terra. Cum enim calor putrefaciens resoluit humidum, quod continuat versus partes, videtur superesse terræ partes discretuatae, & sic cineres sunt, sicut fit in humida terra, postquam exsiccata est.

Octauò, quia posset viuens simplici elemento nutriri, quod falsum est. Sequela probatur, quia in viuente non consistit, nisi materia ex elemento, si non formaliter manet, ex quo autem viuens est, ex eodem nutritur. His igitur rationibus innititur hæc opinio.

Altera opinio est in opposito extremo, existimat enim, quod elementorum formæ nullatenus in mixto manent, sed ipsorum materię, nihil igitur substantię miscibilis manet, nisi materia. Hoc tenet S. Tho. hoc loco supra tex. 84. & Scotus, Capreolus, Gregori, Hierueus; omnes hi 2. sen. d. 15. q. 1. idem Conciliator differ-

2. opin. D. Tho. Aeg. & cat.

tia

tia 16. Marsil. q. 22. Albertus Saxo. q. 19. & Aegidius, & alij. Rationes pro hac sententia; hæc possunt esse.

Prima sit ab autoritate Arist. i. gene. text. 84. in fine explicans, quo modo manent elementa, dicit, quod dicuntur manere, quia virtutes eorum manent.

Præterea est locus notandus 2. de part. c. 1. in principio, enarrans tres viuētis compositiones: dicit primam esse ex elementis, & corrigens hoc, dixit, potius ex virtutibus elementorum, quas postea numerat esse quatuor qualitates.

Secundum argumentum est, si elementa manerent in mixto formaliter, sequeretur, quod generationis subiectum esset, non materia prima, sed ens actu: At hoc falsum est; tunc enim quod generaretur, esset accidens, quod aduenit enti in actu. Sequela probatur, quia cum mixtio fit, est generatio ipsius secundum formam substantiale mixti; at ista non fit, nisi ex subiectis elementis, quæ sunt actu entia.

Tertio sequitur, quod esset corruptio substantiæ, & non esset resolutio in materiam primam, sed in ens actu, quod est contra Arist. hoc lib. text. 21. Probatur sequela, quia si mixtum ex elementis actu constat, ergo in ipsa actu resoluitur, & sic mixti corruptio per se stat ad elementa actu, & non ad materiam primam.

Quartò, si mixta habent formaliter elementa, sequitur quod corrumperetur à contrario elemento; hoc autem videtur falsum: nam pisces in aqua non destituntur, ergo non habent formaliter ignem: aliter enim ignis ab aqua posset extinguari.

Quintò, (& hoc S. Thomæ) sequitur, quod vel non esset vera mixtio, vel duo corpora se penetrarent, quorum vtrumque impossibile est. Probatur sequela: sumo particulam vnus elementi in mixto: peto, vel in illius materia sunt formæ aliorum etiam elementorum, vel non: si dicas, quod non, iam non erit mixtio nisi ad sensum contra Aristot. sententiam tex. 86. & erit potius compositio, si diuersæ illæ particule, diuersum situm habeant, & continuæ vel contiguæ sint. Quod si dicas: sunt simul plures particule sub-

eodem situ, iam est penetratio corporum.

At si des alterum, quod in materia vbi est vnus forma, sunt alię formę aliorum, videtur hoc falsum, quia materia non recipit duas formas, quarum vnæ essentialiter non ordinatur in alteram, sicut vegetaria ad sensitiuam, & hæc ad rationalem: ac vnum elementum essentialiter non est ad aliud ordinatum, sed sunt inter se diuersa, ergo vna materia non potest tales plures formas simul recipere.

Sextò, forma substantialis quelibet ex se apta est, vnum suppositum cum materia facere, ergo vbicumq; plures sunt formæ, ibi sunt plura supposita: si ergo elementorum formæ sunt in mixto, ergo mixtum non est vna per se substantia, sed multæ: loquamur de formis, quarum vnæ non est propter alteram, sed quæq; per se potest esse, quales elementorum formę sunt.

Confirmatur, quia vnaqueq; illarum formarum, informat materiam, & facit ens per se, & dat suum esse, quare esset vna res habens quatuor essentias, & essent quatuor simul species.

Septimò: Si elementa manent in mixto secundum proprias formas, ergo mixtio est violenta, & non naturalis, similiter & mixtum: quod patet, nam elementa ibi sunt extra loca propria naturalia detenta, reseruantq; cum formis proprias inclinationes.

Octauò: Quelibet forma suam habet propriam dimensionem ac dispositionem in materia: sunt igitur in mixto multæ dimensiones & variæ, imò contrariæ dispositiones, quod extra rationem videtur. Hęc sunt argumenta quibus opinio ista potest confirmari: superest, vt quæ mihi probabilius videtur, ostendam.

Attende tamen primò, ne sit confusio vlla in autoribus legendis, quod qui dicunt, elementa manere formaliter in mixto, sunt diuisi in quatuor sententias: in prima fuit Auicena. i. fuffi. c. 10. dicit, elementa esse in mixto secundum suas formas substantiales perfectas & integras, sicut erant prius, quæ miscerentur, tamè variatio facta est in solis qualitatibus, eò, quod remissiores sunt: ignis igitur manet integer in substantia, sed siccitas, &

H h h calor

1. arg à testimonijs. 1. testimon.

2. argumēt.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

1 Fundam: circa autoritates primæ sententiæ, q sunt in quatuor classes distributi. i. Auicena & Albert.

calor ipsius remissiores sunt & impuriores ed, quod sint cum humiditate & frigiditate coniunctae: unde in quolibet eia elemēto, quod in mixto est, quatuor temperatae qualitates sunt. Huius sententiae est Albertus magnus trac. 6. c. 5. & Hugo senē. super sent. 1. Auicē. doct. 2. c. 1.

2. Auerr.

Altera sententia est Auerrois 3. celi. eom. 67. quāuis enim in 1. gen. eom. 90. consentire visus sit cum Auic. tamen in lib. 5. celi, ipsum impugnat: Ipsius igitur sententia est, quod elementa manent secundū formas in mixto, remissas tamē, ita, vt remissio non solum sit in qualitatibus, sed simul in ipsis formis. Vnde fit, vt in qualibet parte elementi cuiusq; conuenientis in mixto, sint quatuor qualitates temperatae: similiter etiam quatuor elementorū formae in gradu simili cum qualitatibus.

Nota. 1.

Dicit autem Auerr. quod non inconuenit, formas has substantiales esse huiusmodi, vt simul sint in eadem materia, recipiantq; magis & minus: sunt enim mediae inter substantiales formas perfectas, & inter accidentia, cum his enim conueniunt, quod suscipiunt magis, & minus, cum illis verò, quod sunt aptae vnum per se cum materia facere.

Nota. 2.

Aduerte autem, quod vtraq; sententia ista conuenit in hoc, quod vnam constituit formam, aliam substantialem mixti simplicem praeter formas elementorum, ratione cuius vnum differt specie ab alio, & vnūquodq; perfectā habet specie.

3. sententia quae tribuitur Auerclo

Tertia sententia est, quam Gregor. 2. sen. d. 15. q. 1. dicit, esse comunem, & suo viguisse tēpore; quod elementa manent secundum partes suas substantiales: has autem partes dicunt esse entitates quaedam, ex quibus forma integratur, quae tamen sunt eiusmodi, vt nec habeant idem nomen, nec rationē cum forma elementi, quam integrantes dicunt igitur, quod manent elementa secundum aliquot harum partium: ita autem, vt non sit alia forma mixti distincta praeter harum particularum ordinem, & dispositionem: haec opinio tribuitur Auerclo.

4. aliorum.

Quarta sententia est, quam adducit Marsilius, q. 22. aliquorum asserentium,

elementa manere cum formis integris, vt dicebat Auic. solumque remissionem esse in qualitatibus, tamen non ponebat formam aliam mixti, nisi proportionē, & elementorum concordiam. Hi igitur, qui praeter materiam aliud ex elementi substantia in mixto ponunt, sic partiti in suis sententijs sunt.

Vt autem singulae examinētur, sit prima conclusio. Elementa in mixto non manent secundum illas entitates, quas opinio tertia ponit. Haec conclusio multis rationibus, quibus alij impugnant de bent, refelli poterat: Sed quia improbabilis valde est, & iam non sustinetur, vnicō argumento refutat opinio talis, conclusioq; confirmatur. Forma elementi secundum se vel est simplex & indiuisibilis, vel diuisibilis: si detur primum, nullā igitur habebit partem integritem: si detur secundum, nō videtur profectō, quas partes phisicas possit secundum se habere, nisi graduales secundum intentum, et remissum: erūt igitur partes gradus, gradus autem sunt eiusdem rationis, & denominationis cum toto, vt patet in alijs formis gradualibus, gradus enim caloris calor est: ergo ita erit in illis, quod est contra ipsam opinionem.

Secunda conclusio. In mixto est vnica forma simplex, distincta ab elementorū formis: haec est contra quartam sententiam. Probatur primò: vnum mixtū differt essentialiter ab altero, ergo per aliquam formam propriam: consequentia est nota: quia temperies & dispositio, est solum accidentalis forma, qualis domus forma: antecedens autem notum: quis enim negauit, aurum & lapides, specie differre, similiter & alia mixta inter se?

Secundò sequeretur: cum mixtum generatur & corrumpitur, quod tantum esset alteratio, quod absurdum est, mixtorum enim productio simpliciter generatio est: sequela patet, quia secundum illorum sententiam non producit formam de nouo, nec inducitur in materiam, sed solum est temperies, quae sola alteratione qualitatum fit.

Tertiò. In mixtis singulis sunt simplices qualitates, quae sunt ipsorum passiones,

1. conclusio. contra tertiam classem autorū primae sententiae.

Probatio.

2. conclusio. contra 4. classem autorū primae sententiae.

1. Ratio.

2. Ratio.

3. Ratio.

4. Ratio.

3. Conclusio. contra Auerr. 1. ratio, quia ex sententia Auerr. 4. absurda sequitur.

Primum.

nes, vt patet de virtutibus, ac proprietatibus lapidum, & herbarum, & aliorū: ergo etiam sunt simplices substantiales formae singulis propriae.

Quartò, si non esset forma vna superaddita continens, & vniens elementa ipsa, profectō dissoluerentur, & vnūquodque in suum proprium decederet locū, cum ibi secundum ipsos formaliter sint: est ergo forma mixti praeter elementorum formas.

Tertia conclusio. Elementa non manent in mixto secundū formas suas substantiales remissas: haec conclusio est contra Auerroē: probatur primò. Si formae substantiales elementorum susciperent magis & minus, consequenter essent contrariae, vt patet: at ex hoc quatuor absurda sequuntur. Primum est: nā ad substantiam esset motus, ipsaq; successiue acquireretur, quod profectō absq; vlla limitatione Arist. negat 5. Phys. sequela probatur: nam vbi est contrarietas, & intensio, ac remissio, ibi manifestē motus est.

Alterum est: sequeretur, quod elementum non alteraretur; quod est falsum: cū elementa sint primò, ac maximē alterabilia. Sequela ostenditur; quia quod alteratur, debet idem manere sub vtroq; termino: at ignis, dum frige fit, non manet idem, quia semper dum frige factio in ipso fit, remittitur ipsius forma, ac per consequens aliter se semper eius substantia habet.

Tertium est: quia si forma elementi suscipit magis & minus: utiq; denominabitur magis vel minus: at nunquam conceditur locutio talis, fit magis aqua, fit minus aqua, nec de alijs elementis: ergo non recipiunt ipsorum formae magis vel minus.

Quartum est: quod quoties fit variatio in qualitatibus his, semper fieret variatio in formis substantialibus elementorum: hoc autē quamuis absq; ratione conuincenti persuadet, quod quoties aqua calefit, remittitur forma substantialis ipsius, & simul inducitur forma ignis: similiter cum ego calefio, producitur nouus gradus formae ignis in me cum calore: similiter cū ac frige fit, acquirit partē

formae aquae. Haec omnia profectō absurda sunt in philosophia.

2. Argum.

Est secundum principale argumentū principale. contra Auerr. si in materia vnus elementum sunt simul quatuor elementorum formae: peto vel immediatē informant materiam, vel non: si non, ergo iam vnā recipitur per aliam, quod est impossibile, cū non sint ordinatē essentialiter, sed materia sit in potentia immediata, & potentia ad omnes eas: si autem immediatē omnes sunt in materia: ergo ita se habēt inter se, vt vna non contrabat aliam, nec determinet: sequitur igitur, quod quaelibet multiplicat esse substantiale diuersum, & sic absolutē sunt plura, & vnum per accidens.

Nota.

Et nota, quod nisi vna forma substantialis existens cum altera in eadem materia compositionem faciat cum ipsa, ipsamq; determinet: tunc multiplicat esse substantiale, & oppositum est figmentū: & hac rationis vi vsus est S. Thom. superius, vt diximus.

Tertium argumentum est: sequitur, quod formae etiam perfectae substantiales praeter elementorū formas susciperent magis & minus, quod negat Auerr. probatur sequela: nam alia miscetur, quae perfecta sunt, vt vinū, & alia multa, quae in theriaca, & electuarijs sunt, quorum mixtio propriissima est: oporteret ergo, horum formas suscipere magis & minus, si mixtio fit hoc pacto: nam Arist. generaliter de omni loquutus est mixtione.

Quartum est S. Tho. super text. 84. sequitur, quod inter contradictoria esset medium: sequela probatur, quia accidens est, non substantia: si igitur est medium inter substantiā & accidens, esset inter substantiam, & non substantiam.

Praeterea arguit S. Tho. & est quintū argumentum. Quae diuersi sunt generis, non habent mediū: at substantia, & accidens sunt genera diuersissima, non ergo medium habent.

Ad haec duo argumenta respondent Auerroista, quod forma elementi non dicitur media, per participationem, sed per similitudinem, sicut simia

Reijcitur solutio Auerroistarum.

est medium inter brutum & hominem.

1. At ista respon. est nulla, quia re vera, talis forma nō haberet cum accidente, & substantia conuenientiā, nisi secundum suam naturam esset media inter ipsa.

2. Præterea, quia ipse Auerroes. 3. cæli. com. 67. dicit esse mediam inter substantiam & accidens, sicut rubedo est inter albedinē & nigredinē: non igitur de medio secundū similitudinem loquitur.

6. Est autem sextum argumentum, quo mihi persuado maximē impugnari istā sententiā. Aduerte igitur, quod non potest saluari mixtio hac via: sicut enim quatuor portiunculæ elementorum quatuor, in quarum qualibet dicit esse quatuor elementorum formas: fumo illam, quæ erat ignis, in hac enim tres aliæ debet produci, tunc aer producet suam, non calefaciendo, sed humectando: aer enim non calefacit ignem: aqua producet aquæ formam infrigidando: terra ergo quomodo produceret non exsiccando, quia ignis siccus est, & potius perdet ex sua siccitate, quā acquirat: non infrigidando, quia iam per infrigidationem aqua producit. Quod si des per frigiditatem produci terram & aquam, quid absurdum, quā per vnam frigiditatem receptam in igne, duas produci formas: nam non sunt duæ frigiditates in igne, sed vna: idem sit argumentum de singulis elementis, & nota argumentum, quia firmissimum est.

7. Septimum argumentum, sequeretur posse formam ignis, conseruari sine calore ultra medium, & dari ignem frigidū: quod patet in mixtis natura frigidis, imō verō si posset sic in mixto reperiri ignis frigidus, & conseruari; quid verat quod minus & seorsum certè immediatè ante introductionem formæ, mixti illius frigidus erit ignis iam frigidus, & nondum erit forma mixti producta.

Confirmatur, sequeretur qd formæ semper aliquorū elementorū producerentur cum qualitate sua remissa cōtra medium illorū, videlicet, quorū minores qualitates manēt in mixto, hæc aut omnia sunt valdè absurda, atq; idē hæc Auerri. opinio est omninō à ratione aliena.

4. Conclusio. Formæ elementorū non manent in esse perfectō: hæc est contra Auicem. cuius opinio licet falsa, probabilior tamen iudicatur à S. Thoma, qd opinio Auerrois: & ego ita credo: tamen conclusio probatur primò. Formæ elementorum manent perfectæ in mixto: ergo & substantia perfecta, ergo specie perfectè differunt, ergo continuari non possunt: quæ enim specie differunt, continuari nequeunt, vt dicit Aristoteles 5. Physi. text. 39. quod si non continuatur, non est mixtio: non enim erit mixtum verè vnum.

2. Secundò sequitur, quod forma mixti esset accidens, quod falsum est: sequela probatur, quia aduenit enti perfectō, & actu, superuenit enim igni, & alijs iam in substantia perfectis.

3. Tertio, adhuc non perfectam facit mixtionem, quia si pars mixti, est elementi pars, habens quatuor qualitatū temperiem: sequitur, quod vnum elementum posset esse mixtum, quia potest per actionem suam, & repassione à contrarijs habere quatuor qualitates refectas: poterit ergo ibi esse mixti forma, quod nullus concedet, mixtum esse.

Argu. Auer. cōtra Auic. Auenoies ponit argumentum contra Auicennam 8. cæli, com 67. quo vult probare, quod si forma elementi potest integra manens, remissionem pati in suis qualitatibus, quod posset esse prorsus absque tota qualitate: argumentum est hoc: sit, verbi gratia, ignis, si ignis potest esse absq; hoc gradu caloris, cum omnes sint eiusdem rationis, non erit maior ratio, quare possit esse absq; hoc, quā absque illo, ergo poterit esse absque omnibus simul.

Argu. Auer. soluitur. Hoc argumentum, iudicio meo, est absque vilo robore, & sophisticum est, quidquid nonnulli dicant; sunt enim instantiæ manifestissimæ Primò non valet, materia potest esse absque hac forma, & absque ista, & illa, ergo absq; omni, collectiue: argumentatio vana est.

2. Præterea, corpus vnum potest esse absque hoc, & illo loco, ergo absque omni. Præterea, mixtum potest esse absq; hoc, vel illo colore, ergo absque omni. Vana sunt

sunt huiusmodi collectiones, quas imitatur Auer.

3. Demū responderi facile potest, quod cum ad certum terminum remissionis peruenit sub minori conseruari forma elementi non poterit: quia requirit vt minimum talem gradum sicut & reliquæ omnes formæ requirunt quādam certis gradus dispositionem: vt conseruentur.

Vis argumenti Auer. secundum quosdam. Aliqui pro ipso respondent, quod debent intelligi supposito, quod talis passio sit propria elemento: tunc enim quæ ratione vnus gradus separabilis est, eadē ratione & alij.

Reijcitur ista defensio. Sed hæc defensio nulla est: nā esse in loco etiā est passio corporis, & habere formam materiæ, & calor ac dispositio mixti: nulla igitur est argumentatio.

1. Conclusio. Quinta conclusio. Nil ex substantia elementorum manet, nisi sola materia. Hæc conclusio nota est ex præcedentibus: si enim aliud ex substantia maneret, esset forma, at ostēsum est, quod talis nec secundum esse perfectum, nec secundum esse remissum manet, sola igitur materia ex substantia manet. An tamē aliud maneat præter substantiam, disputabitur in quaestione sequenti.

Ad argumēta, & primo ad testimonia Arist. Ad 1. testimonium. No. dupliciter aliquid corrumpi. Interim tamen ad argumēta respondere oportet, & primo ad loca Arist. in opusculo adducta, quorum nullus concludit: sunt enim multa testimonia apparentia. Ad primum igitur respondetur quod dupliciter elementa corrumpi possunt: vno modo, cum alterum in alterū mutatur, vt ignis in aquam mutatus corrumpi dicitur: altero modo, cum non in alterū, sed potius ambo in tertium quoddā mutantur, quod non quidem contrarium, sed potius virtute, & valore ambo continent: & hoc pacto absolutè non dicitur in mixto corrumpi elementa, cum virtute manent, & præterea secundum suas qualitates. Dico igitur quod Arist. dicit, non corrumpi miscibilia modo priori: at corrumpuntur modo posteriori.

Nota quō separantur elementa à mixto. Ad id autem, quod dicitur ipsa esse separabilia, dico primo secundum Philop. quod tenus est, non quod à mixto separantur, sed quod talia sunt ex se, vt quantum est ex se, non repugnet ipsa separari.

Dico etiam, quod separabilia sunt eo, qd ex mixto possunt elementa generari rursus, sicut ex elementis generatum est mixtum, quæ videlicet erant in virtute in forma mixti, & fiunt in actu proprio: erant inquam in actu alieno, & fiunt in actu proprio: erant in actu formæ mixti eminenter, & fiunt in actu specifico proprio. & hoc dicitur separari, vt quæ erant simul in virtute coniuncta, fiant seorsum seiuncta in actu.

Ad secundum testimonium dico, qd vini gutta non dicitur mixta cum aqua, non solum quia corrumpitur vini forma, sed quia ita corrumpitur, vt mutetur in aquam: & hoc ipsa litera dicit. Habetur enim, quia soluitur forma vini, & mutatur in vniuersam aquam.

Ad tertium. Scotus intelligit de mixtionem illam, quod est vnus miscibilium alteratorum, id est, prius alteratorum: Alij dicunt, alteratorum, id est, corruptorum, & forsan quod vocauit alterationē corruptionem illam posteriorem, quæ aliquid ita destruitur, vt maneat in tertio: sic enim aliquo modo manet, ob id alteratum dicitur.

At melius dico, quod mixtionem sumit Aristoteles coniungendo totum motum, scilicet passionem, ac actionem mutuam, secundum quam se elementa refrangunt: ac ob id dicit, alterata elementa sunt, mixtione verò perfecta & finita, mixtum manet: in hoc autem elementa destructa sunt: aliud est igitur esse elementa in mixtione, aliud verò in mixto.

Ad quartum dico, quod elementa vocantur materia alterationis, non compositionis: quod si componunt, id secundū materias, & qualitates est, non secundū formas proprias.

Ad quintum dico, quod non est par ratio illarum, materialium: Elementorū enim compositio est secundum qualitates, & materias, similia ergo ex diuersis materijs elementorum, & qualitatibus constantur: hoc patet 2. de partibus c. 1. vbi dicit, elementorum materiam esse propter similes partes, non autem dixit ipsa elementa.

Ad 6.

Ad sextum, nota est responsio legenti textum, ibi enim contra Empedoclem agit, qui elementa non solum integra in substantiis, sed etiam in qualitatibus posuit: negavit autem esse ab anima augmentum: contra quem arguit Arist. quod dissoluerentur elementa, nisi ibi anima continens esset.

Ad 7.

Et per hoc etiam ad septimum respondetur: ibidem enim etiam contra Empedoclem agit, & ultra hoc argumentum non procedit, nisi ex virtutibus elementorum: hæc enim sunt sensibiles, & de his queritur, cum maneat intra sensum, cur non sentiuntur: & ipse textus explicat velut per corruptionem virtutes esse sensibiles.

Ad 8.

Ad octavum respondetur, quod disputatio illa tota est contra Platonem, & Anaxagoram, & Empedoclem, qui integra elementa in re ponebant: unde isti textus non habent, nisi apparentiam.

Ad 9.

Eodem modo respondetur ad nonum: loquitur ibi contra Democritum, qui figuras naturaliter, & inseparabiliter in atomis ponebat.

Ad 2. princ.

Ad secundum argumentum Scoti, & Gregorij, volunt solum in definitione elementi claudi materiam primam circa corpora naturalia: hæc enim est propria, & verè elementum: & hoc ego confirmo, quia ipse Arist. ibidem secundum aliorum dicta ponit, hæc quatuor elementa esse elementa, ut notum erit legenti: non enim secundum ipsum propriam habent elementi rationem, ob id sæpe vocata elementa nominat. Alij dicunt, quod fat est, quod in virtute maneat, sed melior est prior solutio.

Altera solutio.

Ad tertium dico, quod qualitates hæc in summo sunt passiones elementorum, ita, ut nullibi sit qualitas harum vlla in summo gradu, vbi non sit elementi forma: at extra summum etiam alijs subiectis inesse possunt, quæ eandem cum elementi materiam habent.

Secundo dicitur quod etiam si violenter ad tempus posset esse in summo in aliquo mixto: at non naturaliter nisi in solo elemento est in summo, & ideo passio physica vocatur elementi eatenus.

Ad 4. princ.

Ad quartum dico, quod si mixti sub-

stantia sola consideretur, non est magis composita, quam elementi, vnica enim forma substantiali, & materia perficitur: at si consideretur quoad virtutes, & dispositiones, compositior multo est: continet enim in se virtutes omnium elementorum, & alias ex his procedentes.

Obiectio.

Quod si dicas, tam compositum esset tunc elementum, si solum haberet quatuor qualitates refractas, ut accidit in vno elemento repasso.

Solutio.

Respondeo quod non est eadem ratio. Tunc enim elementum non esset in sua dispositione naturali, secundum quam duas habet qualitates: at mixtum in sua naturali dispositione multas continet qualitates.

Præterea si subtilius consideramus, etiam ipsa forma substantialis mixti, & ipsa substantia mixti, est mixta in virtute, & eminenter continent in se ipsam formam, substantias & virtutes elementorum eminenter, & ideo ex sua natura vult illas qualitates omnes elementorum remissas: imò eas efficit & conseruat in se, & facit in alio cum agit: quia hæc omnia proueniunt à principio illo intrinseco substantiali, eminenter omnia continente in se, ipsius formæ mixti, sicut trigonus continetur in tetragono.

Ap 5. drine.

Ad quintum dico, quod materia quidem ordine receptionis ita immediate respicit formas elementorum, sicut mixtorum, & è contrà: at ordine productionis, primo respicit elementorum formas, quia hæc efficiunt mixtum: & sic stat optime, quod elementa sint causæ per se mixtorum, & non ob id formæ ipsorum sint immediate in materia, & per ipsas formæ mixtorum: v. g. forma cadaueris non recipitur in materia, nisi præcedente forma animalis: non tamen simul est in materia cum ipsa. Ita de mixti, & elementorum formis.

Ad 6.

Ad sextum facilis est solutio: Dicitur enim elementum dominari secundum suam virtutem magis in mixto manentem, non tamen secundum formam propriam, sed in virtute, & secundum formam alienam.

Nec concludit, quod de lapide dicitur: mul,

Ad 7.

multitudo enim materiæ, terræque virtutis magnam intentionem apparere facit. Ad septimum dico, quod elementa mixti resolutione de nouo producuntur, ut alibi dicemus, & ex parte iam diximus.

Ad 8.

Ad octauum responsio facilis est: non fat enim est materia, aliter lapidibus nutrimur, qui tamè mixta sunt corpora, sed quædam proportio, & affinitas requiritur, qualem diuisim in materia de nutritione, quæ in puro elemento non est. Ex his igitur patet huius questionis determinatio.

QVAESTIO XVIII.

An elementa maneat in mixto secundum suas qualitates.

Postquam ostendimus elementorum formas non manere in mixto, sed solo ipsorum materias, quantum ad eorum substantias: nunc superest de virtutibus & qualitatibus differere, quomodo maneat in mixto, & an maneat.

Nota in quo omnes conueniant.

Aduerte autem, quod conueniunt omnes opiniones in hoc, quod est quedam dispositio qualitativa necessaria ad mixti formam, ipsaque proxima, & propria: quam vocant temperiem, seu complexionem: v. t. enim in elementis est certa dispositio ad formam in materia, ita etiam ad mixtum.

In quo difficultas.

At difficultas est, an talis complexio sit forma composita, nēpe quatuor qualitates ad temperiem redactæ, an vnica simplex virtute, & eminentia continens alias quatuor, ab ipsis tamen distincta. Quidam enim eam simplicem fatentur; quidam compositam: Sunt enim quatuor sententiæ.

1. Sent. Scoti, Auicennæ, & c.

Prima dicit quod est vna simplex hoc modo, quæ per mutuam actionem, & passionem quatuor primæ qualitates destruitur, vnaque resultat temperatè continens omnes effectus aliarum: hoc tenet S. Thom. in præfenti, si tamen hæc commentaria ab ipso edita sunt: de quo aliqui non immeritò dubitarunt: cum vbiq; aliis oppositam teneat sententiam, ut patet in omnibus illis locis, in quibus agit de remanentia elementorum in mixto contra Auer. vbi D. Thomas contendit tantum remanere materiam, & qualitates elemē-

torum, in 3. etiam sent. distin. 16. q. 1. art. 1. in corpore. & ad 4. manifestè docet oppositum. quærens enim, an necessitas moriendi in homine sit solum à peccato vel etiam à natura, ait etiam à natura, eò quod sicut & alia mixta habet contrarias qualitates elementorum, ex quibus vna prædominatur, & idem. 2. sent. distin. 19. art. 4. ad secundum, ex qua remanentia qualitatum in 3. contra gen. cap. 23. ait cælum, & elementa vocari corpora simplicia, quoniam non constant ex contrarietate; quare quæ mixta vocantur, eam continent secundum D. Thom. Sed illa sententia huius illius qualitatis, est Sco. 2. sent. distin. 15. vnica. & Auicenn. 1. suffici. cap. 10. & Sen. 1. doctr. 3. ca. 1. & ibidem Hugo. Senen. similiter Albert. 2. Phys. Tract. 2. cap. 1.

Altera sententia est, quod non manent quatuor illæ qualitates, tamen manent duæ simplices aliæ: vna mediæ inter calorem, & frigiditatem: altera mediæ inter humiditatem, & siccitatem, & hæc duæ possunt aliarum effectus temperatè facere: hoc sequitur conciliator. differ. 16. & Albert. Saxo. q. 19.

Tertia sententia est, quod manent qualitates temperatæ eadem, quæ erant in elementi ablato excessu: unde complexio est illa temperies, seu composita ex illis quatuor qualitatibus remissis: hoc tenet Marfil. q. 22. & alij multi, & Fernelius lib. 3. Physiologiæ cap. 3. quamuis iste dicat, qualitates esse in summo, & similiter formas esse actu.

Quarta sententia est aliorum Thomistarum, ex D. Thomæ sent. qui non differunt ab opinione præcedenti, nisi in hoc, quod dicunt non esse eandem qualitates numero, quæ manent in mixto cum his, quæ erant in elementis, quia ad ipsorum corruptionem corrumpuntur, sed sunt aliæ eadem specie productæ cum forma mixti, sicut etiam dicunt in alijs rebus: dispositiones enim præcedentes formam, non manent cum veniente forma, quia corrumpuntur cum subiecto in quo erant, quod superius quoque declarauimus. Hæc igitur sunt Philosophorum opiniones in hac parte.

Sunt.

Argumenta ad probandum complexiōem esse vnicā qualitatem. Primum.

Sunt autem argumenta, quibus probatur, complexionem esse vnicam simplicem qualitatem: primò, ita se habent formæ substantiales elementorū ad formam substantialem mixti, sicut ipsorum qualitates ad mixti qualitatem, & complexionem: sed formis elementorum correspondet vnica simplex substantialis forma, ergo & ipsorum qualitatum vnica simplex mixti qualitatem.

2. Secundò, si complexio esset temperies qualitatum, sequitur quòd consisteret in indiuisibili: omnis enim proportio in indiuisibili consistit: minimo enim mutato, tota ratio temperamenti mutatur: at hoc videtur falsum, citò enim res à proprio temperamento recederet, faciliq; causa dissolueretur, ac corrumpetur, cuius oppositum experimur: aliquando enim res multum calefit, nò tamen ob id temperies est mutata.

3. Tertio sequitur etiam, quòd multa contraria simul essent: & adæquatè in eadē parte subiecti: hoc autem videtur falsum, non enim contraria se mutuo patiuntur, sequela patet, nam quaelibet pars temperata est.

4. Quarto sequitur quòd accidens mutaret subiectum: si qualitas, quæ in elemento erat, postea in mixto maneat.

1. conclusio esse quasdam qualitates secundas in mixto.

Pro huius resolutione sit prima conclusio. Esse qualitates quasdam secundas simplices formas distinctas à primis qualitatum, ipsarumq; effectus in mixto nulli dubium est, non tamen sunt hæ complexiones. Explicò: sunt in mixtis colores, sapores, & odores, virtutes quædam, quæ non elementis insunt: ex ipsorum tamen virtutibus in mixto causantur. At notū est, quòd huiusmodi qualitates sunt distinctæ ab illis elementaribus quatuor, quas principes vocant. At non sunt tales complexiones; duo enim insunt complexionibus: alterum est, quòd sit dispositio mixti formam antecedens, & in materia cōseruans: huiusmodi qualitates potius sequuntur formam, ab ipsaq; conseruatur.

Alterum est: quòd talis complexio efficiat effectus quatuor primarum qualitatum: at huiusmodi qualitates id nò præstant: non enim per se calefaciunt, vel fri-

gesciunt; humectant, vel exsiccant, quæ omnia complexio temperatè facere debet.

Secunda conclusio. Complexio non est vnica simplex qualitas ab alijs per mutuatam pugnam, & corruptionem relicta.

At conclusio probatur primò auctore Aristotele. Meteor. c. 1. quòd per putrefactionem calor soluitur à proprio humido, & tunc restat siccitas: si igitur omnia ista vnica simplex qualitas est, quomodo posset vnum dissolui ab alio?

Præterea 2. de anima tex. 123. & 124. dicit, sensus consistere in harmonia qualitatum, quæ læditur à vehemente sensibili, & quòd plantæ non sentiunt, quia calefiunt, & frigesunt. i. habent has qualitates extra modum debitum: sunt igitur istæ formaliter ibi.

Præterea 2. de partibus cap. 1. dicit compositionem primam esse ex quatuor qualitatum, quas ibi enarrat, & ipsi viuenti dicit inesse, & similia testimonia sunt multa in Aristotele.

Probatur secundò, in mixtione sunt aliquot qualitates excedentes, vt diximus in textu, ergo non possunt corrumpi, vt producat alia: nam non est vllum corrupens talium qualitatum. Non enim sunt formæ elementorum; quia non sunt contrariæ illis; nec mixti forma, quia antecedunt hæc, nec aliæ debiliores qualitates, manent igitur qualitates.

Quòd si dicas, corrumpi cum subiectis elementis: hoc non valet primò, quia Aui cenna non sic respondere poterit, qui ponit ibi manere formas. Præterea licet corrumpantur, non ob id qualitates corrumpuntur, vt probauimus alibi.

Probatur tertio: quia si qualitates illæ corrumpuntur, & formæ, tunc nullum esset producens talem qualitatem: ego enim peto, cum producitur illa qualitas, à quo producitur cum forma mixti, non à qualitatum, si non sunt, cum illa est: nã quòd non est, non producit immediatè; nò etiam à formis elementorum, quia vt ostēdimus, non sunt tunc, cum illa qualitas est forma mixti, quòd si sunt, vt dicit Auicenna non potest etiam producere, quia ipsæ non agunt, nisi per suas qualitates. Vnde igitur, quomodo non sit agens proximum

2. conclusio non est vnica qualitas. 1. arg. à testimonijs. Primum est.

2. 2. argum. à ratione.

3.

imum illius virtutis, manent ergo qualitates ipsæ, & considera argumentum hoc.

4. Probatur quarto, temperamentum animalis mutatur secundum ætatē, pueri enim humidi, & calidi sūt valdè, senes sicci; & frigidi: quòd si vnica simplex est qualitas temperamētum, sequitur, quòd totum dissoluitur, non enim aliter vnica simplex qualitas mutari potest in alterā: periret igitur animal, & mixtum in tali mutatione, quòd falsum apparet.

5. Probatur quinto, quia commune dictū est omnium philosophorum, & medicorum, constare cuncta hæc ex contrarijs, ob id ipso tempore resolui, & perire. qd si vnica est simplex qualitas mixti, nò ex contrarijs vterq; constaret, nec in seipso principia corruptionis haberet.

6. Probatur sexto ex mutatione vnus mixti in aliud, in qua vnum aliud fit temperamentum, vt cum ex animali fit cadaver: non videtur, à quo talis qualitas produci possit.

7. Præterea septimò, quia calor mixti est tangibilis, sicut elementi, intenditur etiā calore elementi, similiter aliæ qualitates: sunt ergo eiusdem speciei, & ibi manent.

3. Concl. est temperies 4. primarū qualitatum. Tertia conclusio. Complexio est temperies quatuor primarum qualitatum: Hęc conclusio sequitur clarè ex præcedenti, ac propterea non alia ratione probatur.

Nota. Nota tamen, quòd tales qualitates, vt sub forma mixti sunt, habēt firmitatem, & constantiam, nò enim facili causa remouentur, imò accedente aliqua qualitate extrinseca vi formæ expellitur, ad pristinumq; se temperamentum reducit forma. Habēt etiam hæc qualitates operationes alias adhuc tanquam mixti formæ instrumenta, quas in elementis non attingebant, vt alibi ostenditur.

4. conclusio. qualitates elementorū manēt refractæ. Quarta conclusio. Tales qualitates sunt eadem, quæ erant in elementis, refractæ tamen, & temperatæ: & hoc est contra quartam sententiam, quam non impugnamus, eo quòd satis diximus superius circa hoc, oportet igitur, vt argumenta soluiamus.

Ad 1. Ad primum nego similitudinem illā: fat enim est, quòd sicut elementorum formis respondet vnica forma mixti, ita

qualitatibus respondeat illarum temperies: non tamen est opus quòd sit vnica simplex qualitas, sicut illi est vnica forma mixti, quia id non potest esse: nam forma produci potest à mixtione elementorum & à qualitatum immediatè, at qualitas illa non poterit, si tales qualitates corrumpi debeant: deest enim proximum agens. Ad secundum dico, quòd physicum Ad 2. temperamentum non consistit ita in indiuisibili, sicut mathematica proportio, sed aliquam latitudinem patitur.

Nota. Aduerte autem quòd per excessum vnus qualitatis non statim dicitur nouū temperamentum, nisi sit fixum & formæ conueniens.

Patitur etiam latitudinem extensiuā, non enim cum vnica pars sit non temperata, ob id totum soluitur semper temperies.

Ad 3. Ad tertium non negamus, in gradu non summo contraria simul esse, quòd ipsi fateri tenentur: dum enim nondum est mixtio perfecta, sed mutua pugna, tūc simul sunt contraria, nec hoc est vllum impossibile, aut improbabile.

Ad 4. Ad quartum nota est solutio: nam accidentia immediatè subiectantur in materia, vt alibi diximus: hæc autem non mutatur; Totum est aliud, & aliud, quòd vocant subiectum denominationis.

Ex omnibus his colligo elementa nò manere secundum formas proprias: ac tamen propterea non manere actu in mixto, manere autem secundum materias, & virtutes temperatas, & loco illarum formarū elementorum succedere formam mixti, virtutes illas eminenter complectentem, atque ita manere virtute, & potentia.

QVAESTIO XVIII.

An mixtio sit possibilis.

Quamuis quæstio hæc ordine nature primo loco tractanda esset, tamē ordine doctrinæ, quia pendet ex dictarum opinionum diuersitate, & quia communiter post alias disputatur, iudicium commune in hoc sequemur, tum etiam quia non admodum refert.

Sensus igitur quæstionis est, An elementa possint coniungi ita, vt ex eis mixtum

xtum fiat. Sūt autem argumenta in oppositum.

1. argum.

Primum, ut elementa ad mixtum conueniant, opus est aliquo mouente, & trahente ipsa ad mixtionem, sunt enim separata quæq; in suis locis: at nullum videtur esse tale mouens, non enim elementa ipsa ex se possunt conuenire, quia extra locum non tendunt; ergo mixtio nō est possibilis naturaliter.

2.

Secundum, dato quod conueniant, adhuc non videtur posse fieri mixtio. In mixtione producitur noua substantia mixti distincta ab elementis, perfectiorq; ipsis; at imperfectum nō potest producere perfectius, ergo nec elementa producent mixtum, non igitur mixtio potest esse.

3.

Tertio, si mixtum esset, qualibet ipsius pars esset mixta, sed hoc videtur esse non posse absque corporum penetratiōe; hæc autem est impossibilis: ergo & mixtio. Quod debeant esse cū penetratiōe, probatur, sumo partem vnius elementi, quæ futura est pars mixti, si talis est mixta, ergo sunt in ealiam elementorum aliorum partes, ergo datur penetratio.

4.

Quarto, mixtio debet fieri per miscibilium diuisionem: sed talis fieri non potest, ergo nec mixtio. Minor probatur, vel diuiduntur miscibilia in oēm suam partem, vel nō: primum est impossibile: si autem non, ergo in aliquas partes diuisio fit, non in alias; cum verò non sit ratio, quare potius in has, aut in illas diuisio fiat, videtur, quod nulla possit esse diuisio, & sic nec mixtio.

5.

Quinto, ut mixtio fiat, necessarius est locus aliquis, at non videtur, quis possit esse; cū enim vnus sit, vni elemento erit naturalis, alijs tribus erit violentus: erit igitur mixtio violenta, quod absurdū est.

6.

Sexto, elementa, si miscentur, debent esse quatuor: at non videtur, quod alicubi possint trahi, & esse elementa quatuor, non ergo mixtio potest esse: antecedens probatur, quia si duo essent elementa, nō esset mixtio, quia vel vnum est fortius, & tunc alterius corruptio, vel vtrumq; est æquale, & neutrum aget: si autem sunt tria, tunc duo erunt symbola, & agent, & vincunt tertium: debent ergo esse qua-

tuor elementa. Hæc sunt argumenta, quæ difficultatem faciunt.

Attende autem quod si mixtio futura est, quinque sunt necessaria, mouens, & coniungēs ista, elementa ad mixtionem, sunt enim in locis separatis. Præterea efficiens, & generās mixtum, modus etiam quo fiat mixtio, locus, in quo fiat, miscibilia, quæ miscēatur vel vno horum deficiente, non fit mixtio, ob id singula argumenta ex opposito tendūt contra vnum ex istis: primum enim probat deesse mouens: secundum deesse efficiens: tertium & quartum nō esse modum: reliqua duo auferunt locum, & miscibilia. Quamobrem, ut hæc omnia soluantur, & elucidentur, hæc quinque ordine examinare oportet.

Prius tamen aduerte, quod sunt duæ opinioniones notandæ in hac parte, quæ mixtionem auferre videntur: prima est quorūdam, quam citat Hugo sen. fen. 1. doct. 2. cap. 1. isti dicebant, elementa non esse in mixto verè, sed metaphoricè: quia enim videmus in his, quæ mixta dicuntur, similes esse qualitates, quas in elementis experimur, ob id in talibus elementa esse dicimus, tamen verè non sunt.

Hæc opinio dimittitur modò, tanquam aliena, & contra communem sententiā omnium, cum nō inniratur rationi vlli.

Altera opinio aliorum est, qui fatētur quidem esse in mixto elementa, dicunt tamen, quod nūlum mixtum fit immediatè ex elementis, nisi ex alio mixto, sicut materia quidem in composito est, nō tamē fieri potest aliquid ex ista materia, nisi præcesserit sub alia forma, ita nil fieri potest ex elementis puris, nisi sub alia mixti forma præcesserint.

Hæc autem opinio non est tenenda: nam quamuis id frequens sit, ut fiant mixta ex alijs, quid tamē prohibet fieri posse aliquid immediatè ex elementis. Si enim est iste ordo necessarius, ut vnum ex alio fiat, cum non sit in infinitum processus, deuenire oportet ad aliquod, quod immediatè ex ipsis pendeat, nulli ergo sit dubium, ex elementis posse fieri tertium aliquod.

Examinemus ergo, quod erit huiusmodi

Auhois sententia. Quid sit mouens elementa ad mixtionem.

di mouens: respondet bene Alb. tract. 6. ca. 4. & lib. 20. de animalibus. tract. 1. ca. 8. vnde desumpsit S. Tho. in præsentī loco: quod orbis cælestes sunt primi motores elementorum ad mixtionem quod etiam Arist. in sinuauit. 1. Meteor. cap. 2. qui de his mixtis, quæ in regionibus inferioribus fiunt, volēs tractare, statuit hoc velut principium, oportere elementa esse contigua orbibus superioribus, ut inde possent gubernari.

Duo sunt quibus calidius mouere possunt sunt elementa.

Duo autem sunt, quibus præcipuè orbibus mouere possunt elementa ad mixtionem: alterum est calor, quo partes terræ subtiliores, quæ exhalationes dicuntur, sursum eleuantur, & ex aqua similiter vapores, ut notum est: alterū est frigiditas, qua aer & ignis densantur, & descendūt aliquomodo, & sic omnia conueniunt, aliquando etiā ex radiorum refractione, in partibus quibusdā exhalationis ignis fit: Vide igitur, quo pacto non desit naturale mouens elementa ad mixtionem, & in vnum coniungens locum. De efficienti autē dicamus. Attende autē, quod mixta sunt in duplici differentia, quadam animata, quædā inanimata: de animatis certum est, quod vis sola elementorum non attingit productionem mixti huius, sed necessaria est vis, & calor cælestis: Vnde, quæ ex putrefactione generātur animalia, non absq; calore cælesti generantur: vnde calorem viuientium cælestem vocat Arist. 2. genera. animalium. c. 3.

Quid sit efficiens mixtionis ac primo in mixtis animatis.

At de inanimatis non ita certum est. dico tamen, quod secundū Arist. in omnibus opus est virtute cælesti, ob id solè cum causis particularibus agere omnia, docet, & calorū motus esse omnium causas: similiter metalla virtuti stellarū tribuuntur: & hoc probabilius est, ut sit ista colligatio, & nexus horum inferiorum cum superioribus.

In mixtis inanimatis quod sit efficiens mixtionis.

Dico tamen, quod nō est omninò improbabile, dicere, quod aliquod mixtum sola elementorum virtute fieri possit: licet enim singula p se imperfectiora sint, coniuncta tamen attingere possunt productionem alicuius perfectioris.

Quis sit motus mixtio portet.

De modo autem mixtionis differere oportet: sunt autem iuxta sententias promissas.

positas tres modi: & authores plures, qui tres sententias de mixtione conueniunt, quod miscibilia vsque ad minima naturalia diuidantur, & singula minima sint iuxta alterius miscibilis singula, & se mutuo alterent, donec vna tertia resultet forma ipsius mixti: tamen differūt: nam Auerroes dicit, quod in singulis minimis sunt quatuor elementorum formæ, & qualitates refractæ, eò quod singula minima ab alijs per mutationem recipiunt tres elementorum formas, & alias qualitates: ut dum minimum ignis alteratur, ab alijs recipit formas aliorum elementorum refractas: & sic qualibet pars mixti est mixta absque penetratione.

Auicenna autem admittit alterationem, sed in solis qualitatibus quatuor, donec confundantur istæ quatuor qualitates, & fiat vna complexio, & insurgat mixti forma.

S. Tho. hoc loco idem dicit, hoc super addens, quod cum qualitatibus etiam recedunt propriæ elementorum formæ. Omnes igitur non ponunt penetrationem in materijs, quia iuxta positæ sunt, & forma existens in vno minimo alterat alterum, donec adueniens ipsa mixti forma, vna fiat materia continua, & resultet, quæ liber pars mixta.

Idem dicunt alij, sed in hoc differūt, quod dicunt, qualitates manere in esse refracto. Quod etiam asserit D. Tho. alijs locis supra citatis.

Et hoc etiā nos dicimus, hoc vno ablato: crediderim enim, quod nō est talis mixtionis diuisio, sed quod diuisio quidem fit, sed nō est opus, ut sit vsq; ad minima, sed vsq; ad paruas partes: nam licet minima non sint, possunt tamen se inuicem alterare: imò credo, quod aliquæ sunt maiores, aliquæ minores, quia subiecta miscibilia non sunt semper vniformia, ut in æquales possint diuidi partes: est igitur qualibet pars mixta, cum in qualibet tēperies quatuor qualitatum firma, & mixti forma sint.

Petes, à quo ista diuisio fiat: dico, A quo fiat quod miscibilia suo motu, quo vnum cum altero conuenit, & sua actione se diuidūt: quare autem magis in has, quam

in illas partes diuisio fiat, aliqui tribuunt inaequalitati, qua non vniformiter recipit caelestem impressionem propter distantiam inaequalem. Tribui etiam potest alicui difformitati ipsarum partium vel in se, vel in ordine ad aliud miscibile.

De loco mixtionis.

Circa locum mixtionis, scito aliquando in aere, aliquando in aqua fieri, frequentius fiunt in terra: maior enim terra portio in his inuenitur: tamen difficultas est, quia videtur violenta mixtio, quod aliqui soluunt, dicentes, quod habet aliquid violenti: puta motum elementorum extra locum proprium: tamen qua parte mixti productio est, naturalis est: Nam etiam illi motus naturales dici possunt, quatenus ab agente vniuersali fiunt, & in mixti productionem tendunt, ad quod ipsa elementa ordinantur ex natura sua.

Quae sint miscibilia.

Duplex mixtio.

Quid requiratur ad primam mixtionem.

Supereff, vt quintum examinemus. Attende autem, quod est duplex mixtio: Prima, & Secunda: Prima est, quae immediatè ex ipsis fit elementis: Secunda, quae ex mixtis fit. Si de prima fiat sermo, dico, quod non est opus, quod semper formaliter conueniant omnia elementa, sed fat est, quod ipsorum virtutes: fiunt enim in terra mixta, & nullus fortasse ignis est formaliter; est tamen calor, qui ipsius est virtus: & hoc modo concessit bene Scotus 2. sent. d. 13. q. vnica, quod ex vno

elemento fit mixtum aliquando: & hoc est argumentum, quod in mixto non sunt elementa formaliter; sic enim in forma oportebat adesse: at intra aquas quomodo id fiet?

Si verò fiat, mixtio secunda, tunc miscibilia mutuo agunt, & patiuntur, sed per qualitates primas.

Quid requiratur ad secundam.

Nota.

Nota tamen multum, quod istae qualitates alias virtutes, & effectus faciunt, cum mixta miscentur, quam cum elementa: quia in secunda mixtione sunt instrumenta formae mixti, quae nobilior est, quam forma elementi, ob id nobiliores facit effectus: sicut calor ignis, vt ab anima mouetur, nutritionis principium est, quod notauit Hugo sent. 1. doct. 3. cap. 1. Ex his omnibus patet solutio omnium argumentorum, & quaestionis elucidatio.

Ad 21g.

Vnum tamen nota, quod in mixtione tria sunt, & diuisio miscibilium partium mixtione, quae contiguatio, & mutua alteratio, & tandem acquisitio formae mixti, partiumque, ac materialium continuatio: mixtio proprie hoc tertium est, quamuis aliquando alterationem etiam includat. Atque haec satis de Libri prioris huius narratione.

Finis Primi libri.

IN

IN LIBRVM SECVNDVM DE GENERATIONE ET CORRUPTIONE.

CAPVT PRIMVM.

De mixtione igitur & tactu. Text. I.

Intentio Aristot.



INTENDIT modò Arist. de elementis sermonem facere, quamuis enim in libro tertio & quarto de Caelo, etiam de elementis disputauerit, id tamen non eadem ratione factum est, vt dicit Auerroes 3. caeli. com. 1.

Qua ratio agat hic de elementis, & 3 ac 4. de caelo.

Elementa enim, possunt bifariam considerari: & vt vniuersi partes, corporaque simplicia ad locum mobilia sunt, & vt generabilia, corruptibilia; corruptionis, generationisque causae, alijs omnibus sunt: priori modo, ad libros de caelo spectant: modo verò posteriori, ipsorum est consideratio praesens.

Epilogus eorum qui tradita sunt in 1. li.

De ipsorum igitur primò generatione tractaturus suam intentionem Arist. proponit. Vt autem sermonem cum praecedentibus continet, epilogum eorum, quae dicta sunt, facit, incipiens ab his, quae vltimo loco tractauerat: Dictum igitur est de mixtione, tactu, actione, & passione: dictum etiam est de Generatione, & Corruptione simplici, id est, substantiali: de hac autem tria dicta sunt, quomodo est, puta, per mutationem totius in totum, nullo sensibili manente, praeterea cuius est; est enim entis in potentia: praeterea propter quam causam, scilicet, propter materiam, dictum etiam est similiter de alteratione, & de hac duo: alterum, quid est alterari: alterum, in quo differat vnumquodque, id est, quomodo differat à generatione.

Continuatio 2. libri ca. 1.

Continuat statim sermonem, vt post ista tractetur vocata elementa, id est, fiat disputatio de elementis, quae communi-

ter elementa vocari solent: subdit rationem, quare de his oporteat considerare, quia, inquit, talia sunt causae generationis & corruptionis omnium aliorum corporum naturalium. In qua ratione explicatur causa, & ratio formalis huius considerationis elementorum, vt diximus in principio.

Et nota, quod non solum ista verba sunt ratio, propter quam tractari debeat de elementis; sed etiam est principium quoddam tractationis; puta, quod elementa sint causae generationis, & corruptionis corporum naturalium.

Nota.

Horum autem subiectam materiam hi quidem. Text. 2.

Elementa principia esse corporum aliorum sensibilibus, generationis & corruptionis ostendit ex Antiquorum sententia, qui ipsa ponebant: fuerunt enim quatuor sententiae: quidam enim, vnum principium elementum ponebant, scilicet, ignem aut aerem: aut corpus mediū distinctum ab vtroque: alij duo posuerunt, alij tria, alij quatuor ipsa elementa, vt Empe. Hi autem omnes principia ponebant ipsa elementa, sed diuerso modo: qui enim plura dicebant, hi ex ipsorum congregatione, vel separatione, res corrumpi, vel generari dicebant: qui verò vnum, hi non congregatione, vel disgregatione ipsorum, cum vnum esset, sed ipsius elementi alteratione, puta, densatione, vel rarefactione dicebat res fieri, aut corrumpi: omnes tamen elementa principia aliorum, generationis & corruptionis, ponebant.

Elementa esse principia corporum.

Sententia antiquorum.

Quod igitur prima principia, & elementa. Text. 3.

Iiii 3

Colli-

Elementa sunt aliorum corporum prima principia.

Dux sententia vetera reprehenditur. 1. Sententia.

Colligit conclusionem ex precedentibus, quod manifestum est, elementa vere dici aliorum corporum principia, siue per congregationem, ut dicunt ponentes plura, siue per alterationem, ut dicunt ponentes vnum: statim volens constitutere ista elementa non absolute ipsa esse prima principia, sed adhuc habere principium, prius reprehendit duas sententias: altera est illorum, quos superius dixit, ponere vnum sensibile corpus, separatum & distinctum ab elementis quatuor, ex quo ipsa fieret, quod corpus vocat infinitum, id est, determinatum, quia ponebatur separatum, & distinctum ab alijs: hos reprehendit, qui in hoc errabant, quod principium elementorum faciebant corpus actu, & sensibile. Tale enim debet esse, aut calidum, aut frigidum, aut aliud tale: & sic concidit cum vno ex elementis, aliter non esset sensibile, oportebat tale ponere, ut non esset actu sensibile corpus, sed potentia, ut fecit Aristoteles, & Plato.

Vt autem in Timæo scriptum est. Text. 4.

Altera sententia.

4. errata sententia.

2.

3.

Altera sententia, quam reprehendit, est Platonis, qui materiam quidem posuit elementorum, & actu incorporam: at in quatuor taxatur ab Aristotele. Primo, quod non explicuerit, an tale principium sit separabile ab elementis: an sit necessarium coniunctum cum illis. Secundo, quia non videtur hoc principium in suis disputationibus, sed dixit, materiam esse priorem ipsis elementis, ex ipsaque esse, sicut opera artificialia ex auro, quod prius est operibus: tamen postea non amplius recurrit ad ipsam, ac si non esset. Tertio etiam in hoc reprehenditur, quod aurum predicari verissime dicitur de ipsis operibus, ut statua est aurum, ita etiam materia de elementis: at aurum non hoc modo dicitur de statua, scilicet, statua est aurum, sed aurea: subiectum enim alterationis predicatur, ut corpus est album, vel album est corpus: at quod generatur, non sumit a materia appellationem.

rationem huius docet Arist. 7. Metaph. tex. 26. quia cum subiecti sit mutatio aliqua, tunc non absolute predicatur, sed denominatiue, cum aurum sit statua, precedit quaedam auri mutatio; ex causa autem partes aliq; ob id statua aurea dicitur: similiter homo terreus, quia terra mutatur: materia etiam precedit priuationem, & alteram contrariam formam: non igitur tales propositiones concedi illo modo debent.

Sed elementis existentibus. Text. 5.

Reprehenditur quarto Plato, quia videtur materiam facere superficiem, quod est impossibile: & ratio est, quia elementa ipsa, quae sunt solida corpora, resoluit vltimo vsq; in superficies: at materia, id est, in quod vltimo corpus resolui debet: videtur igitur posuisse materiam esse superficiem.

Reprehensio autem huc tendit, quod cum posuisset materiam primum principium elementorum, debuisset elementa in ipsam resolueri, & non in superficies: & sic non videtur principium, quod posuit, ut superius expositum est.

Nos autem dicimus aliquam materiam. Text. 6.

Suam modo sententiam explicat de elementorum principio: dicit, quod principium est materia ipsa, & non corpus aliquod actu: at ista materia non est actu separata, vel separabilis ab omni forma, sed semper est cum contrarietate. i. cum formis & qualitatibus oppositis, de quo dixit, se alibi dixisse, cap. 3. & 4. de caelo, exactius, id est, latius.

Sed tamen quoniam & hoc modo sunt.

Cum dixisset, elementa habere principium, scilicet, materiam inseparabilem a contrarietate, dicit, quod de ipsis elementis sic oportet loqui & tractare, ut non ipsa principia prima existimemus, ab ipsisq; statim incipiamus, sed primum constituamus esse vnum primum principium ipsorum, actu inseparabile a qualitatibus & formis contrarijs.

Osten-

Materia est distincta a contrarijs, & eis subijciuntur, & est potentia sensibile corpus, & elementorum principium.

Nota, quod elementa sunt principia corporum.

Incipit agere de qualitatibus secundo loco numeratis, relicta materia, de qua ante dictum est.

Qualitates secundo loco esse principia corporum.

Reprehendit Empedoclem.

Ostendit autem obiter, quod sit materia distincta a contrarijs, quia vnum contrarium non subijcitur alteri, ut calor frigiditati, vel e contra, sed vnum tertium oportet esse, quod vtrique subijciatur: vnde colligit, quod materia est primum principium, cum ipsis subijciatur contrarijs: & materiam vocat, quod est in potentia sensibile corpus: post materiam secundum locum obtinent ipsa contraria, puta, calor, frigiditas, & reliquae: post has sunt ipsa elementa.

Vide igitur, quod elementa sunt quidem principia aliorum corporum, sed tertio loco: nam materia & contrarietas, sunt principia priora. Et attende, quod loquitur de principijs non solum essentialibus, sed etiam productiuis, quales sunt qualitates: vnde non mihi placet Philo. quod per qualitates hic vult intelligi ipsas elementorum formas: non enim hoc est necessarium, sed prius ipsa accidentia intelliguntur: quod si in secundo loco ponuntur, id est, quia sunt dispositiones antecedentes, & disponentes materiam ad elementa ipsa, & sunt etiam ipsorum elementorum productiuae, & causa.

Aduerte etiam, quod cum secundo loco qualitates numerasset, ab ipsis incipit disputare, omissa materia, de qua dictum est iam: est enim ipsa omnibus communis.

Ideo autem docuit, elementa principia habere, ut a talibus inciperet principijs, & causis proprijs ipsorum, quae formae, & ipsorum qualitates sunt, ut patebit sequentibus textibus.

Hae enim transmutantur in se inuicem.

Ostendit, ut exponit Philo. quod secundo loco sunt principia qualitates, & non ipsa elementa: ratio autem potest ista esse: Quod minus transmutatur, magis est principium transmutationis: at minus transmutantur ipsae contrariae formae, quam elementa, non enim vnum contrarium transmutatur, & fit alterum: vnum autem elementum mutatur in alterum: ergo maiorem rationem principij obtinent qualitates & formae.

Reprehendit Empedoclem, quia di-

xit, elementa non mutari inuicem, dicens, quod nisi essent mutabilia inuicem elementa, non esset alteratio: alteratio enim in mutationem tendit.

Colligit ex hoc ordinem, quod ab his incipere oportet & determinare, quot, & qualia sint principia, ut corporis principia sunt, & hoc ratione ostendere, non sicut alij, qui dicunt, sed non probant, quare haec qualitates sint principia, & non aliae: quare tot, & non plures: nos vero ratione ostendemus.

Dubitabis, quare potius ignis dicitur transmutari in aquam, quam calor in frigiditatem.

Dico, quod nihil caloris fit frigiditas, aliquid tamen ignis, scilicet materia, fit aqua, ut notum est.

CAPVT II.

Quoniam igitur quaerimus sensibilis corporis. Text. 7.

Egregia methodo inquirat, quae, & quot sint qualitates, quae principia sunt corporum sensibilium: Primum enim constituit, quod debet esse corpus hoc, cuius principia quaerimus, ponitq; ipsum esse tangibile: vnde cum dicitur, hic quaerimus principia corporis sensibilis, intellige tangibile.

Sed dices, quare huius, & non alterius sensibilis est sermo?

Dico, quia est vniuersalius reliquis omnibus, ipsaq; comprehendit: nam omne odorabile est tangibile, non autem contra: similiter omne visibile, corruptibile, & omne gustabile, ac odorabile. Non est contra: & ratio est, quia aliorum sensuum obiecta, sunt mixta tantum, at tangibilia sunt mixta, & elementa: ob hoc quaerimus principia tangibilis: quae enim fuerint huius principia, vniuersaliter erunt principia corporis sensibilis.

Constituit secundo Arist. quomodo dignoscemus principia tangibilis corporis, ut tangibile est, docetq; regulam esse sensum tactus, qualitates. n. quas tactus dignoscit, inerunt corpori, ut tangibile est.

Ex quo infert, quod aliorum omnium sensuum qualitates non faciunt principia, & for-

Ordo & modus disputationis seruandus.

Solutio.

Discursus a quo inuestigat qualitates.

le fit corpus, cuius principia quaerimus.

Solutio.

Cur quaeratur principia corporum sensibilium.

Quo cognoscemus principia tangibilis corporis, ut tangibile est, docetq; regulam esse sensum tactus, qualitates. n. quas tactus dignoscit, inerunt corpori, ut tangibile est.

formas sensibilis corporis, sed solum cō-
traria tangibilia : excludenda ergo sunt
ab hac ratione cōtraria aliorū sensuum,
vt albedo, nigredo, dulcedo, amaritudo,
& aliæ huiusmodi.

Occurrit
obiectioni.

Statim respondet obiectioni. Posset
dicere quis, visus est prior tactu, ergo e-
ius obiectum prius est obiecto tactus, &
sic sunt colores qualitatis primæ. Re-
spond. quod licet ita sit, quod visus sit
prior, & color, tamen non insunt colo-
res corpori, vt est tangibile, tunc enim
essent primæ causæ, & principia : nil er-
go prohibet alia ratione esse colores na-
tura priores.

Nota quo-
modo visus
est prior.

Nota, quod hic dicitur visus prior no-
bilitate, & obiectum prius vniuersalita-
te, quia videmus astra, quæ non possunt
tangi : & ex hac parte vniuersalius, &
prius est visibile, tamen sub ratione tan-
gibilem minus est vniuersale, quia mul-
ta sunt tangibilia, quæ non sunt visibi-
lia, vt elementa. Præterea tactus inest o-
mnibus animalibus, non aut visus, quia
ille est necessarius, & hac ratione prior
est etiam tactus : est enim vniuersalior.

Ipsorum autem tangibilem diui-
dendum. Text. 8.

Cum qualitates tangibiles, principia
esse sensibilis corporis dixisset, constituit
tertiò diuisionem omnium : nam quæ ab-
solutè inter has fuerint primæ, erunt prin-
cipia sensibilis corporis.

7. cōtrarieta-
tes, quas p-
cipit sensus
tactus.

Ponit ergo septem contrarietates cir-
ca tactum, ex quibus duas primas omnium
probat, quia ad ipsas reliquæ reducun-
tur, atque eas, vt principium sensibilium
corporum, collocat : circa has igitur cō-
trarietates tactus versatur, circa calidum
& frigidum, siccum, & humidum, gra-
ue, & leue, durum, & molle, lubricum,
& aridum, asperum, & lenè, crassum,
& tenue.

Quæ quali-
tates sunt re-
ijciendæ à
numero pri-
marum tan-
gibilem.

Ex his omnibus duas primas sumit, a-
lias rejicit. Primò autem rejicit grauita-
tem & leuitatem, quia non sunt mutuò
actiua & passiuua, nec alterant aliquid nec
alterantur : at qualitates corporum sen-
sibilem, oportet, vt sint actiua, vel pas-

siua : & sermo est de alteratione : si enim
non essent tales, non essent corporum
principes : corpora enim per qualitates se
mutuò alterare, & miscere debent.

Calidum autem, & frigidum, &
siccum.

Ex ratione præcedente colligit hæc
quatuor contraria, calidum, & frigidum,
siccum, & humidum, esse posse princi-
pia corporum, quia actiua & passiuua sunt,
duo enim priora sunt actiua, duo verò
posteriora passiuua : quod ex definitioni-
bus ipsorum probat.

4. Primæ
qualitates
sunt calidū,
frigidū, hu-
midū & sic-
cum.

Calidum enim est congregans homo-
genea, & similia, vt patet in auro puro
igni imposito : tunc enim partes auri cō-
iunguntur ex parte vna, partes terræ ex
altera parte.

Describitur
4. primæ
qualitates.

Notat autem, quod si calor disgregat
res diuersas, est, quia dum congregat res
similares, separat illas à dissimilibus, ob
id disgregare dicitur ætherogenea.

Calor.

Frigidum autem est, congregans dis-
similia, vt apparet in gelu, vbi lapides,
paleæ, & alia simul coniungi, accidit :
sunt ergo ista actiua : nam congregare a-
gere est.

Frigus.

Humidum autem quod intermina-
bile est. Text. 9.

Ex descriptionibus humidi ostendit,
similiter & siccum, ipsa esse passiuua. Humi-
dum enim est, quod suo termino inter-
minabile est, facile autem alieno termi-
natur, vt patet in aqua, hæc enim spargi-
tur statim, nec facile terminum ex se re-
tinet, quem facile capit à continente, ad-
aptatur enim figuræ vasis.

Humidum.

Siccum autem econtrà suo termino
facile terminatur, alieno verò difficile,
vt notum est : est igitur vtrumque passiu-
uum, esse enim terminabile, vel intermi-
nabile, passionem notat.

Siccum.

Tenue autem, & crassum, & lubri-
cum. Text. 10.

Cum ostendisset illa quatuor contra-
ria esse actiua, & passiuua, nunc probat,
quod omnia alia ad ipsa reducuntur : ex
priori.

Oēs quali-
tates acti-
uæ ad has
prio-

omnes re-
ducuntur.

priori enim patet esse principia, ex poste-
riori autem probatur, illa sola esse prin-
cipia, & non alias tangibiles qualitates :
conatur ergo reducere illas alias ad has
quatuor, reducitque primò tenue &
crassum, ad siccum & humidum. Primò
quidem.

Tenue &
crassum.
Nota.

Tenue ad humidum, tali ratione : &
nota, quod ratio est syllogismus cū pro-
syllogismo. i. ponit maiore cum sua pro-
batione, minorem rursus cum sua proba-
tione, propter quod syllogismus videtur
obscurus, sed dilucide iste est : Esse reple-
tium, est proprium ipsius humidi, omne
tenue repletium est, ergo est humi-
dum : vel clarius, omne repletium est
humidum, tenue est repletium, ergo te-
nue humidum est.

Ratio.

Quid sit re-
pletium.

Maiore probat : facile terminabile ab
alio, & sequitur tangens. i. adaptat se,
& vnit cum tangente, est humidum : at il-
lud est repletium, ergo hoc est humidum.
Nota, quod illud dicitur repletium, quod
se imbibit cum altero, & velut cum alte-
ro se penetrat, sicut aqua terræ infusa, &
oleum cum vestibus, & alia similia : pro-
bat minorem, quod tenue sit repletium,
quia est subtilium partium & minima-
rum. i. facile in minutissimas diuidi po-
test particulas : & sic totum potest tangere
torum. i. diffundere se per partes mini-
mas alterius, & velut illas penetrare : re-
ducitur ergo tenue ad humidum, vt par-
ticulare ad vniuersale : Quod si hoc ad
humidum, suum oppositum reducat
ad siccum : vt enim contrarium vnum
cum vno, ita alterum cum altero.

Rursus autem lubricum quidem.
Text. 11, & 12.

Lubricum
& aridum.

Reducit alia duo contraria, puta, lu-
bricum & aridum, ad humidum & sic-
cum. Primò lubricum ad humidum, quia
lubricum est quoddam humidum : est enim
humidum aliquid passum. i. humidum
commixtum cum subtili terreo, ex quo
prouenit, quod sit tenax, & vinctuosum,
sicut oleum, & similia.

Eius autem oppositum, puta, aridum
ad siccum, spectat eadem ratione. est enim
quoddam siccum. i. valde siccum, & quod

tali humido vinctuosum est priuatū, quod
fit ex eo, quia calor extraneus resoluat hu-
midum, & reliquas partes cōstringit fri-
giditas, & congelatum fit.

Amplius molle quidem humidi.

Text. 13.

Alia etiam duo reducit, scilicet molle & durum.
ad humidum, durum autem ad siccum.
probat de molli, quia molle est quoddam
humidum, quod in seipsum cedit, & non
obstitit.

Aduerte ex 4. Meteor. ca. 4. esse du-
plex humidum, quorum vnum cedit al-
teri corpori, sed illud tale circumstat, vt
aqua, si lignum mittas in eam, cedit, sed
cedens ambit lignum, eiusque terminis se
commensurat, & hoc non est molle.

Nota du-
plex humi-
dum.

Alterum est, quod cedit quidem, sed
suo se termino continet, nec circumdat
corpus, vt cera blanda, & alia, quæ hu-
midum habent aliquanto consistens, & hoc
humidum molle dicitur.

Hoc est igitur, quod hic dicitur cedere
in seipsum, & non obstitere, & circū-
dare : est igitur omne molle humidum,
non autem omne humidum molle.

Nota.

Reducitur ergo molle ad humidum :
durum autem est, siccum quoddam : est
enim congelatum. i. tali humido priuatū :
hoc enim vocabulum multiplex est, &
varijs opponitur ex nominum proprio-
rum defectu.

Dicuntur autem siccum, & humidum.

Text. 14.

Siccum & humidum multipliciter di-
cuntur, nec in quacunque significatione
sumuntur, cum dicitur esse primæ qua-
litates, ob id Aristoteles ipsa distinguit,
aliasque significationes, ad vnam pri-
mam reducit.

Multi mo-
di, humidū
& siccū.

Aduerte autem, vt intelligas textum,
quod tripliciter dicitur aliquid humidum :
vno modo non propria humiditate. i. ip-
si inhærente, sed humiditate alterius cor-
poris ipsi coniunctis : & hoc dupliciter cō-
tingit : vno modo, cum sit in sola super-
ficie exteriori, vt cum aqua superfundi-
tur lapidi, & hoc dicitur vnum, seu rora
tum : altero modo cum talis coniunctio
etiam sit in profundo, vt cum aqua im-
bibit.

Humidū.
modo.
2. modo.

3. modo. bibitur terra, tunc terra dicitur hoc se- eundo modo humida; quod humidum dicitur irrigatum. tertio aliquid est verè humidum, quod propria, ac inherente sibi humiditate humidum est, vt aqua, & alia.

Siccū tribus modis. Siccum etiam tot modis dicitur: nam cuique humido suum siccum opponitur per priuationem talis humiditatis: vult ergo Aristoteles, quod humida duo, ad tertium reducuntur, quod vocat primū: & sicca etiam duo ad primum: & sic vnum est primum siccum, vnum primum humidum.

Textus ex- pofitionis. In textu igitur probat, siccum & humidum esse multiplicia tali ratione, quia sicco opponuntur humidū, & ydum, & humidū opponuntur humidum, & congelatum: vtrāque ergo sunt multiplicia, quia regula est topica, cui multa opponuntur, ipsum est multiplex. Statim tamen dicit, quod hęc reducuntur ad primum humidum, & primum siccū: & facit rationem hanc: ydum & irrigatum, quibus siccum opponitur, reducuntur ad primum humidum, ergo etiam siccum illis oppositum ad primum siccum.

Nota. Et nota, quod est defectus vocabuli: nam duplex est siccum correspondens duplici humido.

Rurfus autem humidum & congelatum. Text. 15.

Quid sit primū humidū, & primū siccum. Ostendit, hoc primum humidum, & primum siccum, dicitque humidum primum habere propriam humiditatem in profundo: siccum autem, quod hac priuatur, diciturque siccum coagulatum, et hoc erit primum.

4. gen. hu- midū, & sicca secundū a. Quamuis est alia expositio, quę mihi magis placet, vt ponat aliud quartum humidum & siccum, ita, vt humidum hoc sit, quod mixtum est, habet autem humidum proprium, vt multa mixta humida, & hoc reducitur ad primum. i. ad simplex, quod est humidum primum: similiter siccum in mixto dicitur coagulatum: & hoc reducitur ad siccum simplex, & elementare: sic igitur omnia tangibilia contraria, reducuntur ad illa quatuor.

Dubium. Dices, quare nihil dicit de aspero, &

leni? dico, quod notum est esse dura, & superaddere partium situm: asperū enim est durum habens partes prominentes, & inæquales: sene autem durum habes partes æqualiter prominentes.

Conclusio. Concludit quatuor esse primas qualitates, ad quas reliquę reducuntur, ipse tamen non ad alias: non enim reducitur calor ad humidum, nec ad siccum: nec similiter reducitur frigidū ad illa duo, nec è contra.

QVAESTIO I.

An quatuor qualitates sint elementorum formę substantiales.

Q Vamuis elementis singulis, vt dicitur inferiùs, duę insint qualitates primę, tamen vna est, quę precipuè inest, & ei appropriatur, vt igni calor, aeri humiditas, aquę frigiditas, terre siccitas: & de his difficultas est. An quęq; sit suo elemento substantialis forma.

Et videtur quod sic. Primò ex Aristot. text. 7. vbi has, principia, & formas corporum dicit esse: non ergo sunt accidentia; nam accidens non est principium substantię.

Secundò, differentia est substantia rei, cuius est differentia. at tales qualitates sunt elementorum differentię, ergo sunt ipsorum substantię & formę consequentia est certa cum maiori: minor probatur ex Arist. hoc lib. text. 24. vbi differentias vocat. has elementorum. Præterea ratione, quia per qualitates has, mutuo differunt elementa.

Tertiò. Elementa secundum se sunt contraria: at non habent contrarietatem aliam, nisi in his qualitatibus, ergo istę sunt ipsorum formę, & per eas constituuntur: Maior est Arist. hoc lib. text. 49. Minor, & consequentia per se patent.

Quartò, ea est forma, qua ablata, etiã res illa aufertur; At ablatis hisce qualitatibus, auferuntur elementa ipsa, ergo sunt ipsorum formę.

Tandem quintò: id, quo aliquid producit, est forma: at elementa hisce qualitatibus producant sibi similia, ergo sunt ipsorum formę: si enim essent accidentia,

ria, etenim cum per illas producant substantiam, imperfectum produceret perfectum, quod videtur fieri non posse.

In hac difficultate, est sententia, & opinio, quam sæpè Auerr. tribuit Alexandro: & videtur Alexander hoc sentire li. de sen. cap. 4. de odore: etiam est cuiusdam Nicolai, vt citat Conciliator, differentia. 13. Hi asserunt qualitates has esse formas substantiales elementorum, ita, vt non sit alia forma substantialis ignis, nisi calor, & reliquorum sua qualitas. Huius opinionis argumenta sunt facta in principio. Iandunus autem 4. Physic. quęst. 4. non credit Alexandrū fuisse huius sententię.

1. Concluf. Sed cuiusq; sit, illa est absurda, & non est tenenda: & ponitur opposita conclusio. Qualitates hęc non formę substantiales elementorum, sed virtutes & passiones ipsarum sunt, superadditę formis.

1. Ratio. Probat primo argumento, quod facit Auerr. 3. Meta. com. 2. contra istā sententiā: quod vni est substantia, nulli potest accidēs esse: at istę qualitates sunt substantię elementorum: ergo nulli possunt esse accidentia: at constat esse accidentia in mixtis, & similiter in ipsismet, siccitas enim non est substantia ignis, cū sit calor: ergo non possunt esse substantię: maior est Arist. 1. Physic. text. 27.

Nota. Et aduerte, quod loquimur de accidenti, quod diuiditur in prædicamenta nouem, quod aliqui vocant nominale: nam si sit sermo de accidente verbali, id est, de prædicato, quod est extra rei naturam: potest aliquid esse accidēs, & substantia: homo enim dicitur accidere animali, quia non est de essentia animalis, quod sit homo, at homo substantia est.

2. Ratio. Secundò substantia non est per se sensibilis, sed per accidens: sensus enim accidentiū sunt primò perceptiui: at tales qualitates per se primò à tactu percipiuntur, ergo non sunt substantię.

3. Ratio. Præterea tertiò. Formę substantiales non suscipiunt magis & minus: tales qualitates suscipiunt, vt notum est: non ergo sunt substantię.

4. mediã est operatiua, at tales qualitates

immediatè operatur, non ergo sunt substantię: maior est Aristotelis. In prædicamento enim qualitatis constituit principia proxima operantium, vocatque potentias, vel impotentias. Præterea de sensu & sensibilibus, ca. 4. dicit, quod ignis & ista elementa non sunt actiua & passiva, nisi vt contrarietatem habent: vbi ostendit, ipsum ignem, vel aquam non consistere in contrarietate: & nulli dubium est, esse talem sententiã contra Aristot. atq; idè abijciatur. Argumenta tamen soluamus.

Ad primum dico, quod Aristoteles Ad 1. vocat istas qualitates principia nõ essentialia, sed dispositiua & productiua elementorum, vt in textu exposuimus.

Ad secundum respondet Auerroes. 3. Ad 2. Physic. com. 10. & Conciliator differ. 13. quod sæpè differentię rerum occultę sunt, ac accidentia illis maximè coniuncta, pro ipsis sumuntur, tanquã per ipsas formę indicentur, & hac ratione Aristoteles has vocat differentias elementorum: sed non sunt primę differentię, sed secundę & accidentales, primas tamen indicant.

Ad tertium dico, quod elementa in sua substantia non sunt contraria, sicut nec alię substantię inter se, sed ratione suarum qualitatum: & confirmo ex eodem textu, postquã Aristoteles dixit, elementa esse contraria, statim declarauit dicens, prout contingit substantiam substantię contrariam esse, ac si dixisset, illa contrarietas est in elementis, quę substantiis permittitur, scilicet, secundum suas qualitates, & clarè hoc dixit hoc libro textu 22. vbi dicit, hæc esse contraria, quia passiones habent contrarias.

Obiectio. Dices, causę contrariorum contrarię sunt: si igitur passiones contrarię sunt, & formę, quę sunt ipsarum causę? Dico, quod illa maior, si in omni genere causę intelligatur, amplificari debet, vt sit sensus, causę contrariarum, aut sunt contrarię, aut diuersę, vel causę contrariorum sunt contrarię, vt patet re vera formaliter.

Ad quartum respondet Auerroes. 2. KKKk 2 Meta.

Metaph. com. 5. quod illud, quo primo ablato, aufertur res, est quidem forma, non tamen id, quo ablato non primo, aufertur res. Explico, abscisso, & ablato capite moritur homo, non tamen caput est forma, quia ipsius ablatio non aufertur primo hominem, nisi anima, quam aufert capitis abscissio: ita ablato calore, aufertur ignis non primo, sed quia calor ablatus, aufert ipsam formam: hoc idem dicitur de alijs elementorū qualitibus, & primo in gradu remisso bene aufertur calor manente forma, & frigiditas, &c. in alijs elementis.

Ad 5.

Ad quintum dico, quod cum agit aliquid, est agens principale, puta, suppositum, & instrumenta duo, vnum principale, & id est forma substantialis, & instrumentum secundarium, scilicet qualitas & potentia, seu virtus, assimilatur naturæ, qui manu, & remone mouet.

Nota qd fit agens principium in actione.

Dico igitur, quod non id, quo immediate agens agit, est forma substantialis, sed hoc est instrumentum principale, qualitas verò, est instrumentum secundarium.

Nec inconueniens est, quod imperfectius producat actione instrumentaria perfectum, si agit in virtute perfecti agentis, vt alibi dictum est; & hoc de presenti quæsito sufficiat.

QVAESTIO II.

An sint tantum quatuor prima qualitates.

Duplex difficultas in hac questione.

1. Argum.

Sensus quæstionis notus est, Aristoteli enim quatuor tangibiles qualitates primas constituit, calorem, frigiditatem, humiditatem & siccitatem. Difficultas igitur est duplex. An sit aliqua alia præter has, vel an aliqua ex his superflue constituantur. Vtique enim modo probabitur, non esse tantum quatuor qualitates.

Est igitur argumentum primum. Motus est causa alterationis, & tamen motus non est qualitas reducibilis ad illas quatuor: ergo aliquod est aliud accidens principium primum operationis: consequentia videtur certa, loquor autem de motu locali: maior probatur primo ex

2. cæli. text. 42. vbi dicitur, quod motus est aptus calefacere lapides, & ignire ferrum.

Præterea sect. 5. problem. q. 34. dicitur, quod flatus refrigerat feruentes ollas, & aer motus infrigidat: ob idque minus caleferi, qui ad solem deambulant, quam qui stant: illi enim excitant spiritum, & ventum, qui infrigidat, ergo motus alteratiuus est; calefacit enim, & frige facit.

Præterea secundò: lux est qualitas prima, imò prior illis quatuor, hæc enim cælestis est: at lux alterat corpora ista, calefacit namque, & aliquando generat ignem: sunt ergo alia præter illas qualitates.

Tertiò, sunt etiam virtutes in rebus, hæc alteratiuæ, vt patet in herbis, lapidibus, & alijs, quæ non ex elementis posse prouenire videntur, sed ex cælis: sunt igitur alia primæ qualitates.

Quartò videtur diminutus Aristoteli in 4. probandis his qualitibus: non enim meminit rari & densi, quæ quidem contraria sunt circa tactum.

Præterea quinto, ex alia parte videntur esse pauciores: nam calor & frigiditas faciunt, quod alia duæ faciunt, ergo superfluum siccitas & humiditas: consequentia videtur bona: sed probatur antecedens ex Aristoteli. 4. Meteor. in principio, vbi dicit, quod calor & frigus exsiccant, & humectant, & indurant, atque mollificant, qui effectus sunt aliarum duarum qualitatum.

Præterea sexto, in vno genere vnum est primum, ergo in genere qualitatis vna tantum erit prima, non igitur sunt quatuor.

Huius difficultatis elucidatio tota pendet ex intelligentia eorum, quæ Aristoteli dicit circa has qualitates: ob id hoc primum est explicandum.

Aduerte igitur, quod Aristoteles inquirat principia & qualitates, quæ sunt primæ causæ cuiusque transmutationis sensibilis: tales autem qualitates deberent habere quatuor conditiones.

Prima est, quod essent vniuersales, id est, quod essent tales, vt essent causæ cuiusque sensibilis mutationis, & non huius essent, alterius non.

Se.

2. Secunda est, quod essent simplices. i. primæ, quæ non dependeret ex alijs: iam enim non essent vniuersales causæ: si ex aliorum antecedentium mutatione dependerent.

3. Tertia, quod essent actiua vera actio, scilicet alteratiua, & corruptiua: aliter enim non essent causæ transmutationis substantiæ.

4. Quarta, quod sint mutuo actiue, & passiuæ, id est, agant cum contrarietate: sic enim poterunt mixti causa esse, nisi enim repassiuæ essent, tunc corpora per illas qualitates in mixtionem venire non possent: & sic non essent causæ mixtorum mutationes: debent ergo agere cum contrarietate.

2. Fund. qua methodo vsus sit Aristoteli in inuestigandis his qualitibus.

Arist. igitur ad indagandas tales qualitates optima vsus est methodo: obseruauit enim qualitates mutuo actiuas, & passiuas sensibiles, reducitque illas ad corpus tangibile, vt tangibile est: nam quæ fuerint causæ talis corporis, erunt vniuersales causæ transmutationis omnium sensibilium: nam reliqua omnia tangibilia sunt, non autem e contra, vt explicuimus in textu.

Vltorius ad huc constitutis his tangibilibus indagauit, quæ inter has sint primæ: nam hæc erunt absolute primæ, & sic reducit illas omnes contrarietates ad duas. Vnde notum fecit, hæc qualitates esse quatuor propositas.

Non negat Arist. esse alias qualitates actiuas.

Hinc fit, non esse mentem Aristoteli, negare absolute esse alias qualitates actiuas: sunt namque. Similiter nec negare esse qualitates alias alteratiuas: sunt enim, vt patet de lumine, quod alterat: similiter de qualitatibus virtualibus, vt patet de calore virtuali vini, & alijs virtutibus alteratiuis: hæc enim agunt, sed absque contrarietate, vt notum est: at sermo Aristoteli de agentibus cum contrarietate, & primis qualitibus procedit.

1. Conclu.

Sit autem pro maiori huius dilucidatione prima conclusio. Aliquæ sunt qualitates actiuæ, sed non dicuntur primæ, quia non agunt actione proprie alteratiua, & tendente in mutationem rei. Hæc conclusio patet: colores enim, odores, sapores, & soni agunt, in suos sensus, quo-

rum obiecta sunt, imprimuntque species, & sui similitudines, non tamen corruptiua actio est, nec est cum abiectione contrarij.

2. Secunda conclusio. Aliquæ sunt qualitates verè alteratiuæ alteratione corruptiua, tamen primæ non sunt; eò quod tales virtutes ex mutatione illarum primarum processerunt; vt patet de virtute vini, aceti, & multorum aliorum mixtorum, quæ vsus medicamentorum præbent.

3. Tertia conclusio. Sunt etiam simplices qualitates verè alteratiuæ, & priores his quatuor: tamen non mutant harum numerum, quia non cum contrarietate agunt: patet de luce, & lumine, & cælorum motu; & aliorum etiam corporum, quæ verè alterant.

4. Quarta conclusio. Præter has qualitates alteratiuas, quæ in mixtis sunt, à primis elementaribus prouenientes, existimo esse alias ex virtute cælorum influxas, nec oppositum possum mihi persuadere. Sicut enim virtutes in his rebus adeò mirabiles, vt elementorum viribus tribui non possint: quis enim virtutem feminis formatiuam tribuet elementis, cum animal longè excedat ipsa? similiter alia sunt virtutes rerum circa effectum mirabiles, quæ profectò ex cælo dependent.

Præterea, quis sibi persuadet, eorum nobilissimum, quale est cælum, nihil agere in his inferioribus, nisi lumē, & per lumen calorem: cum Aristoteli. 1. Meteor. dicat, omnia ista à cælo cum virtute gubernari, & ait quod Sol & homo generant hominem. Vnde fit, quod multi effectus ex varijs cælorum motibus, & astrorum aspectibus, in his inferioribus proueniāt, & cæli non solum lumine, & motu, sed etiam alijs virtutibus occultis agant, quæ influentiæ dicuntur, quod docet S. Th. 2. cæli, super textum. 42. & Albertus Magnus ubique, & Conciliator. differ. 60. Marfil. Albert. q. 1. & Paulus Venetus, 1. Meteor. c. 1. & alij plurimi, præter quosdam Modernos, qui id negant absque ratione vlla.

Et quamuis hoc alibi sit tractandum, Arg. pro hoc vnico vt argumentum: cæli enim influentijs.

frigidat inferiora ista, vt notū est, & alias qualitates inducunt: has autem præstare non possunt lumine; & motu, ergo alia virtute operantur: maior est certaminor probatur: si enim lumine id faceret, maxime luminilunæ id cõcederetur, vt ipsi dicunt: at hoc manifestè est falsum, & cõtra Arist. 4. de partibus animalium. ca. 5. qui dicit noctibus æstiuus in plenilunio plus vigere calorem, quia maius lumen est: & dicit, quod exanguia animalia tunc pinguescunt ob maiorem calorem, quāuis par alimentum sumant: vide clarè, tale lumen calefacere.

Excluditur solut. Auer.

Nec valet, quod dicit Auerroes. 2. cæli, cõm. 4. 2. quod per accidens infrigidant, & humectant cæli, quod merito reprehendit S. Thom. illic: cæli enim cause sunt vniuersales, & per se: & præterea, quia si illa per accidens fiunt à cælo, oportet dare causam, à qua per se fiant, quam non dabit quis: per se igitur operantur: & hoc etiam iuxta, vt expositum est.

Nota effectum per accidens vnus causa esse per se alterius: vt si nauta non per se est causa submersionis, danda est causa per se, scilicet venti, & si quid infrigidat per accidens, dabitur infrigidans per se; quod igitur erit, nisi vel lumē, vel virtus cæli, cum ipsum infrigidare dicantur.

Ad argumenta igitur oportet respondere.

Ad 1.

Ad primum, quamuis admitteremus, motum per se agere calorem, & frigiditatem, non id esset contra Arist. non enim ageret cum contrarietate, & repassione.

Nota quomodo motus causet calorem.

Dices tamen, vt melius intelligatur, quomodo motus agat: dico, quod motus non per se, & immediatè calorem facit, sed quia inducit dispositionem, ad quā sequitur calor: quod docet Alber. Magn. 12. Meta cap. 8. motus enim conficit, & conterit partes, inducitque quandam raritatem, ad quam sequitur calor.

Nec est inconueniens, vt dicit Paul. 1. Meteor. cap. 1. quod raritas, quæ solet sequi calorem, sit dispositio aliquando antecedens ipsum calorem: at quia motus illam raritatem per se inducit, dicitur

per se causa aliquo modo caloris.

Quamuis in viucentibus motus sit causa caloris ex alia, & ea, quia excitat spiritus animalis calidos, ad aliasque trahit partes: spiritus tamen ipsos illa via calefacit.

Non sic tamen motus est causa frigiditatis, sed per accidens, quia applicat aliud frigidum, quod docet Arist. Sect. 26. Problem. q. 56. vbi querit, quare flatus cum sit calidus, infrigidat: & respondet primò, quod non quicunq; flatus id facit, sed qui emittitur, compresso ore: qui enim emissus est, expanso ore, calefacit: dicit autem, quod ille, qui est emissus ore compresso, per accidens infrigidat, quia mouet aerem frigidum versus rem infrigidandam: & dat signum, quod si corpus sit propriè, & approximatum ori, tunc calefacit quicunq; flatus: vide ergo motum infrigidare, quia per motum applicatur infrigidans.

Nota quare motus aliquando flatus cum sit calidus fit calefacit.

Nota ergo, quod sunt duæ cause, quare spiritus, vel flatus infrigidat res calidas: Altera est, quia mutat aerem continguum rei calidæ, qui ob vicinitatem calidus erat, inducitque semper aerem frigidorem.

Causa dicitur.

Altera causa est, quia motus condensat aeris partes, vt magis infrigident res: condensata enim fortius agunt: & ob hanc causam vtraque manus immissa aque magis infrigidatur, si digitis motum aque faciat.

Ad 2.

Ad secundum dico similiter: quod lumen non agit cum repassione: & sic nihil est contra Arist.

Dices tamen, quomodo lumen calefacit, respondet Alb. Mag. 2. cæli tract. 3. ca. lumen calefacit, quod non essentialiter, sed quia mouet partes, & conterit, sicut motus: sed hoc non mihi placet, quia caleferi experimur res absq; tali contritione, nec motu partium, præsertim, quia non est certum, an lumen recipiatur in ipsis corporibus opacis, an in solo aere: quod si non recipitur in illis, non poterit conterere.

Quomodo facit.

Dico igitur, quod immediatè, & à seipso inducit calorem, sicut calor ipse, nec est causa, quare id non ita sit.

Ad 3. mus

Ad tertium dico iam, quod non negamus

mus tales qualitates, sed nihil contra Arist. vt explicatum est.

Ad 4.

Ad quartum Alexand. dicere videtur, quod rarum reducitur ad leue, desum ad graue. Contra hoc replicat Auer. nam vi num rarum est, non tamen leue, & nubes densa est aliquando, non tamen grauis.

1. Solutio reijcitur.

Ideo dicit ipse, quod non numerantur ista duo, quia non sunt actiua: & hoc forsan fuit, quod intendit Alexan. dicēs, reduci ad graue, & leue, id est, non esse actiua, & passiuæ, sicut nec graue, & leue, & eadem causa excludi à ratione primarum qualitatum.

2. Solutio.

Ad 5.

Ad quintum dico, quod calor, ac frigiditas, & infrigidant, & calefaciunt per se, sed non sic exsiccant, vel humectant, sed per accidens: exsiccant enim calor, quatenus resoluit humidum, & relinquit partes siccas. v. g. exsiccant terram madidam, quia partes humiditas resoluit, & separat in vapores: relinquit autem siccitas: similiter frigiditas humectat, quia partes humectantes exsiccant, vel applicat & vnit: non tamen per se producant siccitatem vel humiditatem, sicut humiditas, & frigiditas: de hoc tamen dicemus. 4. Meteor.

Ad 6.

Ad sextum dico, quod istæ non dicuntur qualitates primæ in essentia, & substantia generis, sic enim vna est in quoque genere perfectissima: sed dicuntur primæ, comparatione facta ad alias qualitates in causalitate: & quia omnes hæc quatuor non pendent iuicem in causando. Primæ dicuntur, quamuis si in perfectione absoluta fiat collatio, vna sit prima. Hæc satis.

QVAESTIO III.

An inter has qualitates, duæ sint actiue, & duæ passiuæ.

Quæstionis occasio.

Difficultas hæc proposita est, ppter Arist. qui tex. 8. duas harum tantum, dicit esse actiuas, scilicet calorem, & frigiditatem, duas verò passiuas, siccitatem & humiditatem, quod idè docuit 4. Meteor. in principio: communis tamen sententia est, has omnes esse actiuas.

Sensus quæstionis.

Ob cuius maiorè explicationem est titulus explicandus: dupliciter enim ali-

quid potest dici actiuum vel passiuum: vno modo, vt subiectum, & totum, quod agit, vel patitur: & sic notum est, qualitates non dicere, agere vel pati: altero modo, vt principium, quo fit actio, vel passio, quod alij dicunt pati terminatiue: & sic qualitates dicitur actiua, quæ est principium, quo res agit, & passiuæ, quia est principium, quo subiectum patitur.

1. Concl. oēs hæc quatuor qualitates explicio: voco actiuas has, quia similes sibi in specie producant, quod alijs non est motus actiuæ.

Sit igitur prima conclusio. Omnes hæc quatuor qualitates sunt primo actiuæ: explicio: voco actiuas has, quia similes sibi in specie producant, quod alijs non est motus actiuæ. concessum: non enim albedo albedinem facit, nec dulcedo dulcedinem: dico etiā, esse primo actiuas, quia se ipsis operantur: reliqua enim operantur, & alterant, sed per has.

Vnde sunt qualitates in triplici gradu, vt notat Conciliator differ. 60. istæ sunt in triplicibus, quæ se ipsis sibi similes faciunt: alia secundæ, quæ ex his consequuntur, sed non proueniunt ex primarum omnium mixtione, vt raritas, densitas, leuitas, grauitas, quæ sequuntur alias quatuor, sed non omnes simul: sunt alia tertiæ, quæ ex primarum omnium mixtione proueniunt, vt colores, odores, & sapores, & alia similes. Hæc autem tam secundæ, quam tertiæ per primas operantur.

Probatum conclusio.

Probatum igitur conclusio, scilicet illas quatuor esse actiuas: & probatio erit de siccitate, & humiditate: de his enim extat dubium. Est primum argumentum: siccitas, & humiditas sunt propria, & prima contraria, vt notum est, ergo sunt nata mutuo se expellere ab eodem subiecto: hæc enim est contrariorum natura, quod si per sese expellunt mutuo, actiua necesse est esse.

1. Ratio.

Præterea secundò: symbola elementa se mutuo possunt transmutare, vt dicit Arist. 2. gene. tex. 25. puta aqua, & terra: ergo necesse est, quod agant secundum humiditatem, & siccitatem: nam frigiditas communis est eis: similiter de aere, & igne: sunt igitur actiuæ hæc qualitates.

2. Ratio.

Præterea tertio, experientia patet: res enim positæ in loco humido putrescunt, quod non fit, nisi quia humiditas agit, & rei calorem extinguit.

Patet

4. Ratio. Patet etiam hoc ex medicamentis: applicantur enim humida siccis, & sicca humidis: sunt igitur actiua hæc.

2. Concl. inter has quatuor calor est maximè actiuus.

1. Ratio. Secunda conclusio. Inter has qualitates, calor est maximè actiuus: Hoc duplici ratione constat: altera est, quia resoluit mixta fortia, vt lapides, metalla, & alia quæ aliæ qualitates non ita resoluerè possunt: altera est ex Sphæra maiori, nam sumpto calido, & frigido ad maiorem distantiam se diffundit calidum, quàm frigidum, quod arguit actiuitatem eius maiorem.

3. Concl. inter se differunt, nec inuicem sunt reducibiles: duplici via hæc conclusio potest comprobari, qua Philosophi vtuntur sæpe ad distinguendas res, & accidentia inter se. Altera via est, separatio subiectorum: experimur enim, siccum aliquando esse cum frigido: & sic non esse calidum, pura in lapide & terra: aliquando etiam experimur, siccum esse cum calido in igne, & sic non esse frigidum: similiter humidum esse cum frigido in aqua, & sic non esse calidum: aliquando esse cum calido, vt in aqua calefacta, & sic non esse frigidum: duo enim contraria simul esse nequeunt.

2. Via. Altera via est ex actione, quia non potest calori tribui exsiccare, quia humectat ceram, nec minus possumus tribuere humectare, quia exsiccatur lutum, similiter nec frigiditati possunt ista tribui: oportet ergo alijs hæc concedere qualitatibus: idem oportet dicere de calore, & frigiditate: calefacere enim non potest tribui humiditati, nec siccitati, similiter & frige facere. Hinc constat esse quatuor qualitates primò actiuas.

Ad loca Arist. opposita. Ad loca Arist. dicit Marsil. & Albert. quod ob hoc vocantur siccitas, & humiditas passiuæ, quia minus agunt: sed profectò hoc dici non potest, nam Arist. non probasset ex ipsarum definitionibus passiuas esse.

2. Solutio. Dico igitur, quòd non dicuntur passiuæ, eò quòd mutuo non agant: certum enim est agere, sed quòd in mixti substantia passiuè se habeant: quod est dicere: cū conueniunt sicca, & humida ad mixtū,

calor est, qui siccas partes cum humidis copulat coquendo, & digerendo, frigiditas autem coagulat, & consistentiã præbet illis partibus, & illa duo passiuæ sunt: sed de hoc alibi dicitur.

CAPVT III.

Quoniam autem quatuor elementa sunt. Tex. 16.

N Vmero qualitatum primarum constituto ipsas elementis applicat, ac optimè correspondere ipsis proportionalibus sex possunt combinationes fieri, quarum duæ consistere non possunt, reliquæ igitur erunt quatuor: constat ergo, quòd cum tot elementa sint, correspondet qualitatibus numero elementorum, & elementorum etiam numerus constat secundum rationem harum qualitatum.

Combinations sunt istæ, calidum, frigidum, humidum cum sicco, & hæc duæ esse non possunt: non enim contraria simul sunt: erunt ergo aliæ, scilicet calidum siccum in igne, calidum humidum in aere, frigidum humidum in aqua, frigidum siccum in terra, non enim ista pugnant, sed simul se patiuntur.

Et nota, quòd non præcipuè demonstrat elementorum numerum, sed supponit illum motum, ac ipsi applicat qualitates; quamuis etiam posset per ipsas probari, vt dicemus.

Omnes enim qui simplicia corpora. Tex. 17.

Quid Antiqui circa numerum elementorum senserint, explicat, ac ipsos primo in quatuor diuisos sententias dicit: quidam enim vnum, quidam duo, quidam tria, quidam quatuor posuerunt, nec numerus iste auctus est, nisi ab his, qui infinita principia fecerunt: has autem sententias singulas explicat. In omnibus enim hoc est cõmune, vt sint contraria aliquot prima. Qui vnum ponunt elementum, ipsum, vt subiectū ponunt: & duo formalia constituunt, id est, rarum & densum, seu calidum & frigidum, quæ raritatem vel densitatem faciunt: & per talia duo

Nota. Prima qualitates applicat, ac optimè correspondere ipsis proportionalibus sex possunt combinationes fieri, quarum duæ consistere non possunt, reliquæ igitur erunt quatuor: constat ergo, quòd cum tot elementa sint, correspondet qualitatibus numero elementorum, & elementorum etiam numerus constat secundum rationem harum qualitatum.

Nota. Et nota, quòd non præcipuè demonstrat elementorum numerum, sed supponit illum motum, ac ipsi applicat qualitates; quamuis etiam posset per ipsas probari, vt dicemus.

Nota. Quid senserint veteres de numero element.

duo principia ex vno fieri omnia dicunt.

Qui autem mox duo faciunt.

Tex. 18.

Sententia Parm.

Explicat sententiam Parmenidis, qui duo ponebat principia, scilicet ignem & terram, reliqua verò duo, dicebat, ex his esse mixta, scilicet aerem, & aquam: vnde aliquo modo quatuor elementa posuit, similiter & contrarietatem. Nota, quòd diximus. i. Physic. quòd Parmenides habuit opinionès duas, alteram vulgarem, vt vulgo condescenderet, & talis fuit ista sententia: alteram propriam, quam sapientibus manifestabat, talis fuit, quæ erat vnum principium immobile, vt dictum est.

Similiter autem & qui tria dicunt.

Tex. 19.

Sententia Platon.

Explicat sententiam Platonis, qui in libro inscripto de diuisionib. posuit tria esse elementa, & principia, vnum autem horum dicit esse ex mixtione extremorum, vnde conuenit cum Parmenide; qui posuit duo principia in hoc, quòd vterque posuit medium constare ex extremis: at Plato vnum posuit tale medium, Parmenides verò duo, scilicet aerem, & aquam. Circa declarationem Platonis lege Philoponum.

Sententia Empedo.

Statim ponit sententiam Empedoclis, qui posuit quatuor elementa. Iste enim sic posuit quatuor, vt vnam solam contrarietatem in ipsis constitueret: dixit enim, aerem, aquam, terram igni opponi, & ignem solum his omnibus simul propter magnam ignis ipsius actiuitatem.

Non est autem ignis & aer & vnum quodque. Tex. 20.

Quatuor theoremata de elementis. Primum hæc nostra elementa non esse pura. Nota.

Quatuor theoremata circa ista elementa constituit: primum est, ista elementa esse mixta, & non esse simplicia: non enim iste ignis est simplex ignis, sed similis, potius est substantia ignea: similiter de alijs elementis.

Nota quod vocat elementa esse mixta, nõ quòd sint mixta, sicut lapis vel lignum, sed impura, id est, coniuncta cum qualitatibus aliorum elementorum: hoc enim modo frequenter se habent elementa, vt

dicitur i. Meteor. cap. 4.

Nec ob id intendit negare, quòd sit possibile esse purum elementum, vel quia nullibi reperitur purum, sed solùm docet, quòd impura contingit esse elementa.

Nota 2.

Ignis autem est super abundantia.

Tex. 21.

DECLARAT qualia sint elementa pura, & hoc in duobus manifestat: ignis enim habet calorem in summo, aqua autem, quam vocat glaciem, frigiditatem in summo: & hoc patet: nam ignis est quædam exarsio, & aqua quædam congelatio, quæ absque summo calore, & frigiditate non sunt: vocabula enim ista duo summum exprimunt gradum: intellege etiam de alijs idem. Vnde infert, quòd ex vno puro elemento non fit aliquid, quia mixtum non habet summum gradum in qualitatibus, sed eas refractas postulat. Hos duos textus alij non commode exponunt.

Qualia sint elementa pura.

Nota 1. Nota 2.

Existentiis autem quatuor simplicibus. Tex. 22.

Secundum theoremata constituit: ex quatuor simplicibus corporibus, seu elementis, duo obtinent vnum locorum, altera duo locorum alterum; quod est dicere, duo sunt loca naturalia in communi, scilicet sursum, & deorsum: duo elementa, scilicet ignis, & aer locum habent sursum, alia duo deorsum, sed differenter: nam media, scilicet aer, & aqua non sunt sincera, sed mixta, i. non obtinēt sursum vel deorsum simpliciter, sed secundum quid: ignis verò & terra absolutè loca ista habent.

2. theor.

Tertiū theoremata est: duo elementa duobus contraria sunt, vt ignis aquæ, aer verò terræ. Explicat autem, contraria hæc dici in passionibus, & qualitatibus.

Sed tamen simpliciter quatuor existentia. Tex. 23.

Quartum theoremata est: quòd vnum quodque horum elementorum vnam sibi maximè qualitatem vendicat, ac inter se rem habet, vt ignis calidior est, quàm sit siccus: aer autem est humidior, quàm sit calidus: aqua autem magis frigida, quàm

Nota. 2. theor.

humida: terra vero magis est sicca, quam frigida: Atque ita qualitates duae inaequaliter insunt elementis: unde fit, ut elementum magis denominetur a qualitate sibi magis inhaerente.

QVAESTIO IIII.

An tantum quatuor sint elementa.

Argumentum.

Post qualitatum numerum, elementorum multitudo examinanda est. Aristoteles enim text. 16. quatuor sumit esse elementa corporum: videtur autem, quod talis numerus sit insufficientis: primo: numerus corporum simplicium est numerus elementorum; sed numerus corporum simplicium non est quaternarius, ergo nec elementorum: consequentia est nota cum maiori: minor probatur: numerus simplicium corporum est secundum numerum simplicium motuum, at motus simplices sunt tres, ut docet Aristoteles 2. caeli, text. 6. ergo etiam numerus elementorum, motus autem simplices hi solum sunt, a medio, ad medium, circa medium.

2. Secundo, numerus corporum simplicium etiam sumi debet per motiva principia: sed haec sunt duo, scilicet gravitas & leuitas, ergo duo erunt motus simplices: & duo corpora simplicia, & sic duo elementa.

3. Tertio, Numerus corporum simplicium etiam penes loca simplicia sumi debet: at solum sunt duo loca simplicia, scilicet sursum & deorsum, ergo etiam duo corpora naturalia, duoque elementa.

4. Quarto: videtur etiam, quod praeter ista elementa quatuor, quae binas habent qualitates; sunt ponenda alia quatuor: quae singulas tantum habeant: nam simplicior est vnitas dualitate, ergo erit corpus simplicius, quod tantum est calidum, quam quoddam est calidum & siccum, idemque de alijs elementis: erunt igitur octo elementa, vel si quatuor sunt, non erunt ista ab Aristotele posita.

5. Quinto, si quatuor elementa essent, maxime vnum esset aqua, sed videtur ista non esse elementum: Nullum enim elementum saporem habet; at aqua sapida est: dulcis enim, amara, & salis est: non est igitur elementum.

Sexto, idem sit argumentum de igne: non enim videtur esse tale elementum: si enim esset, utique luciditate sua conspicuus esset: at nihil tale supra aerem apparet. Praeterea, quia animalia aliqua in se reciperet, sicut & aer, aqua, & terra: at illud non est, maxime enim destrueret ipsa: vorax enim est valde, & corporum consumptiuus.

Circa huius determinationem aduerte primo, tres conditiones debere inesse elemento. Prima, ut ex eo aliquid fiat, quia ob causam efficiens, & finis non sunt elementa effectuum, non enim ex efficiente, & sine res sunt, sed ab efficiente propter finem: secunda, ut insit in re, quae fit, unde priuatio & contrarium, ex quibus res dicitur fieri, non sunt ipsius elementa, dicitur enim ignis ex non igne, & ex aqua fieri, sed non ignis, & ipsa aqua non sunt materia ipsius ignis, non enim manent in ipso igne, elementum autem debet manere. Tertia conditio est, quod sit primum, ex quo fit res, & vltimum, in quod diuiditur, unde fit, ut manus, caput, pes, & reliquae huiusmodi partes dissimilares non sint elementa totius: adhuc enim ipsae ex alijs componuntur, & in alias diuiduntur, ut autem essent elementa, deberent esse simplices, & incompositae.

Aduerte autem, quod debet esse elementum simplex, id est, non resolvable in partes differentes specie: non enim repugnat elemento diuidi in partes quantitatis, ut literae elementa sunt dictorum, at partes habent literae ipsae. Haec igitur debent inesse proprio elemento. Attende tamen, quod non ita insunt his corporibus, quae elementa dicuntur, ob id non absolute elementa dicuntur.

Primo enim ipsa adhuc resolvable sunt, habent enim materiam & formam, non igitur simpliciter dicuntur elementa, sed cum addito, scilicet elementa corporum, quatenus sunt prima corpora, nec in alia corpora resoluuntur, sed in ipsa alia resoluuntur, sunt ergo elementa non simpliciter, sed in genere corporum.

Secundo etiam deficiunt a ratione vera

1. fundam. 3. conditio. nes elementa.

1.

2.

3.

Nota 1. qd resolvable repugnat elemento simplici & quare. Nota 2. 4. elem. non sunt simpliciter elementa, sed corporum elementa.

1. Prob.

2.

raelementi: elementum enim formaliter, & actu debet manere in elementato, at talia corpora non manent actu, sed potentia in mixto. Ob id Aristoteles 3. caeli text. 31. definit tale elementum, dicens elementa sunt: in quae corpora resoluuntur, & manent, vel potentia, vel actu. i. potentia corpora, in quae alia corpora vltimo resoluuntur, manentque; potentia in ipsis, quae in talia resoluuntur.

2. Fundam. quibus vijs possimus cognoscere elementa.

1. Ex resolutione.

2. Ex compositione.

1. Conclusio. elementa sunt plura vno.

Aduerte secundum, quod esse elementa duplici via cooperiri potest, altera est resolutione corporum: experimur enim, corpora aliqua in plura alia dissolui, qualia illa, quae mixta vocamus, alia non resoluuntur in alia, sed in vnum conuerti: patet igitur, quod quae resoluuntur, componuntur ex illis, in quae resoluuntur, cumque in resolutionibus non sit processus infinitus, oportet fateri, esse corpora non resolvable in alia corpora; talia igitur erunt elementa.

Altera via est compositio, multa enim corpora fieri aliorum commixtione experimur, non autem talia, qualia haec, quae elementa dicuntur, ergo re vera sunt corpora simplicia, quae non ex aliorum commixtione fiunt: hoc autem magis patebit in probationibus conclusionum.

His suppositis, sit prima conclusio. Elementa sunt plura, quam vnum. Haec conclusio triplici ratione probatur, prima est Aristoteles 3. caeli text. 31. si vnum esset elementum, vnicum haberent omnia corpora motum naturalem, nam mixta mouentur motu elementis praedominantis; ac plures esse corporum naturales motus constat, ergo plura etiam elementa.

Secunda ratio est Auicennae, 1. p. c. 1. tract. 1. text. 9. & ibi etiam Auer. in mixto vno contraria experimur innata, cum ab intrinseco destrui possint, ut apparet in viuientibus, quae caloris interim defectu moriuntur, & alia huiusmodi, ergo sunt elementa plura, aliter enim non essent contraria in mixto, non enim ab vno elemento posset illa accipere.

Tertia ratio est eiusdem in eodem loco text. 17. si enim vnum esset elementum, vna tunc esset eiusdem rationis materia, & sic vna forma, nec esset vlla pluralitas sub

stantiarum, nec esset vera actio, & passio, quae absque pluralitate non sunt, haec autem omnia falsa sunt: ergo elementum non est tantum vnum.

Secunda conclusio: elementa sunt plura, quam duo. Haec conclusio, quamuis magis probanda est in conclusione quarta, tamen interim hac vnica ratione probatur, qua vtitur Aristoteles lib. 4. de caelo. Principia prima motuum simplicium sunt plura, quam duo: ergo & ipsi motus, & corpora simplicia: & consequenter elementa sunt plura, quam duo: consequenter istae sunt notae, sed antecedens probatur.

Et nota, quod probatio fit de grauitate aquae, secundum quam descendit: & probatur, quod sit simplex principium motus talis, non compositum ex extremis: nam de grauitate terrae, & leuitate ignis non dubium est, esse simplicia principia, & sic ipsas formas, ac corpora simplicia esse: sed de intermedijs est difficultas: at ostenditur, quod etiam sunt simplicia.

Supponitur igitur experientia nota, quae aqua semper descendit sub aere: tunc si grauitas, quae est huius principium, non est simplex, sed mixtum ex extremis, si descendit sub aere, est ex eo, vel quia talis grauitas habet plus terrae, plusque ex ea participat, vel quia habet minus de ignis leuitate, quam illa, quae est aeris, vel quia quoddam est terrae in aqua excedit plus id, quod est ignis in ipsa aqua, habetque se in maiori proportionem, quam in aere: sed nulla ex his causa sufficit.

Probo de prima, quia tunc multum aeris esset grauius, quam parua aqua, inferiusque descenderet, quod est falsum, & patet: nam in multo aere plus erit de terra, quam in parua aqua. Probo etiam de secunda: quia tunc multa aqua esset supra parum aeris, quia in multa aqua plus erit de leuitate ignis: quod est impossibile: non enim aer inferius esse potest.

Probo de tertia, quia si propter talem proportionem descendit aqua, cum in multa aqua, & parua seruetur eadem proportio, quia quantum crescit id, quod est terrae in aqua multa supra parua, etiam tantum crescit de igne, serueturque

1. Concl.

Elementa sunt plura duobus.

Nota.

1. Pars reijcitur.

2. Pars reijcitur.

3. Pars reijcitur.

que eadem proportio: tunc ita velociter per idem medium descenderet aqua parua, sicut magna, quod impossibile est.

Concluditur ratio.

Cum igitur aqua moueatur ex participatione extremorum, sequitur ipsam esse simplex corpus, & non mixtum, & principium erit simplex motuum differens specie ab alijs: eruntque plura, quam duo elementa: & est ratio notanda.

3. Concl. elementa sunt plura tribus.

Tertia conclusio. Plura sunt, quam tria elementa: breuiter probatur: quia vel est vna contrarietas, & tunc sufficiunt duo extrema, aliter duo extrema vnius rationis essent contra vnu, ipsumque destruent, vel esset duplex contrarietas: & tunc oportebat esse quatuor extrema: non igitur possunt esse tria elementa.

Conclusio quatuor sunt, & non plura elementa. Explicatur conclusio.

Quarta conclusio. Quatuor sunt elementa, & non plura. Explico: hic non assero, quod sunt quatuor elementa locis, modo, & Sphaeris extra mixta separata: alterius loci est hoc ostendere: sed affirmo quod talia corpora sunt verè in natura, & in mixto continentur, & per se possunt separata esse, quantum est ex natura sua.

Consensus omnium post Arist.

Hæc conclusio omnium consensu recepta est post Arist. quamuis ante Arist. vt ipse docet, Antiqui circa numerum variauerint.

1. Via ex ratione motus simplicis: quare quatuor sunt principia simplicia motuum. De tribus probatum est: de quarto scilicet vt aeris sunt est iam probandum.

Probatur igitur conclusio via Ari. quæ superius in conclusione secunda inceptus proponere: sed nunc vniuersalius id dicemus: Et probatur, quatuor esse principia motuum simplicia, inde enim colligimus, esse quatuor motus simplices, quatuor loca naturalia simplicia, quatuor corpora, & inde quatuor elementa.

Et quidem de duobus extremis, scilicet grauitate, simpliciter, & leuitate id notum est: de intermedia leuitate, & grauitate difficultas erat: & de grauitate aquæ fuit probatum in conclusione secunda. Superest modo de leuitate secundum quid, cuius simplicitas colligitur ex motu aeris super aquam eodem modo sicut prius.

Probatur simili modo tripartita suppositione, vt antea.

Nam vel sit ex eo quod magis participat de igne, & tunc multæ aquæ essent supra paruam aerem, quod experientia ostendit falsum in bullis ascendentibus in superius aquæ, cum lapis infunditur,

& suo impetu aerem ferens intra aquam quo impetu cessante, aer vel minimus ascendit per aquam, vel fit, quia habet minus de terra, & tunc sequitur, quod gutta aquæ possit sustentari supra aerem, quod sensu conuincitur esse falsum, vel esset, quia est maior proportio ignis supra terram in aere, quam in aqua, & tunc multus aer, ita cito ascenderet supra aquam, quam paruus ob æqualem proportionem, quod falsum ostenditur experientia: bullæ enim maiores citius ascendunt, vt in vase ex vitro apparet: ergo, re vera, simplex est talis leuitas, & ipsum corpus: sunt igitur elementa quatuor.

Secunda via est ex parte combinationis qualitatum; cum enim sint quatuor, oportet profecto esse quatuor corpora in rerum natura, & non plura, quorum sint partes, & ex quorum natura fluant.

Tertia via est, qua vtitur Auicenna. p. 1. tract. 1. cantic. tex. 8. & Concilia. differ. 4. ex resolutione mixtorum. Experimur enim in mixti resolutione, quatuor corpora remanere correspondentia ipsis elementis: igitur quatuor sunt elementa, quæ illic inerant potentia: aliter enim vnum agens non posset quatuor ex vno facere.

Vltimo probatur ex similitudine, quia sunt quatuor animalium humores, pituita, bilis atra, bilis flaua, & sanguis: sunt similiter quatuor præcipuæ complexionones secundum humores: ergo quatuor elementa: singulorum enim excessu singuli sunt humores, & complexionones.

Ad argumenta igitur respondere oportet. Ad primum dico, quod numerus motuum simplicium facit numerum elementorum, si motus in specie sumantur: vnde sunt quinque motus in specie, scilicet motus ad medium simpliciter, vt terræ, & motus ad medium secundum quid, vt aquæ: alij duo similiter motus simplices à medio; omnes enim differunt, simpliciterque sunt, vt diximus, & quintus est circularis, & sic quinque sunt elementa: Primum est cælum, quod elementum vocat Aristot. i. Meteor. sed est elementum mundi, & compositionis solum: super sunt reliqua quatuor, quæ solum sunt elementa mundi, & generationis, ac mixtorum:

2. Via ex combinatione qualitatum.

3. Ex resolutione mixtorum.

4. Via ex similitudine.

Ad 1.

Ad 2. & 3.

totum: & de his est sermo. Eadem est resolutio ad secundum & tertium: loca enim, & principia, si in specie sumantur, quatuor sunt: & sic corpora simplicia ista quatuor sunt: & notabis hæc doctrinam.

Ad 4.

Ad quartum dico primo, quod non, quia elementa habent binas qualitates, idcirco perdunt suam simplicitatem; vnam enim præcipuam habent.

Dico etiam, quod oportuit, vt haberent geminas qualitates, vt posset mixtio fieri: quia vt misceantur quatuor, omnia inuicem debent esse mutuo actiua & passiuæ, quod non esset, si vnicam singula haberent qualitatem: tunc enim contrarium vnum cum altero pugnaret: at modò cum duas singula habent qualitates, cum omnibus pugnant singula, vt ignis siccus & calidus, pugnat cum aere, quia sicut ignis est cum aqua ratione vtriusque, cum terra ratione caloris, & hæc tria contra ipsum: idem de alijs: & sic omnium simul fit perfecta mixtio.

Ad 5.

Ad quintum, dubium esse solet. An detur purum elementum. Aliqui enim volunt non esse purum elementum possibile extra mixtum, quia si esset, haberet qualitatem in suo gradu summo, gradus autem summus est infinitus, quia qualitas est infinite intensibilis: esset igitur elementum infinite quale, quod est impossibile.

Dubium, an detur elementum purum. 1. Ratio, cur non detur purum.

Præterea, quia ista omnia elementa, quæ iudicantur elementa, mixta sunt, cum habeant saporē, qui mixtis solum inest.

Respō. quot modis dicitur esse elementum purum.

Respondeo igitur, quod elementum dici potest purum dupliciter, aut in qualitate, aut in substantia: in qualitate, cum habeat eas solū qualitates, quas, & quales petit talis elementi natura: in substantia autem, cum non est comixtum cum alia substantia: & hoc dupliciter, vel quia est extra mixtum, suamque habet solam formam, vel cum non est etiam cum alterius corporis partibus copulatum, quæ copulatio improprie est mixtio: vt cum grana frumenti cum milio copulantur.

Quot modis impurum.

Totidē modis impurū esse contingit: aut in qualitate, aut in substantia, quia in mixto est, aut quia cum alieno corpore co-

funditur. Dico igitur primo, quod elementa inueniuntur pura, id est, extra mixtum suam habentia formam substantialem. Hæc conclusio patet ex mixtis, quæ de nouo fiunt in regione aeris, quæ ex elementis fieri docet Aristot. Patet etiam ex aere & aqua, quæ si mixta essent, aliquod animal nutrent, quod falsum est, indigent enim cibo animalia in aquis & aere degentia, & cæter.

Præterea cum talia sint in mixto virtualiter, & sint substantiæ, vanū est dicere, non posse per se subsistere.

Dico secundo. Mihi est valde probabile, duo elementa, scilicet aerem & aquam esse impura quoad suas qualitates, & quoad cum aliena substantia copulationem. Quoad qualitates, quia & cæli influxu, & mutua actione aliorum qualitates integras non habent, secundum vllam sui partem, quia sunt elementa mobilia multum, nec pars vllò loco multum quiescit. Et sic non probo, quod aliqui dicunt, in medio mari esse puram aquam, quia mare suo motu omnes confundit partes, pura a qua-

1. Conclusio. De elementorum varia ad substantiam.

2. Conclusio. De puritate elementorum quo ad qualitates.

An aer & aqua sint pura.

An in medio mari esse puram aquam.

An sit terra pura.

An ignis sit purus.

Ad argumentum in oppositum.

Ad 6. principi-
pale dari e-
lementum
ignis.

1. Ratio.

2. Ratio.

Ad argumē-
ta opposita.

1.

2.

negare, ignem esse, cum sit omniū phi-
losophorum cōsensus, & rationes in op-
positū nullius sunt momēti. Aliqui exi-
stimabāt, aerē se diffundere vsq; ad cēlū:
quos reprehendit Aristot. i. Meteor.

Et profectō, si reliquis qualitibus re-
spondet vnam simplex corpus, debet et-
iam calori respondere: erit ergo tale cor-
pus ignis. Habebit ergo suam locum, &
motum propriū: ergo ille locus, qui non
est alius, nisi supremus, aut caret suo cor-
pore naturali, aerq; ibi violentus est, aut
oportet fateri, illic esse ignem.

Præterea, quia darur leuitas supra ac-
ris leuitatem, vt in exhalatione, quæ su-
perius ascendit: igitur est Sphæra propria
talis leuitatis. Indicat etiam hoc motus
flāmę sursum, & Cometæ, quæ illic fiūt:
& exarsiones, quæ vix ab alio, quàm ab
igne fieri possunt.

Nec argumenta opposita valent: pri-
mò, quia non est opus, quod in quocun-
que elemento degant animalia, quia cū

omnia pascaantur in terra, ignisq; sit lon-
gè distans, non oportuit illuc animalia
tendere: sicut nec ad mediam aeris regio-
nem tendunt.

Præterea, non lucet ignis ob nimiam
raritatem: vt enim docet Auerr. 4. celi,
tex. 32. non lucet ignis, nisi opacetur sab-
tili terreo.

Argumentum etiam illud dicentium:
futura elementa infinitè intensa, si pura
essent in substantia, nullū est: quia qua-
litas, vt diximus, ex natura sua certū sibi
petit intensiōis gradū in materia, quem
naturaliter non potest transcendere: &
sic manet huius quæstionis dilucidatiō,
ex qua patent ista, & an sit elementum,
& quid sit, & quot, & an sint elementa
pura, & quomodo.

QVAESTIO V.

Anterra sit maximè sicca, aqua maximè
frigida, aer maximè humidus,
& cetera.

QVæstio ista est supra textum 23. v.
ubi Arist. siccitatem primò terrę tri-
buit, aquę frigiditatem, aeri humi-
ditatem, igni autem calorem. dubitatur

ergo, an ista distributio sit bona: & vide-
tur primò, quòd terra potius sit frigidif-
sima, quod maximè distat à cælo, est fri-
gidissimum: at terra maximè distat à cæ-
lo, ergo est frigidissima: consequentia, &
minor nota sunt: maior probatur, quia
cælum suo lumine & motu, est parens
caloris vniuersi.

Secundò, terra & ignis, sunt elementa
maximè opposita & distantia, secundū
locum: sed ignis est calidissimus, vt notū
est, ergo terra habebit alterum contra-
rium, vt sit frigidissima.

Tertiò, frigiditas est effectiua grauita-
tis & densitatis, sed terra est densissima
& grauissima, ergo frigidissima: est e-
nim argumentum ab effectibus.

Præterea quartò, videtur, quod terra
nō esset siccissima: si enim sic se haberet,
tunc nullam haberet humiditatem: quòd
si hoc detur, esset discontinua, nam hu-
midum continuat corpora, vt apparet:
ipso enim resolutio; manēt particule dis-
continua; vt videre est in cinere, & pul-
uere, & luto exsiccatō, quod in pulueres
resoluitur: at hoc de terra dicere videtur
falsum: ergo non est in extremo sicca.

Præterea quintò de aqua, si esset ex se
frigidissima, sequeretur quòd ex se esset
congelata, nimia enim frigiditas conge-
lat: si esset autem congelata, iam esset
glacies, & non aqua.

Præterea sextò, si aqua esset magis fri-
gida, quàm humida, sequitur, quòd faci-
lius exsiccaretur, quàm caleferet, quia
minus habet resistentiæ in humiditate:
at oppositum videmus; facillimè enim
calefit aqua.

Septimò de aere, qui non videtur hu-
midissimus, quia exsiccat corpora, exsic-
cat enim terram madidam, & pannos:
at humidi non est exsiccare: sed potius
humectare.

Præterea octauò, quia magis humectat
aqua, q̄ aer, cum illa madefaciat, & non
aer, non ergo est humidissimus: sic enim
humidior esset, quàm ipsa aqua.

Præterea nonò: aer versus partem, qua
igni est attriguus, est calidus, & siccus, ver-
sus partem, qua cum terra & aqua con-
iungitur, multas patitur mutaciones, &
incon-

1. Argum.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

inconstantias, videtur ergo, quòd in me-
dia regione magis seruet suam naturam:
at illic est frigidissimus, quia sunt gran-
dines illic & petre, ob nimiam frigidita-
tē: nō ergo videtur humidus, & calidus.

10. Tandem decimò: aer citò frigescit, nō
ergo calidus videtur: aliter enim vtique
resisteret, & nō de facili mutaretur. Hæc
sunt argumenta circa hanc rem facien-
tia difficultatem.

Fuerunt autem tres sententiæ. Prima
est Auicennæ libro suo de cælo. cap. 16. qui
terram frigidissimā existimat, quæ sequi-
tur Alb. Mag. in præsentī tract. 1. cap. 12.

& notat, quòd Aristot. dum dixit, terrā
esse magis siccam, aquam magis frigidā,
non fecit cōparationem vnus elementi
ad alia, vt esset sensus, aqua est frigida su-
per alia elemēta, & aer humidus super a-
lia: sed fecit cōparationem duarū qua-
litarum ad suū elementum, vt sit sensus,
aqua nature magis proxima est frigiditas,
quàm humiditas, & terræ siccitas:
cū hoc tamen stat, q̄ frigiditas terræ
vincat frigiditatem aquæ.

Altera sententiā est Senecæ, li. 2. quæst.
natura. c. 10. qui aerem frigidū esse, exi-
stimat, & obscurum.

Tertia sententiā videtur Galeni, qui
aquam humidissimam fatetur, non aerē:
dicit enim in lib. 1. Pharmacorum, aliud
primum humidum præter aquam fate-
ri, videtur valdè vanum: & libro 1. de
complexionibus, summum humidū di-
cit aquam.

Vt autem, quid in hoc sit sentiendū,
notum fiat, sit prima cōclusio. Terra est
omnium elementorū maximè sicca. Ex-
plicatur, terra, si secundū se consideretur,
& secundum qualitates, quas natura
ipsum postulat, illa est in finē siccitatis:
non enim loquimur de elementis, nisi vt
secundum naturam considerantur, in
rebus enim valdè impura inueniuntur.

Hæc cōclusio communis est philo-
sophorum & medicorū: & probatur pri-
mò à Conciliatore differ. 12. vbi ipse à
priori, vt existimat, multas rationes ad-
ducit, sed illę ad hanc vnam reduci pos-
sunt, quæ ex debita elementorum dispo-
sitione sumitur. Cū enim igni datus sit

Hæc cōclu-
sio est com-
munis,

calor, qui est prima actiuarum qualita-
tum, debuit in secundo ordine sumi pri-
ma passiuarum, scilicet humiditas in ae-
re, tertio loco altera actiuarum, scilicet
frigiditas in aqua, & quarto siccitas: est
igitur terra sicca. Tenet autem ista dispo-
sitiō ex perfectione numeri ternarij: a-
ctiua enim & passiua, sibi mutuò respō-
dent tertio loco.

Probatur secūdo: qualitas formalior
& actiuor, debetur elemento formalio-
ri & actiuori, scilicet calor igni, ergo ele-
mento materialiori debetur qualitas ma-
terialior, & minus actiua: sed terra, vt cō-
stat, est elementum materialius, & sicci-
tas inter qualitates minimè actiua; est i-
gitur terræ danda siccitas.

Tertium argumentum sumitur ex fi-
ne, & est bonum. Terra fuit in vsum ani-
malium: debuit ergo esse accommodata
ipforum naturæ: sed frigiditas est aduer-
sissima vitæ animalium: tum quia vita
in calore consistit: tum etiam quia ni-
mia frigiditas est parens multorum ve-
nenorum, vt apparet in opio & mandra-
gora, quæ sunt nociua valdè venena, ter-
ris frigidissimis producta: ergo terra pro-
fectò ex se non est frigidissima.

Dices, hoc argumento, nec aqua esset
frigidissima propter pisces in ea degen-
tes. Respondeo (estq; notatu dignum)
quòd qualitates actiue habent maiorem
actiuitatem, cū iunguntur cum sicci-
tate, quàm cum humiditate: vt calor ma-
gis agit cum siccitate coniunctus: simi-
liter frigiditas, vnde siccitas lima dicitur
qualitatum actiuarum, quasi exacuans
ipsarum actiuitates, vt benè dicit Cōcil-
differ. 12. & Caietanus Thie. trac. de rea-
ctione: & Marsil. 1. Gene.

Et hoc ipsa experientia ostendit: hu-
miditas enim actiuitates retundit, quam-
uis aliqui calculatores hoc negent, non
potentes intelligere, quo modo id fiat,
tamen id certum est, quamuis alibi mo-
dus explicabitur.

Dico igitur, quòd frigiditas in aqua
ratione humiditatis coniuncte retundi-
tur, vt quamuis sit summa, non ita ope-
retur, ob id aptior est animalibus, quàm
si esset in terra, quæ sicca est, & tunc
maxi-

Obiectio

Solutio.
Nota.

Siccitas est
lima caloris

Experientia.

maximè acueretur: & hoc est argumen- tum etiam, quòd terra non sit frigidif- sima.

Quartò probatur ex effectibus: ani- malia enim terrestria sunt calidiora mul- tò aquatilibus: illa enim sanguinem ha- bent, hæc ipso carent, ergo terra non est frigidissima.

Præterea quintò, experientia, qualis potest haberi, fauet: terra enim minus infrigidat, quàm aqua, cum ob suam de- sitatem multò magis deberet frigafec- re, sicut & calefactam videmus plus ca- lefacere.

Accedat his, quòd in scriptura sancta legitur in Gen. quòd vocauit Deus terrã aridam: vbi D. Basil. 2. Exameron. expli- cat, terrã esse siccitatem.

3. Conclus. Secunda conclusio. Aer est humidif- simum omnium elementum. Eexplicatur

primò: aduertendum, quòd sicut cali- dius dupliciter dicitur aliquid, vt collig- itur ab Aristò. 2. de partibus. cap. 2. vno modo, quia intensiorem habet calorem, sicut flamma calidior est ferro, nondum

facto igne: altero modo, calidius ab a- ctione, quia magis calefacit, & combu- rit, potestque esse (vt ibi dicitur) quòd minus calidum modò priori sit calidius, modò posteriori, vt notum est in flam- ma, & ferro candenti. Ita etiam humi- dius dupliciter dicitur: vno modo, quia intensiorem habet in se humiditatẽ in- herentem: alio modo, quòd magis hu- mectat, quamuis minus sit intensum.

Nota 2. Conclusio igitur sic est intelligenda, quòd aer est humidissimus intensiue, nõ tamen in humectando, sic enim aqua est humidior: non enim, vt diximus in li. 1. actiuitas maior, sequitur semper inten- sionem. Hanc declarationem tetigit A- uerro. 1. p. cant. tract. 1. com. 15. vbi dicit, aerem humidiorẽ aqua: & 2. colliget, c. 2. tamẽ subdidit, quòd aqua potentior est in humectando.

Nota 3. Et per hanc doctrinam solui possunt omnes apparentiæ probantes aquam esse humidiorẽ: imò glossat Galenus: ar- tendit enim humidum in humectando, & iuxta actionem suam: nam medici, vt dicit Aucr. 2. animæ, com. 105. mesu-

Ex hac con- clusiois intelligẽtia solui possẽt argumenta opposita, &

rant iuxta sensum & actiones acciden- tias, & sic aqua est humidior, quia ipsius pin. conciliari. humidum est grossum & densum, at ac- liari. ris humidum tenuè & subtile est: ita igitur intelligi debet conclusio.

Probatur primò argumento Concil. 1. differ. 12. Quodq; elementũ debet habe- re qualitatem in summo aliquam, igitur & aer; ista non erit calor nec frigiditas, nec siccitas, erit ergo humiditas. Pro- batur, quòd non calor, quia iste est ignis; Non etiam frigiditas, quia iam duo con- traria summa intensissima, & maximè actiua simul essent, quòd nõ debuit; aut enim se mutuò destruerent, aut nõ pos- sent esse, nisi mixta: Non etiam siccitas, quia cum hæc sit liana caloris, exacuere- tur calor ita, vt temperies auferretur ab vniuerso. Debuit ergo esse humiditas, quæ humiditas vim caloris hebetaret.

Secundò probatur ex effectibus; quæ enim sunt humida, dominio aeris sunt humidiora aqua, vt patet de oleo, & alijs vnctuosis, igitur aer ex se humi- dior est.

Tertiò ex definitione Arist. Humidũ est, quòd facillè terminatur alieno termi- no; at aer multò facilius, quàm aqua ter- minatur, ergo est humidior.

Præterea quartò, quia aer debet esse maximè receptiuus; est enim medium sensuum, est medium actionum & pas- sionum, debet ergo esse humidissimum: hanc enim facillè receptionem facit humor, tale autem humidum debet esse calidum, non enim coniungitur cū frigidò, quia iam esset aqua ferè.

Tertia conclusio. Ignis est summè ca- lidus, aqua autem frigidã; Intellige sem- per intensiue.

Hoc clarè sequitur ex dictis, Ignis enim debet esse vel summè calidus, vel summè frigidus, quia alias duas iam v- surparunt alia elementa; sed experientia docet, non esse frigidum; erit ergo sum- mè calidus. Superest sola frigiditas, & hæc est aqua, & sic constat, bonam esse Arist. distributionem qualitatum in ele- menta, quam sequuntur Philosophi, & medici, vt habet Concilia, differ. 13. Su- perest ad argumenta respondere.

Ad

Ad 1. 1. Solutio.

Ad primum respondet Aegidius su- pra tex. 23. quòd duplex est frigiditas, sic- ut & calor: est enim calor elementaris, qui destructiuus est, ab ipsoq; prouenit elemento; est calor cæli viuificus, qui in his inferioribus à cælo prouenit, ita est duplex frigiditas, & elementaris, & cæ- lestis, dicit, quòd terra frigiditate cælesti est frigidissima, & hoc probat argumen- tum, frigiditate verò elementari ipsa a- qua est frigidissima.

Hanc distin- ctionẽ aliq- rejciunt.

Hanc distinctionem non recipiunt ali- qui, inter quos est Conciliator diff. 12. & si intelligatur, vt sonat, non est recipien- da: videtur enim dicere, quòd frigiditas cælestis, est qualitas producta ab ipso cæ- lo in terra: at verò falsum iam esset, quòd sit maior in terra, quia maximè distat, imò ob id debet esse minor, quia agen- tia minus agunt in remotiora.

Defenditur aliquo mo- do illa so- lutio.

Sed profectò si rectius consideretur, Aegidius aliud intendit dicere: vocat enim frigiditatẽ cælestem, non quòd pro- ducta sit à cælo, sed quòd relicta sit à cæ- lo, non tantum calefaciente propter ma- iorem distantiam: vt terram esse frigidif- simam hoc modo, non sit aliud, quàm terram non ita calefieri à cælo ob distan- tiam: exemplum enim ipsius de calore fuit in causa, vt non intelligeretur ipsius mens, quam esse hanc ipsius verba indi- cant, si legas attentè.

2. Solutio.

Aliter tamen soluit argumentũ Alb. Saxo. q. 4. Notat has qualitates quatuor esse in duplici differentia: quas dã actua- les, quas dã virtuales: itaq; est duplex ca- lor, actualis & virtualis: duplex frigiditas, similiter & aliæ. Vocat actuales, quas tactu percipimus, & quas commu- niter qualitates vocamus. Vocat virtua- les, quæ tactu non percipiuntur, tamen productiuæ sunt aliarũ, potestq; esse ca- lor virtualis cum frigiditate actuali, vt patet in vino, & pipere, & alijs.

Nota de qualitatib; virtualibus.

Dicitur igitur, quòd vtrq; insunt ele- mentis, sed magis virtuales, quæ nõ sepa- rantur ab ipsis, & de his dicit Arist. locu- tum esse, cū singulas tribueret singulis e- lementis, & sic soluit argumentũ, qd ter- ra est quidem frigidissima frigiditate a- ctuali, aqua verò frigiditate virtuali.

Istæ qualitates virtuales, quamuis in Reijciunt i- mixtis verè sint, vt alibi diximus, tamen multiplicare ipsas in elementis videtur valdè superfluum: nam per has qualita- tes virtuales, vel intelligit formas substã- tiales, & hoc omnes consentunt esse in elementis substantiales formas præter qualitates, vel intelligit alias qualitates distinctas, & iã hæc superflue sunt, cū per actuales fiat quodcũq; per has fit: & ma- nifestè est hoc cõtra Arist. nam si de vir- tualibus loqueretur, non sumeret nume- rum earum penes tactum, cum virtuales tactu nequeant dignosci.

3. Solutio ad argum.

Dico igitur ad argumentũ: quòd so- lum probat, terram minus calefieri à so- le, non tamen quòd sit frigidissima. De- bes enim scire, quòd istæ qualitates non sunt in elemẽtis à cælo impressæ, sed pro- prias formas & naturas consequuntur, ob id terra est siccissima, quia siccitas na- turam propriam ipsius sequitur, sicut fri- giditas aqua: quod aduertēs Auic. 9. Me- taph. c. 5. mutauit suam sententiam.

Ad 2.

Ad secundum dico, quòd potius facit pro nostra sententia: nam cum ignis, & terra maximè distent, debuerunt sortiri qualitates maximè distantes, hæc sunt ca- lor & siccitas: calor enim est prima acti- uarum, siccitas verò vltima passiuarum: & hoc factum est, quia terra & ignis di- stant, & medium habent, ob id habent qualitates, inter quas aliæ mediæ sumi possint, scilicet humiditas & frigiditas: & hoc nota.

Ad 3.

Ad tertium aduerte, quòd hęc quali- tates primæ nõ faciunt in elementis, quæ faciunt in mixtis. Vnde calor & siccitas in mixtis discontinuant, quia humidũ ab- sorbent; at in elemento non. Ignis enim elementis continuitatem habet. Similiter dici po- test, quòd frigiditas grauitatis est causa in mixtis, sed non in elemento.

2. Solutio.

Dico tamen, quòd quãuis admitto fri- giditatem esse causam densitatis, & gra- uitatis terræ, nõ tamen est totalis causa, sed simul cum forma substãtiali terræ, cui natia est illa densitas, & grauitas: non enim est sicut in mixtis, quibus non est secundum naturam formæ: idcirco, quamuis frigiditas non sit maxima, den-

M m m m sitas,

itas, & grauitas possunt esse maxima.

Ad 4. Ad quartum ex nunc dictis patet solutio: non enim siccitas discontinuitatis est causa, nisi in mixtis, quorum partes humore continuabantur, quo resolutio manet discontinuitas.

Ad 5. Ad quintum dico, quod aqua, si esset pura, quamuis frigidissima existeret, non esset congelata, quia frigiditas congelat non aquam puram, nisi mixtam cum subtili exhalatione terrea, quod dicit Aer. 4. caeli. com. 32. Dicit enim quod ignis non lucet, nisi mixtus cum subtili terreo, sicut nec aqua congelatur, nisi mixta cum terreo. Cuius signum est, quod aqua calefacta citius congelatur, quam frigida, quia calor excitauit terreas exhalationes: similiter aquae dulces ob hoc, congelantur ob mixtionem, quam habent cum subtili terreo.

Ad 6. Ad sextum respondeo, quod aqua, licet cito calefiat, tamen non amittit omnem frigiditatem, nisi simul cum forma, quod si maneret cum humiditate sola absque frigiditate, tunc probaretur intentum: sed non ita fit.

Quod si dicas, quare citius calefit? Respon. quod id prouenit ex maiori actiuitate caloris ad calefaciendum, quam siccitatis ad exsiccamum.

Ad 7. Ad septimum dico, quod aer exsiccat frigiditate, quam accidentaliter habet, non enim per se exsiccat, ut notum est.

Ad 8. Ad octauum patet solutio ex secunda conclusione: non enim negamus aquam potentior esse in humectando, id tamen non arguit ipsius humiditatem esse intensiorem.

Ad 9. Ad nonum dico, quod media regio aeris est valde frigida per accidens: causa autem huius frigiditatis, sunt vapores frigidi & humidi, & exhalationes frigidae, & sicca, quae vi caloris ascendunt.

Nota r. de media regione aeris. Concurrunt autem antiperistasis ratione reflexionis radiorum solis, qui calefaciunt infimam regionem: reflexio enim calefacit multum, ut apparet in his, qui ad solem sedent prope murum, qui multum calefiunt: similiter in vallibus motium, ob hoc viget calor magis, quam in summitate: tali igitur reflexione fit antiperi-

stasis ad partes superiores: mediae aeris: nam ex altera parte ignis etiam est, frigiditas illa regio frigidissima.

Et cum magis viget reflexio, scilicet estate, tunc magis est frigida, quod indicant petre & gradines, quae estate fiunt, obnium & magni frigus, quam hyeme.

Frigiditas tamen haec accidentalis est: & forsitan id voluit Seneca, dum dixit aerem esse frigidum.

Ad decimum patet solutio: aer enim ob tenuitatem ac raritatem, facile passibilis est ab alijs extrinsecis, id tamen non impedit illum, secundum naturam suam tales habere qualitates proprias. Satis de quaestione ista.

QVAESTIO VI.

An elementa habeant vtramque qualitatem in summo?

Singula elementa in sua naturali dispositione constituta, binas habere qualitates, certum est: an vero vtramque in summo gradu & equè intensam habeant, dubium est: videlicet, An ignis sit tam siccus, quam calidus, & aer tam calidus, quam humidus: & sic de reliquis elementis: non enim in hoc omnes philosophi conueniunt, sed in tres diuisi sunt sententias.

Est enim quedam sententia quorundam Neotericorum, inter quos sunt Achillinus li. 3. de elementis, & Niphus in presenti; qui affirmant elementa habere vtramque qualitatem in summo gradu, sequentes Auerroem. 3. caeli. com. 67. vbi dicit, ignem esse calidum, & siccum in summo. Ratio autem horum potissima est: quia si in elemento vna qualitas maneret extra summum, esset remissa: at non potest esse remissa nisi admixtione suae contrariae: tres igitur qualitates inessent vni elemento, ut igni calor, siccitas remissa, & humiditas remittens: hoc autem videtur contra elementi puri naturam.

Altera sententia est aliorum, & communis, quod in elemento vna sit remissa qualitas, id est, non in summo gradu: tamen isti diuisi sunt: quidam enim dicunt manere remissam absque mixtione con-

Nota 2.

Nota 2.

Ad 10.

1. Sententia.

Ratio prima sententiae

2. Sententia.

tr a.

trarij: & hoc sequitur Alber. Saxon. q. 2. & alij: sicut; Alex. 1. Meteor. Com. 13.

Ratio 2. sententiae. Persuadent sibi hoc ex vna parte, quia Arist. tex. 23. vna qualitate tribuit cuique elemento magis, quam alteram: ex altera vero parte, quia vnum elementum tantum duas habet qualitates; non ergo illa mixtionem habet cum contraria.

3. sententia. Tertia sententia est Marsilij, q. 6. & 4. & Iacobi Forliui. tract. de intensione, parte 2. & Buridani, ac Nominalium communis, quod elementa habent in sua dispositione naturalem vnam qualitatem in summo, alteram extra summum, tamen est mixta cum contraria, a qua remittitur, itaque qualitas minus intensa tantum habet de contraria, quantum deest illi vsque; ad suum summum gradum: ut si siccitas in igne est ut quinq; habet humiditatem ut tria: supposito, quod summa latitudo siccitatis sit ut octo.

Nota 1. Dicunt tamen, quod talis qualitas remissa semper in plus intensa, quam medietas, ut ignis habet de siccitate plus medietate.

Nota 2. Secundum 3. sententiam cuique elemento in summo 3. qualitates. Ex quo colligitur secundum hanc opinionem, quod cuique elemento tres insunt qualitates: vna summè intensa, altera minus intensa: altera remissa, remittensque minus intensa.

1. Ratio. Rationes huius opinionis ab ipsis non aliter adducuntur, quam haec: Contrarium non remittitur, nisi ex mixtione contrarij; sed in elementis sunt contraria remissa; ergo sunt etiam contraria remittentia: maior potest probari ex Aristotele 5. Physicor. text. 19. & 2. caeli. text. 37. vbi id docet.

2. Ratio. Sit secundum argumentum, quo probatur, quod si vna est minus intensa, quod ibi sit contraria: Aliter enim sequeretur, quod alteratio esset in instanti; quod est impossibile in alterationibus secundum primas qualitates: sequela probatur: sit ignis siccus, ut sex, applicetur ei siccum ut octo, tunc ignis poterit exsiccare ab illo, cum sit minus siccus: probo autem quod alteretur in instanti: ibi nulla est resistentia in igne, ut exsiccecur; ergo exsiccabitur in instanti: Consequentia videtur nota: vbi enim nulla resistentia

est, ibi motus in instanti est, ut patet in productione luminis: Antecedens probatur, quia nulla est ibi contraria humiditas resistens, resistentia autem est a contrario.

Tertium argumentum est. Sequeretur, quod maneret elementum cum vna sola qualitate ex his, quas ex se habet, vel introduceretur forma elementi absque summo gradu suae propriae qualitatis, quorum vtrumque est impossibile. Sequela ostenditur: sit ignis calidus in summo, & siccus ut sex, cui applicetur fortior aer, qui secundum suam naturam est humidus ut octo, agaturque in ignem: constat, cum aer introduxerit sex gradus suae humiditatis, quod nulla erit siccitas in igne: peto tunc, in illo instanti, vel est forma ignis, vel non: si primum, ergo iam manet ignis absque sua profusa siccitate: si vero non, erit forma aeris, & non cum summa humiditate, quod fieri non potest.

4. Est quartum argumentum: sequeretur, quod qualitas summa vnius elementi maneret in illo, quod est impossibile: & sequela probatur: sit aer conuertens ignem in se, tunc per solam humiditatem agatur, non enim per calorem, quia remissior est: nec per frigiditatem, quia supponitur non habere: si ergo per solam humiditatem agit, ergo per solam destructionem siccitatis ignis conuerteretur in aerem; manebit ergo calor in summo, quia non est causa remittens illum, humiditas enim non agit in calorem. Haec sunt argumenta pro hac sententia.

Nota. Pro huius dilucidatione pono aliquot conclusiones (Aduerte autem, quod est sermo de elementis in sua natura consideratis, & de qualitibus, quas singula secundum propriam naturam postulant: nam modò non dubium est, plures qualitates, vel alias inesse elementis, quam postulet ipsorum natura.)

Prima conclusio. Vna est qualitas, quae primo, & immediate fluit a quouis elemento. Explico: singulis elementis multas inesse qualitates, non dubium est, ut igni calor, siccitas, raritas, leuitas insunt: fluit a quouis elemento forma: similiter in alijs.

M m m m 2 Hec

Hęc conclusio est omnium communis, & probatur vnica ratione. Ab vnica natura simplici nō fluunt multę passiones immediatę, & primō: sed vna per aliam: at huiusmodi qualitates sunt passiones elementorū, ergo vna fluit ab vno immediatę. Ratio autem maioris est, quia ab vno, vt vno, non procedunt immediatę & primariō plura: hoc tamen multō magis constabit in Metaphysicis.

Secunda conclusio: Multō probabilius est, in elementis manere vnā ex duabus qualitatibus minus intensam. Hęc sententia est Auer. 4. Meteor. commen. 10. vbi hoc dicit, existimatque esse mentem Aristot. illic, sed non est. Probat Auerrois, quia aliter nō posset esse mixtio: si enim omnes essent in summo, vtrique aequę agerent contraria, nullaque esset ibi actio, vbi nec minimus datur excessus.

Præterea est sententia Aristotelis præfati text. 23. vbi vnam qualitatem magis, quā alteram dicit inesse elemento.

Præterea, quia aer esset calidissimus: & sic non esset ex se temperatum mediū animalibus: nec ad respirationem aptū. Quod si dicas, quod humidum refringeret, non videtur valere, quia aer est densior igne: & sic multum adhuc calefaceret ex parte densitatis.

Tertia conclusio. Qualitas remissa in elemento, non habet mixtionem contrarię qualitatis. Hanc reputo multō probabiliorē, quę quidem est expressa Alex. 1. Meteor. commen. 13. vbi id docet discurrens per omnia quatuor elementa: & est locus notandus. Est etiam sententia Fernelij lib. 2. Physiol. c. 4.

Et prima ratio est Alexandri: si elementa haberent qualitates tres, nō essent simplicia & pura corpora ex natura sua, hoc autem falsum est: sequela probatur: quia habent singula mixtionem contrariarum qualitatū: scilicet siccitatem cum humiditate habet ignis, reliquaque huiusmodi: hoc autem manifestam impuritatem, & mixtionem dicit: habere enim duas non contrarias qualitates, nulla est impuritas, nulla est mixtio: at contrarias simul habere, mixtio est, ac oportet

teret alia elementa simpliciora constitueret, nempe, quę contrarias simul qualitates non haberent.

Secunda ratio est nostra. Sumo illam humiditatem in igne, coniunctam cum siccitate: peto, vel est secundum naturam ignis, vel non: si non est, iam accidentalis, & sic non inest igni secundum naturam: si verō secundum naturā: ergo vni formę simplicissimę ignis, duo contraria insunt, scilicet siccitas & humiditas, per se; quod est absolum & impossibile: quomodo enim vna simplex forma per se habet duo contraria, & ex natura sua. Fateor hoc argumentū mihi facere multam vim, vt existimem minus probabilē sententiam Marsilij: & illam aliam quoque, quę vtrisque ponit in summo. At nos media incessimus via cum Alexandro.

Tertia ratio est. Quia omnia elementa essent symbola, quod apertē est contra Aristot. sequela patet: si enim in igne est humiditas, quamuis non tanta, quanta siccitas, iam in humiditate symbolum habebit cum aqua, in calore cum aere, in siccitate cum terra: idemque erit de alijs elementis.

Quarta ratio: quia iam non per combinationes qualitatū colligeretur numerus elementorū, cum insint singulis, nec per qualitates, imō non posset probari, quatuor esse elementa. Nam si dicas summum calorem multum siccū, paruum humidum facere ignem: dicam, quod summum calorem multum humidum, & paruum siccum, facere oportet alterum elementum, quod non est vnū ex alijs: & sic faciam multas posibles combinationes, per quas numerus elementorū incertus præstabitur. Sed hæc quarta ratio parum conuincit: nā etiam idem sequetur, si non habeat admixtam contrariam: nam oportet assignare vnum elementum calidum in summo, & humidum multum, quod non est, & ita in alijs combinationibus, imō hæc ratio videtur non parua contra hanc opinionem: sed respondendum esset vni soli elemento in primo vnam qualitatem tribuendam, & non vnam in summo multum

2. ratio.

3. ratio.

4. ratio.

tis elementis: cum autem constet eam esse calorem in igne (nil enim est igne calidius) ideo non erit summa in altero, & sic de cæteris dicendum. Oportebit igitur argumentis pro ipsa factis respondere.

Ad 1. 1. solut.

2. solut. Non omnis remissio est per admixtionem contrarij: & si habeat contrariam. Nota valde.

Qualitas in elemento suscipit dupliciter magis & minus.

Reijcitur obiectio ex text. 14.

Ad 2.

Ad primum dico primō, quod non omnis qualitas suscipit magis & minus, admixtione contrarij: lumen enim, & habitus animæ suscipiunt magis vel minus, & non mixtione contrarij: & hæc ostendit suscipere magis & minus, nō consistere in mixtione contrarij: cum absq; tali mixtione detur magis, & minus.

Dico ex hoc secundō, quod non omnis qualitas habens contrarium est minus intensa ex mixtione cum contrario. Ideo aduertendum, quod qualitates hæc aliter ad mixta, aliter ad elementa comparantur: In elementis quidem sunt, vt in subiectis, & vt in principijs, in subiectis quia ab illis insunt: in principijs: quia ab illis fluunt; & secundum ipsorū naturas sunt: At in mixtis sunt, vt in subiectis.

Qualitas ergo in elemento suscipit magis & minus dupliciter: vno modo vt in eo est, vt in subiecto, & hoc fit per mixtionem contrarij: vt cum remittitur calor ignis ab extrinseco: altero modo vt à principio: & sic non intenditur per contrarium: nam ab vno elemento non fluunt contraria, sed est remissa secundum naturam formę, vnde fluit: V. g. sicut Lumen remissum est secundum luminosum vim & naturam, vt lucernę, ignis, astrorum, & solis; ita siccitas in igne talis est, & tanta, quia ab hac forma prouenit, sic in alijs.

At in mixtis id fit per contrariū, quia nō fluunt à forma mixti: nec contra hoc est textus Arist. Solum enim dicit, quod suscipere magis vel minus est per contrarium: loquitur autem de ipso motu, & qualitate, quę per motum suscipit magis vel minus: at qualitates hæc circa motum sunt remissę in elementis iuxta ipsorum naturas, & hæc solutio est valde notanda.

Ad secundum negatur, motum, seu alterationem futuram in instanti: est enim resistentia intrinseca, ex se enim tota astitudo qualitatis induci non potest et nullo existere cōtrario, vt alibi diximus, & ipse Marsilius in præfati concedit,

Ad tertium dico, quod non manebit in aere summus calor, sed remittetur ab ipso humido non per se, sed per accidēs: & consequenter ex eo, quod destruit totam ignis siccitatem, à qua summus calor dependet; corrumpetur igitur tantum calor, quantum cum humido esse non potest sub forma aeris, non tamen vlla ibi per se erit frigiditas.

Ad quartum dico, quod non prius expelletur tota siccitas ignis, quia simul tota humiditas introducat: nec est verū, quod sex gradus siccitatis expellentur à sex humiditatis: Oportet enim plus humiditatis introducere, quā expellatur siccitatis.

Scias enim quod non quicumque gradus formę est impossibilis cum quocumque gradu, nam calor vt septem potest esse cum frigiditate, vt vno; vnde cū illa siccitate ignis, vel cum saltem quinque gradibus illius possunt esse duo vel tres humiditatis: & sic non statim primus gradus humiditatis expellet vnum siccitatis: sed multō minus, donec sit tanta siccitas, quanta humiditas, scilicet vtraque in medietate: & tunc vnus gradus alterū expellet, vt benè dicit Albert. Sax. q. 5. & sic in fine erit humiditas vt octo, & aeris forma. Omnia probabiliter tantum dicta sint. Non enim carent probabilitate illę alię opinionis superius positę, quę vel vtrisque qualitates, in summo, vel admixto contrario in qualitate altera propè summo in elementis, concludunt.

QVAESTIO VII.

An qualitates elementorum Symbola sint eiusdem speciei.

Qualitates symbolas vocamus eas sensus quę in quibus duo elemēta inter se constonis. Queniunt, vt calor igni, & aeri: frigiditas aquę, & terrę symbola sunt: similiter siccitas terrę & igni, humiditas aquę, & aeri. Dubium igitur est, an tales differant specie, nempe an calor ignis, & aeris sit eiusdem speciei, nec ne: similiter humiditas aeris, & aquę, & reliquę.

Videtur autem, quod hæc speciei differant.

M m m m 3 rant.

Ratio.

1. Conclusio. Probabilius est nō vtrique qualitatē esse in summo.

1. ratio.

2. ratio.

3. ratio.

3. Conclusio. Qualitas remissa in elemento non est per admixtionem contrarij.

1. ratio.

ant. Primò, calor ignis non compatitur secum summâ humiditatē: at calor aeris compatitur, ergo hi duo calores specie differunt. Consequētia probatur, quia vnus calor opponitur illi humiditati, & non alter, quòd si vnus essent speciei, eisdem opponerentur.

2. Secundò, humiditas aeris fouet ignē, vt apparet in oleo, in quo aer dominatur: at humiditas aquæ extinguit, vt notū est, ergo differunt specie: aliā profectò non haberent effectum tam diuersum.

Reijcit solutio.

Nec valet dicere, quòd humiditas aquæ extinguit propter frigiditatem, quæ cum aqua est coniuncta. Nam aqua vehementer calefacta ignem extinguit, & nō aer frige factus.

3. Tertiò, siccitas terræ est cum frigiditate, grauitate summa, ac densitate: at in igne est cum summo calore, raritate, & leuitate: ergo specie differunt: aliter enim quomodo qualitates vnus speciei tantā patiuntur diuersitatem.

4. Quartò, grauitates aquæ, & terræ, leuitates ignis, & aeris specie differunt, vt supra diximus: ergo & frigiditates terræ, & aquæ, atq; calores ignis, & aeris. Nam ex his procedunt reliquæ qualitates.

5. Quintò, si humiditas aquæ est eiusdē speciei cum humiditate aeris, superfluit vna, ex his: similiter calor ignis vel aeris, & fat erunt duo elementa contraria, in quibus qualitates quatuor inueniri possunt: non ergo necessaria sunt quatuor elementa ad mixtum.

6. Sextò, quoties subiecta differunt specie, passiones etiam specie differunt; at calor aeris, & calor ignis sunt ipsorum passiones, ergo differunt specie, sicut ipsa: idem dico de alijs duabus.

7. Septimò, in mixtis calores specie differunt, ergo in elementis etiam. Antecedēs patet de calore naturali, & febrili, qui specie differunt: cum calor naturalis nutriat, augeat, conseruet subiectum; opposita vero faciat calor alter. Hæc sunt præcipua argumenta in hac parte: circa quam tres existunt philosophorum sententiæ.

1. Sententia

Prima Alber. Sax. q. 5. qui distinguit in elementis, vt superius diximus, duplices qualitates, virtuales, & actuales: virtua-

les specie differre existimat, vt calor ignis virtualis, & calor aeris similiter virtualis specie differunt: at actuales eiusdem speciei esse existimat.

Alia est quorundam opinio, quòd specie differant ipsæ actuales, nec oporteat ponere virtuales.

Tertia est Marfi. q. 4. quòd sint actuales in elementis solum, & symbolæ sint eiusdem speciei solo numero differētes.

Pro determinatione huius difficultatis sit prima conclusio. Præterea actuales qualitates in elementis non oportet alias virtuales ponere ad eosdem effectus producendos, dico in elementis, quia in mixtis non negamus, huiusmodi esse qualitates.

Hanc conclusionem vnica hac ratio. Ratio vnica. Probo: quia præter formas substantiales elementorum, & qualitates actuales superflue sunt illæ virtuales: Quod enim calor virtualis ignis, potest facere, potest etiam forma ignis per calorem actualem: & idem in alijs: non ergo oportet absque necessitate multiplicare tot qualitates.

Secunda conclusio. Qualitates elementorum symbolæ sunt eiusdem speciei. Hanc conclusionem reputo verissimam.

Probatur primò, quia si specie differunt, ergo sunt octo qualitates primæ, quod absurdum videtur, sicut vltius in mixto octo qualitates, quod est superfluum: non poterit etiam constare elementorum numerus, quod est in Philosophia absurdum.

Præterea secundò sequitur, quòd nullum esset elementū symbolum, quod est expressè contra Aristot. Sequela nota est: nam ignis & aer cum calores specie differentes habeant, non comunicabunt magis in calore, quam in siccitate: præsertim cum calor vnus destruat alterum, vt elementa mutantur inuicem.

Præterea tertio sequitur, quod vni qualitatis speciei duæ specie differentes contrariantur; quod falsum est; Nam vnū tantum vni opponi est commune Philosophorum dictum. Sequela patet: summo aerem, & aquam, hæc mutuò se destrunt, ergo calor aeris contrariatur frigiditati aquæ:

aquæ: vltius summo ignem, & eandem aquam, cum mutuò se corrumpant, calor ignis contrariabitur frigiditati aquæ: ergo duo calores specie differentes vni specie frigiditati contrarij sunt: quod falsum est.

4. Præterea quartò sequitur, quòd ex aqua non posset ignis facere aerem, quod est contra Aristot. tex. 27. & cōtra sensum: probatur sequela: ignis agens in aquam, vel reseruat humidum aquæ, vel corrumpit: si idē in aere manet, ergo iam humiditas aeris est eiusdem speciei cum aqua: si verò non, sed aliud humidum specie distinctum inducitur, à quo pducitur hoc? non enim ab igne; cum sit calidus, & siccus: non ab aqua, cum non sit, & quamuis esset, non haberet, quo illud produceret: cum igitur non sit causa producens, manebit idem. Et hoc argumentum concludit contra istam opinionem. Idem potest fieri argumentum de terra, & aere ad producendam aquam.

Præterea quintò, quia frigiditas terræ intendit aquæ frigiditatem, & è contrà, vt apparet in manu parum frige facta à terra, & postea immissa in aquā: manus enim frigiditas intenditur; ergo illæ sunt eiusdem speciei cum producat effectum vnus speciei.

Ad primū igitur argumentū respondetur, negando consequentiā: non enim calor ignis differt specie à calore aeris, quamuis non possit esse cum summo humido: Id enim est propter intensiōem maiorem, vel minorem, non tamen ob differentiam specificam, sicut calor, vt sex nō potest esse cum frigiditate, vt quinq; , at calor vt tria potest: non tamen ob id colligitur, calorem vt quinq; , & calorem vt tria specie differre.

Deinde respondeo quòd summus calor esse potest cū humiditate in aere non naturaliter, sed tamen violenter, imò secundum illam aliam opinionem, quæ ponit vtraque in summo in elementis, etiam naturaliter esse potest cum aeris humiditate.

Ad secundū dico, quòd ignis iste apud nos existens non est elementum purum; sed mixtas habet qualitates: sit enim ex

terrea exhalatione cum aere commixto; extinguitur autem per suffocationem: sic enim fit flamma, extrahitur autem ad partes exteriores à corpore talis exhalatio vaporosa, & accenditur: cum autem occluditur via, per quas extrahitur, flamma extinguitur, & sic status vehementer extinguit ignem, quia diuertit, & reprimat talem vaporem, quo ablato, flamma aufertur: at moderatus accendit, quia excitat illum. dico igitur, quòd aqua extinguit hoc modo per suffocationem, & per ablationem materiæ ignis: & hoc habet non propter humiditatem, sed ob grossitiam, nam terra etiam extinguit, & olei copia, at aer non, ob tenuitatem ipsius non accedente motu: sic enim extinguit, vt diximus.

Ad tertium dico, quòd non sequitur, qualitates esse specie diuersas, quia inueniuntur coniunctæ cū differentibus specie: non enim diuersæ albedines specie differunt, quamuis vna cum dulcedine, altera cum amaritudine inueniatur: ita dico de siccitate, quæ cum grauitate in terra, cum leuitate in igne coniuncta est: non tamen ob id siccitates differunt specie: & ratio est, quia siccitas non est illarū principium, non enim grauitas terræ ex siccitate prouenit, sed ex forma substantiali terræ simul cum frigiditate & siccitate: idem dico de igne, & alijs: sunt enim qualitates hæc in elementis ab ipsorum formis procedentes.

Ad quartum aliqui grauitatem aquæ, & terræ specie non differre putant, sed solo numero. At profectò, vt superius diximus, manifestè est contra Aristot. Per hæc enim grauitates, & leuitates colligitur loca quatuor diuersa, & corpora simplicia, & elementa quatuor. Dicendum est ergo specie differre, nec esse parem rationem de alijs, sunt enim istæ non alteratiuæ, nec sequuntur vnā qualitatem, sed vtramque, puta grauitas aquæ non ex humiditate per se, nec ex frigiditate per se, sed simul ex vtroque est: & hoc sufficit, vt specie differat, à terræ grauitate. Idem dicitur de leuitate.

Ad quintum dico, quòd nō superfluit humiditas aeris, quamuis sit eiusdem spe.

Speciei cum humiditate aquæ, Nam ratione sibi coniunctæ qualitatis, & vt à tali forma est, habet aliquos effectus in mixto, quos non habet alia: et idem dico de alijs; quamuis vt supra diximus, non negemus, fat esse ad mixta, aliqua duo elementa formaliter conuenire.

Ad 6. 1. solut.

Ad sextum dico, quòd absolute calor non est passio ignis, sed talis calor putato sicco coniunctus: & hoc totum differt specie à calore cum humido, non ratione caloris absolute, sed ratione modi & coniunctæ qualitatis; similiter de alijs: Non enim sunt reparandæ per se singulæ qualitates, quæ binæ simul in singulis elementis sunt accipiendæ. Secundo respon. quòd si diligentius cõsideremus, calor ipse non est propria passio, sed esse calefactiuum: quare ignis propria passio, erit esse calefactiuum in summo gradu, & ita in cæteris elementis: in aere verò esse calefactiuum non in summo: hæ autem passiones, & naturales aptitudines differunt specie.

2. solut.

Ad septimum dico, quòd calor naturalis, & febrilis, vt sunt passiones, nõ differunt specie: sunt autem passiones, si cõparentur ad tactum, ponunturq; in tertia specie qualitatis.

Ad 7.

Quòd si petas quomodo calor naturalis facit hos effectus, & non calor febris. Dico, quod in effectu essentiali scilicet calefacere vterq; conuenit: at in non essentialibus differunt, vt argumentum ostendit: quia calor naturalis, est instrumentum animæ, non autem alter; accidens autem varios effectus operatur secundariõs, vt à varijs mouetur formis.

Dubium.

Solutio.

Habes igitur de elementis resoluta ista; An sit elementum; quid sit, & quot: & an pura, quæ illis propriè insunt qualitates, & an in summo; an differant specie qualitates symbolæ: an sint virtuales qualitates in elementis: & an ipsorum grauitates, & leuitates specie differant. Ad textum igitur exponendum redeamus.

Epilogus.

CAPVT III.

Quoniam autem determinatum est. Tex. 24.

Quot elementa, & qualia sint, hucusque explicauit Arist. nunc de ipsorum mutua generatione differit. Proponit autem primò intentione, quæ talis est. Cum iam in lib. 3. cæli dictum sit, ipsa elementa mutari inuicem, duo super erant examinanda, & quo modo sit ista mutua mutatio, & an singula ex alijs omnibus, possint generari vel non sic, sed aliqua ex quibusdam, sed non ex alijs generentur. Atque ista duo in præsentia traduntur.

De mutua generatione elementorum.

Dicit autem, quòd in lib. cæli dictum est, elementa inuicem mutari, & hoc præterquam, quòd dictum est, etiam sensui est manifestum; quia alteratio; sine qua generatio elementi non est (alteratio inquam secundum tangibiles qualitates) nota est sensui, & ista indicat, generationem esse mutua elementorum; est enim alteratio hæc mutua.

Quòd igitur omnia nata sint ad inuicem.

Aliquot theore. circa hoc constituit, quorum primum est. Quodlibet elementum in quodlibet transmutatur, vt ignis in alia tria per se; & aliorum vnum quodq; in contraria, & à contrarijs, id est, omnia cõtraria se mutuo trãsmutãt, at omnia elementa inuicem contraria sunt, ergo omnia inuicem se transmutant.

Aliquot Ar. theorematum. 1. theorem. quodlibet elementum in quodlibet transmutatur, 1. ratio.

Minorem declarat, & probat: quia elementa, aut sunt symbola, & in vna cõueniunt qualitate; aut dissymbola, id est, in neutra conueniunt: si sunt symbola, tunc contraria sunt in vnica qualitate: vt ignis, & aer vterq; calidus, sed alter humidus, alter siccus: similiter ignis, & terra: si verò dissymbola, tunc contraria in vtraque sunt, vt notum est: erunt igitur semper contraria, atque se mutuo poterunt transmutare.

Vnde concluditur theorema propositum: & ita dicit Arist. quòd ex hac ratione facile est cognoscere, quodlibet elementum ex quolibet fieri, & mutari posse.

Differunt autem ipso citius, & tardius. Tex. 25.

Sc.

2. theor. non omnis mutatio est æquè facilis sed symbola facilius, dissymbola difficilius mutantur.

Secundum theorema est: nam quamuis omnia mutuo essent transmutabilia, tamen non omnis mutatio est æquè facilis: & velox, ob id theorema est, quæ cognitionem habent, & symbola sunt, scilicet, in vna qualitate conuenientia, talia facilius inter se mutantur: quæ verò talæ cognitionem non habent, difficilius inuicem mutantur.

1. Ratione probatur.

Ratio huius hæc est, facilius est mutatio vbi pauciora destruantur: at in mutatione symboli pauciora destruantur, quã in non symbolo, ergo illa est facilius mutatio, & velocius. Minorem probat; quia in symbolis vna mutatur qualitas, vt aer fit ignis sola humiditatis separatione, in non symbolis verò vtraque, vt cum aqua fit ignis: mutatur enim aquæ humiditas, & frigiditas in siccitatem, & calorẽ, vt fiat ignis.

2. Exemp.

Multis exemplis hoc declarat Arist. quæ sunt satis in textu manifesta.

Nota 1. Circularis & mutua est in elementis mutatio.

Vnde concludit, quòd est circularis, id est, mutua omnium elementorum mutatio: & quòd quædam facilius, quædam difficilius in aliqua mutantur.

Nota 2.

Vocat elementa consequentia, quorũ vnum est alteri contiguũ, vt ignis, & aer: nam ista symbola sunt.

Ex igne quoque aquam, & ex aere. Tex. 26.

Exempla dissymbolorum quæ difficilius mutantur.

Nihil in hoc textu continetur, nisi exempla eorum, quæ difficilius mutantur, qualia sunt dissymbola, vt ignis cū aqua, aer cum terra, vel ignis & aer simul cum aqua & terra: nihil enim refert, illa singula, vel bina sumere: hæc autem difficilius transmutantur mutuo, quia plura destruntur, vt diximus, quã in symbolis, vt in textu patet.

Si autem vnus cuiusq; alterum. Tex. 27.

3. theor. Ex duobus elementis fit vnum.

Tertium theorema est. Cum duo elementa cõueniant, & ex singulis vna qualitas corrumpitur, tunc facilis etiam erit mutatio, sed non fit vnum elementum ex illis duobus, sed tertium ex illis symbolũ.

1. probatur exemplis.

V. g. ignis & aqua pugnant ita, vt ex igne perdatur siccitas, sed maneat calor;

ex aqua frigiditas, sed maneat humiditas, tunc fiet tertius aer ex vtroque facilius, quã si vtraq; destrueretur.

Idem dicitur de aere, & terra, vt fiat aqua, & etiam vt fiat ignis: si enim ex terra auferatur frigiditas, & manet siccitas, & ex aere, ablata humiditate, calor manet, tunc fit ignis: si verò non sic, sed ex terra auferatur siccitas, manente frigiditate, & ex aere auferatur calor manetq; humiditas, fit aqua.

Confessa autem & sensui. Tex. 28.

Quòd dixerat scilicet ex terra, & aere fieri ignem, nũc experientia comprobata. nam flama est maximè ignis ex his, quæ apud nos sunt, & tamen flamma ex terra, & aere fit, est enim fumus; at fumus est terrestris exhalatio aeri cõmixta, per exar sionem autem fit ignis, destruitur enim terræ frigidum, & aeris humidum, manetq; materia sicca, & calida.

In ijs autem, quæ consequenter sunt. Tex. 29.

Quartum theor. ex duobus elementis symbolis non fit tertium aliud, vt ex igne & aere, nullum aliorum fit.

Quatuor theoremata de elementis symbolis non fit aliud. 3. Ratio.

Ratio huius est, quia in symbolis est vna qualitas communis, & duæ contrariæ: quæro ergo, vel destruitur symbola, & tunc manebunt duæ cõtrariæ, quæ nõ faciunt elementum, vel destruntur contrariæ, & tunc manet symbola, quæ cum vna fit, non facit elementum. V. g. fit ignis & aer, vterq; calidus, alter tamen humidus, alter siccus: si calor destruitur, manet siccum, & humidum, quæ non faciunt elementum, si hæc destruntur, manet solus calor, qui non satis est ad elementum: hoc autem est, quia in omnibus symbolis est vna qualitas eadem in vtroque, altera autem contraria. Ex his concludit differentiam esse, cum vnum elementum ex vno altero fit, & cum ex duobus fit tertium: nam cum ex vno fit, ex vno potest esse cum qualitatis vnus corruptione, vt in symbolis fit; at cum ex duobus tertium, debent duæ destrui, vna vnus, altera alterius, quia non fit ex duobus symbolis, sed ex duobus cõtrarijs.

Nann Quòd

Quod ergo omnia ex omni.

Tex. 30.

Epilogus.

Epilogum facit duorum, quæ dicta sunt: alterum, quod omnia elementa ex singulis omnibus contingit generari, alterum, quomodo iste transitus sit, nempe in quibusdā unius qualitatis mutatione; in quibusdā vero utriusque qualitatis, siue ex uno fiat alterum, siue ex duobus tertium, atque in alijs facilius, in alijs difficilius mutatio fiat, secundum qualitatum mutationem.

QVAESTIO VIII.

An quodlibet elementum ex quolibet immediate generare possit.

Sensus questionis.

Difficultas hæc est circa text. 24. sensus autem notus est, puta an unum elementum possit ex quolibet alio rum trium ita generari, ut non prius in alterum mutetur illud, v.g. an aqua possit in ignem conuerti, ut non prius conuertatur in aerem.

1. argu. pro parte negativa.

Sunt autem argumenta, quibus probatur, id fieri non posse: primum. Extremum non potest transire in extremum; nisi prius transeat per medium, quod est inter extrema, ut docet Arist. 5. Phys. tex. 22. at ignis & aqua extrema sunt, inter quæ est aer, ergo non sit transitus ab aqua in ignem nisi per aerem.

Secundò. Aqua non potest fieri ignis, nisi prius disponatur, scilicet exsiccat, & calefiat, sed non potest disponi, quin prius fiat aer, ergo aqua non immediate transit in ignem. Consequentia est nota cum maiori: Minor probatur: calor ignis est multò actiuus, quàm sua siccitas, ergo aqua citius ac prius calefit, quàm exsiccat; ergo prius aqua erit calida & humida, ut notum est, quàm calida, & sicca, erit ergo aer prius, quàm ignis.

Tertiò sequitur, si ex aqua immediate fit ignis, quòd manet aqua sub maiori raritate, leuitate, calore, quàm sint in aere, quòd impossibile videtur: sequela probatur; demus raritatem, leuitatem, calorem ignis, esse, ut octo singula: aeris verò, eum sint necessariò tales qualitates remissiores, sint ut sex, tunc si aqua debet per-

uenire ad illas, ut octo, cum fiat ignis, necessariò transibit per sex. Peto ergo in illo instanti, vel est forma aeris, vel non si aeris, habetur intentum: si non, ergo vel est ignis forma vel aquæ: non ignis, quia nõdum est sua integra dispositio, ergo aquæ. Tunc ulterius, cum illud non sit vltimū esse aquæ, non enim sic desinere potest substantia, immediate post illud erit aqua, erit ergo immediate post illud maior raritas, leuitas, & calor; ergo aqua. tunc est sub maioribus his qualitatibus, quàm sit aer.

Quartò. Si ex aqua fit ignis, debet aqua non solum calefieri, sed exsiccare: sed hoc est impossibile; ergo non potest esse talis transitus: probatur minor, quia quamuis ignis vincat aquam in calore, tamè aqua vincit in humiditate, quæ actiuus est siccitate; & sic non poterit exsiccare; potius enim destruet siccitatem ipsius ignis.

Quintò. Si immediatus esset transitus omnium, posset ex igne terra fieri, sed hoc esse non potest, ergo non est talis transitus: sequela est nota: minor probatur, supposito, quòd terra ob suam densitatem sub eadem quantitate plus multò materiæ continet, quàm ignis ob suam leuitatem seu raritatem: fumo ergo minimū ignis, & probo, quòd non conuertatur in terram: nam vel conuertitur in minimum terræ, vel in minus minimo: nam in maius notum est, non posse: Non in minimum terræ, quia hoc plus materiæ continet; nõ in minus, quia esse non potest, ergo nõ potest conuerti; ergo nec vlla alia pars, quia maioris & minoris, cum utriusque vna sit natura, vna videtur ratio.

Sextò probatur, quòd nec ex aere fiat aqua; quia humiditas aeris deberet remitti, quia minor est in aqua: at non videtur à quo remitti possit; non enim à frigiditate vel humiditate aquæ, ut notum est: altera enim est similis, altera non est contraria.

In hac difficultate sunt tres sententiæ Philosophorum: quidam dicunt, elementa mediata non habere immediatū transitum, sed prius mutari, in alia, ut aqua non prius in ignem conuertitur, quàm conuertatur in aerem: & aer non prius in terram.

Cap. III.

Quæst. III.

2. Sentent.

ram, quàm in aquam. Rationes autè propostæ fauent huic opinioni.

Alterà est aliorum, qui putant non esse immediatum transitum inter mediata semper, sed non quia conuersio sit in elementum medium, sed quia conuersio sit in mixtum quoddam, ut aqua non prius in ignem mutatur, quàm in vapore, qui mixtum quoddam est distinctum ab elementis: nec terra in ignem, nisi prius in exhalationem, quæ pariter mixtum est. Huic opinioni præter rationes etiam factas, sensus videtur fauere.

Nota.

Utraque tamen opinio conatur se ab Aristotel. expedire: dicit enim, quòd Aristoteles solum dixit, quodlibet fieri ex quolibet, sed non declarauit, an immediate id fiat, vnde illud sit mediata vel immediate.

1. Sentent.

Tertia sententia est communis Græcorum & Latinorum, & Auer. quòd sit immediatus omnium transitus, & quòd ex aqua immediate possit ignis fieri.

2. fundam.

At pro huius dilucidatione aduerte primò, quòd non est disputatio de mutatione secundum accidentia & qualitates, quæ alteratio est: sic enim quodlibet potest alterari à quolibet, & alterare quodlibet elementum: sed de mutua generatione, quæ secundum substantiam est: sic enim dubium est, an quodlibet secundum substantiam in quodlibet immediate possit mutari.

2. fundam. 5.

Aduerte secundò, quòd non est disputatio de toto elemento, nec de notabili parte ipsius; hoc enim non potest vnica mutatione in aliud mutari, non enim totus ignis in aquam vna mutatione potest mutari, nec è contrario.

Ratio fundament. 2.

Ratio autem est, quia si elementa superiora puta ignis, & aqua in inferiora mutantur; tunc oporteret dari vacuū: nam ob densitatem, multò minorem locū occuparent conuersa in inferiora; si verò inferiora mutantur in superiora, tunc nõ esset locus, nec spaciū hoc elementare talia corpora pateretur, aut caperet: nam terra & aqua, si in aerem conuerterentur, multò ampliori loco indigebunt.

De qua re sit sermo.

Sermo autem est de partibus, quæ seruata hac rerum dispositione iauicem v-

nica mutatione, possunt mutari: dico autem vnica mutatione: nam pluribus elementum totum mutari potest, modo secundum vnā, postea secundum aliam particulam; non tamen ut pertineat ad hoc, quod totum simul sit corruptum: hoc enim fieri non potest, ut dictum est.

Aduerte tertio; quòd vnum elementum potest aliud distinctum producere. v. g. ignis aerem, aer aquam. Scias enim, quòd quatuor qualitates sunt velut semina elementorum: ut enim virtus seminis inducit animantis formam, sic & istæ qualitates producunt elementorum formas. Vnde fit: ut quodcumque qualitates inducat, elementi etiam inducat formam. Ob hoc motus, & lumen ignem faciunt, quia qualitates, scilicet, calorem, & siccitatem inducunt: potest igitur vnum elementum inducere qualitates alterius, & sic ipsum producit, non vi sua, sed vi qualitatibus admotæ. v. g. ignis facit aerem, quia in aqua inducit calorem, qui cum humiditate inducit aeris formam: similiter terra ex aere facit aquam, quia inducit frigiditatem in aerem, & frigiditas cum humiditate aquam: & hoc nota pro multis, quæ occurrent.

Sitigitur prima conclusio. Elementa substantialiter mutantur. Sensus huius est, quòd elementa inuicem secundum formas suas substantiales mutantur. Hæc est contra Antiquos, quorum meminit Arist. qui elementa omnia vnica substantiam putabant, solumque differre per accidentia, & qualitates, quia enim erat rara, erat ignis, quia talis vel talis, dicebatur aliud vel aliud elementum.

Hæc sententia est reiicienda: nam elementa tunc non differrent essentialiter, quòd falsum est, & vnica ratione probatur: cum talis substantia est sub raritate, & densitate, vel stat naturaliter vel violenter: si naturaliter, ergo est diuersa forma substantiæ, quæ conseruat talem raritatem partium, quo minus condensentur, & condensationem, quo minus rarefiant, quòd ab vna forma prouenire nõ potest, si violenter hoc dici non potest, non enim permanerent, sed densitas rediret ad raritatem, raritas ad condensationem, verè er-

go diuersas formas habent: Multa alia possent esse argumenta, sed quia id notū est, prætermittuntur.

2. Conclu.

Secunda conclusio. Probabilior videtur sententia, dicens, aquam prius transire in quoddam mixtum, vt fiat ignis, quā quæ dicit, quod debet transire in aerem. Et ratio est ista, quia aqua non prius transibit in aerem, quā calefiat satis ab igne, sed non potest esse, quin dum calefit, simul exsiccat; ergo erit iam simul siccitas, & humiditas, calor, & etiam frigiditas; hæc autem non est dispositio aeris, quia summam humiditatem petit, sed mixti potius, ergo probabilius est, quod transiat per quoddam mixtum: idem vt ex terra fiat aer, transibit per exhalationem mixtam.

3. Conclu.

Tertia conclusio. Vt ex aqua fiat ignis, vel vt ex terra aer, non est opus, quod sit transitus per mixtum aliquod essenziale, bene tamen per accidentale.

Nota duplex mixtum: essenziale, & accidentale.

Pro explicatione nota duplex esse mixtum, & substantiale, & accidentale. Voco substantiale, quod præter qualitates elementorum habet formam substantialem distinctam à quatuor elementorum formis, vt lapis, metallum, & reliqua: Accidentale verò, quod solam elementi formam habet, tamen qualitates habet refractas, quod dicitur elementum impurum, vt aer, qui humiditatem, & calorem habet simul cum alijs qualitibus confusa. Dico igitur, vt aqua fiat ignis, transit quidem per hoc, quod sit aqua impura, habens qualitates refractas; at non ob id prius fit mixtum substantiale, vt illi putabant.

Vapor & exhalatio non esse mixtum substantiale probatur. 1. Ratio.

Huius probatio pendet ex hoc, quod vapor non sit mixtum substantiale, sed habens solum formam aquæ, vt exhalatio terræ: & quamuis hoc non sit modò ex professo probandum, tamen ob conclusionem probatur primò; Nisi enim vapor aqua, & exhalatio terra esset, non possent aliter elementa naturaliter ad mixturem conuenire: patet, vt enim supra diximus, aqua per vaporem, terra per exhalationem ad aeris locum conueniunt, vbi mixtum fit.

2. Præterea, quia vapor est frigidus, & hu-

midus, sicut aqua, exhalatio frigida & sicca sicut terra, quamuis per accidens vtrique sit calidum: si igitur easdem habent passiones, erunt essentialiter idem cum elemento.

Præterea, quia euaporatio argenti viui in vase occlusi conuertitur in argentum viuum, quod non esset, nisi substantialiter esset argentum viuum, ergo ita etiā fiet in elementis: non enim ob id, quod vapor rarus est, ob id formam aquæ non habebit, & exhalatio terræ: re enim vera sunt aqua, & terra impura ob mixturem aliarum qualitatum.

Præterea, quia si vapor non est aqua, & exhalatio terra, erunt aer: nā ignis non erunt, cum non sint caloris intensi, quem si haberent, vtique comburerent magis quā ignis, quia defiores sunt. Probatur autem, quod non sint aer, tunc enim vapor, & exhalatio essent eiusdem speciei, quod est impossibile, vt ex varijs ipsorum effectibus constare potest, manet ergo probata conclusio.

Quarta conclusio. Probabilior, & tenenda magis est sententia, quod ex aqua possit immediatè fieri ignis, & ex mediato mediatum absque transitu per immediatum.

Hæc probatur primò: quia est sententia Arist. & communis, nec est in contrarium vlla ratio conuincens; & hoc est validum argumentum pro conclusione.

Secundò probatur. Si aqua non potest immediatè fieri ignis, esset, quia humiditas non tam citò potest expelli, sicut frigiditas, sed hæc ratio nihil obstat: pono enim casum possibilem, quod aqua sit ab aliquo sicco, & frigido exsiccata, ita vt non multum humiditatis maneat cū illa sua frigiditate; tunc si applicetur ignis, quid prohibet quo minus dū expellit frigiditatem, etiam citò expellat humiditatem paucam, eritque ignis immediatè, præsertim cum non sit sufficiens humiditas aeri generando. Hoc argumentum validum est, vt id sit possibile, & fiat.

Præterea tertio. Si illa ratio opposita esset bona, sequerentur duo absurda: alterum est, quod aer non possit ex terra fa-

3.

4.

4. Conclu.

1. Ratio.

2.

1. ratio bi-

partita.

4.

cere

cere aquam, quin prius faceret ignem, quod absolum videtur. Probatur sequela: nā aer citius calefaciet, quā humectabit terram, & sic terra prius erit sicca, & calida, & fiet ignis, quā humida & frigida; quia humidum tardè agit.

2. Alterum est, quod aqua non faciet ignem aquā, quin prius efficiat illum terram; quod apertè est contra sensum: patet sequela, quia aqua prius frige faciet ignem, quā humectabit; ergo fiet citius vicus, & frigidus, erit sic terra; non ergo vires habet argumentum contra Aristot.

4. Probatur 4. ex ostensis in 3. conclusio: nam cum ex aqua fiat vapor, ex vapore ignis, & vapor essentialiter sit aqua, iam sequitur ex aqua substantialiter fieri ignem.

Manet igitur firma sententia, & ratio Aristotelis. Cum enim ignis & aqua immediatè contraria sint, vtique immediatè se mutabunt. Idem dicitur de aere, & terra.

Ad 1. Ad argumenta igitur respondetur. Ad primum dico, quod illa maior veritatè habet in motu locali, quod non est transitus de aqua ad ignem, nisi per aerem: aer enim est medium secundum locum, non autem est medium secundum mutationem: tunc enim per ipsum deberet esse transitus, sed non ita est.

Ad 2. prima solutio. Ad secundum respondet Achillinus, lib. 3. de elementis, dub. 9. & Marsilius. q. 9. quod est duplex actio ignis, vna tarda & remissa, seu lenta, & secundum hanc cedunt, quod aqua prius sit aer, quā ignis; altera fortis, secundum quam ignis vndiq; circumstat aquam, quia ignis multus est, vt cum aquæ gutta iniicitur fornaci, & tunc propter vehemens siccum, aquæ humidum citò absorbitur.

Reijcitur hæc solutio. Hæc distinctio mihi displicet: quia etiam in illa vehementi actione ignis adhuc citius calefit: nam si crescit sicco contra humidum, etiam crescit calidum contra frigidum, manetque eadem proportio in debili actione, & forti, non ergo tam citò exsiccabitur, sicut calefiat.

2. Solutio. Dico igitur aliter præter casum, quem posui in quarta conclusione, per quem probata fuit, Respondeo ad argumentum

in forma, quod verum est, citius expelli frigiditatem, quā humiditatem, cum vtraque equalis est; at cum humiditas minor est, nihil prohibet totā frigiditatem, & humiditatem simul expelli. Quid enim prohibet, tam cito expelli quatuor gradus humiditatis, sicut octo frigiditatis? cum igitur aqua sit multò minus humida, quā frigida, poterit vtraque qualitas simul expelli, & sic fieri ignis immediatè ex aqua.

Ad tertium respondet bene Marsil. q. 9. quod aqua potest peruenire ad leuitatem ignis, etiam si non transeat per leuitatem aeris: quia leuitas aeris, non differt à leuitate ignis secundum maius & minus, sed specie, vt dictum est: & sic non est opus per illam transire, sicut fit in calore à minimo ad summum per medium: at de raritate, & calore, alia est ratio. Hæc enim sunt eiusdem speciei, & differunt in remissione: sed præterea, si quis eiusdem speciei etiam illas putaret, dicere consimiliter posset, sicut de calore vtriusque communi dicebamus. Respon. etiam bene, imò optimè omnium, Alber. q. 7. quod non est inconueniens, quod aqua, dum est in via corruptionis, sit sub maiori calore & raritate, quā sit aeris calor & raritas: non enim repugnat, quod sit dispositio naturalis aeris, minor dispositione violenta ipsius aquæ, præsertim cum tendit ad id, quod calidius est, & rarius ipso aere, scilicet ignis.

Ad quartum dico, cum dicimus elementum mutare aliud, oportet intelligere, quod sit pars tantæ proportionis, vt possit alterum mutare in se. Vnde quāuis pars vna vincat alteram in qualitatis alicuius intensione: potest tamen esse tanta alia elementi pars, vt vincat multitudinem & extensionem, quod non faceret intensione.

Ad quintum dico, quod minimum ignis conuertetur in minus minimo terræ, sed non existens per se, sed continuū cum ipsa terra: nec hoc est inconueniens, vt alibi diximus: quod si distat minimum ignis, tunc conuertetur in elementum immediatum; nec hoc est contra nos, fat enim est, quod aliquid ignis conuertatur

Ad 3.

2. Solutio.

Ad 4.

Ad 5.

tur in terram, vt sit verum, ex igne terrā posse fieri, quod si ex minimo non fit, est ob defectum quantitatis, non tamen ob naturam rei.

Ad 6. Ad sextum dico, eum ignis fit aer, remittitur calor ignis ab humiditate aeris per accidens, dum enim ista corrumpit siccitatem ignis, remittit calorem summum, qui non potest esse absq; tali siccitate. Nec mihi displicet solutio Marsil. qui dicit, aeris formam induci cum summo calore, & quod ipsa postea destruit calorem, reducitque se ad calorem suum (hoc, inquam, non displicet) quia substantialis forma, quamuis non sit immediatē operatiua & actiua qualitatum in aliud extra se, tamen operatione immanēte in se ipsam agere nō vetat.

QV AESTIO IX.

An symbola facilius mutantur.

Sensus quæstionis notus est: sunt enim symbola, quæ in vna qualitate conueniunt, in alia contraria sunt: dissymbola verò, in vtraque sunt contraria: hæc autem dicit Arist. text. 25. quod difficilius mutantur inuicem. Videtur autem quod non. Primò si id esset ita, maximè propter rationem Arist. quia facilius est vincere vnū, q̄ duo; in symbolo aut vna qualitas expellitur, in dissymbolo verò, duæ. Sed ratio ista non valet: nā si in symbolo vna qualitas expellitur, vna etiam expellit; si autem in dissymbolo duæ expelluntur, duæ etiā expellunt: cum ergo sit tāta proportio vnus ad vnum, quanta duorum ad duo, non videtur quod facilius illa, quā hæc transmutentur. Præterea secundò est experientia: gutta aquæ citius absumitur à magno igne, quā terræ particula; at terra est symbola cum igne, non autem aqua. Præterea tertio. Actio innititur contrarietati, ergo vbi maior contrarietas, ibi faciliior actio: dissymbola autem, sunt maximè contraria, cum in vtraque qualitate opponantur, ergo inter ipsa, faciliior erit transmutatio.

In hac difficultate est duplex opinio

philosophorum: prior eorum, qui dicitur, citius, & velocius, breuioriq; tempore mutari elementum in symbolum suum, quā in dissymbolum: tamen hi in causa huius velocitatis assignāda sunt, diuisi in tres sententias: Prima est Niphi, qui ob id symbolum facilius mutari dicit, quia non reagit, aer enim dum excrucatur ab igne, non reagit, quia per calorem non potest reagere, quia est similis; nec per humiditatem, quia secundū hanc patitur, nec est reactio secundum eandē contrarietatem.

Hæc sententia iam superius libro primo reiecta est, vbi apertè ostendimus, reactionem esse secundum eandem contrarietatem.

Altera est Aegidij, text. 25. quod symbolum ob id facilius mutatur, quia vna est vna qualitas tantum corrumpitur à contrario, altera verò, scilicet symbola per accidens, ad corruptionem subiecti: facilius aut corrumpitur per accidens, quia tota simul corrumpitur, quā à contrario, à quo paulatim corrumpitur.

Hæc doctrina non mihi placet in hoc, quod symbolam qualitatem dicit corrumpi, cum secundum Aristotelem maneat eadem, & nos in libro primo id satis ostendimus.

Tertia est S. Thom. etiam text. 25. qui dicit symbolū facilius corrumpi, quia minus resistit: nam resistere per vnū contrarium minus est, quā per duo.

Contra hanc est argumentū primū: tamen à nobis postea declarabitur. Hæc est prior sententia.

Posterior opinio est Marsilij. q. 10. & Alber. q. 8. & Niphi palinodiam cantatis, qui dicunt, quod facilius mutari duplicem facit sensum: alter est, quod velocius, breuioriq; tempore mutetur, & sic fatetur facilius dissymbola mutari, quā symbola: alter est facilius mutari, id est, pauciora in mutatione deperdi; & sic symbola facilius mutantur: fatentur tamen, quod est impropius loquendi modus, dicuntq; hunc esse sensum Arist.

Quæ sententia profecto est intolerabilis, & apertè contra Arist. cum ipsemet vtatur verbis his, citius, tardius.

Et

Et præterea si ille esset sensus Aristot. tunc vana esset ipsius ratio: probat enim facilius mutari, quia pauciora mutantur: tunc si per facilius mutari, intelligeret pauciora mutari, esset probatio eiusdem per idem.

Præterea non solum est contra Arist. sententia ista, sed est falsa, vt ex his, quæ sequuntur, apparebit.

Sit igitur prima conclusio. Symbola citius velociusq; mutantur, quā dissymbola. Vt tamur exemplo vno, quodq; de hoc dico, de alijs dici potest: facilius & citius aer mutatur in ignem, quā aqua in ignem; aer enim symbolus est igni, nō autem aqua; intelligo cæteris paribus, & seruata eadem proportione aeris, & aque ad ignem.

Probat, A qua non potest in ignem conuerti, nisi absumatur humidū ipsius, similiter aer, sed multò facilius aeris humidum absumitur ab igne, ergo citius aer mutatur; minor probatur, quia humidum aeris minus resistit ob raritatem & actiuitatem: nam aqueum actiuus est, et magis potens resistere ratione adiunctæ frigiditatis, quā cum est in aere cum calore respectu ignis.

Secunda conclusio. Inter symbola facilius mutantur symbola in passiuis, quā symbola in actiuis qualitibus.

Aduerte, quod duplicia sunt symbola: quædam, quæ habent qualitatem passiuam communem, actiuam verò contrariam: voco aut passiuas, siccitatem & humiditatem; actiuas verò reliquas duas: talia igitur symbola dicuntur, in passiuis symbola, vt aer & aqua; terra & ignis: quædam sunt è contrario symbola in actiuis, contraria in passiuis, vt ignis & aer, terra & aqua: dico igitur, quod symbola in passiuis citius mutantur, seruata eadem proportione.

Ratio in promptu est, quia ista se mutant & agunt, secundum actiuas qualitates, quarū actio maior est & velocior: reliqua ergo se mutant secundum qualitates tardas: vnde facilius aer mutatur in aquam, quā ignis in aerem, & è contrario.

Tertia conclusio. Inter symbola in a-

ctiuis illa est mutatio velocior, quæ est ex parte qualitatis actiuoris; hoc idè inter passiuas symbola, cæteris partibus explico, aer citius mutatur in aquā, quā aqua in aerem ab ipso, quia frigiditas aquæ est actiuor, quā caliditas aeris; similiter aer citius mutat in se ignē, quia magis agit humiditas ipsius aeris, quā siccitas ignis. Et ratio est nota, quia velocitas confurgit ex vehemēti contrario.

Quarta conclusio. Inter dissymbola illa citius mutantur, in quibus magis vigent actiuæ qualitates: vnde citius aqua in ignem, & è contrario, quā terra & aer, hæc enim non habent qualitates ita fortes: similiter oportet considerare in vtraque extremum fortius, hoc enim citius mutabit. Per has conclusiones facile dignosci poterit quæcunq; combinatio elementorum circa facilitatem mutationis; est tamen paritas proportionis obseruanda; nam magna copia aeris citius mutabit terrā, quā parum ignis aquam: in omnibus enim est paritas seruanda, vt ita vnum excedat alterum, sicut alterum excedit alterum.

Ad primum argumentum respondetur, quod vnum contra vnum, & duo contra duo equaliter pugnant, si omnia alia sint paria, non autem aliter; at in presenti, non est paritas, quia qualitas cū symbolo minus resistit, quā cōiuncta cum contrario, v. g. humidum cum calore minus resistit igni, quā humidum cū frigiditate in aqua, vt diximus in prima conclusione: ob id multò magis resistit duo, quā vnum, quia augetur ex cōiunctione resistentia, & hoc voluit S. Tho. superior dicere, & benè dixit.

Ad secundum dico, quod in gutta aquæ, & terræ particula illa, non est eadem proportio; est enim multum materię sub terra, ob quod maior est resistentia, quæ non provenit ex natura qualitatum terræ, quæ si sumeretur sub raritate exhalationis, vel saltem equali aquæ, tunc citius mutaretur.

Nota autem, quod non ita citò aquæ gutta mutata est in ignem, sicut apparet: nam sit prius vapor, qui ob subtilitatem occultatur.

Ad.

1. argum. in parte negatiuam.

2.

3.

2. opinio.

Reijcitur 1. via.

Reijcitur 2. via.

3. via.

Obiectio circa 3. viam.

2. opinio.

Facilius mutari, duplicem facit sensū.

Reijcitur hæc 2. opinio.

1. Conclusio. Suppositio exempli.

Ratio.

2. Conclusio.

Explicatur conclusio.

Ratio.

1. Conclusio.

4. Conclusio.

Ad 1.

Ad 2.

Nota.

Ad 1. Ad tertium dico, quod non valet con-
frequentia, nam licet actio sit in contra-
rietate, nō sequitur, quod vbi plura sunt
cōtraria, sit actio velocior, sed sint actio-
nes plures; ex pluralitate enim agentū,
& patientium, non colligitur velocior
actio, nisi cum sint plurā agentia, & vnū
passum resistens secundū vnum vel pau-
ciora, quā sint agentia. Ex his abundē
satisfactum est difficultati.

QVÆSTIO X.

An ex duobus elementis, fiat ter-
tium.

Difficultas hæc insurgit circa text.
29. vbi Arist. docet ex duobus ele-
mentis corruptis inuicem, vnum
tertium fieri, verbi gratia, ex aqua & igne,
inuicem corruptis, sit aer: videtur au-
tem, quod non ita sit.

1. Argum. Primò, vbi nullum est efficiēs, nullus
ad partē ne- sequitur effectus, sed cum ex igne et aqua
gatiuam. fit aer, efficiens nullum est, non ergo fiet
aer. Consequentia est certa cum maiori,
Minor probatur, quia maximè essent ignis
& aqua, sed hæc non possunt esse; tū
quia specie differunt, & simile à simili
producitur; tum etiam, quia corrumpun-
tur, & cum aer producit, non sunt, sed
desinunt esse; quod autem non est, non
producit.

2. Præterea secundò, vt tertium produ-
catur, debent illa duo corrumpi; sed non
possunt corrumpi; ergo nec potest tertium
produci, Minor probatur: quia si corrū-
peretur vtrumque, vnum corrumpere
alterum; hoc autem fieri non potest, quia
demus, quod ignis corrumpat aquam,
aqua corrupta, non poterit corrumpere
ignem.

3. Præterea tertio, cum ignis & aqua, se
corrumpunt mutuò, qualitates omnes
manent refractæ: non ergo poterit indu-
ci forma aeris, quia deest sufficiens dif-
positio.

1. Fundam. Aduerte circa declarationem, quod
Dupliciter potest intel- ex duobus fieri tertium elementum, po-
ligi fieri ex duobus ele- test dupliciter intelligi.
mentis tertiu- Vno modo, vt vnum faciat ex altero

aliud tertium: non quod vtrunq; corrū-
patur, sed vnum agat, alterum destrua-
tur, & hoc potest esse: vnum enim elemē-
tum potest conuertere aliud in tertium, vt
ignis ex aqua facit aerem, & terra ex aere
facit aquam, vt docet 1. Metheor. summa
4. c. 1. vbi dicitur particulas aeris inclu-
sas poris terre, conuerti in guttas aquæ,
guttasq; simul iunctas riuum facere, & ri-
uus cum riuo facit aque copiam; hoc autē
modo fiunt fontes, & flumina. Constat
autem, quod ista aeris conuersio in aquā
fit à terra frigida.

Potest alterò modo intelligi ex duo-
bus fieri vnum, ex duobus, scilicet corru-
ptis, tertium fieri: & hoc adhuc duplici-
ter: vno modo per actionem tertij agen-
tis, vt ex aere & aqua, potest fieri ignis ab
aliquo igne destruentem illa duo: & hoc
potest optimè fieri, imò fit; Ex vapore e-
nim, & exhalatione fit flamma, quæ ignis
est; siue ista sint symbola, siue dissym-
bola, vt ex aere & aqua simul, vel ex ae-
re & terra, per actionem ignis, potest fieri
ignis.

Alterò modo, ex duobus corruptis fie-
ri vnum, potest intelligi sine actione al-
terius, & de hoc est quæstio; & respon-
detur secundum Arist. id fieri posse: quod
autem modò id fiat explicat S. Thomas.

Debent enim elementa sic se habere,
vt vnum excedat alterum in vna qualita-
te, & excedatur in altera ab altero, verbi
gratia, sit ignis cuius calor multum ex-
cedat frigiditatem aque, & humiditas a-
quæ excedat siccitatem ignis, tunc talia
poterunt se mutuò destruere: humiditas
enim aquæ destruet siccitatem ignis, hu-
ius verò calor frigiditatem aque: vtraq;
forma recedet, manebitque vna materia
calida, & humida, quam sequitur for-
ma aeris.

Ex quo fit, vt hoc non possit fieri, nisi
inter dissymbola elementa, vt in tex. ex-
posuimus, non autem inter symbola, nō
enim tunc manerent qualitates pro villo
elemento tertio, v. g. sit aer & ignis, si de-
struit vtriusq; calor, contraria mane-
bunt, quæ non faciunt elementum; si ve-
rò humiditas vnus, & siccitas alterius
destruantur, manebit tantum calor, quo
solo

2. modus bi-
partitus, q
i. modo sic
possibilis.

2. modus de
quo est pō-
tū qstio.
Quod hic
quoq; sit
possibilis
modus.

Nota.

CAPVT V.

Sed tamen adhuc & sic considerabi-
mus. Text. 31.

DE mutua generatione elemento-
rum hætenus differuit, nunc vo-
lens ipsa prima corpora, aliorūq;
generationis principia esse ostendere, in-
quirit, an sit aliquod corp⁹ ante ipsa sim-
plicius, quod sit eorū materia, probatq;
tale esse non posse. Antiqui enim id affir-
mabant, facit igitur argumentum.

Si huiusmodi elementa haberent cor-
pus aliud, quod ipsorum esset materia, nullū aliud
tunc vel esset vnum ipsorum, aliorū ma-
teria, ita, vt aqua vel aer esset aliorū prin-
cipium; vel si non vnum, saltem duo; vel
si non esset vnum horū principium alio-
rum, esset aliud corpus distinctum ab his
quatuor, ex quo ista fierent; sed nihil ho-
rum fieri potest.

Probat primā partē, quod vnū horum
non sit aliorū principiu, sit illud, v. g. aer
tunc vel permanet, vel nō: si permanet, et
non corrūpitur, cum ex eo sūt reliqua,
sequitur, quod generatio esset alteratio:
Probatur, quia cum aer mutatur in alia e-
lementa, vt ex igne in aquā, mutatur in-
ter cōtraria, & est subiectū actū perfecto
existens, tale autem mutari, est alterari.
Alterū membrū, scilicet, si mutatur ta-
le corpus & nō manet, relinqt in tex. 31.

Simul autem neq; ita videtur.

Impugnat secundam partem, puta, qd
illorum quatuor, duo sunt principia a-
liorum duorum, vt aer sit principium i-
gnis, & aqua, terræ.

Argumentum est: si ex aere, vt ex prin-
cipio sit ignis: ergo erit aliqua differētia
& contrarietas, cuius vnā partem ha-
bebit ignis, ita, vt aer per calorem fiat i-
gnis, sitq; ignis aer calidus, aliter enim
non differret ab aere ipso.

At id fieri non posse, probatur primò, 1. ratio.
quia talis alteratio erit, & nō generatio,
cum sit ex aere ignis, vt dictum est.

Præterea secundò, quia id non vide-
tur, sed est contra sensum: ignis enim nō
apparet, quod sit aer, nec videtur perma-
nere

4. elementa
esse princi-
pia aliorum
corporū, &
eorum esse
materia, seu
principium.

Inter hæc e-
lemēta nul-
lum est pri-
mū aliorū.

Nota.

2. pars, Inter
elementa
duo nō sunt
principia a-
liorū duorū

Toto non est elementum. Per hæc igitur
patet quæstionis elucidatio.

Ad 1. Ad primū, nego deesse causam effi-
cientem, sunt enim ibi qualitates primæ,
quæ sunt dispositiones & virtutes, velut
feminales elementorum; producit ergo
aer immediatè ab illa dispositione,
scilicet caloris & humiditatis, derelicta
ab igne & aqua, quæ quidem agit in vir-
tute aeris agentis: facit enim, quod aer fa-
ceret, si adesset, nec oportet necessariò re-
currere ad causam vniuersalē cū Marsil.
Deus enim nullam formam substantia-
lem producit, nisi cum causis particulari-
bus, præter animam rationalem: quan-
quā de cælo & sole, aliquando posset
habere probabilitatē, esse illius tunc cau-
sas vniuersales, quæ cum deest proxima,
eius actionem suppleant.

Ad 2. Ad secundū dico, quod mutuò se cor-
rumpunt illa duo elementa, per qualita-
tes suas derelictas in materia, vnde ignis
destruit aquam, & aqua ignem, per qua-
litates, quæ semper supersitites sunt: illæ
enim inducentes aliam formam, corrū-
punt simul præcedentes.

Ad 3. Ad tertium respondeo (quod diligen-
ter aduerte) quod vt inducatur forma e-
lemēti, nō est opus, quod qualitates sem-
per sint in summa dispositione: nam si-
cut conseruari possunt extra naturalem
dispositionem, ita & produci; quamuis
non nego, maiorem dispositionem esse
necessariam ad introductionem, quā
ad conseruationem.

Nota 2. Dico tamen, quod non est necessaria
tota latitudo, sat erit maior pars, & pfe-
ctò experientia hoc indicat: nam tempo-
re hyemis intra terrā viget calor, & sunt
aque calidæ, quas cōstat esse factas absq;
summo gradu frigiditatis: & alię multę
passim occurrunt huius rei experientia.

Et sic dico ad argumentum, quod nō
est necessaria tota, & summa dispositio
ad formarum harum introductionem,
& mihi placet, quod Marsilius dicit, qd
forma introducta postea reducit se per se
ipsam, ad suam dispositionem: quia alte-
ratio hæc immanens & perfectiua esse
potest ab intrinseco principio actiuo, vt
alibi diximus.

nere aer, cum sit ignis, nec aer calidus ignis esse videtur.

3. Præterea tertio sequitur, duo contraria simul esse: patet, si ignis est aer calidus, ergo cum ignis mutatur in aerem, necessarium sequitur, quod aer sit frigidus; mutatio enim ex contrario est in contrarium: ergo aer de se frigidus est, ergo si aer, manens aer sit ignis per calorem, erit simul frigidus & calidus, alias non maneret aer. Colligit: quod non potest esse, quod vnum horum sensibilium corporum aliorum sit subiectum, sed aliqua materia omnibus communis, cui de se nullum in sit contrarium: quod autem de vno probatur, potest etiam eodem argumento de singulis, aliorum respectu probari.

Sed neque aliud aliquid præter hæc. Text. 32.

3. pars, nullum corpus præter hæc quatuor, quod aliorum sit principium. Præterea tertiam argumenti partem, quod non sit aliud corpus præter hæc quatuor, quod ipsum sit principium, quale aliquæ ponebant. Alij enim dicentes esse corpus medium inter ignem & aerem, quod esset crassius igne, aere subtilius: Alij medium inter terram & aquam, aqua crassius, subtilius terra: sed neutrum potest esse elementorum principium.

Ratio. Et argumentum est, quod si tale esset corpus medium inter ignem & aerem, fieret aer, & ignis addendo qualitates contrarias, vt v.g. per calorem ignis, per frigiditatem aer, ita vt aer & ignis non essent aliud, quod tale corpus existens cum diuersa qualitate contraria.

Reijcitur obiectio. At quia posset quis dicere, quod non sit aer per qualitatem contrariam, sed per priuationem qualitatis ignis: dicit, quod parum refert hoc dicere. Nam priuatio dici potest etiam contraria; & ita ignis & aer, sunt corpus existens sub alia, & alia contrarietatis parte.

Nota. Sed hoc esse non potest: nam sequitur, quod tale corpus non esset separabile ab vtroque contrario, nec per se esset sensibile, cum non sentiat, nisi per contrarias qualitates, quas non habet in se: Hoc autem est contra ponentes tale corpus, quod infinitum, id est, indifferens vocat, & alia sub se continens.

Vbi nota, quod Arist. concludere vult non esse aliud corpus primum sensibile, præter hæc: Nam si aliquod esset commune his, secundum se non haberet qualitates, nisi contractum ad hæc corpora: & sic præter ista non est sensibile: si autem illud corpus esset, vitique sensibile esset. Concludit, quod, aut quodcumque corpus ponendum est principium, scilicet medium inter aquam & terram, & medium inter ignem & aerem; aut nullum: sed cum probatum sit iam vnum esse non posse, neutrum erit.

Si igitur nullum est sensibile prius his. Text. 33.

Concludit, quod cum nullum corpus sensibile sit prius his, ista erunt omnia prima sensibilia, & nullum aliud erit primum. Statim aggreditur aliam rationem, quæ talis est. Omnia mutantur inuicem, ergo nullum est reliquorum principium.

Ante tamen dubium proponit, an huiusmodi corpora sint immutabilia, an mutabilia, & si mutabilia, an omnia, an aliqua sint, aliqua non, vt docuit Plato: dixit enim terram non mutari. Ad hoc respondet in sequenti textu.

Quod igitur transmutari inuicem. Text. 34.

Ad dubium respondet resumendo ea, quæ superius dixit, quorum primum est, omnia inuicem mutari necessarium esse, cum sint inuicem contraria.

Alterum, quod licet omnia inuicem mutantur, tamen quedam celerius, quedam tardius mutantur; facilius enim symbola, difficilius dissymbola mutantur inuicem.

Tertium est, quatuor esse elementa, quod ex duplici contrarietate colligitur: si enim esset vnica contrarietas, tunc duo essent elementa, præter materiam, hæc enim non separatur ab ipsis formis, & omnibus communis est, nec computatur inter elementa: At cum sint plures contrarietates, saltem erunt duæ, pauciores enim esse non possunt, si plures esse debent: si autem duæ contrarietates sunt, erunt necessario elementa quatuor: nam sex com-

Nota.

Concludit Arist. nullum corpus sensibile esse prius 4 element.

Respondet ad dubium propositum. Repetitur supra dicta.

combinaciones sunt. Hæc igitur sunt, quæ dicta sunt, per quæ habetur, elementa omnia mutabilia esse.

Quod autem, quoniam transmutantur. Text. 35.

4. pars argum. inatio facti. Nunc rationem, ex his, quæ sumpsit, componit: omnia sunt inuicem mutabilia: ergo nullum est aliorum principium, cum non sit maior ratio huius, quam illius: & hoc est aliud membrum argumenti superius propositi: probauit enim, quod nullum sit aliorum principium manens immutabile: nunc vero si mutabile est, posset aliquis dicere, quod non omnia sunt inuicem mutabilia, quamuis mutabilia sint: nam media in extrema mutantur, & extrema in media, sed non extrema inter se, ob id media, aut extrema poterunt esse principia, vt aer mutatur in ignem, & aquam, aqua in aerem & terram; sed non terra & ignis inter se.

Ex his fit ratio, quod nullum elementum sit aliorum principium.

Scopus Aristot.

Extrema elementa non esse principia aliorum mediiorum. Hoc Aristot. reijcit, probatque extrema non posse esse principia: quia si extrema non mutantur, omnia erunt ignis & terra, maneret enim actus; aut saltem omnia essent ex igne & terra facta, quod falsum est; constat enim ex quatuor corporibus.

Quod si dicas, medium corpus erit principium, quod in extrema mutatur, & extrema iam non inter se, & sic medium videtur habere rationem principij: hoc etiam includit, probatque necessario si medium in extrema mutatur, quod extrema necessario mutantur inter se, & sic omnia erunt inuicem mutabilia, nullumque erit reliquorum principium.

Suppositio. Ad hoc autem supponit vnum, quod non sit processus in infinitum ex parte vtriusque extremi elementi, sed sistatur in duobus finitis extremis: si enim esset processus in infinitum, tunc sequitur, quod in vno essent infinite contrarietates, quod impossibile est: hoc autem in tex. 36. probabitur.

Si medium elementum non mutetur in extrema nec extrema mutantur in se. Sit enim terra in quo T. Lympha in quo L.

Demonstrat nunc si medium in extrema mutatur, quod necessario mutantur inter se extrema, & ratio antequam ad

textum veniamus, hæc est. Sit aer medium, qui mutatur in ignem & aquam, si aer mutatur in ignem, ergo per aliquam contrarietatem differre debent, aliter non mutarentur, sit, v.g. albedo & nigredo, aer enim sit albus, ignis vero niger.

Vterius, aer mutatur in aquam, ergo pari ratione per aliquam differunt contrarietatem, non eandem cum igne, aliter enim ignis & aqua essent, idem, erit ergo alia contrarietas, sit v.g. siccum & humidum, aer enim siccus, aqua humida: ex hoc sequitur, quod aer sit albus & siccus, & ita per albedinem igni, per siccitatem aquæ opponitur.

Vterius proceditur: aer est siccus, & albus, ergo cum mutatur in aquam, manebit albedo, quia per hæc non opponitur aquæ, sed ignis aquæ per siccitatem, & hæc conuertetur in contrariam, & sic aqua manebit alba & humida.

Præterea aer siccus & albus mutatur in ignem, ergo in igne manebit siccitas, quia per hanc non opponitur illi, sed per albedinem, & sic ignis erit siccus & niger.

Concluditur ergo, quod necessario mutabitur cum aqua, quæ est illi contraria, humida, scilicet & alba. Vide igitur quomodo si medium mutatur in extrema, quod mutantur necessario extrema, euadunt enim in vtraque qualitate contrarietatem habentia.

Vterius aqua est alba & humida, aer albus & siccus, ignis niger & siccus, ergo in terra erit nigrum & humidum: nam hæc duo restabant: nam quia nigrum cum siccis est in igne, oportet vt nigrum cum humido coniungatur, sicut album reperitur coniunctum & cum humido, & cum siccis: si ergo terra est humida & nigra, mutabitur cum extremo suo aere siccis & albo. Vide igitur eleganter probationem & necessariam, quod extrema debeant inuicem mutari, si medium mutatur in ipsa, supposito hoc, quod contraria inuicem mutantur.

Explicatur Arist. textus. Ex his litera textus facile potest intelligi; pro qua nota, quod istæ qualitates, quæ tribuuntur elementis, sunt tantum loco exempli: Nam etiam elementa ista pro exemplo ponuntur: ratio enim pro-

redit in communi de quibuscunque elementis.

Nota. Nota etiam, quod littera quecunque significat elementum illud in cuius nominis principio ipsa ponitur, ut, I notat ignem, A, aerem, L, aquam, que modò dicitur lymphia, S, siccitatem, H, humiditatem, atque ideo Boetius non sumpsit eadem litteras Græcas, quia istæ non consonabant nominibus Latinis.

Dicitur igitur, quod si A. mutatur in I. & in L. puta, in ignem & aquam, debet esse aliqua contrarietas, secundum quam mutatur in I. aer puta ignem, sit hæc albedo, & nigredo, ut aer albus, ignis sit niger.

Uterius si A. mutatur in L. erit alia contrarietas, quia L & I. non sunt idem: sit siccitas & humiditas, aer siccus, aqua humida, tunc cum aer mutatur in aquam, vel manet albedo, vel non: si manet, erit alba, & humida aqua; si non manet, erit nigra, quia mutatio est in contrarium: non enim aliter esse potest, nisi ut sit alba vel nigra: at non est nigra, id enim est ignis, sit igitur alba.

Uterius, si aer siccus mutatur in ignem, ob eandem rationem manebit siccitas in eo, & ita euadent contraria ignis & aqua, puta extrema, & inuicem mutabuntur.

Uterius, terra erit nigra & humida, quia ista combinatio restabat, & sic conuertetur in aerem, quia opponitur ei, & sic extrema, videlicet aer & terra, quæ sunt inter aquam, mutabuntur pariter. Nota expositionem hanc.

Quod autem in infinitum. Text. 36.

Probatur supra posita. Quod supposuerat, puta, non esse processum in infinitum in extremis, neque suppositio. versus sursum, neque versus deorsum, nunc ostendit, & deducit ad hoc absurdum, quod non est processus in vno essent infinitæ contrarietates. Quod si in infinitum in extremis.

Detur, ut supra dicebamus, quod ex aere fiat ignis, tunc in igne manebit siccitas, secundum quam opponeretur aer aquæ.

Tunc si iterum ex igne fit aliud sursum, sit A. ergo per aliquam contrarietatem differt ignis ab A. secundum quam

in ipsum mutatur; erit ergo ignis siccus, & niger, ut ante, & modo habebit tertiam aliam, secundum quam opponitur A. cum ergo ex igne fit aer, manebit ista qualitas in aere, quia non secundum illam opponitur ignis ipsi.

Uterius, si iterum ex A. fit aliud, puta B. ergo erit alia contrarietas inter ipsa, & hæc manebit in A. cum ex B. fit A. quæ non ei opponitur: similiter manebit in igne, & ex igne in aere, eruntque iam quatuor in aere.

Uterius, si ex B. fit aliud, puta, C. erit alia contrarietas, quæ manebit eadem ratione in antecedentibus usque; ad aerem: semper enim qualitates, per quas elementa differunt, & mutantur in superiora, sunt symbolæ inferioribus, manentque in ipsis.

Cum autem infinita elementa ponantur, oportet multiplicare infinita contraria, per quæ mutantur semper inferiora in superiora, & hæc omnia erunt symbola inferioribus; aeris, scilicet & ignis, & alij, & sic vni infinitæ qualitates contrariæ inerunt: Innititur enim hæc ratio huic, quod qualitas, secundum quam vnum elementum non opponitur alteri, manet, cum in ipsum mutatur.

Aduersus hanc rationem insurgo, quæ non videtur concludere intentum: nam non oportet multiplicare noua contraria secundum noua elementa, sed facere nouas coniugationes contrariorum eorundem: & ita dicam, quod ignis differt ab A. non per nouam contrarietatem, sed quia ignis est siccus, & niger, & dulcis. A. verò siccus, niger, amarus: postea verò A & B, differunt, quia A, est siccus, niger, amarus, sed B. siccus, albus, & amarus, & sic nouas postea earum qualitatum faciã combinationes, sicut & Arist. facit: nam siccum modò coniungit cum frigido, modò cum calido.

Respondeo, quod hoc nihil valet: nam illæ qualitates, vel sunt finitæ, vel infinitæ: si finitæ, non sient combinationes infinitæ per elementis infinitis, ut supponitur: si autem infinitæ, habetur intentum. Ob id Arist. semper nouam contrarietatem sumit cum nouo elemento, quod non fit in elementis positus ab Arist. quæ combinationibus qualitatum constituuntur.

Quod

Fundamentum istius rationis.

Dubium circa rationem Arist.

Solutio.

Expositio textus.

Quod dictum est de igne sursum, etiam dicitur de aere deorsum versus aquam, & terram: pari namque ratione non est processus in infinitum, sed ex vtraque parte ad aliqua opus est stare extrema.

Ad litteræ explicationem modò venimus: dicit, quod si ignis mutatur in aliud sursum, & non in extremum, scilicet aquam, sit. v. g. id, in quod mutatur sursum. Ps, oportebit ergo aliam contrarietatem præter dictas constituere inter ignem, & Ps. quia hoc distinctum esse supponitur ab omnibus alijs quatuor dictis, puta, igne, aqua, aere, terra: sit igitur talis contrarietas inter ignem, & Ps, B, & M. ut igni in sit B. & ipsi Ps, in sit M. sequitur, quod B. in erit alijs inferioribus, scilicet aeri, aquæ, & terræ, quia Ps. in ignem, & ignis in aerem & aer in aquam, & hæc in terram mutari possent, & B. est illis symbolum, quia per tale ignis non opponitur illis.

Quod si rursus Ps, in aliud mutatur, erit alia contrarietas, quæ in erit inferioribus; cum igitur sit in infinitum processus, oportebit infinita multiplicare, quæ vni inerunt. At Arist. incipit impugnare hoc, quod in sint vni illæ contrarietates, facitque primum argumentum: quia talis qualitas non apparet in aere præter duas, quas habet, neque ostensum est, quæ sit, illud tamen certum esse inquit, quod in essent infinitæ, si procederet numerus elementorum in infinitum versus extrema.

Si autem hoc non erit neque terminatum esse.

Inconuenientia, quæ sequuntur, si in vno multiplicentur infinitæ qualitates.

Et secundum inconueniens est, quod non poterunt elementa definiri; definitio enim explicat naturam, & rei proprietates; at infinitæ exprimi non possunt.

Tertium, quod nullum erit generabile; quia ad generationem oportebit expectare transitum infinitorum contrariorum: ex omnibus enim his debet compositum generari.

Quartum. Erit aliquod elementum in generabile: si enim sunt infinita elementa, ergo infinita media, ergo quæ ultra

sunt, in generabilia sunt, quia oportet prius media infinita transire: quod fieri non potest.

Quintum est, quod ex aere non fieret ignis. Philop. explicat, quod ex medio non fieret extremum, quia distat in infinitum, tamen dici potest, quod ex aere non fiet ignis, quia ut prius fiat aer, debet deorsum transiri infinita, & sic non perueniretur ad ipsum aerem, ex quo fieret ignis.

Tandem infert, quod omnia vnum essent elementum, quia omnes contrarietates vni in essent; nam superiores sursum venirent ad aerem, similiter inferiores deorsum.

Aduerte, quod non intendit Arist. dicere, quod omnes aliorum qualitates vni in essent, hoc enim non sequitur: nam non omnes qualitates superiorum veniunt ad aerem, nec ad inferiora.

V. g. ex igne regreditur ad aerem siccum, & illa qualitas, secundum quam differt à superiori: tamen qualitas superioris, per quam differt ab igne, non redit ad ignem, & sic nec ad aerem, sed illa per quam differt ab alio superiori.

Idem fit in inferioribus.

Sensus ergo est, quod ex omni contrarietate vnum extremum redit ad aerem, & tunc vnus aer opponitur omnibus, tam superioribus, quam inferioribus: frustra ergo multiplicantur reliqua; puta ignis, & superiora, quia aer illi opponitur, cui quodcumque aliud, & sic ad vnum par contrariorum elementorum omnia reducenda essent, non ad infinita: ita mihi videtur locus iste exponendus: nam quæ dicunt Alexand. & Philop. nullam apparentiam habent.

Nota.

Sensus Arist.

CAPVT VI.

Admirabitur autem aliquis dicentes.

Tex. 37.

Cum de mutua elementorum mutatione locutus fuisset, nunc contra Empedoclem sermonem texit, ipsum que multipliciter redarguit, quia elementa intransmutabilia posuit.

Ac primò reprehendit, quia ipsius dicta, repugnantia sunt: dixit enim ex vna parte elementa esse immutabilia, ex alia

Reprehensio Empedoclem qui posuit elementa intransmutabilia. r. argum. circa Empe.

0000 3 parte

parte esse comparabilia aequalia; dicebat enim, esse aequalia: haec autem duo repugnant, idcirco dicit Arist. quod mirabitur quis eos, qui dicunt elementa plura esse intransmutabilia, & simul cum hoc aequalia: nam si immutabilia sunt, comparari non possunt, & si comparari possunt, non sunt immutabilia.

Tribus modis secundum aequalitates comparari possunt elementa inuicem.

Quo autem modo id sequatur, ostendit, & distinguit tres modos, quibus comparari inuicem possunt: primo, secundum quantitatem, ut vnum sit alteri aequale in quantitate; altero modo, secundum potentiam, & qualitatem, ut quantum potest vnum, tantum possit alterum, & hoc dupliciter; aut in qualitatibus diuersae speciei, quae comparatio est secundum proportionem, sicut dicitur, hoc est tantum album, quantum illud est calidum: hoc tantum in frigidat, quantum illud calefacit. aut in qualitate vnius speciei, & ista erit tertia comparatio, ut si dicatur, hoc est tantum, aut plus, minusve calidum, quam illud, vel calefacere potest, quantum illud.

Reijcitur primus modus aequalis, quem ponebat Empedo.

Argumentatur contra primum modum, quem Empedocles ponebat, si aqua v.g. & terra sunt aequalia, ut vnus pugillus terrae contineat decem aquae, ergo est vna communis mensura vtrique, & sic inuicem mutabilia sunt.

Dubium D. Tho.

Dubitabis, videtur enim non valere consequentia: quia caeli sunt comparabiles; est enim vnus maius altero: at non ob id mutabiles inuicem sunt. Hoc dubium mouet Auer. & S. Tho. sed omisis responsionibus ipsorum, videtur mihi Philoponus optime respondere.

Solutio optima Philop.

Dicit enim, quod dupliciter potest intelligi, elementum esse alteri aequale: vno modo secundum totalitatem, ita, ut quantum vnum occupat loci, tantum occupet alterum: altero modo secundum quantitates potentiae, ut tantum terrae sit, quantum aquae, quia quantum continetur sub quantitate illius terrae, continetur sub quantitate aquae: modo priori pugillus terrae non est aequalis decem aquae, ut notum est: modo vero posteriori, aequalis, quia quanta substantia, & materia est sub quantitate pugilli terrae, tantum est sub decem aquae.

Ex comparabilitate priori non colligitur mutabilitas, ut probat argumentum, at bene colligitur ex mutabilitate posteriori; non enim materiae possent comparari, nisi aptae essent esse, & sub aequae quantitate, & terrae. Arist. ergo procedit de hac aequalitate.

Ratio Phil.

Quod ostendit Philopon. nam de priori valde notum erat, elementa non esse aequalia, nec Emped. id dicebat, nam terra maior est aqua, aqua in terrae foraminibus est; aer vero & ignis dignoscitur non possunt secundum hanc quantitatem, reliquum est, ut de posteriori intellexerit Empedocles.

Nota secundum Philoponum, aquam esse minorem terra secundum molem suam, & non supereminere terrae, sed velut foramina ipsius terrae replere. Quare sententia haec est antiqua, quam aliqui vt nouam proferunt.

Si autem non sic secundum quantum comparabilia.

Reijcitur, modus comparationis elementorum.

Impugnat secundum modum comparationis, quo quanta comparantur, non secundum quantum, sed secundum potentiam, ut tantum potest vnus pugillus terrae infrigidare, quantum decem aquae: tunc inquit, non est mensurare quantitatem, sed potentiam, sicut cum dicitur, tantum vnum esse album, quantum alterum calidum: hoc vero non est esse aequale vnum alteri, sed simile. Quod enim in quantitate est aequale, in qualitate est simile, & sic vnum elementum non ob id dicitur aequale alteri.

Inconueniens igitur videbitur si corpora.

Reijcitur, modus.

Impugnat modum tertium dicens, si sic sunt comparabilia, vnum sit calidum, alterum plus minusve calidum, tunc inconueniens est dicere, ipsa non esse mutabilia, quia calidum plus, aut minus eiusdem sunt generis.

Dices, quare si vnum est magis calidum, alterum minus, sequitur, quod mutabilia sunt?

Obiectio.

Respondeo si hoc est minus calidum, potest intendi, & fieri magis: nam calor est

est eiusdem speciei, si ergo peruenit ad alterius calorem, mutabitur in alterum, ut si aer peruenit ad calorem ignis, utique mutabitur in ignem, ex comparatione ergo in alteratiuis qualitatibus colligitur etiam ipsorum mutabilitas mutua.

Sed neque augmentatio utique erit. Tex. 38.

2. Argum. principale contra Empedoclem.

Secundo argumentatur contra Empedoclem, quia auferit veram augmentationem, quae non potest consistere sine mutatione elementorum, sed erit solum per iuxta positionem, & additionem; conuersio enim substantiae non est, nisi existente alteratione qualitatum, quae non potest existere, nisi mutabilia sint elementa; at Emped. augmentum ponebat, ut ipsius carmen indicat. At re vera non est verum augmentum, sed additio. Verum enim augmentum non in sola appositione ab extrinseco consistit, sed in mutatione etiam, & conuersione in augmentum: quod fit media alteratione, ut dictum est in libro primo.

Multò autem difficilius est. Tex. 39.

3. argu. contra Emped.

Argumentatur tertio, contra Emped. qui in doctrina sua non poterat reddere rationem generationis naturalis, id est, quae naturae cursu fit, non arte, aut casu: Nam generatio talis, aut semper ita est, aut plerumque, ut ex homine nascitur homo, ex vit e vitis, ex frumento frumentum, raroque deficit.

At apud Empedoclem nulla huius ratio redditur: non enim aliud de generatione dicit, nec aliam ponit causam, quam elementorum mixtionem, & coniunctionem; at per hanc non est ratio huius generationis, nisi ponatur forma, cuius natura est, simile producere, vel semper, vel frequenter.

An & si ita compositum fuerit os? Tex. 40.

Confirmatur arg. 3. ex mixtionc.

Ostendit quod dixerat, non solum mixtionem esse rem talem, sed consistere in tali, actali miscibilium ratione, & proportionem, ut si talis sit proportio, sit os, si vero

alia, caro, vel aliud quid: non fit igitur res ex coniunctione elementorum vtrunque, sicut dicebat Empedocles, nisi tali vel tali conueniant ratione; & proportionem inter se: huius autem proportionis causa non sunt elementa ipsa: alia ergo ponenda erat causa, in quo etiam deficit quare non ergo cognouit, non solum mixtionem esse rem, sed & rationem ipsam, praeterea causam huius rationis ignorauit.

At vero neque amicitia neque lis. Tex. 41.

Excluditur solutio, quae potest afferri & amicitiam.

Excludit responsionem. Possent quis pro Emped. dicere, quod posuit illius rationis, & proportionis causam, nempe licet, & amicitiam.

Hoc reijcit Arist. quia lis, & amicitia non sunt causae sufficientes: solum enim inducunt congregationem, & segregationem elementorum, sed non proportionem illam, quae est substantia, & forma ipsius mixti: unde mixtio est a fortuna, potestque esse a lite & amicitia: dico a fortuna, quia quomodocumque elementa veniant, mixtio est: at res non est, nisi in ratione & tali proportionem veniant: quod non est a fortuna, sed a causa determinata.

Nota.

Ethinc in doctrina Arist. facile soluitur dubium de generatione secundum naturam; Non enim sic res est talis ob mixtionem solum, sed ob formam ipsam, quae natura est cuiusque rei, simileque sibi producit, de qua nihil dicit Empedocles, sed solum laudat mixtionem, cum tamen ipsa forma bene se habeat, sicque optimum in re.

Quamuis & elementa segregat non lis.

Redarguit dicta Empedocles, qui dicebat litem segregasse elementa, & mundum quo impugnat fecisse, dicebatque mundum esse Deum, similiter elementa esse Deos priores mundano Deo: quod si ita est, quomodo lis separauit? potius enim amicitiae tribuere oportebat mundum facere: & Deos separare, ut mundum facerent, quam litem, quae mala est. Ita mihi videtur locus iste exponendus.

4. argum. quo impugnat natur dictum Emp. de litem & amicitia.

Amplius autem de motu. Tex. 42.

Quin.

5. Argum. contra Empedoclem.

Quintò arguit Emped. quòd leuiter de motu tractauerit, quo mundus est factus: nam litem, & amicitiam causas mouentes posuit, sed quis motus esset huius, quis illius in particulari, non docuit, & tamen debuit definire, aut demonstrare, vel supponere, vel aliquo modo probare, quòd non fecit, contentus in communi, & vniuersali rem dixisse.

Amplius autem, quoniam videntur.

Tex. 43.

6. argum.

Sextò arguit Empedoclem, ex cuius doctrina sequitur, quòd amicitia sit magis contrà naturam, quàm litem; quòd absurdissimum est. Sequelam manifestat, supposita motus diuisione: est enim motus naturalis, vt cum terra deorsum, & quòdque in proprium fertur locum: est etiam motus violentus, vt cù terra sursum & quòdque contra locum proprium fertur; isti autem sunt contrarij: Vnde fit, quòd si vnus est in rerum natura, alter etiam sit.

Vis argum.

Fit igitur argumentum: quis motus horum est sub amicitia? probat quòd violentus: nam motus, qui est contrarius terræ, cum mouetur superius, scilicet motus deorsum assimilatur segregationi, quia videtur sciungi ab omnibus alijs: cum vero ascendit, similatur cōgregationi, quia cù alijs se copulat: ergo litem, quæ segregat, est magis causa motus naturalis, & sic magis secundum naturam, ob id prior erit, quàm amicitia.

7. argum.

Septimò etiam superaddit reprehensionem, quia sequitur quòd nullus est motus, nec quies, nisi vbi est litem, & amicitia, & hæc tantum sunt causæ motus, quòd inconueniens est, vt probat in textu sequenti.

Amplius autem, & apparent quòd mouentur. Tex. 44.

Litem & amicitiam non esse causam motus. Prob. 1.

Ostendit aliam esse causam motus præter litem & amicitiam, ex dictis Empedoclis: litem enim solum separauit elemēta, & fuit huius causa motus, at vnum quòdque postea in suum locum se contulit, cuius motus non fuit causa litem, imò ipse dicit, quòd à fortuna elemēta in hunc vel illud locum se contulerunt, & aliquando vbi est terra, fuit aer: oportuit ergo huius mo-

tus primam causam ponere.

Præterea dicebat, quòd mundus similiter se habet, id est, in circulo simili; mò enim mundus ex chaos, mòdò chaos ex mundo: huius autem motus similis non reddit causam; litem enim, & amicitia non omnis motus causæ suat; danda ergo erat vniuersalis causa, & talis esset primū principium, non autem litem.

Inconueniens autem est, & si anima.

Tex. 45.

Octauò reprehendit Empedoclem ex abusu elementorum: omnia enim ex ipsis componebat, etiam ipsam animam, quòd reijcit Arist. nā si anima est elemētum, non habebit alias passiones, nisi illius elemēti, quòd est: si autem est ex elemēti, non habebit nisi passiones corporeas: at animæ passiones, vt esse musicum, recordari, obliuisci, non sunt passiones tales: non ergo est ex elemēti composita: at quia hoc de animæ passionibus discutere non erat loci præsentis, sed ad alium spectat librum, ob id se ad eum remittit, & nos etiam, (Deo fauente,) ibi latè de hoc differemus.

CAPVT VII.

De elemēti autem, ex quibus.

Tex. 46.

Hucusque duo Arist. de elemēti tractauit: alterum est ipsorum principia, & numerus, alterum ipsorum mutua generatio, & transmutatio, nunc tertio de ipsis in ordine ad mixtionem, et mixtum dicit, nempe qualiter ad mixtionem veniant, & quæ in mixto sint.

Procedit autem assignando differentiam inter suam sententiam, & opinionem inter Arist. Empedoclis, qui eadem quatuor elemēta posuit, sicut & ipse: sic autem procedit, ponit etiam dubia contra sententiam suam, & contra Empedoclem alternatis vicibus, & postea soluit contra se posita dubia, relicta opinione Emped. vt falsa.

Ac primò constituit vnum principium pro suamet sententia tale, quòd quicumque dicunt elemēta ista, ex quibus componuntur, habere aliquid commune, scilicet materiam, coguntur fieri esse

Disput. contra Arist. Emped. 1. Ratio.

esse inuicem mutabilia, & contra qui dicunt esse inuicem mutabilia, etiam fieri debent materiam habere communem, vt notum est.

Incipit autem contra Empedoclem disputare: hic enim elemēta intransmutabilia posuit, ac integrā manere in re ipsa composita. Ex quo sequitur, quòd carnes, ossa, & reliqua homogenea non possunt esse: quia si ex elemēti constat diuersis inter se, ac manentibus, quomodo res erit simularis? qualibet enim eius pars debet esse eiusdem rationis, & denominationis cum toto, quòd illo modo esse non potest.

Nota expositionem litteræ.

Nota litteram: dicit enim, [quicumque ponunt elemēta, quæ nec inuicem generantur, nec ex vnoquoque;] id est, non extrahuntur ex mixto, nisi sicut lapides ex pariete; lapides enim actu erant in pariete, & in qua parte vnus, alius non erat (sic enim ponebat in mixto elemēta Empedocles) Hi tales non possunt dicere, quomodo fiat os ex illis, id est, non possunt dicere, quomodo aliquod mixtum sit simulare, & homogeneum, vt diximus.

Habet autem quòd dicitur, dubitationem.

Arg. Arist. contra propriam sententiam.

Contra propriam sententiam se conuertit, dicitque quòd positis elemēti mutabilibus, adhuc est difficultas de eodem, puta quomodo fiat os, & caro ex illis: nā quòd ex aqua fiat aer, facile potest intelligi, quia eis est cōmunis materia: at quòd ex ipsis fiat vnum ab omnibus distinctū, hoc videtur difficile, quia non videtur, quid eis sit commune, puta elemēti, & mixtis.

Altera expositio litteræ.

Potest etiam esse sensus alius, vt dicat esse difficile etiam, quòd dictum est de osse & carne, apud sententiam propriam: nam quis modus erit generationis ex ipsis? non enim est, sicut cum vnum elemētum fit ex altero.

Sententia Emped. circa hoc dubium.

Circa quòd dubium ponit sententiam Empedoclis: hic enim hunc modum mixtionis ponebat, quòd elemēta diuidebantur in paruas partes, & simul coniunctæ faciebant mixtum manentes in suis integris substantijs, sicut ex lapidibus & lateribus fiunt parietes: Vnde mixtio a-

puud Empedoclem non erat, nisi quædam compositio, vt patet.

Contingit autem non ex qualibet parte. Tex. 47.

Modum istum redarguit, quia sequitur vnum inconueniens, quòd ex qualibet parte mixti non possent quatuor elemēta extrahi, & sic non qualibet pars mixti esset mixta: sequela ostenditur, quia sicut ex qualibet parte parietis non possunt extrahi lapides: & lateres, quia in quo loco erant isti, non erant illi, sic profecto fiet in mixto, quòd eodem modo ex elemēti compositur.

Reijctus modus Emp.

Nota litteram, dicit, quòd ex qualibet parte non extraherentur ignis, & aqua, & reliqua, sed esset, sicut si esset cera, ex cuius vna parte fieret vna figura, ex altera parte alia.

Nota expositionem litteræ.

Statim impugnat per idem exemplū, quia sicut ex qualibet parte ceræ vtraque potest fieri figura, sic ex mixti parte qualibet educi possunt quatuor elemēta, & superius explicatum est.

Similiter autem & facientibus.

Tex. 48.

Postquam difficultatem, quæ ex modo mixtionis posita ab Empedocle, sequi quæ reperitur, exposuit: nunc difficultatem, quæ ex textu in sententia Arist. sequitur, ponit. Difficultas est: si ex igne, & aqua fit aliud, vel illa manent, vel non: si manent, erit mixtio compositio, vt dicebat Empedocles: si vero non manent, sola illorum materia restabit in mixto, cum corruptatur: si autem hoc, ita erit generatio, si aliquid ex illis fit, & non mixtio: quòd si aliud non fit, manebit sola materia, ex vnus enim corruptione videtur aliud non posse fieri, quàm vel alterius generatio, vel sola manere materia, quòd esse non potest: ergo non erit mixtio.

Difficultas, quæ reperitur in sententia Arist.

Nunquid igitur quoniam est at magis.

Soluit dubium, explicatque modum, quo fiat mixtio, seu quomodo elemēta ad mixtionem veniant. Explicat primò, dupliciter aliquid dici calidum, seu frigidum, seu aliud ex his. vno modo simpliciter, aliquid est calidum, seu frigidum.

Explicatur ea difficultas.

Dupliciter aliquid est calidum, seu frigidum.

placiter actu, vt quod totaliter est calidū, habetq; totam latitudinem qualitatis: & quod sic est calidum, habet frigiditatem tantum in potentia & e contra, quod sic est frigidum, habet tantum calorem in potentia, idemq; est de alijs contrarijs: altero modo aliquo dicitur calidum, quia calorem habet, sed non summum, sed in aliquo gradu: & hoc tale secum compatitur aliquam frigiditatem ita, vt sit calidū frigidum: similiter de frigido, quod erit sic calidum, idemq; de alijs contrarijs.

Modus mixtionis secundum Arist.

Hoc supposito, dicitur, sic manere contraria in mixto, non quidem prorsus actu, non prorsus potentia, sed refracta in suis excellentijs, & ad medium redacta: & sic soluitur dubium. Nam non sola materia manet, nec similiter contraria integra manent, sed quoad qualitates suas refractas simul cum ipsorum materijs, & in hoc mixtio est.

Addit autem, quod potest magis, vel minus vna qualitas manere in tensa, vel remissa, & secundum hoc vnum mixtum potest alio esse calidius, aut frigidius duplo vel triplo, vel alia proportione, qua potest vna qualitas, quaecunq; sit, aliam excedere & superare, quod non esset, si omnes æquales essent.

Erunt autem mixta alia ex contrarijs.

Soluitur dubium supra positum.

Nunc dubium soluit iterum, simul etiam quod contra Empedoclem dixerat, dicit, quod mixta fiunt ex contrarijs elementis, etiam elementa fiunt, & educuntur ex mixto. Ex elementis quidem constant mixta, non vt sola ipsorum materia maneat, sic enim sola esset generatio: sed prædicto modo, vt refractæ maneat qualitates, sicq; mixtio sit, & non sola generatio. Similiter ex mixto elementa fiunt, non tanquam ex sola mixti materia, sed tanquam ex eo, in quo ipsa continentur potentia, & virtute.

Quoniam autem patiuntur contraria.

Soluit dubium, quod posset occurrere.

Possent quis dicere, quo modo calidum potest fieri simul frigidum, & remitti, & frigidum simul fieri calidum: Idem de sicco, & humido. Ad hoc respondet: quod,

vt dictum est capite de actione, vnum contrarium est potentia alterum, id est, habens vnum contrarium est in potentia ad alterum; inde prouenit, vt inuicem possint agere, & pati, & sic se mutāt, cum æqualia non sunt. Maius enim minus in se conuertitur: at cū æqualia sunt, agunt quidem, & patiuntur mutuo, sed non se inuicem mutant, sed ad mixtum veniunt, & sic elementa in mixto se mutuo mutant, vt contrarietas ad medium veniat, & sic fiunt os, caro, & homogenea.

Tale autem medium non est vllum extremum, sed extrema temperata: nec consistit in indiuisibili, id est, nō solū est medium, quod distat æqualiter ab extremis, hoc enim medium est mathematicum, vnumq; est: sed dicitur hic medium, quodcunq; est intra extrema: quod multis modis potest contingere, vt notum est, & sic multa fiunt media & mixta, quæ in medijs hisce consistunt. Quo autem modo vnum contrarium patitur, satis declarauimus in quæstione de reactione.

CAPVT VIII.

Omnia autem mixta corpora. Text. 49.

Odum, quo elementa ad mixtum conueniant, explicuit, nunc quæ in mixto sunt, explicat, dicitq; in mixtis perfectis, quæ propè medium, id est, terrā fiunt, omnia, quatuor inesse elementa. Hoc dupliciter probat: primò discurrendo per omnia: secundò ex signo quodā.

Primò igitur terra inest, quia cū talia fiunt in loco terræ, ibique maximè terra abundet, quia proprius locus ipsius est: profecto ipsa inest in mixto: est enim elementum aptum inesse, & copia eius est.

Aqua etiam inest propter duo, primò, quia mixtum debet esse aliquo termino terminabile, & aliquam figuram recipere: at qua inter omnia est maximè terminabilis, id est, aliorum terminatiua, vt dicit Philop. nam aer in se magis terminabilis est, tamen alia corpora dura non ita terminabilia facit, sicut aqua.

Alterū est, quia terra non poterit in mixto consistere, nisi per humidum aqueū, quod melius cū terra est cōmiscibile, quod patet ex his, quæ exsicantur extracto vapore;

Quæ in mixto sunt.

Omnia quatuor elementa esse terrā.

Esse aquā.

2.

Cap. VII. Quest. XI.

pore, statim in partes dissoluuntur.

Nota.

Non tamen putes ex hoc, quod terra non habet continuitatem, habet namq; sed in mixto non terminatur, nisi ratione aquæ, vt patet: Cum enim terram ad aliquam figuram trahere volumus, non aerem, sed aquam infundimus.

Esse aerem & ignem in mixto. Probat de aere, & igne: ista enim ingrediuntur mixtum tāquam contraria illis duobus, quia generatio ex contrarijs est. Sensus est, in mixto sunt contraria refracta, & retusa, cū ergo sint aqua, & terra, oportet, vt sint etiam alia duo contraria ignis & aer, vt redundat alia.

Nota.

At quia elementa dixerat contraria, ne videatur ponere contrarietatem in substantijs, subiungit esse contraria, prout substantia potest substantiæ contrariari: hoc autem est non secundum substantiæ rationem, sed secundum qualitates ipsorū, ac passiones.

Testificari autem videtur ex nutrimento. Tex. 50.

Idem probat à signo.

Secundò idem signo ostendit. Vnum quodq; enim simili nutrimento nutritur, nam qualis est viuētis substantia, tale nutrimentum est: At nutrimentum est multa, id est, mixtū ex elementis: ergo ex multis elementis constamus: Minorem ostendit, quia si aliquod nutrimentū esset simplex, maximè esset plantarum, at id non est, quod colligitur ex eo, quod irrigatur, tanquam terra non sufficiat sola.

Quoniam autem est nutrimentum quidem materiæ.

Ignis inter elementa maximè nutritiuus.

Inter elementa ignem maximè nutriti docet, & rationem subdit: quia quod nutritur, est forma in materia comprehensa: fit enim augmentum, & nutritio secundum formam, nutrimentum aut succedit, vt materia: ignis maximè similitur formæ, ob id maximè nutriti dicitur. A. f. similitur autem formæ, quia habet rationem termini, & ad terminū tendit, id est, ad locum continentem reliqua elementa, at forma, vt terminus quidam est.

Nota.

Nota autē, quod non est vera nutritio ignis, sed impropria. Propria enim viuētibus conuenit, vt superius est ostensum. Cōcludit igitur, quod mixta ex omnib.

elementis constituta sunt, si non formaliter, saltem virtualiter ad mixtionem conuenientibus, vt diximus lib. I.

QVAESTIO XI.

An detur mixtum ad pondus æquale.

Explicandus est sensus quæstionis, vt sensus quæstionis. Maior est: scias duplicem posse considerari æqualitatem in qualitibus hisce, quæ mixtum componunt: altera est æqualitas graduum inter se, vt sit tantus calor, quanta frigiditas, similiter siccitas, & humiditas, & talis dicitur æqualitas ponderis: altera est æqualitas proportionis, vt sit talis concentus, & temperies ipsarum, vt sit conueniens formæ tali mixti, & ipsius operationibus, licet qualitates inter se non sint in gradu æquales, talis dicitur æqualitas iustitiæ, quia per eā forma habet, & consequitur operationes sibi conuenientes, & debitas.

Iuxta hanc duplicem qualitatum & elementorum æqualitatem potest mixtū duplici considerari: alterum, quod priorè fortiat æqualitatem, quod dicitur quoad pondus: alterum, quod consequatur posteriorè, quod dicitur æquale ad iustitiā.

Nunc ergo in præsentī dubitamus: an tale mixtum ad pondus sit possibile. Sunt autem argumenta, quibus ipsum esse probari potest.

Primū est: vbi datur maius, & minus, datur æquale: at datur mixtum, cuius calor excedit frigiditatem, & maior est: similiter datur, cuius calor minor est, vt patet: ergo dabitur mixtū, cuius calor æqualis frigiditati est: similiter de alijs, ergo dabitur mixtum ad pondus.

Secundò. Vbi est vnum contrarium, est aliud, vt dicitur 1. celi. tex. 44. & 2. celi. tex. 18. at est mixtum in æquale in pondere, ergo dabitur etiam oppositum, quod est mixtum æquale ad pondus.

Præterea terciò. Si nō possent esse mixtum ad pondus, esset ex eo, quia qualitates contrarie non possunt esse æquales in vno subiecto: at possunt esse secundum duas medietates, quibus completur tota latitudo vnius, vt calor vt quatuor: simul cum frigiditate vt quatuor: non ergo re-

pugnat esse mixtum ad pondus.

4. argum. Quartò. Non est transitus de extremo ad extremum eiusdem rationis, nisi per medium: At mixtum ex minus calido potest peruenire ad magis calidum, quàm frigidum, ergo necessariò transibit per æquale calidum: & sic dabitur mixtum ad pondus.

5. argum. Praterèa quintò. Si mensuratum est, mensura debet esse. At mensura omniù mixtorù inæqualium pondere est ipsum æquale: nam per ipsum reliqua mensuratur, si ergo ista inæqualia sunt, profectò erit ipsum æquale.

6. argum. Praterèa sextò. Si non est mixtù hoc, vnum contrarium alteri dominaretur, ipsumque excederet, & sic facile, & citò dissolueretur mixtum; quod falsum apparet.

7. argum. Tandè septimò. Dantur æqualia quoad qualitates ipsas motiuas, puta grauitatem & leuitatem, vt sit aliquid tantum graue, quantum leue; ergo dabitur mixtù etiam æquale quoad alteratiuas: eadem enim videtur ratio. Probatur antecedens, de oleo, ligno, & alijs: quæ super aquas posita partem intra aquam, partem extrin habent: quod videtur indicare, esse æqualis leuitatis, & grauitatis. Hæc sunt argumenta in hac difficultate.

1. Sententia Galeni. Quatuor existunt & philosophorum, & medicorum circa hoc sententiæ. Prima est Galeni lib. 1. complex. cap. 9. & li. 2. c. i. qui non solum existimat dari mixtum æquale ad pondus, sed tunc putat esse in sua optima dispositione: vnde animal perfectissimam habere putat temperiem, cum æqualitatem hæc sortitum est.

Ratio Galeni. Argumentum ipsius vnum est, sed bonum. Temperies optima est in tactu hominis, vt etiam fatetur Arist. 2. de anima c. de odore, qui hominem in hoc sensu animalia cuncta excedere dicit; sed talis temperies est in ponderis æqualitate: ergo illa est optima complexio. Minor probatur, quia si in tactu aliqua excederet qualitas, non posset sentire omnes qualitates omnium obiectorum: non enim sentit nisi excedentes qualitates in obiectis: vt si tango aliquid, sentio solum, quod magis excedit: quod si tactus non haberet æ-

qualitatem; vtique non sentiret excessus; imò plantæ, & ossa ob id non sentiunt, sicut dicit Ari. cap. de tactu, quia hanc æqualitatem non habent.

2. Sententia doct. 3. cap. 1. & Auerr. 1. par. cant. tract. 1. com. 19. & lib. 2. colliget. cap. 22. & 1. cali com. 7. & 10. Meta. com. 23. & 4. Metho. com. 10. & in 2. gen. com. 48. & aliorum Arabum, qui mixtum ad pondus non esse possibile contendunt: & dicit Auicenna, quod in hoc credendum est magis Physico, quàm medico. Rationes Auerr. hinc inde collectæ sunt tres.

1. Ratio. Prima est, in mixtione non potest esse æqualitas ad pondus, ergo nec in mixto: consequentia est certa: antecedens probatur, quia si qualitates essent plures, nulla ageret in aliam, quia à proportione æquali non est actio, nec passio. Hanc rationem habet. 4. Metho. com. 10.

2. Ratio. Altera est, quæ habetur. 2. colliget. cap. vltimo; quia in singulis mixtis sicut vnica est forma, ita debet esse vnica qualitas dominans, quæ est velut forma, reliquæ vt materia subiectæ: si enim multæ essent æquales, non posset mixtum vnitatem perse habere.

3. Ratio. Tertia ratio est. 1. cali com. 7. quia si elementis æqualitas inesset, mixtù esset æqualiter leue, & graue, hoc autem est impossibile, quia vbiunque poneretur, qui esseret, cum non sit maior ratio, quare potius hoc vel illo motu moueretur. Hæc est sententia horum Arabum.

3. Sententia Hugonis. Tertia sententia est quorundam medicorù, inter quos videtur esse Hugo Senen. super fem. 1. doct. 3. cap. 1. Hi distinguunt quatuor in animali complexiones: prima est, quam vocant innatam, naturalem, & primam, & hæc est illa dispositio proxima, secundum quam fuit introducta forma mixti substantialis, & hæc dicunt esse non posse æqualem ad pondus, immò secundum hanc animal est magis frigidum, quàm calidum.

2. Altera est quam influxam vocant: sci to enim quod præter qualitates illas naturales, quibus forma consistit in materia, tanquam proximis dispositionibus, sunt partes animalis aliquæ calefacientes alias,

alias, vt cor; sunt etiam infrigidantes, vt cerebrum, aliasque passiones inducentes, et temperies secundum has qualitates dicitur influxa, & secundum istam dicunt animal magis esse calidum & humidum, quàm frigidum.

3. Tertia est composita ex innata & influxa; nam qualitates influxæ cõiunguntur cum natura'ibus, & temperiem totalem faciunt, & secundum istam dicunt esse æquale ad pondus, imò tunc est optimum temperamentum, cum innata complexio reducitur ad æqualitatem ponderis ab influxa, talemque in tactu esse dicunt, & per hoc defendunt Galenum.

4. Quarta complexio est totalis, puta, aggregatio qualitatum, quæ est in omnibus partibus animalis simul, & hæc dicunt esse æqualem ad pondus, id est, in toto animali tantum est caloris, quantum frigiditatis, & aliorum similiter contrariorum, quamuis non in singulis partibus similiter; quibusdam enim inest calor magis, quibusdam frigus.

4. sententia Marfilij. Quarta sententia est nominaliù, Marfilij q. 15. Alberti Saxo. q. 11. & aliorum. Hi enim distinguunt qualitates primas in motiuas, quales sunt grauitas & leuitas: & alteratiuas, quales sunt quatuor assignatæ: iuxta hoc distinguunt tripliciter intelligi posse æquale ad pondus: vno modo in omnibus qualitibus, tam alteratiuis quàm motiuis, vt omnes existant æquales, secundò, in solis alteratiuis: tertio, in solis motiuis.

1. dictum illorum. His propositis, dicitur primò, quod esse æquale ad pondus in omnibus qualitibus & alteratiuis, & motiuis, est impossibile: ratio est, quia istæ æqualitates duæ, sunt impossibiles: si enim est æqualitas motiuarum, necessariò erit inæqualitas alteratiuarum, & e cõuerso, quia minor frigiditas facit maiorem grauitatem: quàm facit maior calor leuitatem: vnde vt tanta sit leuitas, quanta grauitas debet esse multò plus caloris, quod patet in ferro candentissimo, vbi plurimus calor minimum lenitatis inducit.

2. dictum. Dicunt secundò, posse esse æquale in solis alteratiuis: ratio horum est: quia existenti inæquali mixto potest adhiberi a-

gens aliquod intendens, vel remittens qualitates, quæ intensibiles sunt; potest igitur sic ad ponderis æqualitatem trahi.

3. dictum. Dicunt tertio, quod potest etiam esse æquale in solis motiuis, ob eandem rationem, quia potest applicari intendens, vel remittens: Addunt tamen, quod non propterea istud tale quiescit: in quocunque ponatur loco, quod est contra Auerrorè: dicunt enim, quod si non poneretur in loco, ignis descenderet, quia aqua, aer, terra vincerent, & facerent illum descendere: presertim quia ignis in tota sua spherâ non resisteret: similiter si esset in superiori parte aeris, descenderet, quia solus ignis tunc resisteret, non aer per totam suam spherâ: eodem modo si in terra esset, ascenderet similiter per aquam: at si esset in confinio duorum, scilicet aeris, & aque, quiesceret: quia tunc æquales essent vtrinque resistentiæ.

4. dictum. Dicunt quartò, quod quamuis esset æquale in alteratiuis, esset adhuc corruptibile, & ab extrinseco, vt notum est, & etiam ab intrinseco: Ratio est, quia quæuis qualitates alteratiuæ sunt æquales in gradu, non ob id essent æquales in potentia; nam calor eiusdem gradus cum frigiditate actiuior est ipsa: ob id existenti æqualitate in gradu, inexistet inæqualitas in potentijs, & vna alteram vinceret. Hæc sunt sententiæ philosophorù circa hanc difficultatem.

1. fundam. Pro explicatione huius difficultatis, sit primum fundamentum: qualitates elementorum in mixtione conuenientes, non sunt sufficiens causa cuiusque formæ mixti, sed vltra eas opus est aliqua a-

formæ mixti virtute productiua, qualis est virtus xri. feminis in animalibus, & plantis, ex semine productis, vel virtus solis, vel astri in his, quæ circa semen generantur, vel influentia aliqua in alijs mixtis: & ceterorù virtus, non. n. qualitates hæc elementares talis sunt naturæ, vt formas multò perfectiores possint attingere, quamuis non nego, posse aliquam saltem formam mixti, & ipsorum elementorum attingere, vt diximus superius probabiliter.

Hinc sequitur, quod quamuis respe. Qualitates

elementorum potius sunt dispositiones

Elementorum sunt virtutes productivae, & similiter dispositiones, tam respectu formarum mixtorum potius habent rationem dispositionis & materiae, quam virtutis productivae.

Nota 1. cum diversae dispositiones, si tamen sit eadem virtus productiva alicuius modo eadem specie forma producitur.

Ex his sequuntur aliqua notanda: duo ex parte virtutis, duo ex parte qualitatum harum. Primum sequitur, quod cum virtus productiva sit causa inducens formam, potest esse, ut existente aliquam diuersam qualitatem temperie, in diuersis materijs, producat eadem specie mixti forma, quia est eadem specie virtus productiva: vnde fit, quod forma leonis inducatur in materia non eodem modo disposita, quantum ad has qualitates, sicut altera, in quam inducitur etiam forma leonis, & hoc quia est eadem virtus productiva in vtraque.

Nota 2. cur multa individua eiusdem speciei non habeant omnino idem temperamentum.

Secundum sequitur, cur non omnia individua mixta eiusdem speciei idem omnino temperamentum habent, sed aliqua potest esse diuersitas, dum modo sint omnia talia temperata, vt non excedant id, quod speciei debetur.

Nota 3. aliqua forma inducitur cum dispositione, sub qua non potest multum conservari.

Tertium sequitur, quod aliquando forma inducitur cum dispositione, sub qua non potest multum conservari, nisi accedat alia dispositio. v. g. anima inducitur in embrione, tam non conservatur ab illa solam dispositione, sed virtus productiva suppedit dispositiones ad conservandum, quod si illae dispositiones fuisset cause, sufficerent conservare, quod tamen non est.

Nota 4. maior dispositio, requiritur ad producendum, quam ad conservandum.

Quartum sequitur, quod istae dispositiones & qualitates, observant conditionem dispositionum in hoc, quod maior dispositio est necessaria ad producendum, quam postquam est productum, sit necessaria vt conservetur: quod etiam in elementis evenit. Nam aqua petit tales qualitates, & tantas, vt fiat, tamen postquam est, potest esse cum minoribus, vt patet in aqua calidissima; non enim sub tanto calore possit generari: ita in mixto. Aliquando enim via corruptionis multum distemperantur, ita, vt sub tali non possent produci.

Nota 5. omnis forma specifica in productione & conservanda.

Quintum, quod quaeque forma specifica in productione & conservatione, requirit certam latitudinem dispositionum, ita, vt non possit ipsam transgredi, quamvis

substantia multipliciter possit se habere. v. g. species leonis habet tantum calorem quomodo maior esse non possit sub forma ipsius speciei: & similiter est tantus, vt non minor, quamvis intra hunc gradum multipliciter possit se habere: idem in alijs qualitatum, & aliarum formarum temperamentis.

Secundum fundamentum sit. Omnis aequalitate ponderis, harum qualitatum temperies alicuius reducitur ad quatuor in genere: prima est, in qua abundat calor, et siccitas supra alias, quae ignea dicitur, & in animalibus cholericis vocatur. Secunda est, in qua abundat calor & humidum, & aerea dicitur, in animalibus autem sanguinea. Tertia, in qua excedit frigiditas & humiditas, quae est aquea, & dicitur in animalibus flegmatica. Quarta terrea, in qua excedit frigiditas cum siccitate, quae dicitur in animalibus melancholica.

Aduerte autem, quod quaeque diuiditur in modos innumerabiles: secundum maiorem vel minorem excessum duarum ad alias, vt si est magis calidum, vel minus, & similiter duarum inter se, vt prima cholericis est multiplex: potest enim esse quae calida & sicca, aut magis calida, quam sicca, aut magis sicca, quam calida; & vterius respectu aliarum magis sicca, aut minus, magis calida, aut minus excedendo alias duas: idem in quouis alio temperamento, vnde consurgunt innumera temperamenta pro varijs specierum, & indiuiduorum mixtorum formis.

Sit tertium fundamentum. Proportio qualitatum, quae in specie est, potest in indiuiduo alterius inueniri, sed non eadem ratione, sed vni intemperata, alteri temperata erit, vel si vtrique intemperata, vni erit magis, alteri minus. v. g. potest calor, qui est in leone, in homine esse, tamen in leone facit temperiem pro tali forma, at in homine faceret febrem, & magnam intemperiem. Praeterea calor, qui in homine facit aliquam intemperiem, in leone tantum faceret minorem. Vnde fit vt caloris gradus idem vnum faciat temperatum, alterum intemperatum: vnum parum calidum, alterum calidissimum in propria specie.

Imo in vna specie secundum loca diuersa,

tionem certam latitudinem dispositionum.

1. fundam. 4. in genere sunt temperamenta, vel complexiones.

Nota 1. in vnoquoque horum temperamentorum, sunt innumera proportiones

3. fundamentum potest temperamentum vni temperiei, aliquo modo in alia reperiri.

Nota 2.

per se, tanta enim qualitas hominem vnius climatis faceret temperatum, alterum intemperatum, vt bene dicit Auic. sent. 1. doct. 3.

Nota 2.

Non igitur inconueniens est, eandem proportionem in diuersis esse, etiam speciebus, & facere diuersos effectus. Loquor autem de proportione qualitatum ex mixtione consequente.

Nota 3.

Imo puto, quod in eiusdem speciei indiuiduis potest eadem proportio qualitatum inueniri, & vtrique esse temperata, & bona, imo de facto inuenitur, quamuis ab alijs causis aliquantum varietur. Argumentum huius est, quod experimur duo indiuidua ferè in omnibus similia, & in animalibus ipsis.

4. fundam. duplex in animalibus temperamentum.

Sit quartum fundamentum. duplex saltim est in animalibus temperies: vna, quae dicitur innata, & haec est illa proxima qualitatum dispositio ad formam, quae prima complexio dicitur: altera est, quae formam conseruat, ac operationibus ipsius materiam reddit aptiorem, & haec inflata dicitur.

1. Causa illius diuersitatis.

Cuius diuersitatis duplex est ratio: prima est: quia partes animalis sunt ethereae, & dissimiles inter se ad varia munera in ipso corpore obeunda; idcirco non potuerunt oes idem prorsus naturam fortiri temperamentum, sed quaedam frigidae & humidae valde sunt, vt cerebri: quaedam frigidae & siccae, vt ossa, cartilagineae, & nerui, licet non aequaliter istae: quaedam humidae, vt pulmonum secundum Galenum: quaedam calidae.

Nota 1. quae aliquid partes animalium agunt in alia.

Ex hac diuersitate, consequitur necessarium, vt quae excedit nimis, agat in aliam secundum suum excessum: & sic consequitur ex hoc influxu simul cum qualitate nativae temperies in parte. Vnde cerebrum natura frigidissimum, at a calore cordis temperatur: nerui & cutis sicca & frigida, at a spiritu, & ab ipso sanguine humectantur & calefiunt: Et in hoc apparet ordò naturae mirabilis: Posuit enim partes in animalibus, quae intemperatè per se inuicem, se ad temperiem reducerent.

2. Causa illius diuersitatis.

Altera causa est, quia animal habet proprietates, quae non possent simul ex vna provenire temperie: est enim forte & durum, ob id est multum terreum:

si autem terreum, consequitur siccitas & frigiditas ex compositione elementari: at quia motum habet, sensum, augmentationem, & vitae opera, indigebat calore multo & humido, ob id natura adiunxit principia vltra mixtionem primam, quae influerent, atque ita temperarent primam temperiem secundum qualitates primas.

Ex quo fit, quod si prima temperies inspicitur in animali, ferè tota est sicca, & frigida, vt in inanimatis, quia terrae multum: at si inflata, est calida & humida magis, & in hoc vita consistit, signum est autem, quod viget frigiditas, vita recedente, similiter & siccitas.

Ex quo nota vnum, quod cum fit mutatio temperamenti in aetatibus, ista mutatio fit praecipue ratione influxus, non autem ratione innatae.

Sunt enim quinque aetates, vt rectè dicit Fernellius. 1. 3. Adolescencia, iuuetus, Virilis aetas, Senectus, Decrepita aetas: in prima abundat calor, & humidum, in vltima frigiditas & siccitas. Prima & c. est adolescencia, quia in ea tota fit animalis augmentum: viget enim humidum prolificans partes, & extensioni faciens aptas, quae durat vsque ad vigesimum quintum annum: diuiditurque in quatuor partes.

Prima est infantia vsque ad quartum circiter annum: in qua aetate multum viget calor, & humiditas, ob id membra sunt laxa, pedes infirmi, vt nequeat homo ambulare praeter nimiam humiditatem laxatis partibus.

Altera est pueritia vsque ad decimum annum, in qua adhuc viget calor, & humiditas, sed non tanta humiditas, quae paulatim consumitur; ob id iam magis potest consistere homo, ac progredi, quamuis debiles adhuc sint vires.

Tertia est pubertas vsque ad decimum octauum, in qua minus humidum.

Quarta dicta nomine generis, scilicet adolescencia vsque ad vigesimum quintum in omnibus calor, & humiditas vigent, semper tamen minor, & minor humiditas, quamuis plus sit in hoc toto tempore humiditatis, quam siccitatis.

Secunda aetas a vigesimo quinto vsque ad

Nota 2.

Nota 3. De aetatibus.

5. sunt aetates. Aetas adolescencia diuiditur in partes quatuor.

1. infantia.

2. pueritia.

3. pubertas.

4. Adolescencia propria.

2. ætas, principalis iuuetutis.

ad trigessimum quintum: aut quadragessimum dicta florida, seu iuuentus, fortis & agilis, in qua iam incipit vigere siccitas, vt sit calida & sicca.

3. Virilis.

Tertia est vsque ad quinquagesimū, quæ est constans ætas & virilis; & versus mediocritatem qualitatū tendens, in qua maximè innata cōplexio qualis esset, apparet.

4. Senectus.

Quarta, vsque ad sexagesimum quintum dicta senectus, in qua fit iam aliqua lis conuersio; est enim frigida & sicca.

Ultima ætas decrepita.

Ultima, decrepitudine, quæ siccissima est & frigidissima; ob id sensus frigidi dicuntur, multasq; habent proprietates ob frigiditatem nimiam, & siccitatem puenientes. Hæ ætates aliquando accelerantur, vel tãdatur aliquibus de causis: præterea non in omnibus animalibus easdē habent annorum periodos, quod non est præsentis loci amplius discutere.

Nota.

1. Cōclusio. Temperies innata mixta, nō est æqualis ad pōd.

His cōstitutis pro quæstionis dilucidatione, sit prima cōclusio. Mixtionem innatam esse æqualem in pondere, seu mixtionem elementorum insurgentem esse æquales in pondere, vix posse in natura accidere credo.

Ratio.

Hanc mihi persuado. Nam mixta, aut sunt perfecta, aut imperfecta: si perfecta, quæ ex quatuor elementis consistat, ferè omnia fortia sunt & consistentia; ob idque abundant terra, aliter non possent consistere: at cum maiori copia terræ non potest consistere æqualitas qualitatum, vincit enim terra: ob hoc etiam animalia quantum ad primam complexionem sicca sunt & frigida: si autē imperfecta sunt, quæ ex pluribus, sed nō omnibus constant elementis, aut consistentiam habent, aut fluida sunt: & tunc semper vnum elementū in maiori copia est: vnde difficile potest tale ad pōdus temperamentū ex prima mixtione insurgere.

2. Cōclusio. Aliquod dat mixtū ad æqualitatem.

secunda conclusio. Secundum cōplexionem influxam esse aliquid æqualiter mixtum, non est dubium. Hæc ostenditur ex eo, quod nō est aliqua qualitas emissa, quæ intendi non possit, nec intensa, quin remitti possit, existente ergo innata qualitatum in æqualitate poterit per-

Ratio.

peruenientem influxam ad temperiem trahi æquale, quod in æquale est: & hoc mihi multum persuadet argumentum Galeni: Cutis enim humana, nō si haberet æqualitatem, vtique non posset percipere qualitates tangibiles: at talis temperies non est cuti innata, cum sit terrea.

Tertia conclusio. Esse animal, quoad omnes suas partes, in æqualitate ponderis, ita, vt singulæ sint æquales in se, fieri non potest.

Aduerte, quod partes esse diuersi, vel in æqualis temperamenti innati, non dubium est, tamen modò superaddimus, quod nec accedente influxa, id fieri potest.

Paret primò, quia impedirentur functiones partium, quæ non consistunt cū tali æqualitate: vt cor debet esse calidissimum, aliter non consisteret vita: cerebrū frigidissimum: ossa sicca, & nerui, pupilla humida: quod si natura ad pōdera reduceret ista, vtique perirent ipsorum operationes.

Indicat etiam hoc experientia: ossa enim, cartilagine, & caro, quamuis animaliam habeant, non sentiunt, nec possunt sentire: quod si talem possent in sua naturali dispositione admittere temperiem, vtique sentire possent: non ergo oēs partes aptæ sunt ad talem æqualitatem: sed quibus aptus est inesse sensus tactus, vt pelliculæ, & cutes, & alia huiusmodi.

Quarta conclusio. Esse temperiem ad pondus in toto animali aggregatiuè esse potest: vt. v. g. in vno toto animali sit tantum caloris, quantum frigiditatis: similiter aliorum contrariorū duorum, non obstāte, quod partes inter se non habeāt talem æqualitatem: nec in hoc discordia est vlla apud Philosophos.

Quinta conclusio. In hac temperie æquali qualitatum maximè consistit sanitas totius, & in parte æquali secundum pondus maximè inest tactus; & etiam sanitas, vt bene dicit Galenus.

Hoc probatur de sanitate: nam de sensu procedit argumentum Galeni factū: Illa est optima temperies, quæ magis distat à qualitatum extremo: magis enim resistit, vt ad extremum nō possit trahi, in quo corruptio consistit: at complexio

3. Cōclusio. nō potest animal oēs partes habere mixtas ad æqualitatem. Nota.

1. Ratio.

2. experientia

4. Concluf. certo quidē modo potest animal esse mixtū ad æqualitatem.

5. Concluf. Sanitas consistit in æqualitate mixtionis, & in parte sic temperata viget tactus. Ratio.

Obiectio.

Solutio.

Idē de parte animalis ostenditur.

Ad rationes Aucrr.

Ad 2.

Æquale in gradu potest agere in sibi æquale contrariū.

in medio prorsus ac æquali in pondere, distat maximè ab extremis: ergo ista est temperatissima, & optima: Minor patet, si enim est aliqua excedens qualitas, iam hoc facilius ad extremum trahi potest, quàm si non excederet: citius enim fit summus calor, qui est vt sex, quàm qui est vt quatuor.

Dices; Hoc argumēto probatur, quod melius erit esse calorem, vt vnum: hic enim magis distat à summo calore. Dico, quod non valet: nā si esset calor, vt vni, tunc alterum contrarium, scilicet frigiditas, esset propè summum: & sic ex alia parte esset facilis corruptio: vt ergo omnia simul distent, maximè debent esse in medio: accedit ad hoc, quod hac ratione nulla qualitas alterā superabit, cum sint æquales: at si vna esset maior, facilius alteram superabit, & ita facilius corrumpetur animal: corpus ergo, quod sic æquale fuerit iuxta quartā cōclusionem, erit in optima dispositione totali.

Similiter pars, quæ ita fuerit iuxta secundam cōclusionem, erit optimè secundum sanitatem disposita: vnde Arist. Prob. sect. 3. q. 22. quæ consistunt in æqualitate, facile infirmari dicit, sed facile iterū sanari, quod est optimi temperamenti.

Rationes autem Auer. nullius sunt valoris, nec probant quicquam etiam, nec æquale secundum primam cōclusionem: quod quamuis non detur, tamen id non probat Auerroes.

Ad primum dico, quod supponit vnum falsum principiū, quod æquale non potest agere in æquale, vt calidū vt octo in frigidum in octo.

Hoc autem dupliciter est falsum, primò, quia æqualitas in gradu non facit æqualitatem in potentia, & actiuitate: actiuior enim est calor, vt octo, quàm frigiditas, vt octo.

Præterea secundò: quæ esse vtrumq; æquè potens, adhuc esset mutua pugna, sed non victoria: non enim vnum vinceret alterum, sed vtrumq; se ad medium redigeret: vnde calidum agit in æquè potens frigidum, quia hoc est potentia calidum, similiter frigidū in calidum, quia est potentia frigidum: & hoc non consi-

derauit Auer. quod in materia de cōplexione latè declarauimus.

Ad secundum dico, quod istæ qualitates non sunt passionēs mixti formæ, sed dispositiones, ob id vna forma potest æquales qualitates dispositiue habere.

Adde etiam, quod licet sit æqualitas in gradu, & in æqualitas in potentia, propterea non debent singulæ per se sumi, sed simul omnes, quæ vnicam cōplexionem faciunt.

Ad tertium bene dicit Marsilius, vt diximus supra, quæuis ego credo nō posse mixtum peruenire ad talē æqualitatem motiuarum, quia oporteret, quod esset magna improporrio quantitatis elementorum, quæ non posset pati vllam mixti formam.

Supereft, vt ad argumenta primò proposita respondeamus. Ad primum dico, quod in simplicibus valet consequentia, si datur maior calor & minor, dabitur æqualis: at in cōpositis non valet: non enim si datur in cōplexione calor intensior & remissior, dabitur æqualis cum contrario, quia hoc impeditur non ob ipsum calorem solum, sed ob naturam & modum mixtionis, cui illud repugnat. Potest etiam dici, quod datur æquale, sed non in innata cōplexione, sed secundū influxū: & hoc satis est pro argumento.

Ad secundum dico, quod non semper si vnum est cōtrarium, erit alterum, nisi sit verum contrarium, & non habens potius vicem contradictorij: vnde non valet, si plenum & finitum sunt, quod sint vacuum & infinitum actu: ista enim potius contradictoria sunt: idē dico de inæquali in mixtione, seu complexione innata & æquali: æquale enim opponitur vt vacuum & infinitum.

Ad tertium dico, quod non est repugnantia in illo: possunt enim cōtraria in æquo gradu medio esse simul, sed repugnantia est, quia non ita possunt elementa conuenire ad mixtionem, vt resultēt qualitates in æquali pondere, vt diximus in prima cōclusionem.

Ad quartum dico, quod multa æqualia prius existentia possunt fieri in æqualia absq; eo, quod iterum fiant æqualia: vnde

Ad 2.

Ad 1.

Ad argumē. primo loco posita.

Ad 1.

Ad 1.

Ad 3.

Ad 4.

vnde ante mixtionem fuerunt elementa in suis æqualibus qualitatibus sed nõ erat mixtum: postea, accedente pugna, quia vnus fortius agit altero, reducta sunt ad inæqualitatem: & mixtum fuit, absque transitu per æquale, in mixto.

Ad 5.

Ad quintum dico, quod est mensura realis, qua realiter mensuramus: & hæc debet esse, si mensuratum est: Est etiam mensura rationis, qua consideratione mensuramus: & hæc non oportet quod sit. Nam imaginando oratorẽ perfectissimũ, qui non est, mensuramus alios. sic est mixtum ad pondus, mensura non rei, sed considerationis & doctrinæ.

Ad 6.

Ad sextũ solutio patet ex his: quæ sæpe alibi diximus: calor existens ad æqualem in eodem subiecto cum frigiditate nõ corrumpit ipsam: aliter enim idem se calefaceret, sed ab extrinseco debet talis esse corruptio, præsertim cũ illa duo sunt dispositio naturalis formæ mixti.

Ad 7.

Ad septimum aliqui volunt, oleũ, & lignum esse mixta ad pondus secundum leuitatem & grauitatem, sed mihi non placet: sed hæc esse grauiora multo putato, quam leuiora: quod si sub aquis non consistunt, est, quia leuitatẽ participant aliquam, vt ab aqua vinci prorsus non possunt: quod puto prouenire in ligno, ob inclusum aerem in poris, cuius argumento est vter, qui mergitur aquis compressus, at tumens nullo modo. De hoc vide 4. cæli, cap. vltimo.

CAPVT IX.

Quia verò sunt quædam generabilia.

Text. 51.

De motu solis agendũ, qd est causa efficiens generationis vniuersalis.

Libro 1. Gene. tex. 14. causas duas vniuersalis generationis & corruptio- nis, ac ipsorum perpetuitatis distin- xit: de materia autem differuit, quæ vna erat illarum; nunc de motu solis, qui causa est efficiens, vltimò tractat: & meritò in hunc reservauit locum, quia tradidit de: timentis, quæ causæ communes e-

Intensio Arist. agendũ iam esse de principijs seu causis vniuersalibus.

Proponit igitur suam intensionẽ, dicens, quod rãum sint quædam generabilia, & corruptibilia particularia, vt mineralia, plantæ, animalia, & sit etiã generatio

corum, quæ sunt in terra, æquum est, at- tequam de hisce & ipsorũ generationibus. in particulari tractetur, quod in alijs sicut libris, vt prius in generali considerentur principia cuiusq; generatiõis. Ratio autem est, quia particularia optimè cognoscuntur, si vniuersaliũ doctrina præmittatur.

De principijs autem duo breuiter quæ- runtur, quot sint; & quæ ipsa sint.

Sunt igitur ex numero equalia.

Vtramq; quæstionem solũere aggreditur dicens, quod tot sunt principia, & genere eadem in corruptibilibus corporibus, quot in primis ac sempiternis, scilicet orbibus cælestibus. In his enim est materia, est forma, & est tertium principium efficiens, scilicet in intelligentia, & his tribus absoluitur motus corporum super quos corruptiorum: non enim duo sufficiunt. Ita e-

tiam generatio inferiorũ perficitur materia, forma, & tertio. Nota hic egregiũ locum contra Auerr. qui asserit cælũ esse corpus simplex. Arist. enim eodem modo ponit in corporibus inferioribus & cælestibus materiã & formam, quod optimè intellexit Philoponus, qui hoc loco habet hæc verba. Dicit quod tot sunt generabilia principia, quot celestium & æternorum, & genere eadem: materia enim vtriusq; subiecta, & forma similiter in his & in illis consideratur, licet materia, quæ & in generabilibus, in potetia consideretur, illa verò sit semper actua- ta, &c. Hæc Philop. & certè locus Arist. aded est manifestus, vt nullam aliã expositionem patiat, nec valere quod quidã dicunt Arist. dicere in cælis esse tria principia, scilicet materiã, & formã, & efficiens, non tamen debere intelligi de esse ipsius cæli, sed de motu: Hoc, inquam, aperte est falsum, quia motus cæli nõ potest assignari aliquæ materia & forma, quæ sit principium, quæ non etiam sit principium esse ipsius cæli: nulla enim ratione possunt effugere, quin Arist. hoc loco ponat intrinsecã compositionẽ materiæ & formæ ipsius cæli. Adde quod si illa materia & forma non esset substantialis, sed accidentalis, falsum esset, quod dicitur in textu hæc principia in inferioribus & superioribus esse eadem genere.

Dux qstiones de principijs & causis vniuersalibus, quot, & quæ sint.

Tot effectus principia in corruptibilibus corporibus.

Vt materia igitur generabilis causa est.

Quæntia sint tria principia generationis.

Explicat ista tria in generatione principia, quæ sint, dicitq; eam dici materiã generabilium, quæ facit ipsa posse esse, & non esse. Radix ergo, vnde rei prouenit posse esse, & nõ esse, est materia generabilium, cuius ratio est: nam solum sunt generabilia, quæ possunt esse & nõ esse.

In cuius gratiam diuidit ens in sempiternum, & necessarium, & in possibile: Necessarium est, quod aliter se habere non contingit, sed vel semper est, quod simpliciter dicitur necessarium: vel semper non est, quod dicitur impossibile. Possibile verò est medium, quod, modo ad esse, modo ad non esse conuertitur: & huius solum est generatio.

Est ergo materia, quæ rem facit generabilem & corruptibile, scilicet posse esse, & non esse: forma verò, est rei substantia & natura, qua res in specie, & certa quidditate constituitur, & à qua rei sumitur definitio.

Oportet autem adesse tertium, quod omnes. Text. 52.

3. principia generationis.

Præter duo assignata, materiã putat, & formam, opus esse dicit aliquo principio tertio in his generabilibus, quod oēs Philosophi somniauerunt, id est, aliquo modo attigerunt, sed non exactè: Numerat autem duas sententias Philosophorum.

1. Sent. Plat.

Prior fuit Platonis, qui in dialogo de Phædone inducit Socratem in hanc sententiam, quod non sit alia causa præter ideam & materiã, quæ dicitur susceptiuum: idea ergo, quæ est forma vniuersalis specifica facit generationem, dum cum materia coniungitur: corruptionẽ, dum ab ea separatur.

Vndè Plato causam formalem putauit simul esse efficientem illiusmet, cuius est forma: & ita dicebat in alijs: nã p singulis speciebus ponebat ideas singulas.

Hi autem ipsam materiã, ab hac enim esse.

2. Sententia.

Posterior sententia erat illorum, qui

dicebant materiã esse efficientem causam rei suo motu: vnde materia secundũ quod mouet, causa est efficiens rei, cuius est materia, & ad quam semouet: vtrãq; sententiam rejicit Arist.

Et primò dupliciter arguit Platonẽ: Arg. contra primò, quod semper esset generatio, & Platonẽ nunquam corruptio. Patet, quia cũ semper sit materia & forma, quæ etiam est efficiens, semper erit effectus.

Secundò, quia per ea, quæ sunt in arte, Philosophari oportet & indagare, quæ sunt in natura: at in arte præter formam & materiã, est efficiens, vt præter sanitatem & subiectum est medicus: præter scientiam & scientem, est docens: ergo in natura præter formam & materiã est etiam causa aliqua alia, quæ sit efficiens.

Si autem materiã quis inquirat.

Text. 53.

Impugnat secundam sententiam, primò tamen eam laudat in hoc, quod Platonẽ posuit causam efficientem, sed ipsam non dicebat operari per motum, sed per receptionem, vel abiectionem. At isti dicentes materiã esse efficientem, ponebant ipsam mouere, & in hoc benè dicebant. Apud omnes enim causa efficiens est, quæ alterat & transformat, & mouet, & talis causa benè dicitur generans.

Cõparatio sententiarũ Platonis.

At talem esse materiã putare, error erat: primò, quia materiæ non est mouere, aut agere, sed moueri & pati.

Arg. contra 2. sententia.

Præterea secundò, experientia: nec enim in arte materia se mouet ad effectũ, vt lignum ad cathedram, nec in natura aqua ad animal, sed ab alio tertio.

Errant præterea, quia auferunt nobis illissimã causam, quæ est natura, & quod quid est: hæc autem est forma: qui autem efficientem tollit, aufert formam: nam forma vnius efficiens est alterius.

Amplius autem & potentias. Text. 54.

Aueroes hic nouam rationem ponit contra sententiam præcedentem putat: de efficiens melius tamen est secundum Philoponũ & Alexandrum, quod tertiam sententiam aliorum, scilicet Parmenidis impugnet.

3. Sententia de efficiens generationis.

Iste enim duo accidentia actiua simul cum materia posuit, & ista efficiere putabat, scilicet calidum & frigidum: mouebatur ad hoc experientia: nam sensu patet, calorem disgregare, frigiditatem autem congregare, hoc autem agere est.

Ex hoc colligitur, quod isti non ponentes formam, nisi solam virtutem, non constitunt nisi tantum instrumentum: componuntur ergo res ex calido & frigido, ut ex materia, & fiunt per calidum & frigidum, ut per efficientes virtutes.

Hanc sententiam impugnat primo, quia ignis, cuius est calor, solum ageret, quia virtutem actiuam habet, & non pateretur: at ipsum pati experimur, & ab alio: aliud ergo principium efficiens est extrinsecum ipsam: ita exponit Philop.

Amplius verò simile faciunt. Text. 55.

Impugnat secundò eandem sententiam. Instrumentum non est sine causa principali, nec absque ipsa operatur: non ergo ipsi tantum attribuendi sunt effectus: est igitur præter virtutes etiam causa alia principalis effectiua. Per ea, quæ in arte sunt, hoc explicat: ferræ soli non datur ferrare sine ferrante, ascie leuigare sine leuigante: ita similiter in naturalibus: isti autem loquuntur in naturalibus, ac si quis diceret, in arte sola ferræ ferrat, quod est impossibile. Ex quo fit, quod concedentes ignem agere, ignorent modum quo agat, quia solum instrumentum agendi ponunt.

CAPVT. X.

Nobis autem & vniuersaliter, prius dictum est. Text. 56.

Sententiam suam constituit, repetitis his, quæ alibi dicta sunt: primo enim de causis in cõmuni dictum est 2. Phys. ubi quatuor genera posita sunt causarum, & multi modi: præterea secundò, in hoc libro de materia & forma in particulari dictum est. Præterea tertio motum localem secundum Aristot. esse perpetuum, probatum ex 8. Phys. & 1. cæli. Ex his sequitur generationem naturalem esse perpetuam: stante enim materia perpetua, &

Impugnatur hæc sententia, primo

2. impugnatur eadẽ sententia.

Sententia Arist. de efficiẽti generatiõis, supponitur olim demonstata.

- 1. dictum est. Præterea tertio motum localem secundum Aristot. esse perpetuum, probatum ex 8. Phys. & 1. cæli. Ex his sequitur generationem naturalem esse perpetuam: stante enim materia perpetua, &

multiplici forma succedente in ipsa, & motu perpetuo, in quo fertur causa vniuersalis, scilicet Sol efficiens: per motum enim accedit, ut generet; recedit, ut corruptio fiat. His itaque stantibus, perpetua erit mutatio.

Approbat autem aliud, quod dictum est 8. Physic. localem motum esse primum mutationum, rationem dat, quia quod est, debet esse causa non entis potius, quam non ens causa entis: at quod localiter mouetur, est, quod generatur non est: ergo potius illud est causa huius, quam hoc illius & localis motus causa erit & prior generatione, ac alijs mutationibus. De hoc dictum est lib. 8.

Quoniam autem suppositum est. Text. 57.

Quæ supposita sunt paulò antè, communia erant, nec ad hunc librum pertinent: at quod proprium est, modò explicat, suppositum autem secundum Aristot. generationem esse perpetuam, quod demonstratum est: & quod motus localis est efficiens huius perpetuitatis, quia causa vniuersalis mota localiter perpetuam facit mutationem, vnum aliud oportet particulariter scire, quomodo si latio, & motus iste vnus est, potest generationis & corruptionis esse causa.

Hæc enim sunt contraria, & contrariorum causæ sunt contrariæ: non enim ab vno existente vno procedunt multa: oportet ergo aut plures motus contrarios facere, aut saltem vnum inæqualiter se habentem: cum autem plures motus non possint esse, non enim circularis circulari contrarius est, sequitur, ut ponendus sit vnus motus habens inæqualitatem, & diuersitatem aliquam, ut sit causa diuersarum, & oppositarum mutationum.

Ideoque non prima latio causa generationis.

Cum dixisset, motum habentem inæqualitatem esse causam mutationis, colligit motum primi orbis non esse causam istam, quod quod ille vniformis semper est, erit autem causa ille motus, qui est Solis per Zodiacum, qui dicitur circulus obliquus,

suppositis his antea tractanda proponitur.

Causa efficiens perpetuitatis in generatione motus primi orbis non est causam istam, quod quod ille vniformis semper est, erit autem causa ille motus, qui est Solis per Zodiacum, qui dicitur circulus obliquus,

lis, sed motus solis secundum Zodiacum. quus, eò quod diuidit sphaeram obliqui, & super polos distantes à polis mundi, ut in sphaeræ doctrina ostenditur.

Iste ergo motus est continuus, & perpetuus, habensque inæqualitatem: nam Sol motus secundum talem lationem modò accedit, modò recedit, locis terræ eisdem & ratione huius accessus facit generationes, ratione recessus corruptiones: qui accessus & recessus & inclinatione & obliquitate procedunt; ratione verò perpetui accessus & recessus prouenit, continua ac perpetua generationum & corruptionum series.

Nota. Per hunc ergo motum omnia saluantur: Nam, per ipsius perpetuitatem continua fit mutatio in his; per ipsius diuersitatem & inæqualitatem, fit diuersitas mutationis eiusdem: modò enim hoc generatur, postea idem corrumpitur.

Et inæquali tempore corruptio. Text. 58.

Tempora generationum & corruptionum esse æqualia. Non solum generationes, & corruptiones ab hac motus inæqualitate proueniunt, sed quædam in mutationibus hisce æqualitas sumpta ex ipso motu: nam tempus generationum naturalium est æquale tempori corruptionum, quia accessus, in quo generationes fiunt, est æqualis recessui, in quo sunt corruptiones: vtrunq; enim est spatium sex mensuratum: est enim accessus à Capricorno vsque ad Cancrum, recessus à Cancro vsque in Capricornum: in accessu sunt Ver, & Aestas; in recessu Autumnus, & hyems.

Nota. Hinc inferitur, quod tempus, & duratio omnium generabilium limitem habet & numerum, ex numero mensuratur sumpto eo numero circumuolutionum istarum solis: & etiam habet ordinem: non enim duratio horum vniformis est, sicut nec motus ille, à quo pendet, & quomensuratur, quamuis non sit æqualis omnium duratio, sed his maior illis minor. Apparent autem & secundum sensum.

Confirmat experientia æqualia esse generationum & corruptionum, nunc experientia ostendit. Experimur enim, sole adueniente, fieri in terra generationes a-

nimalium & plantarum, & herbarum: recedente autem corruptionem: & tempus vtrunq; æquale esse, experimur.

At quia posset, quis putare, omnia æquale tempus habere generationis, & corruptionis, addit, non ita est; quia hoc impeditur per confusionem, seu commixtionem, id est, ob varias in materijs dispositiones, & variam agentium particularium coniunctionem, quæ faciunt, ut vnum celerius, alterum tardius generetur, & corrumpatur: imò etiam extra tempus generationis generetur, & extra tempus corrumpatur, ut notum est: & sic deficit ordinatio mutationum ab illa superioris motus ordinatione aliquando, tamen semper hoc est, ut generationes, & corruptiones semper, ac continue sint, ex illius motus perpetuitate: & in hoc non deuiat vnquam.

Hoc autem rationabiliter contingit. Text. 60.

Perpetuæ mutationis causam materialem in lib. 1. posuit, scilicet materiam, nunc in textibus præcedentibus efficientem, scilicet solis motum, in præsentem finalem ostendit, puta conseruationem rerum in esse suo.

Natura enim intendit, quod melius est, esse autem melius est, quam non esse, ob id in omnibus intendit esse. Cum autem esse multis modis contingat, ut dictum est, scilicet in Metaph. esse idem numero, esse idem specie & genere, nec possint omnia conseruari esse in numero, saltè quoad possunt, conseruant in specie, & genere: quod fit per continuam generationem. Generatio enim est proxima substantiæ, & ipsi esse: quia est via in esse.

Reddit causam, quare omnia non vno modo permanant, dicitque quia non omnia sunt Deo proxima: Cæli enim & intelligentiæ ob proximitatem cum ipso eadem numero perseverant, reliqua distat, ob id non potuerunt id obtinere. Obtinere autem aliquo modo esse semper per generationem perpetuam, & sic quoad possunt, fiunt proxima substantiæ, id est, Deo, ut Philop. exponit.

Repetit causam huius perpetuæ generationis. Repetit causam

ruptionum tempora. Occurrit obiectioni.

Causa cui non omnia non permanant.

Tam perpetua generatio nis.

rationis esse motum circulare. Hic enim inter locales perpetuo continetur esse potest. Probat autem circulo inesse perpetuitatem; quia etiam alie mutationes, si debent perpetuo durare, opus est, ut induant rationem circuli. Vnde elementorum mutatio perpetua est, quia circularis est, ac mutua: ex vno enim alterum, et ex hoc illud iterum, specie fit. Nota, quod vocat continuum hic, id, quod perpetuum & incessabile est.

Simul autem manifestum est ex his. Text. 61.

Dubiū Arist.

Ex hac doctrina dubiū soluit quoddam, quod oriri poterat: Dubiū est, si continua sit corruptio, & in corruptione elementa separentur, in suumque tendant vnum quodque; loci; quare cum in infinito tempore fuerit ista corruptio, elementa non sunt iam profus separata in loca propria, nec amplius generatio vlla mixti sit?

Solutio.

Respondet, huius esse duplicem causam. Altera est, ipsa ex se mutabilia esse: Altera, motus iste duplex & inæqualis. Ac si dicat, Sol extrahit iterum semper elementa à locis propriis: quia vapores ab aqua, exhalationes à terra trahit, ac ad mixtum copulat, & suo etiam motu resolvit iterum: & ita non finit elementa ordinata manere in totum, sed partes confundit perpetuo, ut diximus.

Epilogus distorū de generatione.

Ex his epilogat, que dicta sunt de generatione, que sunt ista: generationem, & corruptionem esse: que harum causarum quid generabile, quid etiam corruptibile sit. Hæc partim lib. I. partim in presenti dicta sunt.

De primo motore, quod non sunt plures primi, sed vnus omnium primus.

Quoniam autem necesse est esse aliquid quod mouens. Text. 62.

Illationes aliquot ex motu colligendi motorem.

Quia non motus causa prima est, sed ipsum mouens, merito se ad motorem partem conuertit, ipsumque non vnum, sed plures dicit: non tamen ita plures, quin vnus sit primus omnium, sicut inter orbem vnus etiam est primus.

Facit igitur has consequentias à posteriori: Prima est, Motus est, ergo motor est: Secunda, Motus semper est, ergo motor semper ac perpetuo est: Tertia, Motus

est perpetuo continuus, ergo & motor est vnus, immobilis, ingenerabilis, & alterabilis: loquitur enim de primo motore: & istæ consequentiæ sunt notæ ex 8. Phys. Quarta est, Huiusmodi motus plures sunt, scilicet perpetui, & continui; ergo & motores plures sunt perpetui, & immobiles, quamuis omnes sub vno primo omnium sint, ut probatur 12. Metaph.

Continuitatem motus ex temporis continuitate à posteriori ostendit. Cum enim tempus sit continuum, & motus pariter erit: quia tempus est numerus motus, & non alterius nisi circularis, & celestis, ut dictum est 4. Physic.

Continuus autem motus. Text. 62.

Cum motum continuum dixisset, nunc quomodo continuus sit, inquit. Dubitat autem an sit continuus ex parte subiecti, quod mouetur: an ex parte termini ad quem, in quo mouetur, puta ex parte loci, si est motus ad locum: ex parte qualitatis, si est alteratio.

Non meminit augmentationis, quia secundum Philop. non est perpetua. Ego credo, id esse potius, quia non est continua.

Respondet, quod ex parte qualitatis non est continuus, quia qualitas sua fortitur continuitatem ab ipso subiecto.

Loquitur autem de motu qualitatis secundum extensionem. Hic enim motus est, & proprie ex contrario in contrarium: intensio autem non est nisi ex eodem extremo in idem ferè.

Similiter ex parte loci, potest quidem motus esse continuus, quia locus quantitas est, & non est continuus à mobili.

Sed cum non omnis localis motus sit perpetuus, nisi circularis, & hic non sit per locum, nec ad locum, non poterit suam continuitatem à loco habere: erit ergo continuus à subiecto. Vnde quia partes circuli inuicem succedentes continuæ sunt, motum circulare faciunt continuum: motus autem sic continuus à subiecto, à priori facit temporis continuitatem: motus ergo à subiecto, tempus à motu continuitatem habet.

Continuus esse motum ex temporis continuitate colligit.

Quo motus sit continuus

Nota.

Ex parte qualitatis seu termini ad quem.

Nota.

Ex parte loci & subiecti

QVAE

QVAESTIO XII.

An motus solis sit inferiorum mutationum causa.

1. Argum.

Vt melius, quæ in textu dicta sunt, percipiantur, libet circa ea parum disputare. Est autem primum argumentum. Si sol moueretur motu tantum primi orbis, posset inferiorum mutationum esse causa: ergo non est necessarium illam inæqualitatem motus assignare, quæ ponitur in text. 38. Antecedens probatur: quia si non sufficeret, esset propter rationem Arist. quia idem, non facit multa. Sed ille non esset idem: quia talis motus faceret dies, ac noctes, ut notum est, ac sol per eum accederet, & recederet; die enim accederet, nocte recederet. Ergo non est necessarius alius motus propter ipsum.

2. Argum.

Secundo, contra id, quod dicitur cum sol est propè, fieri generationes, in recessu vero corruptiones, videtur prius oppositum. Nam in hyeme sunt corruptiones, & tamen sol tunc maximè est propè terram, quia est in opposito auge: in vere autem magis distat, quia tendit ad auge, ut manifestum est ex theoricis planetarum. Tertio Arist. solis motum per zodiacum causam ponit mutationum, & perpetuitatis mutationum: ergo superfluum est motus primi orbis, quia nihil confert mutationi, in quam orbem ordinantur: at id videtur impossibile: nihil enim in his superfluum.

3. Argum.

Præterea quarto contra id, quod dicitur esse vnum tempus generationis, alterum corruptionis, videtur hoc falsum: Nam generatio non fit absque corruptione, nec è contra, quia generatio vnus est, corruptio alterius, & è contra: ergo quodcunque tempus generationis est etiam corruptionis.

4. Argum.

Præterea quinto. In hyeme multa generantur, & in vere multa corrumpuntur: ergo non sunt ordinate illo modo generationes & corruptiones.

5. Argum.

Præterea sexto. Si periodus vite esset limitata secundum hunc solis motum, videtur, quæ non viuerent, nec durarent, res vltra tempus ipsius accessus, & quod omnes omnium periodi essent æquales:

quorum vtrumque est falsum.

Præterea septimo non videtur, quomodo sit motus causa mutationum harum: nam etiam stante sole, ignis posset comburere stuppam, & lapis descendere, alieque multe fieri mutationes: non ergo motus ille vniuersalis est causa. Hæc sunt argumenta ad explicanda magis ea, quæ dicit Arist. pro quibus oportebit aliqua præmittere fundamenta.

Sit primum fundamentum, motum cælorum esse causam vniuersalem mutationum inferiorum, & elementorum, & mixtorum inanimatorum, plantarum & animalium. Dico autem causam vniuersalem, quia non solum cælum, vel solis motus causa est horum inferiorum: sunt enim causæ particulares proximè ipsius effectibus, cum quibus simul cæli operantur effectus.

Aduerte autem, quod motus dicitur causa, non quia per se producat quicquid, sed quia est vniuersalis quadam conditio causæ. Nam sol & astra applicata, & lata per motum in situs diuersos operantur: & sic motus est causa, ut docet expressè Arist. text. 35. est igitur cælum, seu motus causa illorum, sed non modo eodem.

Elementorum quidem dupliciter est causa: Primo, quia habet virtutem transformandi, & faciendi quodlibet elementum per se: & hoc experientia ostendit: Sol enim suis radijs absque igne facit ignem, & est velut causa particularis huius effectus, & calefaciendo aquam, resoluit in aerem: & alie etiam cælorum virtutes alia possunt mutare elementa.

Altero modo dicitur horum causa, quia coniungit, & copulat elementa, & applicat ad pugnam, ut ipsa postea per se producant effectus: v. g. eleuat à terra exhalationes, ab aqua vapores in aerem, & ignem, ut postea coniuncta se mutant. Hoc duplici modo dicitur causa elementorum mutationis.

Mixtorum autem inanimatorum causa est, quia elementa ad mixtionem congregat, & vltèrius virtutem productiuam formæ mixti infundit, id est, nã elementorum virtutes, ut diximus superius, non possunt attingere cuiusque formæ mixtæ pro.

7. Argum.

Fundamentum Motus cæli est causa vniuersalis mutationum inferiorum.

Not. quare dicitur motus causa.

Dupliciter est causa elementum.

Quo sit causa mixtorum inanimatorum.

Nota.

productionem, nisi sit superior alia virtus; & hæc est à cælo. Vnde aliter se habet in productione elementum, aliter in productione mixti ipsū cælum: nam elementum facit aliquando applicando alterum elementū, quod sua postea virtute operatur: at in mixti productione opus est, vt virtutem inducat præter virtutes elementorum.

Tripliciter etiā est causa viuentiū.

- 1.
- 2.
- 3.

Viuentium autem tripliciter est causa Primò, quia elementa de nouo congregat, inducitq; virtutem sicut in mixto, vt cum animalia generantur in aere. Tunc enim Sol elementa congregauit, virtutemq; indidit productiuam animalis. Secundò non cõgregat elementa, sed ex mixto facit animal virtutem imprimendo; & sic est causa eorum, quæ ex mixtorum putrefactione generantur. Tertio, non totam imprimi virtutem, sed coadiuuat aliam virtutem, & sic est causa eorum, quæ ex femine fiunt: Coadiuuat enim virtutē & calorem naturalem feminis, qui est ferè eiusdem rationis cum cælesti.

Nota.

Sic igitur est omnium causa cælum, & non solum productiuam, sed conseruatiua; non enim consisterent multum inferiora præsertim viuentia, hoc motu, & influ xū cælorum cessante.

2. fundamē. duratio mixtorum finita est.

Sit secundum fundamentum, quod duratio cuiusq; mixti animati, & inanimati finita est, ac certo annorum, vel dierū, vel horarum numero conclusa, qui numerus periodus dicitur, quasi numerus circumuolutionum: sunt enim tempora cælorum circumuolutione.

Duplex causa periodi durationis, & eius diuersitatis. 1. ex parte rerum.

Huius autem periodi duplex est in vniuersum causa: Altera ex parte ipsarum rerum; Altera ex parte cæli; Ex parte rerū est complexio qualitatum, & temperies, ex qua consistit. Secundū enim diuersitatem complexionū prouenit diuersa duratio, & quia omnes contrarium habent cui magis vel minus pro ipsarum varietate resistunt, oēs tandem vincuntur, paulatim, donec in corruptionē redigantur.

Nota.

Sunt autem aliæ & aliæ pro diuersitate specierum; & sic sunt variae periodi specificæ, imò intra vnā speciem sunt variae complexiones inclusæ sub latitudine illius speciei, & sic sunt variae indiuiduo-

rum etiam vnus speciei periodi, nec omnia periodum suæ speciei attingunt.

Altera causa est ex parte cæli; & hæc est 2. causa ex virtute in natiuitate rei communis, quæ parte cæli. varia est pro varietate specierum in ipsa materia recepta.

Nota 1.

Imò in materijs vnus speciei variè recipitur pro ipsarum dispositione varia, & sic variis efficit durationes, omnes tamen finitas, quia & virtus illa finita est, & debilitatur, cum sit in materia.

Nota 2.

Diuerificatur etiam ista virtus ex parte sua, prout cum alia, vel alia virtute alterius acti coniungitur: & sic non eodē habet effectus. Hæc igitur est duplex causa periodi naturalis.

Nec existimes esse causas necessarias: nam duratio cuiusq; à diuina voluntate liberrima pendet. Præterea multa impedimēta extrinseca accidunt ipsam impedientia, præsertim in indiuiduis, quæ ob victum, ob exercitia, ob multa alia mutāt complexionem, nec cursum naturalem permittunt procedere, de quo nos in præ sententi tantum agimus. Multum etiā pendet periodus animalium, præsertim hominum, vt dicit Philop. ex coniunctione bona feminum maris, & femine. Nam ob diuersitatem ipsorum aliquando nō fit recta cõplexio. & ex animæ affectib. corpus transmutatur, vt iustitia nimia, dolore, gaudio, & ex libero præsertim nostro arbitrio multa facimus, & facere possumus, quibus temperies mutatur & ab angelis & à dæmonibus.

Sit tertium fundamentum: Nam inanimatorum periodus excedit frequenter animalium, & viuētium durationem triplici de causa. Prima, quia animata corrumpuntur ab intrinseco multum, & ab extrinseco: Ab intrinseco quidē propter influxam complexionum: cum enim sit partium dissimilitudo multa, est magna intrinseca pugna, & alteratio: similiter propter alimenta intus suscepta ad nutritionem, quæ alterat ipsa: non enim sunt similia in principio, & hæc continuo laedunt: Ab extrinseco etiam scilicet a continente scilicet terra, aere, cælo, & alijs, à quibus vt notum est, continuè patitur: at inanimata ob homogencitatem tantum ferè

2. causa.

ferè ab extrinseco patiuntur.

Altera causa est, quia animata ab extrinseco cõtinente multū sunt apta pati, non aut inanimata, qualia lapides, metalla, et alia ob resistantiam maiorē: sunt enim dura: & præterea, quia qualitates magis habent in excessu, quibus resistant.

3. causa.

Tertia est: recta temperies viuentium necessaria: Cū enim viuentia possant rectorē temperiem, nō possunt cõseruari sub magna inordinatione: at inanimata habent, & possunt esse sub inordinatissima qualitatū temperie. Potest enim lapis pati maximū calorem, & frigiditatem, ob id magis durat, minusque vincitur.

Experimur etiam in ipsis animalibus, quæ quo imperfectiora sunt, maiori sub intemperie durant, quæ perfectiora, vt animalia, quæ viuūt magis abscissis partibus, quamuis ista alijs de causis breuius durēt.

4. fundam. In duas partes diuiditur periodus viuētis.

Sit quartum fundamentum. periodus cuiusque viuētis præsertim animalis, in duas partes diuiditur: vt notat Philoponus, & Auerrocs, & alijs, in tempus generationis, quod prius est, & in tempus corruptionis, quod posterius est.

Id dicitur tempus generationis, in quo viuens nascitur, & perficitur: non enim nascuntur perfecta, sed temporis successu per augmentum ad suam perfectionē veniunt, & in ea quiescunt per aliquod tempus, & hoc totum tempus, scilicet perfectionis, & status dicitur generationis: tempus verò corruptionis est post statū vsque ad mortem: incipit enim tunc homo vel animal declinare à perfectione.

Tempus generationis est tantum, quantum corruptionis.

Dicunt igitur hi philosophi, quòd tempus generationis est tantum, quantum corruptionis secundum temperiem specificam, remoto quouis accidente extrinseco, & violento, sed seruato naturæ cursu: hoc autem proportionaliter in qualibet specie intelligendum est. Dimidium enim illius est generationis, dimidiū corruptionis, vt in homine vsque ad trigésimum quintum est generatio, vsq; ad septuagesimum corruptio, quāuis aliquando parum excedatur.

Cur illud tempus vocetur generationis.

Attende autem, quòd dicitur tempus generationis, quamuis enim fiat corruptio aliqua, & alteratio continua in ani-

mali, tamen quia magis acquirit, quam deperdat, vt in augmento, vel non minus acquirit, quam deperdat, vt in statu.

Ex hoc fundamento glossant illud Arist. tex. 37. scilicet esse æquale tempus generationis & corruptionis, quamuis crediderim, nō esse hunc sensum, sed quòd in motu solis est æqualis pars pro generationibus viuentium in plurimū, scilicet accessus: est etiā pars æqualis, scilicet recessus, pro corruptionibus eorūdem, vel quia corrumpantur, vel quia cesset ab ipsis generationibus. Cessationis enim tempus etiam dici potest corruptionis.

Not. circa Arist. intelligentiam.

His prædictis fundamentis, quibus melius ista elucidantur, sit prima conclusio. Sol est vniuersalis, & præcipua causa mutationum inferiorum.

1. Concl. Sol est vniuersalis & præcipua causa mutationum inferiorum.

Dico præcipuam: quia non est negandum alia influere astra, & cælum: at præcipuè & maximè inter omnia sol influir. Dico etiam vniuersalē esse causam, quia non solus operatur semper, quin causæ etiam particulares conueniant, præsertim in generatione viuentium ex femine productorum.

Secunda conclusio. Sol est præcipua etiam vniuersalis causa periodi, & durationis viuentium, vt enim est causa esse, ita est causa durationis: A quo enim vnū & alterum procedit aliquo modo.

2. Concl. Sol est vniuersalis & præcipua causa periodi viuētis.

Dico autem esse vniuersalem causam, quia etiam conuenit particularis, scilicet complexio, & victus, & alia, quæ aliquādo abbreviant durationem, quæ erat ex parte cæli, aliquando etiā prolōgant, sed non vt excedat vltimā speciei periodum.

In quo apparet error illorum, qui vitā immortalem, aut extra modum longam quibusdam confectioibus promittunt. Hæc enim sunt contra verā philosophiā; non enim modo potest ita bene reparari humidum, vt fiat tanta vitæ prolōgatio ultra propriam periodum.

Nota.

Tertia conclusio. Generatio & corruptio secundum Arist. sunt perpetuæ, non ad hunc sensum, vt aliqua particularis generatio seu corruptio duret in perpetuum, hoc enim fieri nō potest, sed ad hunc sensum, quòd generatio & corruptio non deficiat in communi, sicut dicimus, semper

3. Concl. quomodo generationes & corruptioes sunt perpetuæ.

per esse homines, non hos determinatè, vel illos, sed confusè hos vel illos.

Ad 1.

Ad argumenta igitur oportet respondere. Ad primum non negamus, solè motum, solùm motu primi orbis inducere aliquas generationes & corruptiones, & aliquam inæqualitatè habere, tamen nõ hoc esset, nisi in illis mundi partibus, quæ illi supponuntur: & præterea non faceret quacumq; mutationè, sed v.g. in æquinoctiali omnia adureretur, in polis seu partibus à Sole maximè semper distantibus omnia essent congelata & frigidissima, cum ad eas partes nuquam accederet, nec ab æquinoctiali discederet. At Arist. loquitur de vniuersis terræ partibus, in quibus nulla esset mutatio; quia sol nuquam illas attingeret, nisi moueretur circulo obliquo, vt patet ex sphaera.

Ad 2.

Ad secundum dico, illud esse verum: si enim accessus sit minor distantia à terra, tunc minus distat tempore hyemis: sed Arist. vocat accessu propinquitatè ad Zenit capitis nostri: & sic magis prope est in vere, licet in recta distantia longius distat: at magis tunc agit ob directionè: fortius enim agens calefacit directum distans, quam ad latus prope, præsertim cum ad latus careat reflexione radiorum per idem spatium, & impellantur præterea radij solis directi per vapores & exhalationes multas circa superficiem terræ lateraliter oppositas: non ita autem cum est Zenit capitis.

Ad 3. 1. solutio.

Ad tertium Alexander voluit, motu primi orbis dare perpetuitatem mutationibus; at solis motu dare varietatem, puta generationes, ac corruptiones: sed hoc est contra Arist. expressè, vbi in textu vtrumq; tribuit illi motui Solis, vt bene explicat Philop.

Reijcitur 1. solutio.

Dico igitur, quod non est superfluum: nam motus solis est simul coniungendus cum motu diurno: aliter enim non possent conseruari res: nam destruerentur cuncta, si sol tantum abesset à Zenit nostro: & hoc patet ex Arist. qui dixit, esse tempus generationis accessum, qui fit in vere, at iste accessus nõ fit, nisi coniuncto motu primi orbis, p què sunt dies, & noctes: Et obserua hoc p intelligentia text.

2. solutio verior.

Nota cur retrograturus annuus, & diurnus.

Ad quartum solutio est facilis: concesso antecedenti, negatur consequentia; quia generationes vocat productiones nobiliorum substantiarum, vt viuentium, & aliorum, horum autem corruptiones.

Ad 4.

Ad quintum nõ negat id Arist. vt explicuimus in textu, sed in plurimum generationes in accessu fiunt, præsertim eorum, quæ non dicuntur ratione: & sic experimur, tunc pullulare plantas, & alia esse ad generationè aptiora, sed maiori ex parte cessant in recessu.

Ad 5.

Ad sextum dico, q non sola causa periodi est sol, sed etiam sunt alia ex parte materiæ. Vnde non fit æqualis periodus omnium, nec correspondet periodus vnicui solis accessui, sed multi, etiã ex parte solis, & cæli non est eadem periodus, vt diximus. Sed dicitur suo accessu, & recessu facere periodum, quia virtus comunicata inferioribus, quæ finita erat, succedentibus & labentibus solis circumuolutionibus, tandem solis virtute certo tempore conseruatur, & postea consummat.

Ad 6.

Ad septimum non nego etiam, si sol & cæli staret, aliquos posse motus exerceri, & aliquas mutationes: nec mihi potuerunt satisfacere, qui oppositum negant: apparet etiã hoc tempore Iosue, vbi stante Sole per tres horas, illi præliari sunt: nec hoc est contra Arist.

Ad 7.

Verum est, quod non possint res multum consistere, præsertim viuentia, sed destituta solis calore maiori ex parte destruerentur: ac elementa vtiq; manerent, & posset ipsorum mutatio esse.

Imò quædam alia etiã generationes: nam adhuc non auferretur influxus celestis, cum astra adessent: de hoc tamen alibi dicemus.

Vnum tamen est aduertendum, quod sol non eodem modo dicitur causa generationis & corruptionis: generationis enim est causa positia, quia virtutem influit: at corruptionis est priuatiua: sicut absentia nauis in nauis: ipso enim recedente, insurgunt contraria corrupentia, quæ ipsius præsentia, vel non erant, vel si erant, debilitate vincere non poterant: vt patet de frigore & humiditate, extra modum, quæ sole recedente, sur-

Nota, Sol nõ eodem modo est causa generationis & corruptionis.

gca.

gentes multum nocent viuentiu vitæ.

CAPVT. XI

Quoniam autem in his continuè Text. 63.

Dixerat Arist. generationè esse perpetuam ac continuam, ita, vt vna post alteram non deficiat, nec deficere possit.

Solutio dubium. An oēs generationes sint contingentes, an sit aliqua necessaria.

Merito posset quis dubitare, cum sit necessaria ista generationis series, an alicuius in particulari generatio sit necessaria, an omnes sint contingentes, ita, vt singulae possint non fieri.

Hoc igitur est, quod dubitat in præfenti textu, proponitq; dicens, cum cõtinuitas in mutatione, quæcũq; sit, siue generatio, siue alteratio, aut deniq; mutatio, debeat esse secundum consequentiã, vt vnũ post alterũ generetur, dubitatur, an alicuius generatio sit necessaria, an oēs contingentes, vt singulæ p se sumptæ possint non esse. Hac est igitur quæstio.

Quod enim quædam manifestũ est. Text. 64.

Esse aliquas generationes omnino necessarias. 1. Ratio.

Esse aliquas generationes necessarias, vt non possint non fieri, docet, idq; dupliciter probat. Primum argumentũ sumitur ex vi vocabuli apud Græcos: Quod enim futurum est, duplici vocabulo explicatur Græcè, sicut etiã apud Latinos: Latini enim habent hæc duo, futurũ & erit: dicimus enim, dies crastina erit, & lectio crastina futura est: Ita etiam duplex verbum Græcum τὸ μέλλειν, quod sonat futurum, & τὸ ἔσται, quod sonat erit.

Discrimen dicit Aristot. inesse, quod verbum erit, ponimus ad explicanda, quæ necessariò euenient: at futurum, ad ea, quæ contingenter: vnde dicimus, ambulatio futura est, quia potest non esse: at non dicimus, erit: quamuis Latine non obseruetur discrimen. Cum igitur vocabula hanc significant distinctionè ex vsu communi, videtur aliquid necessarium fieri.

Dicit igitur in textu, quædam necessariò fieri, indicant statim ipsa verba, erit, & futurum, quæ propter hoc distincta sunt, vt diximus.

Omnino autem quoniam contingit. Text. 65, 66.

2. Ratio.

Secundò idem probat, & facit tale argumentum, in his duobus textibus, qui quidem non sunt separandi. Generatio est via in esse: ergo sicut se habent esse, ita etiam ipsorum generationes: At sunt duo esse; quoddam, quod necessariò euenit, vt quod Sol sit in Ariete: quod sit talis, vel talis orbis circulatio: quoddam, quod venit contingenter; ergo & generationes similiter, & mutationes aliquæ venient necessariò, aliquæ contingenter, vt mutatio Solis in Arietem post Pisces necessaria est, & huiusmodi alia.

Nota circa literæ explanationem.

Aduerte, ergo literæ explanationem: dicit, quædam sunt contingentia, vt possint esse; & non esse: & sic horum generatio erit contingens: sed dubium est, an omnia sint contingentia. Respondet, aliqua ex necessitate esse, vt quod sint solis circulationes. Concludit, quod etiam generatio horum erit necessaria, quia eadem est ratio ipsius esse & generationis,

Si igitur quod prius necesse est. Text. 67.

Ostenurus in particulari, quomodo inueniatur necessarium in generationibus ipsarum substantiarum corruptibilium, dubium prius proponit & soluit, quod ad id attinet, vt dicemus.

Quo inueniatur necessarium in generationibus substantiarum corruptibilium. Dubium.

Dubium igitur est, An sicut prius in generatione consequitur necessariò ex posteriori in generatione, ita etiam ex priori ipso colligatur posterius, v.g. sequitur necessariò, si domus est, fundamenta facta: & si fundamenta sunt, lutum fuit & lapides: hæc enim priora sunt, illa posteriora; valebit nõ, lapides sunt, ergo fundamenta erunt: fundamenta sunt, ergo domus erit?

Hoc est dubiũ, cui ipse respondet, dicitq; quando posterius est necessariũ in se, vt fiat, tunc ex priori colligetur posterius: vt si esset necessarium, domos esse, nũc valet, domus erit, si fundamenta sunt, sed tunc nõ colligitur necessariò ex virtute prioris, sed quia in se necessariũ est,

Solutio.

Rrrr 2 vt

vt fiat. In talibus igitur, in quibus est posterius necessarium, est consequentia mutua, vt ab vno ad alterum valeat, licet differenter; quia prius ex posteriori simplici ter colligitur, ex priori verò posterius, cū hoc necessariū est, vt fiat. Dicitur postea, cui vsui sit hoc dubium propositum.

Si igitur in infinitum tendat. Tex. 68.

Quomodo aliquæ generationes eueniant necessariò, aliq̃z continenter.

Ostendit, quomodo in generationibus sit necessarium. Vt autem hoc intelligatur melius, oportebit intentum Arist. & quæ dicit, prius explicare. Intendit igitur docere, quomodo generationes aliquorum necessariò eueniant, seu potius omnium: & quomodo contingenter.

Quæ sit circularis generatio.

Aduerte autem, quòd generationes circulariter proueniunt ita, vt quod modo euenit, & generatur, ante fuerit, & similiter post erit, & hoc perpetuò, quia perpetua est generatio: nō tamen quod sit modo, fuit idem numero, vel erit post, sed specie: vnde si modo generatur Petrus, dicitur fuisse, quia homo fuit ante ipsum & post etiam erit: & talis generatio dicitur circularis: quia per eam regreditur quodam modo, quod corrūpitur, & præfuit quod fit. Si tu igitur cōsideras, inuenies, quod quæ in circulo sic generantur, necessaria sunt simpliciter in specie. quia fuerunt, erunt, & sunt.

Nota. 1.

Loquor autem secundum Aristot. qui mundum falsò putauit æternū: ob id autem licebit, à priori ad posterius argumentari, vt homo est, ergo homo erit, & generabitur, & hoc quia necessarium est, hominem esse in natura: Et ad hoc vtile fuit dubium propositum.

Generatio est necessaria in specie, sed contingens in individuo.

Quamuis igitur singularium generationum horum, vel illorum nō sit necessaria, in communi tamē sumpta necessaria est: & in hoc consistit doctrina ista. Singulæ enim per se generationes contingentes sunt: at confusæ, & vniuersaliter sumptæ sunt necessaria: & hoc, quia est circularis generatio, in qua regredi necessarium est quod fuit in specie quidem: quod si non esset generatio circularis, id est, nihil regreditur nec in specie; sed omninò noua, & generaretur (quam generationem vo-

cat rectam) tunc posteriora nō essent necessaria; & sic omnia contingētia essent.

Notas.

Nota autem, quòd non est opus, quòd statim post vnum immediatè oriatur alterum illius speciei: sed fat est aliquando. Hæc sunt quæ in hoc difficili textu continentur, paulatim literam explicemus.

Explicatio.

Proponit igitur, quòd si generatio est.

litera.

set infinita inferius, id est in rectum, nec

Generatio-

esset circularis, vt dictum est, tūc nullius

nem non est

generatio esset absolutè necessaria, imò

se infinita.

nec ex suppositione: probat, quòd non est

set necessaria ex suppositione: nam alter-

rum postea probabit, demus illud de quo

dicitur: hoc erit, si prius fuerit: sic argu-

1. Ratio.

mentor: Ante illud sunt infinita, quæ de-

bent præcedere, vt suppositum est: ergo

non erit illud necessariò ex suppositione,

nam necessarium ex suppositione pendet

ex priori: & primo: at in infinito non est

primum: non ergo eueniet necessariò ex

suppositione, cum non detur primum,

quod debet esse prius.

At verò neq̃ in terminū habentibus.

2. Ratio.

Probat secundò, quòd nec in finitis se-

cundum rectum, in quibus potest quidē

esse necessarium ex suppositione: at neces-

sarium simpliciter non erit: & eadem est

probatio per infinita recta generatione.

Detur igitur id, quod necessarium di-

citur esse, sit. v. g. domus, quæ posito fun-

damento, dicitur, necessariò futura esse: si

domus est necessaria simpliciter, semper

erit, posito fundamento: aliter enim erit

contingens non esse: & sic aliquid, quod

potest non esse, erit necessarium, quod fal-

sūm est: conuertitur enim necessarium,

& non posse non esse, & sempiternum; si

igitur necessariò generabitur domus, sem-

per ex fundamento posito generabitur: at

non ita fit, quia in individuo notum est,

non esse necessarium: si igitur nunquam

generabitur amplius, nec fuit generata in

specie, quia supponimus, non esse circula-

rem generationem, non poterit esse ne-

cessaria vlllo modo, quamuis ponantur i-

terum fundamenta: aliter enim cōtinge-

ret circulus, quem supponimus non esse.

Si igitur alicuius ex necessitate

simpliciter.

Con-

Si aliqua generatio futura est necessaria opus est esse circularē generationem.

De argumēt. Arist.

Concludit, quòd si generatio futura est necessaria alicuius, opus est, per circulum generationes procedere, vt expositum est: iterum autem facit argumentū, vel potius, quæ dicta sunt ad formam argumenti reducit, sic: Generationes, aut habent terminum, ita, vt finiantur, aut non: & si non, aut procedunt in rectum, aut in circulum: non est dicendum, terminum habere, cum sint perpetuæ, erūt ergo infinitæ, vel in recto, vel in circulo: sed in infinitum rectè non procedunt, quia sic non dabitur aliquid necessarium, nec versus futurum, nec versus præteritū ob rationem factam: at oportet, necessariū aliquo modo dari, & principium, cum sit perpetua: erit ergo in circulo. Concludit ergo in circulo, erit conuersa consequentia à priori ad posterius: & è cōtra, quia singula in specie fuerunt, sunt, & erunt necessariò: sic in circulo dabitur necessarium simpliciter: & è contra: si necessarium est simpliciter in generationibus, dabitur id in circulo, vt expositum est, & hæc est expositio huius textus.

Alia ratio ad ostendendum circuli generationē

Hæc ita aggrauabiliter. Text. 69.

Generations circulo procedere alia ratione probat præter eam, quam ex necessitate & perpetuitate sumpsit: ratio autem à principio & causa sumitur: nā causa generationum etiam est circularis, puta, calorū motus. Dicit igitur, quòd generationes circulariter procedere, quia circularis motus, qualis est cæli, alibi probatus est solus esse continuò perpetuus: quòd si iste circularis est, rationabiliter, quotquot mutationes, & motus perpetui ab isto proueniunt, vt etiam circulares sint. Nam si corpus, quod circulariter mouetur, aliquid mouet, id etiā circulariter mouebitur. v. g. orbis circulariter motus mouet Solem, Sol vtiq; circulariter mouebitur.

Vltorius Sol circulariter motus facit tempus, tēpus vtiq; circulariter procedet secundū annos, dies, & mēses, & reliqua: similia enim succedūt semper tempora.

Præterea tempora circulariter procedunt, ergo etiam generationes, quæ ab ipsis mensurantur & pendunt.

Quare ergo hæc quidem. Text. 70.

Explicat etiam experientia, circulem esse generationē in aliquibus, vt nubes ex aqua, & aqua ex nube: & hoc iterum. Idē docetur experientia.

At in animalibus, est quidem regressus, sed non rursus & immediatè sicut in illis vt ex societate est Plato, & ex hoc alius: ob id videtur generatio horum esse in rectum, & sic non necessaria: nō enim à priori valet ad posterius: at non est in rectum, quamuis appareat.

Ad cuius solutionē sumit hoc: an regressus fiat secundū idem numero, ita, vt corruptū & mutatū idē numero redeat.

Soluit dicēs, quòd in substantijs perpetuis idem numero redit: vt Sol idē numero redit ad Arietem, & hoc, quia nō mutatur in substantiam, sed localiter mouetur, & qualis est mutatio, sic est reditus mobilis: quia enim non mutatur substantia, redit eadem. At in corruptibilibus substantijs, quæ sic sunt, vt possint non esse, impossibile est: post corruptionē eadem numero redire: sed specie solūm.

Ex quo habes solutionem; quòd animalia & elemēta, etiam regrediuntur in specie, quamuis elementa secundū nomē videantur redire numero: at perpetuorū circulus, qui potissimus est, & huius inferioris circuli secundū generationes causa & principium nō in specie solūm, sed in numero idē est. Et hic est finis textus Aristotelis.

QVAESTIO XIII.

An corruptum naturaliter idem numero reparari possit.

Sensus quæstionis notus est: petimus enim, an aqua, ignis, leo, calor, vel aliquid horum semel corrupta possint ab aliquo naturali agente iterum produci eadem numero prorsus: videtur autem id posse fieri. Primò, positus eisdē numero causis, idem numero produci debet effectus: sed postq̃ aliquid est corruptū, iterum possunt eodem numero poni causas; ergo & idē reducetur effectus: Minor patet: si igni apponatur manus & calciet, postea calor destruat separata manu, quòd si reponatur esse eadē manus, est idem prorsus ignis: ergo idē numero restituetur calor. Secundò, materia, & a-

R III) gens

gens sunt in tanta potentia corrupto effectu, in quanta erant ante ipsum, ergo potest idem effectus reparari. Consequentia est certa: si enim materia est in potentia ad formam corruptam, & ignis etiam, seu agens in potentia actiua, ergo effectus reduci potest ad actum. Antecedens verò patet: nam aliter minoraretur potentia agentis, & materiae, quo plures effectus producuntur: quod videtur falsum. Tertio: sit calor per diem vnum non interruptus, constat, quod vespere, & mane idem erit: ergo si destruaturne meridie, & iterum vespere producaturne, erit idem: nihil enim interruptio facere videtur ad diuersificandos calores, qui & mane & vespere sunt. Præterea quarto. Accidens indiuiduatur à subiecto, at corruptio accidere manet idem subiectum, in quod potest tale accidens induci, ergo erit idem numero cum corrupto.

In hac difficultate sunt quatuor sententiae. Prima est Platonis: hic enim existimauit, posse idem numero redire post corruptionem, imò de factò redituum: dicebat enim, quod absoluto motu octauae sphaerae, redibunt cuncta iterum, sicut erant ante, & sic redibunt eadem tempora, & iidem homines, & res, & operationes: durat autem iste motus 36. millibus annorum, vel secundum veriores 49000. annorum, quod tempus vocabat annum maximum; quo finito, dicebat, reditura omnia, quia eadem rediturae erant causae: an verò hæc sit sententia Platonis, nò omnino est constitutum, imò Iamblicus non admittit hoc in Platone, & alij multi, de quo vide Marfil. Fic. l. 11. de theolo. Plat.

Alia fuit sententia in opposito extremo Marfil. q. 20. & aliorum, qui redire eadem, quae corrupta sunt, simpliciter dixerunt esse impossibile, ita, vt de potentia absoluta Dei fieri non possit: dicunt enim, quod homo redire poterit, quia anima non est corrupta: quae autem corrumpuntur, nequeunt vlla potentia redire.

Ratio prima est, quod non potest redire eadem res, nisi idem motus & tempus reparentur. At hæc non sunt reparabilia, ergo nec res. Probatur minor: quia si tempus idem posset repeti, sequitur, quod y-

no anno solo posset mundus perpetuo durare, imò vna hora sola; quia posset Deus illam semper reducere: illud autem videtur impossibile. Ratio altera est, quia scilicet. 2. ratio. quitur, quod posset idem existens iterum reducere: quod est impossibile. Probatur sequela, quia si potest, quod semel fuit, reproducere, posset reproducere illud, siue existat, siue non.

Tertia sententia est Ricardi, 4. sent. d. 43. q. 1. ar. 3. quam sequitur Scotus 4. sent. d. 43. q. 3. dicunt, quod viribus naturalibus potest idem agens reparare eundem numero effectum, vt in accidentibus, & elementis, & mixtis, nò tamen in omnibus: & dicit Scotus, quod non videt, quomodo istud sit impossibile.

Quarta sententia est S. Thom. quod libet. 4. q. 5. & alibi sapè, & Aegidij, theorem. 1. quod Deus potest omnia permanentia corrupta reducere, id tamen impossibile est cuiusque agenti naturali virtute propria: & est hæc communis sententia. Vt autem breuiter, quod mihi in hoc probabilius videatur, aperiam, sit 1. conclusio.

Sententia quae tribuitur Platoni est impia, & contra rationem naturalem. Dico primo, esse impiam, quia est expressè contra fidem nostram, quam reijcit August. 12. de ciuit. c. 13. sunt autem loca scripturæ contra hanc 1. Thessalonicen. 4. Semper cum Domino erimus. & ad Rom. 6. Christus resurgens, iam non moritur. Psal. 11. Tu Domine seruabis nos, & custodies nos à generatione hac in æternum. & Apocalyp. Non erit vltra tempus.

His tamen omissis, est etiam contra rationem naturalem: primo, quia aufert libertatem hominis, dum dicit, quod redibunt eidem homines, patres, & filij, & alia, quae absque necessitate esse nò possunt: quis enim prohibebit, quo minus in altero anno maximo iste nò mutet statum, nisi ponatur necessitas? Præterea, quia aufert hominum beatitudinem, quaecumque sit illa, dum dicit, animas redituras ad corpora: sunt etiam multa alia, & manifesta impossibilia. Sed hoc est maxime notandum, quod post illum annum maximum, quamuis redibit ad principium ipsa sphaera, non tamen orbis alij redibunt ad idem punctum,

punctum, in quo erant, cum incepit octauae motus prior: & sic non redibunt eadem causae: in hoc autem multum deceptus fuit Plato, cuius errorem Astrologi certissimis computationibus compererunt, nec tamen etiam si redirent omnes, ob id effectus essent idem numero: deessent enim causae particulares inferiores, à quibus etiam pendet vnitas numeralis effectuum. de hoc habes multa apud Græcos interpretes. 1. de anima 41. & 1. de celo. tex. 12. & 11. Met. c. 3. primæ summæ. vbi ait Arist. easdem opiniones ad nos infinities reuertit: sed hæc fusius examinare nò est huius loci.

2. Conclusio. Secunda conclusio. Sententia Scoti probabilis videtur, scilicet, quod aliquod corruptum possit idem numero reparari, quia profectò nò apparet ita facile, quare id repugnet: Nam non videtur alia repugnantia, nisi quia fuit; hoc autem nihil est: quia dum res non sit, siue fuerit, siue non, videtur posse produci: nã tantum distat ab esse, cum fuerit producta, & corrupta, & etiã cum non fuerit producta.

3. Conclusio. Sit tamen conclusio tertia. Multò probabilior, ac tenenda magis sententia opposita, quod viribus naturæ nullo modo possit corruptum reparari. Ratio autem vna est præcipua. Motus est idem cum termino, sed motus non potest idem numero naturaliter reparari, ergo nec res: cõsequencia est euidentis. & maior certa: minor probatur: motus hic dependet ab hoc tempore, vt dicit Arist. 4. Phys. tex. 34. at tempus non potest naturaliter idem reparari: aliter enim præteritum esset præsens, ergo nec motus, nec actio: & cõsequenter nec terminus.

Nota. Attende autem in quo decipitur Marfilij in suo argumento, quod Deus cum non agat per motum & mutationem, potest reparare eandem rem sine tempore, & motu, imò verè potest etiam reparare ipsum motum & tempus si velit: omnis creatura cum per motum agat, non po-

test idem reproducere, nisi eundem repetat motum: si enim alio operatur, iam alia erit res, & terminus, & per hoc soluitur argumentum Marfilij, quo contendit id esse simpliciter impossibile.

Argumentum eius alterum etiam nullum est, quia est de ratione productionis, quod terminus nò sit, ob id, quod est, & produci nò potest nisi amittat esse, quod per productionem accipiat. Superest ad argumenta priora respondere.

Ad primum dicitur, quod non sat est ponere idem agens & subiectum, siue causas eadem: sed ponenda est eadem actio, quae poni non potest absque eodem tempore, vt producaturne idem numero effectus: vnde ex eisdem causis absolute loquendo sequitur semper idem effectus specie quidem, non numero.

Ad secundum dico, quod verum est, quod qualis erat potentia, sic manet, tamè potentia materiae, & agentis est specifica, & indeterminate, & infinita syncategorematicè, id est, ad non tot, quin plura, ob id non dicitur minorata, aliter esset minorata effectibus manentibus, cum iterum produci nequeant.

Ad tertium solutio est nota, cum enim sit interruptio illa, calor perdit suum esse, quod tamen non perdit, si non interruptur, aliud autem est conseruari idem esse, aliud est reproducere; hoc enim est impossibile naturaliter.

Ad quartum dico, quod illa vnitas à subiecto est extrinseca, secundum quam accidentia diuersi generis existetia in vno subiecto vnum numero dicuntur: at loquimur nos de vnitate intrinseca, quae sequitur entitatem rei, & sic plura sunt, quae cum insunt, & secundum hanc corruptum nequit reproducere.

Et satis sint ista de hac difficultate modo, ac proinde de tota enarratione in libris de Generatione & Corruptione. Sit Laus Deo Opt. Max. qui perduxit nos ad finem.

**PRIOR INDEX QVAESTIONVM
IN LIBRVM PRIMVM PHYSICORVM, IN
quo post quaestiones, prior numerus paginam, posterior
columnam indicat.**

- | | | | |
|--|--|-------|--|
| 1. An rerum naturalium sit scientia? 42. & seq. | naturalia à principio intrinseco a. stiuo motus. 47. 4. & seq. | | |
| 2. Quodnam sit subiectū philosophiæ naturalis. 4. 3. & seq. | 3. An motus cæli sit naturalis. 49. 4. & sequen. | | |
| 3. An quilibet artifex demonstret per quodlibet genus causæ. 83. & seq. | 4. An Physica à Mathematicis distinguantur. 53. 2. & seq. | | |
| 4. An ad rei perfectam cognitionem opus sit omnes eius causas cognoscere. 93. & seq. | 5. An Physicus consideret materiam primam. 54. 4. & seq. | | |
| 5. An vniuersalia sint nobis notiora singularibus. 11. 1. & seq. | 6. An arsimitetur naturā. 55. 3. & seq. | | |
| 6. An eadem sint nota nobis, & natura. 14. & seq. | 7. An tātum sint quatuor genera causarum. 59. 1. & seq. | | |
| 7. An substantia secundum se sit diuisibilis. 18. 3. & seq. | 8. An causæ particulares aliquid efficiant. 61. 3. & seq. | | |
| 8. An totum distinguatur realiter à partibus. 19. 4. & seq. | 9. An sint fortuna & casus. 67. 3. & seq. | | |
| 9. An res naturales habeant certos limites quantitatis. 25. 1. & seq. | 10. An quæ nec semper, nec frequenter sunt, sint à casu. 69. 3. & seq. | | |
| 10. An terminus quantitatis rerum naturalium sit semper intrinsecus. 26. 2. & sequent. | 11. An sit fatum. 70. 4. & seq. | | |
| 11. An principia sint contraria. 29. 2. & sequent. | 12. An natura agat propter finem. 75. 3. & seq. | | |
| 12. Vtrum materia sit. 33. 2. & seq. | 13. An monstra sint in natura. 76. 4. & sequen. | | |
| 13. An materia sit substantia. 34. 1. & seq. | 14. An finis sit causa & principium. 78. 1. & sequen. | | |
| 14. An potentia sit de essentia materiæ. 35. 4. & seq. | IN LIBRVM TERTIVM. | | |
| 15. An aliquid sit in materia manens in mutatione. 36. 4. & seq. | 1. An motus sit per se in aliquo Prædicamento, & in quo Prædicamento, &c. 84. 2. & seq. | | |
| 16. An materia sit ingenerabilis & incorruptibilis. 37. 4. & seq. | 2. An actio sit in agente, & quæ ipsa res sit actio. 87. 2. & seq. | | |
| 17. An materia appetat formam. 38. 3. & sequent. | 3. An motus distinguatur à suo termino. 88. 3. & seq. | | |
| 18. Quæ sint nomina materiæ. 39. 1. & seq. | 4. An Physici sit de infinito tractare, & de quibusdam alijs dubijs de infinito. 91. 3. & seq. | | |
| 19. An aliquid formæ præfuerit in materia. 41. 2. & seq. | 5. An vnum sit indiuisibile: An verò in infinitum etiam posset diuidi. 101. 1. & seq. | | |
| 20. An materia sit causa corruptionis, an forma. 42. 4. & seq. | 6. An numeri multiplicatio procedat in infinitum. 102. 1. & seq. | | |
| 21. An priuatio sit principium naturale. 43. 2. & seq. | 7. Vtrum sit corpus actu infinitum. 104. 4. & seq. | | |
| IN LIBRVM SECVNDVM. | | | |
| 1. An definitio naturæ sit bona. 46. 4. & sequent. | IN LIBRVM QVARTVM. | | |
| 2. An omnia entia naturalia, dicantur | 1. Circa aliqua dubia, quæ in text. præcedentibus occurrunt. 109. 1. & seq. | 2. An | |

I N D E X.

- | | | |
|---|---|--|
| 2. An locus sit æqualis locato. 113. 1. & seq. | tibus componatur. 171. 1. & seq. | |
| 3. An locus sit superficies continens. 117. 2. & seq. | Dubia quædam præcipua. An ex indiuisibilibus cōtinuum componatur. 172. 4. & sequen. | |
| 4. An locus formaliter sit superficies. 120. 1. & seq. | 2. De dubijs quibusdam circa textum Aristotelis. Vtrum omne quod mouetur, tardius & velocius moueri possit, &c. 178. 2. & sequen. | |
| 5. An locus sit immobilis. 121. 2. & seq. | 3. An omne mutabile sit diuisibile. Et an mutatio esse possit in non tempore. 184. 4. | |
| 6. An res incorporeæ sint in loco. 122. 1. & sequen. | 4. An detur primum & vltimū in motu. 188. 1. & sequen. | |
| 7. An vltima sphaera sit in loco. ibidē. 3. & seq. | IN LIBRVM SEPTIMVM. | |
| 8. De cōcordia quadā scitu digna omnium opinionum de loco. 124. 4. & sequen. | 1. An vtraque ratio Aristotelis necessariō cōcludat, qua probatur omne quod mouetur, ab alio moueri. 196. 1. & seq. | |
| 9. An si esset vacuum, motus esset in non tempore. 130. 2. & seq. | 2. An mouens & motum simul sint. 198. 2. & seq. | |
| 10. An sit vacuum. 131. 1. & seq. | 3. An ad qualitates tantum tertiæ speciei sit alteratio. 201. 1. & seq. | |
| 11. Quid sit condensatio & rarefactio, & ex quibus causis, & quomodo fiat. Ex quo constabit. An sine vacuo esse possint. 134. 2. & seq. | 4. An comparatio tantum sit in specie vltima. 207. 2. & seq. | |
| 12. An formæ incendatur additione partium gradualium. 135. 2. & seq. | 5. An regulæ de proportionemotuum, vniuersaliter veræ sint. 210. 1. & sequent. | |
| 13. An tempus sit numerus motus secundum prius & posterius. 142. 4. & seq. | IN LIBRVM OCTAVVM. | |
| 14. An sit vnicum nunc in toto tempore. 144. 4. & seq. | 1. An mundus cum motu & tempore habuerit initium. 214. 4. & seq. | |
| 15. An omnia entia sint in tempore. 148. & seq. | 2. An potuerit mundus esse ab æterno. 219. 3. & seq. | |
| 16. An tempus sit ens rationis, vel reale. 149. 2. & seq. | 3. An Deus sit causa libera, an verò agat necessitate naturæ. 224. 2. & seq. | |
| 17. An tempus sit vnum numero. 150. 3. & seq. | 4. Vtrum animal à seipso moueatur. 231. & seq. | |
| IN LIBRVM QVINTVM. | | |
| 1. An generatio sit motus. 153. 4. & seq. | 5. An sit vnum primum mouens immobile. 237. 1. & seq. | |
| 2. An vnitas specifica motus sit tātum à termino ad quem. 159. 4. & seq. | 6. An Deus sit causa efficiens Mundi, etiam per Aristotelem. 238. 3. & seq. | |
| 3. An vnitas numeralis motus sumatur ex tribus, videlicet ex vnitate numericæ termini, mobilis & tēporis. 161. 3. & seq. | 7. Vtrum Deus sit vbiq; secundum Aristotelem. 246. 3. & seq. | |
| 4. An sint duo motus re, cum aliquid ex contrario in contrarium mouetur. 164. 2. & seq. | 8. An Deus sit virtutis infinitæ. 248. 2. & sequen. | |
| IN LIBRVM SEXTVM. | | |
| 1. An continuū ex indiuisibilibus par- | | |

IN PRIMVM LIBRVM DE GENERATIONE ET CORRUPTIONE.

1. An si generatio non esset possibilis, alteratio posset esse, & de alijs circa textum difficultatibus. 254.4.
2. An quod simpliciter generatur, ex non ente generetur. 259.4. & seq.
3. An generatio vni⁹ sit alterius. 201.4.
4. An substantia suscipiat magis & minus. 264.3. & seq.
5. An generatio ab alteratione distinguatur. 266.3. & seq.
6. An alteratio sit mot⁹ cōtinu⁹. 367.2.
7. An in corruptione fiat resolutio vsque in primā materiam. 268.3. & seq.
8. An augmētatio sit generatio 275.1.
9. An in augmentatione eadem viuētis forma numero maneat 276.2. et se.
10. An quod augetur eius quolibet pars augeatur 278.2. & seq.
11. An augmentatio sit motus continuus 279.3. & seq.
12. An nutrimentum sit simile nutrito. 281.1. & seq.
13. An simile agat in simile 285.3. & seq.
14. An idē agat in seipsum 288.3. & seq.
15. An omne agens dum agit, repatiatur. 291.2. & seq.
16. An indiuisibile possit alterari 301.3.
17. An clemēta maneant formaliter in mixto 306.1. & seq.
18. An elementa maneant in mixto, secundum suas qualitates 310.1. & seq.
19. An mixtio sit possibilis 311.2. & seq.

IN LIBRVM SECVNDVM.

1. An quatuor qualitates sint elementorum formæ substantiales 315.4.
2. An sint tantum quatuor primæ qualitates. 316.3. & seq.
3. An inter has qualitates duæ sint actiuae, duæ passiuæ. 318.1. & seq.
4. An tantum quatuor sint elementa. 319.3. & seq.
5. An terra sit maximè sicca, aqua maximè frigida, aer maximè humidus. 321.3. & seq.
6. An elementa habeant vtramq; qualitatem in summo 323.4.
7. An qualitates elementorum Symbola sint eiusdem speciei 325.2. & seq.
8. An quodlibet elementum ex quolibet immediatè generari possit 327.3. & seq.
9. An symbola facilius mutantur 329.3. & seq.
10. An ex duobus elementis fiat tertium 330.3. & seq.
11. An detur mixtum ad pondus æquale. 336.2. & seq.
12. An motus solis sit inferiorum mutationum causa. 342.1. & seq.

PO.

POSTERIOR INDEX

RERVM ET VERBORVM, IN QVO PRIOR NVMERVS PAGINAM, posterior columnam denotat.

- A.**
Absolutorum definitio potest aliquid continere, quod ordinem explicet, 47.2.
Abstrahentium non est mendacium, 51.1.
Absurdo vno dato multa sequuntur, 16.4.
Academicorū caput Plato, & cur sic dicti 3.4.
Accidens non cohzret citra substantiā, 18.1. & 2.4. est non ens, 23.4.
Accidens commune quid, & quid proprium. 23.1.
Accidentia ad corruptionem compositi subiecti corrumpuntur, 37.3. duo numero distincta non possunt in eodem subiecto esse, 139.1. per accidens vt moueantur, 112.4. quibus modis corrumpantur, 136.3. & seq. subiectum ornant, non absoluunt, 34.3. substantiam quō possint producere, 63.2. ad omnia vt sit motus 156.3.
Accidentia & substantia cur dicantur esse simul 156.4.
Accidentia sensibilia omnia cur natura multis fecerit communia forma, ac figura exteriori excepta 55.3. & seq.
Accidentium differentie vnde sumantur, 120.4. duplex genus, vtrum spectet ad physicū, vtrum ad Mathematicum, 53.3. & seq. natura vt distinguatur à natura substantiæ, 120.3. numerus quō sit, vel nō sit infinitus, 103.2. & seq. predicamenta cur iuxta substantiam distinguantur 110.3. & seq.
Accidentaliter subordinata causæ quæ dicantur 61.1. & seq.
Acretiones tempore mesurantur, 148.2. & se.
Actiua philosophia, vide philosophia actiua.
Actio non est à proportione minoris in æqualitatis, 209.2. sitne in agere an patiēte, 87.4. quot, quibusq; modis illius causa quippiā dici possit 62.4.
Actio artis ab actione naturæ quomodo differat, 74.4. naturalis à violenta quomodo distet, 122.3. vana quæ, & q̄ temeraria, 68.3. & seq.
Actio vt actio cur per se non includat successionē, 84.2. ad eam cur nō sit motus, 154.4. quot, & quæ sint in ea consideranda 87.3. & seq.
Actiua potentia quid, & quotuplex 70.2. & seq.
Actiuum principium motus quid 47.4.
Actiuum & passiuum motus principium aliquando coniungantur, aliquando separantur 48.3. & seq.
Actiuitas alicuius qualitatis maior, vel minor vt non arguat, vel maiorem vel minorem intentionem 49.2. & seq.
Actus triplex, Formalis, existentiæ, & entitatus, 33.2. & seq. eiusdem diuisio in primum & secundum, 35.1. 231.3. & seq.
Actus agentium naturalium omnes sunt perfectiones, vel ad perfectionem via 18.4.
Actus vt sit in aliqua potentia, non est per se opus, 80.2. & seq. est eiusdem, cuius etiam est potentia, 88.2. & seq. cur potentia simpliciter sit prior 218.1. & seq.
Actum esse quid sit 80.1.
Actum in actu esse quid ibidem.
Actum infinitum quid 96.3.
Actum in loco esse quæ dicantur, & quot modis, 116.1. & seq.
Additio duplex, & quæ illa, 99.4. vtra possit esse infinita, ibid.
Aër grauis & leuis est, diuerso respectu, 15.4. est corpus, 126.1. circumstans vt aqua calidā refrigeret, 49.2. & seq. eius motus infrigidat, ibid.
Aërem vel aquam qui principium posuerunt melius cur fecerint, quàm qui ignem, 30.3. & seq.
Aëra Diogenes posuit rerum principium 15.1. eum nō esse cur quidam putauerint 125.4.
Aequalitas duplex dimensionis & continentia, quid vtraq; sit, 113.2. & seq. 118.4.
Aequiuocationis tres gradus 204.3.
Aequiuoca definir quomodo possint, 203.4.
Aternitas à tempore vt distinguatur, 143.2. & seq. est propria duratio Dei, 221.4.
Aterna res cur non sint in tempore, 146.2. & seq.
Aterna quæ causam habeant, quæ non, 114.1. & seq. sunt in potentia accidentali non essentiali, 92.3. & seq. in illis esse, & posse quō idem, 92.2. & seq.
Auum quid sit, 149.1.
Agens causa quid ab efficiente distet, 92.2. diuiditur in purè agentem, & non purè agentem, quid vtraq; 75.4.
Agens vt agat, quomodo debeat ad passum esse affectum, 26.2. & sequent. quo motu moueatur per accidens, 83.1. & sequent.
Agens in medium, & distans, non semper

per eundem effectum in vitroque producit. 189. 4.
 agens intellectuale quid sit, & quid naturale 41. 4. quomodo vitumque simile producat. ibid.
 agens naturale quomodo inducat formam in materiam. 19. 1. Cur non possit creare. 42. 4.
 agens necessarium agit secundum vltimum suæ potentie. 217. 2. & seq. nec producit nisi vnum. ibid.
 agens omne subiectum aliquod præsupponit in quod agat, & ex quo faciat aliquid. 38. 2. & sequen.
 agens primū propter finem debet esse agens propter intellectum & voluntatem. 225. 4.
 agentia vniuersalia quomodo concurrant ad hos effectus inferiores. 62. 3.
 agere ex proposito quid sit, & cui conueniat. 74. 3. & seq.
 agere propter finem quid sit. 75. 1. & sequen.
 albedo qua ratione tribuatur igni. 134. 1. & se. alimentum cur aliqua ex parte virtutem animalis debilitet. 222. 1.
 allium Magneti appositum, cur illum ab actione impedit. 159. 3. & seq.
 aliquando, quot, & quibus modis dicatur. 219. 1.
 aliquando esse quid sit. 147. 1. & sequen.
 aliquid futurū ab æterno fatentur oēs. 214. 4. & cur id concedere sit necesse. ibid.
 alteratio in quibus accidat. 198. 1. cur non sit ad qualitates quartæ speciei. 200. 1. & seq. nec ad habitus corporis. ibid. 2. nec ad virtutes. 198. 2. & seq. nec ad habitus intellectus. ibid. 3. & seq. sed solum ad qualitates tertie speciei. 201. 1. & sequen. non semper & continua. 228. 2.
 alteratio est bifariam ad aliquam formam, p se, & per accidens. 201. 3. ad quam sit per se, & ad quam per accidens. ibid. & seq.
 alteratio per se duplex, mediata & immediata. ibid. ad quas qualitates illa sit, & ad quas hæc. ibid. 4.
 alteratio naturalis alia, alia violenta. 166. 3.
 alteratio alterationi comparari an possit. 204. 4. vnde illa comparatio sit iudicanda. 207. 1. præcedit augmentationem. 207. 1.
 alterationis forma quid sit. 158. 1. duplex diuersas. 156. 3. materia quid sit. 17. 3. & seq. tria eius genera, & quæ illa. ibid.
 in alteratione duplex successio, & secundum quam in ea non detur prima pars. 185. 2.
 alterationes tempore menturatur. 148. 3. quæ similes dicantur. 207. 1. quæ æquales. ibid. 2.
 alterans primū quod dicatur, quod vltimū. 197. 4. inter alterans, & alteratum vltimū nullum est medium. 98. 2.
 alterari quæ dicantur. 198. 1.
 analogæ, vel æquiuocæ definiti possunt defi-

nitione æquiuocæ. 47. 3. & 207. 2.
 Anaxagoræ de principijs sententia. 15. 1. 24. 2. eius ab Anaximandro discrimen. 15. 3. Cur nihil de nouo fieri putauerit. 24. 1. cur omnia voluerit esse in omnibus. ibid. 2. eius de mente diuina sententia. 24. 4.
 Anaximandri de principijs quæ fuerit opinio. 15. 1. & 24. 1. eius ab Anaxagora discrimen. 15. 1.
 angelus quomodo incipiat, licet non definit. 189. 4.
 angeli quare non sint entia mobilia. 5. 4. vt dicantur incorruptibiles. 38. 3. sunt in loco circumscripti tantum. 122. 2. non in tempo- re, sed in æuo sunt. 149. 1.
 anima vt singularia & vniuersalia, diuersis potētis cognoscat. 12. 4. cur nō dicatur esse definitiue in aliqua parte corporis. 122. 1. quomodo sit in toto corpore. ibid. per acci- dens est in loco, & quare. 110. 4. 115. 1. per accidens mouetur. 110. 4.
 anima omnis an sit indiuisibilis. 37. 4. & in animalis non est pars mouens. 230. 1. & se. cur motor esse non possit. 230. 3.
 anima & corpus simul sunt. 156. 4.
 anima sublata, tempus vt sit vel non sit. 149. 1. & seq. de ea cur prius in physica doceatur, quàm de corporibus animatis. 6. 3. & seq.
 anima rationalis quomodo distinguatur à cæ- teris formis. 42. 3. cur destructio composito, non destruat. 42. 3. & se. vt sit corporis for- mæ, nec tamen propriam operationem simul cum corpore habeat. 60. 3. & seq. in quibus actionibus sit, vel nō sit libera. 226. 3. cur im- mortalitas vnde proueniat. 60. 4.
 animæ rationales quomodo sint infinitæ nu- mero. 104. 2. & seq.
 animal car de futuro nunquàm iudicat. 76. 2. in eius generatione quibus concurrunt. 158. 4. qua ratione dicatur se mouere. 230. 4. cur totum simul moueatur. ibi. Eius motus sit nec ne violentus. 231. 1.
 animalia quæ dicantur prudentia. 76. 2. & se. quæ, & qua ratione præuideant futura. ibi. cur instinctu naturæ moueri dicantur. ibi. motibus omnibus mouentur. 44. 4. partiū- tur quæ inanimata, sed non contra. 197. 1. à se mouentur. 229. 2. & seq.
 animalia per phantasiā percipiunt inuenien- tia, & inconuenientia. 76. 2. quomodo p se alant fœtum. 46. 3. ideo mouentur, quæ mo- uentur à continente. 202. 3.
 annuli non propriè dicantur infiniti. 98. 2. qui palam non habere dicantur. ibid.
 Antiphontis rationes cur non sint à Geome- tra soluendæ. 17. 1.
 appetitus quid, & quod duplex. 38. 4. in anima- li, & rationali finis non semper est bonum verum. 58. 2.
 apponere de cur non superemus quamuis ma- gnitudo.

gnitudinem. 99. 1.
 appositione infinitum, vide Infinitum appo- sitione, vel additione.
 aqua calida in vacuo posita vt reducatur ad pristinum frigus. 49. 1. de eius refrigeratione variz opiniones. ibid.
 aqua grauis, & leuis est diuersa ratione. 174. 2. eam cur rerum principium posuerit Thales. 14. 4.
 aqua calefactio qua ratione sit naturalis, vio- lenta. 48. 3. & sequen.
 architectonicæ artes quæ vocentur. 52. 3.
 argumentari à partibus essentialibus ad inte- grales cur fallacia sit. 21. 1.
 arietis historia admiranda. 196. 4.
 Aristoteles Platonis discipulus fuit. 3. 4. vbi, & quomodo docuerit. ibid. eius libri du- plicis generis. 7. 1. qui exoterici. ibid. q. acro- matic. ibi. 2. de materia & numero princi- piorum locutus est omnium optimè. 15. 4.
 ars vna circa actiones versatur, alia circa res factas. 53. 4.
 ars duplex. Altera naturæ simia, altera q. sup- plet ea, in quibus natura deficit. 56. 2. quomodo imitetur effectus naturales. ibi. ars imitatur naturam. 55. 3. quo sensu id dica- tur. 54. 2.
 ars imitans naturam quæ vocetur. 73. 3.
 ars modum præstat, & non est principium vel natura motus. 47. 4. cur non sit natura. ibi. propter finem facit. 73. 2. & seq. perficit aut imitatur naturam. ibid. 3. quo pacto distin- guatur à sapientia. 88. 3.
 ars perficiens naturam qua dicatur. 73. 3. vsua- lis quæ dicatur. 52. 3.
 artes materiæ & formam considerant. 52. 1.
 artes quæ, quibus imperent. 52. 3. quæ philo- sophicæ se uident. 23. 1. & seq.
 artium Mechanicarum triplex differentia. 52. 2. & seq.
 artifex quomodo imitetur agens naturale in modo operandi. 55. 4.
 artificiales res naturalibus in quo sint simi- les. 55. 3.
 artificialia quomodo moueantur. 45. 1. illo- rum & naturalium definitio quæ sit. 44. 3. & seq. quomodo sint in loco. 1. 6. 3. mate- riam pro parte habent. 55. 4. ex quibus con- sistent. ibid.
 Astra lumen à sole recipiunt. 199. 2.
 astrologia vt agat de substantia. 54. 4. eius sub- iectu est figura, & motus cæli. ibid.
 astrologus vt de tempore agat. 89. 2.
 abstractio quid. 197. 1. quod duplex ea sit. 98. 4.
 athemorius multiplex discrimen. 27. 4.
 augeri violentè & naturaliter quæ dicantur. 166. 2.
 augeas, & auctum simul sunt. 158. 2.
 augmentatio quid distet à diminutione. 156. 2. eam alteratio præcedit. 239. 3.
 augmentum vitæ quomodo fiat. 123.

127. 4. & 23. 4. & seq.
 Aueroes tollit creationem. 215. 2. cur vnicū tantum intellectum in omnibus homini- bus esse voluerit. 220. 1. eius sententia de ijs, qui dicunt Deum esse vbiq. 246. 3.
 D. Augustini de cognitione materiz iudicium. 14. 2.
 Auicembron quot formas substantiales in v- nica re constituerit. 23. 2.
 Auicenna negat materiz appetitum. 38. 3. ma- teriz primæ tractationem admittit Physico. 55. 1. creationem concedit. 223. 3.

B.

Bombardæ cur sepe facillè rumpantur. 119. 2.
 Bonum non facere cum possis, non est inuidia. 218. 2.
 bona externa cur dicantur fortuna bona. 66. 2. & sequen.
 bruta quomodo sint, vel non sint fortunata. 66. 3. & seq. quomodo operentur. 76. 1. quomodo moueantur ad suos fines. 75. 3. & seq. non habent præcognitionem finium naturaliter insitam. 7. 3. vt agant propter finem. 76. 2.
 Burleo intellectus quid primo cognoscat. 1. 3. & seq.

C.

Calefactio rarefactionis est causa. 134. 4. calor inuentus & remissus bifariam po- test considerari. 137. 1.
 castanæ ad ignem posite cur frangantur. ibi.
 casus quid sit. 65. 1. & 66. 3. in quibus fortuna conueniat. 66. 3. in quibus ab ea differat. ibi. 2. & seq.
 casus & fortuna sunt causæ per accidens. 66. 2. cur ad efficientem causam reducatur. 66. 2. in quibus dominantur. 64. 2.
 Casus & fortunæ tractationem, cur Arist. susce- perit. 63. 4. cur à veteribus tollantur. ibid. & se. ea præcedat intellectus & natura. 67. 3.
 casualis effectus quis sit. 65. 1. & 66. 4. ad eum, quæ causæ concurrant. 68. 2.
 causa quid sit. 59. 2. quomodo ad suum effectum referenda. 59. 1. non omnis agit. 61. 2.
 causa particularis nō producit totaliter effectum. 238. 1. in potētia & actu qd. 58. 3. & seq. quo- modo differant. 19. 1. per se, & per accidens quid. 58. 3. hæc duplex est. 65. 1. & illi semper innititur. 69. 1. prior quæ, quæ posterior. 54. 1. remouens, prohibens quæ d. ac quo di- stet ab ea, quæ est causa sui contrarij. 68. 1. summa quot, & quæ requiratur. 39. 1. vniuersa- lia habet formam formaliter. 234. 2. æquiuocæ in virtute. ibid.
 causa efficiens, & efficiens finalis, vide Fi- nis. formalis, vide Forma, mater. lis, vide Materia.
 Causæ omnes ad quatuor genera reducuntur. 7. 3.

57. 3. ad duodecim modos vt reducatur 58. 4. quatuor rerum naturalium iuxta Aristotelem. 59. 4. simplices & compositae quae dicantur. 58. 4. plures per se possunt esse eiusdem effectus. 57. 2. sibi inuicem possunt esse cause, licet non eodem genere. ibidem omnium cognitio quomodo necessaria. 9. 4.
Causarum quatuor genera esse quomodo probetur. 70. 4. & Physicum considerare, & per ea demonstrare. 89. 1. & seq. eorum tractatione cur Aristoteles susceperit. 56. 2. quomodo à Physico, Logico, & Metaphysico tractentur ibid. 3. tres proprietates. 57. 2. quatuor diuisiones. 8. 2. & seq. quadruplex inter se ordo. 59. 4.
Causarum per se subordinatarum non est numerus infinitus. 209. 1.
Cerebrum cur non sit principium motus in animalibus. 196. 4.
Chaos quid vocent Philosophi. 24. 1.
Chryssippi de Fato error. 71. 3.
Cicada historia mira 196. 4.
Ciceronis error de Fato
Circulus vt dicatur infinitus 93. 1. & 179. 2.
Circularis motus inter locales solus est perpetuus. 240. 3. & seq. cur cum recto comparari nequeat. 240. 2. eius velocitas quomodo cognoscatur. 208. 3. est perpetuo continuus. 240. 3. & se. potest esse continuus. 243. 2. & se. ab vno in idē redit. ibid. primus est omnium motuum. ibid. 4. solus est regulatis, & mensura reliquorum. 208. 3.
Circūscriptiue in loco esse quid sit. 122. 1. quae hoc modo sint in loco. ibid. 2. quomodo differat ab eo, quod est definitiue esse in loco. ibid.
Cleantes quomodo Philosophia diuiserit. 2. 1.
Caelum cum quantum sit, cura et diuidi non possit. 26. 2. quietis principium in se an habeat. 50. 1. & seq. qua ratione dicatur viuere, & mouere se, ibid. vt dici possit quiescere, vt non possit. ibid. 3. fato cur non subiciatur. 71. 3. vt in loco sit. 115. 2. cur magis ab oriente moueatur in occidentem, quam contra. 225. 3. vt sit incorruptibile. 226. 4. in orbē cur voluatur. 246. 1.
Celi duplex acceptio. 50. 1. & se. motus sit necne naturalis. ibidem. motus vt mensuretur vel non mensuretur à tempore. 148. 2. & sequent.
Celi motus quomodo sit vel non sit ab actiuo principio. 50. 1. eius motus cur Aristoteles potissimum tribuat tempus. 151. 2. eius partes omnes in loco sunt vna dempta. 115. 2. & seq.
Celi contigui sunt. 177. 2. sunt res naturales & naturā habent. 50. 2. ab elementis in quo differant. 50. 3. & se. vt incorruptibiles dicantur. 38. 3. se. undum locū tantū mouentur. 44. 4.
In Caelo nihil à casu prouenit. 63. 4.

Caeleste corpus quare non tangatur ab elementis. 100. 4.
Cogitatio duplex An sit, & quid sit. 76. 1.
Cognitio definitionis essentialis, ad quam cognitionem perfectam sufficiat. 9. 4.
Cognitio perfecta quid distet à generali. 9. 4. & seq.
Cognitionis in simplicem & complexam diuisio. 9. 4. quid vtraque. ibid.
Cognoscere, & facere quomodo distinguatur. 7. 4.
Communis locus quid. 107. 3. & 113. 1. illius, & proprii discriminem. 112. 4.
Commutatio, commutari, & commutatus, vide Alteratio, alterari, alterans, &c.
Comparatio simplex & composita. 207. 3. & seq. quid vtraque sit. ibid. simplex diuiditur in tria membra. 208. 1.
Comparari quae dicantur. 203. 2. & seq.
Composita abstracte quid. 54. 3. & seq. quomodo à simplicibus distinguatur. ibid.
Compositum cur producat, non mutetur in generatione 38. 1. simpliciter est perfectius materia, bacillo secundū quid. ibid. 3. cur sit subiectum motus, & non materia. 47. 3. & se. est finis totius generationis & materiae. 52. 4. primo, & per se corrumpitur, generatur & producit. 42. 2. & seq.
Compositum naturale ex materia & forma. quomodo fiat. 41. 2. & seq.
Compositionis materia quid, & quam varia ea sit. 57. 3. & seq.
Compositionis forma quid sit. 58. 1.
Conceptus specificus quid sit. 13. 1. non idem cum conceptu speciei. ibid. (201. 4.)
Concretum accidentis duplex est, quale illud. Condensatio cur sit concedenda. 32. 4. & 33. 3. quomodo ea fiat. ibid. & seq. quid, & quomodo duplex sit. 134. 3.
Condensatio impropria, & propria quid sit. ibid. & seq.
Confusa notitia quid. 11. 2. eius diuisio. ibid.
Congelatio quomodo tota sit simul. 178. 4. est in tempore. 228. 2.
Contemplatiua Philosophia, vide Philosophia speculatiua.
Contentiosa rationes duplici sunt generis, & quanam illa. 17. 1. (tur. 110. 1.)
Continere & recipere quomodo distinguantur. Continere secundum aliud & secundum accidens quomodo distinguantur. 107. 4.
Consequentia quae dicantur. 168. 1.
Consequenter vt vnum se habeat ad aliud quae requiratur. 157. 2. & se. quo pacto se habeat tangere. ibid. 3.
Contiguum quid sit. 157. 2. quomodo differat à continuo. ibid.
Contigua quae vocentur. 168. 1.
Contiguus motus quid requirat. 159. 1.
Continuus vt varijs modis definiti possit. 79. 1. &

2. & seq. illud quid sit. 59. 2. 57. 3. & sequē. quomodo distinguatur à contiguo. 157. 4. quod possint fieri continuū, & quot modis illud contingat, ibid. & seq. qua ratione sit affectū ad rāgere, ibid. à se pati nō potest. 129. 4. quot, quibusque modis seipsū moueat. 234. 1.
Continuum an componatur ex indiuisibilibus. 172. 3. 174. 3. & se. in duas partes aequales diuidi potest. 177. 1. quando dicatur vnum, 161. 3. & quo diuidatur, ibid. in infinitū diuidi quid sit. 175. 1. & seq. quomodo ea diuisio fieri debeat. 97. 2. & seq.
Continua quae appellantur. 168. 1.
Continuē moueri quid sit. 157. 1.
Continuus motus cur sit diuisibilis, & quae requiratur. 159. 1. & seq.
Contradictorijs terminis cur in generatione vitamur, non in alijs motibus. 195. 2. & seq.
Contrarietas qualis in substantia reperitur. 29. 4. an omnis suum habeat subiectū, 31. 1. & seq. quomodo vna in vno genere. 30. 1. & 31. 1.
Contrarium vnum non facit alterū, 30. 1. & seq. ex contrario quomodo fiat alterum. 28. 2.
Contraria ex contrarijs quomodo fieri dicantur, ibid.
Contraria prima quae dicantur. 28. 1.
Contraria loco quae. 157. 1.
Contrariorum eadem potest esse per se causa, 57. 2. vna est materia, 133. 4. ex contrarijs principijs res quomodo fiant. 29. 4.
Cor cur Galenus crediderit non esse primum principium motus animalium, 196. 4. mouet animal. 235. 2.
Corpus & anima simul sunt. 156. 4.
Corpus an habeat certum magnitudinis terminum, 25. 2. omne tres habet dimensiones, 106. 4. quantum cetero vicinius est, tanto caelidius ibi. 2. quod in loco secundū se esse dicatur, 115. 2. quod secundū partes, 114. 4. vt possit esse in pluribus locis, 125. 3. corpori quomodo cedat. 131. 3.
Corpus homogeneum, aut heterogeneū quid. 95. 2. & seq.
Corpus mobile an sit subiectum Physicę, 4. 4. & seq.
Corpus nullum naturale potest actu esse infinitum, 104. 3. omne ad suum naturalem locum fertur, ac in eo quiescit, 112. 1. & quare, 116. 4. & seq. proprium sibi locum vendicat. 96. 1.
Corpora in simplicia & composita diuiduntur, 9. 3. & seq. simplicia quae, & quo diuidantur, ibid. quomodo composita ibid.
Corpora sola circūscriptiue sunt in loco, 122. 2. duo simul in eodem loco esse nō possunt. 156. 4. illorum numerus, an, & quomodo infinitus, 103. 2. & seq.
Corporum quae mouentur motu recto, & quae circulari discrimen. 122. 3.

Corporeitatis forma an sit statueda, 37. 1. & se.
Corruptio bifariam spectatur, & vtra confidetur ratione sit propter finem, 76. 1. quid distet à generatione, 38. 3. vnde rebus eueniat, 37. 3. & 43. 1. eius diuisio, 153. 2. quomodo sit motus, 54. 1. violēta & naturalis, quae dicatur, 166. 2. omnis in aliquid terminatur, 33. 4. eius principia quae sint. 22. 3.
Corruptionis rerum causa est materia, 43. 1. in ea cur non detur prius & posterius, 151. 3.
Corruptibilia omnia sunt in tempore, 146. 3. & seq.
Corruptum non potest idem numero reparari, 158. 3. & seq.
Creaturae purae non potest communicari sapientia, vel bonitas, vel perfectio infinita, 221. 4. non est creatori coaeterna, 223. 4.

D.

Demonstratio opus Dei, 238. 4.
Definitio exacta quae, & quot commoda adferat, 112. 2. & seq.
Definitio esse in loco quid sit, 122. 1. quae hac ratione sint in loco, ibid. 2. quomodo distet à circūscriptiue esse in loco, ibid.
Definitum notius est suis partibus, 10. 2.
Demonstratio quoduplex, 6. 3. qua Physicus crebrius vtatur, & quare. ibid.
Denominatio à quibus fiat, 192. 3. in motu vnde fiat, 46. 2.
Denotare quid sit. 133. 4.
Densum quid vocetur, 134. 3.
Densorum corporum proprietates quae sint, 134. 2.
Deorsum duplex, natura & positio, 106. 2. quid vtrumque. ibid.
Definitio per vltimum non esse quid sit, 138. 4. & seq. quid per primum esse, ibid.
Destruere perfectum quando sit, vel non sit vitium. 219. 2.
Deus facere quid possit, 35. 3. fecit materiā, & quomodo, ibid. Causa est vniuersalissima, 62. 4. quomodo actionis rerum omnium causa dicatur, ibid. & seq. vt concurrat cum causis naturalibus, 63. 1. cur immediatē tangat sua virtute quemcunque effectum, ibidem. Vt varijs modis cum diuersis particularibus causis concurrat, ibid. omnes omnium fines prauidet. 76. 3. & seq.
Deus qua ratione ad Physicum spectet, 72. 2. Physico motu non mouetur, ibid. vt dicatur infinitus, 91. 4. est causa inferiorū, 62. 1. praecognouit ab aeterno omnes futuros effectus, 71. 1. & seq. vt sit in loco, 122. 2. est in aeternitate, 149. 1. quo sensu dicatur esse in tempore, ibidem. vt cognoscat omnes continui partes distincte, 176. 1.

Deus

Deus solus aternus est secundum fidem 92. 3. & 215. 1. & seq. secundum fidem est causa libera. 216. 1. & 217. 3. ex nihilo produxit omnia. 216. 1. potest aliquid ex nihilo producere. 216. 2. & seq. in productione non est mutatus in voluntate. 216. 2. est supra naturam. 217. 3. quomodo Deus potuerit & voluerit mundum ab aeterno producere. 218. 2. cur fecerit illum in principio temporis. ibid. & seq. mutari non potest. 227. 1.

Deus semper creare potest. 224. 1. est liberę agens causa iuxta Aristotelem ibid. 3. & seq. propter finem agit. 225. 4. est causa efficiens mundi secundum Aristotelem 233. 3. & seq. est ubique secundum veritatem & Aristotelem 246. 4. & seq. cur potius in celo esse dicatur. 246. 1. est infinita virtutis, intensiue Aristoteli. 249. 2.

Dei presentia ubique vnde colligatur. 199. 2. quomodo per philosophiam ei similes reddamur. 1. 3. & seq. illum esse quomodo prebetur. 76. 1. in illo ut sint vel non sint idem esse & posse 92. 3.

Dialectica à Zenone orta & à Platone perfecta 3. 4.

Dies Indicatorij vel critici qui dicantur. 166. 3.

Differentia cur formę rationem habeat. 23. 3.

Dignitates immediatę cur à Dialectico probabiliter ostenduntur. 16. 3. mediata per causam cur non semper prebetur. ibid.

Diminutionis & augmentationis discrimen. 156. 2.

Diminutione infinitum. Vide, Infinitum Diminutione.

Discere quid sit. 163. 4.

Discretum quando dicatur vnum tot. 3. & sequen. quomodo diuidatur. ibid.

Disputandum non est contra negatę principia 16. 2.

Diuisio secundum proportionem & magnitudinem vel quantitatem quę. 97. 2. & sequen.

Diuisio in infinita radix quę sit. 100. 3.

Diuidendo cur semper detur quantitas minor. 97. 1.

Diuisibile duplex. 185. 2.

Diuisibilitas vnde habet originem in motu & tempore. 183. 2.

Duratione infinitum. Vide Infinitum Duratione.

E.

Eadem non sunt nobis & natura nota, in quibus sit verum, vel falsum. 14. 3.

Effectus quomodo ante causam & quomodo per eam cognoscatur. 6. 4.

Effectus Casualis. Vide Casualis effectus. Fortuitus. Vide fortuitus effectus. Temere fa-

ctus quis dicatur. 68. 3. Per accidens quot quibusq; modis effectus per se coniugatur. 65. 1. & seq.

Effectus eiusdem plures possunt esse cause per se. 57. 2. causa summe inuestigada. 59. 1. ut illi sit semper accom modanda causa. ibid.

Effectus ad vtrumlibet nō sunt Casuales aut Fortuiti 70. 4. quot & quibus modis raro proueniant, 70. 1. qui raro eueniunt, nō omnes à fortuna sunt vel casu. ibid. 2.

Effectus semper aut frequenter quando proueniant. 70. 2.

Effectus Physici cur non semper eodem modo eueniant. 54. 2. illorum diuisio iuxta causarū diuisionē. 58. 4. Alia diuisio. 64. 3. & seq.

Efficiens causa quid sit. 61. & 62. & seq. & lex diuisio. ibi. & seq. quid ab agente differt. 9. 2. cur ceteras antecedit si secundum esse spectentur. 59. 4. & seq. ad eā quę reducuntur 58. 2. eandem non posuerunt veteres nisi mundi institutione. 73. 1. cur eam omnes ab aeterno fuisse fateri cogantur. 215. 1.

Efficiens causa duplex est, & vtra proprie ad Physicum spectat, vtra secundū quid. 72. 2.

Efficiens particularis quid sit. 60. 4. cur illa vniuoca vocetur, quomodo ab ea dependeat effectus. ibid. Mediata quid & immediata. 61. 1. per se & per accidens quid. 67. 4. principalis quę nominetur & quę instrumentalis. 61. 2. totalis & partialis quid. 61. 1. & sequen. Vniuersalis quid sit. 60. 4. cur dicatur causa æquinoca. ibid. quomodo ab ea res dependeat. ibid. & seq.

Efficientes accidentaliter vel essentialiter subordinatę quę nominentur 61. 1.

Electio in solis hominibus reperitur. 225. 2.

Electrum vt attrahat paleas cur prius calefieri debeat. 199. 4.

Elementum vnum est locus alterius. 107. 2. cur vnum ab altero conferuetur. ibid. elementa cur non dicantur principia. 32. 3. quibus motibus moueantur. 44. 4. inęqualem perfectionis gradum habet. 117. 1. quę sint continua. 119. 3. & seq. quō contraria dicantur. 134. 4. quomodo conueniant ad mixti compositionem. 178. 3. & seq. non mouentur à seipsis. 229. 4. illorum & calorū discrimen 50. 4.

Elementa media nec locum nec motum simplicem habent 160. 4.

Empyreum celum omnium supremum. 123. 3.

Empedoclis sententia de principijs. 15. 2. & 236. & seq. de mundi ortu & interitu. ibid.

Ens a se primo cognitum ab intellectu nostro. 11. 4. & seq. quomodo sumptū sit obiectum intellectus 12. 3. ens quomodo vnum quomodo non. 21. 3. pro solo accidentesumi non potest. 22. 4. nec pro sola substantia. ibid. & seq.

Ens aliud actu, aliud potentia. 60. 4. in actu vel po-

potentia quid dicatur. 80. 2.

Ens mobile, corpus mobile & corpus naturale quomodo differant. 5. 2. illud an sit subiectum Physicę. 4. 4. & seq.

Ens naturale an sit subiectum Physicę. 6. 1. & seq. bifariam sumitur. 7. 1. qua ratione sumptum sit subiectum librorū octo Physicorum ibid.

Ens secundum naturam quid. 45. 3.

Entis ad sua inferiora, & generis ad sua discrimen. 5. 4. duę significationes. 11. 4. in vtra sit intellectus obiectum. ibid. ex eo quomodo fiat vel non fiat aliquid. 40. 1.

Entia naturalia cur manifestissima natura vocet Aristoteles. 14. 2. naturalia quę vocet Aristoteles. 45. 2.

Entia omnia num sint in tempore disputatur 148. 1. & seq.

Epicurus Philosophiā quomodo diuiserit. 1. 4.

Essentie duplex acceptio & quę illa. 137. 4.

Essentiale totum quid sit. 20. 1.

Essentialiter subordinatę causę quę dicantur. 61. 1.

Esse & id quod est, aliter in simplicibus aliter in compositis sese habent. 93. 4. & seq.

Esse in actu & esse in potentia quomodo idē vel non idem. 81. 4.

Esse per se bifariam sumitur. 35. 2.

Ethica quid sit. 1. 4. & 2. 2. quando discenda. 2. 3. & 3. 3.

Euforunium quid sit. 66. 1.

Ex, quid in principiorum definitione significet. 28. 1.

Ex nihilo nihil fiat. 24. 1.

Ex non ente quomodo fiat vel non fiat aliquid. 39. 4.

Ex vno absurdo & impossibili aliud sequitur. 17. 1.

Executionis motus sit. 60. 4.

Exemplaris causa Aristoteli ad efficientem refertur. 58. 2. & seq. quam nō prorsus rejicit Aristoteles. 59. 3.

Existentię actus quid sit. 34. 4.

Expulsio quid sit. 197. 3.

Extensio quid sit. 197. 3.

Extensio est propria ratio magnitudinis. 94. 1. F.

Facere quid sit. 42. 2.

Factiua Philosophia, vide Philosophia Factiua.

Fascinatores quomodo nocent animalibus etiam distantibus. 199. 3.

Fati quatuor definitiones & quę earum optima 71. 1. & seq. à prouidentia quomodo distinguatur. 71. 2. in quo sensu sit, vel non sit concedendum. ibid. origo & radix Deus est ibid. de eo triplex error. ibid. 3. & seq. quę illi subiaceant. 66. 2. & seq.

Ferrum cur durius sit & non ita graue. 134. 2.

Ferri quę dicantur proprie. 150. 2. & seq.

Fides Christiana solum Deum agnoscit aternum. 215. 2.

Figuram vt Physicus, Geometra, & Astrologus consideret. 51. 3. & seq.

Figurę vt fiant ex lineis & numeris. 89. 4.

Figuris vel formis exterioribus cur res distinguantur. 55. 4. non sunt formę substantiales, sed ipsarum indicia ipsaq; sequuntur. ibid. magnam habent proportionem cum formis substantia libus 201. 4.

Finis quid sit. 1. & seq. cur Aristoteles illum probet esse causam ibid. duplex est, quo & cuius gratia: quid vterque. 52. 3. 78. 2. & seq.

Finis cur bonum & optimū dicatur. 52. 2. 72. 4. semper boni rationem habet. 58. 2. est primum omnium in intentione, in executione vltimum 61. 3. quare causarum omnium prima. 59. 4. cuius sit principium. 75. 1. aliquo modo preexistit ante motionem efficiētētem 78. 4. varijs modis diuidi potest. ibid. an actu debeat preexistere. ibi. & trahat ad se id, quod ad finem refertur. 198. 4.

Finis duplex generatiois & rei generatę: quid vterque. 75. 2. & seq. ille idem re cum forma. 75. 3. & seq.

Finem & media, quę ad illum sint, considerare est eiusdem artis. 52. 1. eundem potius ad Physicum pertinere, quā materiam cur velit Aristoteles. 74. 2. & seq.

Finalis causa quot & quę requirat. 52. 1. & seq.

Finitum per ablationem finitē vt consumatur vel non consumatur. 24. 3.

Finitum infinito tempore moueri nō potest, 24. 4.

Fluxus formę duplex. 82. 1. alius successiuus, alius instantaneus ibid. 2. in quibus vterq; locum habeat. ibid.

Fluxus in motu vnicus, non plures. 87. 1.

Felicitas in qua actione consistat. 66. 3.

Forma à Physico vt consideretur. 41. 2. quid sit. 42. 1. 56. 4. 60. 2. cur dicatur actus, cur simplex. 42. 1. cur actus simplex formalis, ibid. cur vnum per se cum materia componens & principium propriarum operationum rei. ibid. diuinum quid. diuina cur dicatur. 40. 4. cur exemplar & ratio. 56. 4. 60. 2. eius quatuor diuisiones. ibid. 3.

Forma ē materia quomodo educatur. 19. 1. & seq. cōplet materiā, eiq; dat esse. 34. 3. præter materiā ad compositi constitutionē cur sit necessaria. 41. 3. & seq. cur materiam continere dicatur. 110. 2. per se qua ratione esse dicatur. 35. 2. vt in subiecto esse dicatur. 45. 3.

Forma communis cur non sit, vt vna communis materię. 41. 2. & seq.

Forma est finis 52. 1. & sequen. est finis partialis materię 52. 4. est finis generatiois 72. 1. & seq.

Forma, finis & Effigies vt aliquando sint vnum. 72. 1.

Forma & finis idē sunt aliquando numero. ibi.

INDEX.

Forma non producitur per se, sed simul producitur ad compositi productionem 42. 3. nullo modo potest esse sine re, 108. 2. sine natura, 46. 1. & seq. cur magis sit natura, q̄ materia, 46. 2. quarum rerum sit causa, 43. 1. in quo consistat ratio cur sit causa, 60. 2. quare sit causarum omnium prima, si agēdi ratio consideretur 60. 1.

Forma partis quid, & forma totius, 60. 3. earū inter se discrimen, ibid.

Forma & materia quales sint causæ ac principia, 32. 3. imperfectè dicuntur duo numero, 33. 1. cuiusmodi sint correlatiua, 52. 4. & 55. 2. & seq. ex illis cur fiat vnum per se, 34. 4.

Forma alterationis, compositionis, & vniusque simul q̄ d̄, 58. 1. & se. corporeitatis, vide corporeitatis forma, non viuētium diuidi potest 26. 1. & seq.

Formæ aliquid num præferit in materia 41. 1. & seq.

Formæ gradus, vide gradus formæ, latitudo, vide latitudo formæ.

Formæ Physicæ cur dicantur à materia separabiles ratione, 53. 1. quæ sunt in materia, spectat ad physicū, 41. 1. & 53. 1. ratione compositorum sunt mobiles, 72. 4. eas educi de potentia materiæ quid sit, 42. 3. earum cur non sit creatio ibid. 4.

Formæ viuētium cur formas reliquas excedant 60. 3.

Formæ accidentales num intendantur additione partium gradualium, 135. 2. & se. substantiales vt dici possint contrariæ, 62. 3. earum & accidentalium discrimen, 154. 2. substantiales vt producant sibi similia, 62. 1.

Formalis abstractio quid sit, 34. 2. & seq.

Formalis actus quid sit ibid. 4. per formale causam probare quid 84.

Fortuna quid, 65. 3. Stoicorum sententia, est causa diuina, ac velut Dea quædam, 64. 3. quō sit vel non sit causa, 65. 4. cur sit hominibus occulta, ibid. sine ratione cur dicatur 66. 1. vt bona vel mala ab effectu, ibid. & se. quomodo felicitas & propè felicitatē dicatur 66. 3.

Fortuna quomodo sit causa efficiens particularis, 69. 1. quibus in sit, 66. 2. & seq. vbi est, ibi etiam aliquo modo est frustra, 68. 3.

Fortuna vt sit vel non sit scientia, 69. 2. attributa quæ, 65. 4. & seq. in quo sensu prohibeant sancti doctores aliquid illi tribuendum, 68. 3. eam cur veteres rorā stantē depinxerint, eam ac dimidiam albam, & dimidiam nigram, ibid. ab ea partim nihil sit, partim sit aliquid, 65. 4.

Fortuna & casus causæ sunt per accidens, 66. 2. ad causam efficientem cur reuocentur, 67. 2. in quibus conueniant & differant, 65. 2. & 66. 2. & seq. vniūsq; tractationem cur susceperit Aristoteles 64. 3.

Fortuna & casus vt nihil sit, nisi sit alienius effectus causa per se 67. 2. & seq.

Fortuitus effectus quis sit 65. 1. cur dicatur occultus, 65. 3. non est nisi ab agente rationali, & causam habet non à natura, sed ab electione, ibid. ad illū quæ requirantur, ibid. quarum causarum respectu dicatur, 68. 4.

Fortunata quæ dicantur, 62. & seq. quæ non, ibidem.

Frige factio condensationis est causa, 32. 4.

Frustra quid dicatur, 67. 1. quid sit, 68. 2.

Frustra sit per plura quod fieri potest per pauciora, 30. 1. 63. 3.

G.

Generans per se mouet inanimata, 231. 4. & seq.

Generatio cur prius ab Aristotele explicetur, quā corpora mixta, 64. 2. & seq. quomodo fiat iuxta Anaxagoram, 15. 1. & 24. 2. quid sit & quomodo fiat iuxta Aristotelem, 15. 3. est duplex, ac vtra non sit motus, 153. 2. & seq.

Generatio omnis cur requirat compositum aliquod ex quo res generanda per transmutationem fiat, 37. 3. quot & quibus modis spectari possit, 38. 1. & seq. ex aliquo sit, 33. 4. est motus ex aliquo in aliquid, 46. 3. causa est rarefactionis & condensationis, 134. 4. est in tempore inadaquate, 148. 4. qua ratione sit vel non sit motus, 85. 4. & 153. 4. & seq. non est absq; motu & alteratione, 211. 4. alteri generationi quomodo possit comparari, 107. 1. cur sit perpetua, 235. 4.

Generationis triplex ab alijs. motibus discrimen, 154. 2. & seq. triplex terminus, & quid illi, 28. 3. & seq. eiusdem termini sunt p̄tē contradictorij, 157. 3.

Generatio de quo prædicatur, 38. 1. & seq. quid distet à corruptione, 28. 3. quid à creatione, 42. 4. quid à mixtione, 94. 3. in ea & corruptione nihil idem manet præter solam materiam, 37. 3. quot, & quæ sint in ea, 58. 2. cur in ea non detur prius & posterus 151. 2.

Generatio viuētium quibus dicitur, 46. 3. quomodo ea differat à non viuētium generatione, ibid.

Generationem secundum substantiam veteres Philosophi non agnouerunt, 15. 4. cur eam & corruptionem sustulerint, 39. 3.

Generationes rerum ab æterno cur esse non potuerint 222. 1.

Generabile distinguitur à generari, 4. 3. hoc de quo prædicatur, 38. 1. & seq.

Generabilia omnia sunt in tempore, 146. 4.

Genus cur vt materia se habeat, 23. 3. quomodo sit pars rei, ibid. Cur dicatur esse in specie, 110. 2. apud Physicos cur sit multiplex, non

INDEX.

non apud Logicos aut Metaphysicos, 208. 1.

Genus & differentia composita substantiæ; totam substantiam includunt, sed non eodem modo 21. 2. & seq.

Generis motus vnus, vide motus vnus genere.

Genera & differentia re non distinguuntur à specie, 20. 1. & seq.

Geometra contra negantes principia non disputat, 16. 1. quo pacto linea infinita vtatur 102. & seq. cur ea non egeat ibid.

Gnomon quid 90. 1. eius adiectio non mutat figuram, ibid.

Graci Philosophi inuentionem sibi arrogauerunt, 114. 1. non sunt primi inuectores, sed discendi studio in Aegyptum profecti, 4. 1.

Gradus formæ quid sit, 136. 2. non gradus formæ quid sit, 136. 3.

Gradus additio qualis fiat in intentione 138. 3. & seq.

Gradualis pars formæ quid sit, 136. 3. & seq.

Græue corpus quot & quibus modis descendere possit 162. 4.

Græuitas & leuitas & aliæ virtutes vt sint instrumentum solum actiua, quibus inanimata mouentur 48. 4.

Gutta lapidem excavare quomodo dicatur, 227. 4.

H.

Habitus priuatione prior est natura, 109. 4.

Habitus triplicis sunt generis 199. 4. cur ad illos non sit alteratio 200. 3. & seq. dant perfectionem in operatione, 232. 2.

Habitus animi sunt re distincti à passionibus sensus, & ab experiētis & reliquis sensibilibus, 202. 1. quomodo & cur sint ad aliquid 202. & seq.

in Habitibus & actibus non est vera contrarietas 202. 3. & seq.

Heraclitus ignem fecit rerum omnium principium 14. 4.

Hesiodus terram posuit principium, ibid.

Heterogeneum corpus quamobrem infinitū non sit 95. 2. & seq.

Hippocratis Chirrationes cur à Geometra soluentur 17. 1.

Homo tria præter alia per peccatum sibi comparauit, & quæ illa, 2. 1. finis cuius rerū omnium vt sit, 52. 3. & seq. cur non terra, sed terrenus dicatur. 56. 1. vt subijciatur Fato. 71. 3. qua ratione propter finem agat, 76. 3. quando completus aut diminutus dicatur 200. 1. secundum communem naturæ cursum quamdiu viuat, 222. 2. liber est in agēdo 225. 2.

Homo pius cur homo dicatur, 66. 1.

Hominum ætatem & naturam cur paulatim diminui sit necesse 222. 3. & seq.

Homogeneum totū quid sit, 201. corpus cur

infinitum esse non possit, 51. 7.

Humana res vt dicantur esse in circulo & reata 151. 4.

Humidum radicale ex alimento acquisitum, deterius est naturali, 222. 1. semel amissum non potest per nutritionem vel perfectiorem, vel æquè perfectum instaurari, 223. 1.

Hyle an sit diuersum nomen à materia, 39. 2.

I.

Iam esse quid sit, 147. 3. eius à nunc discrimen, ibid. & seq.

Idea forma rerum iuxta Platonem, 24. 1.

Ideæ non sunt in loco, 108. 3. an producant particulares effectus, 61. 4.

Idem manens in eodem loco quomodo moueri possit 22. 1. & seq.

Idem quomodo possit esse actu & potentia 81. 3.

Ignis qua ratione dicatur albus, 134. 1. Quomodo in infinitum possit aut nō possit crescere, 25. 3. cur nō verè augeatur, ibid. illum omnium rerum principium posuit Heraclitus 14. 4.

Imaginatio quid sit, 228. 3. quo pacto immutetur hominem 199. 3.

Imaginarius locus quis dicatur, 124. 1. quot, & quibus modis possit is considerari, ibidem, & seq.

Imagines cur eisdem nominibus nominentur, quibus ea, quorum sunt imagines, 53. 3. & sequen.

Immediata causa quæ dicatur, 99. 4.

Immediatum mouens quid, 198. 3. quid immediatum immediatione virtutis, vel suppositi, ibid.

Immobilis loci vnde sumatur 199. 7.

Immobilis tres significationes 156. 4.

Immobilis non sunt in tempore, 146. 4. omnia an sint perpetua 235. 4.

Immortalitas animæ rationalis vnde proueniat 60. 4.

Immutatio cur non sit quies appellanda 166. 1.

Impar numerus Pythagoræ cur formæ rationem habeat, & par materiæ 89. 3.

Impedimentum auferens vt moueat, vel non moueat 231. 4.

Imperfectum vt instrumentum potest producere perfectius 63. 2.

Imperfecta substantia quid sit & eius diuisio 34. 4.

Impossibile varijs modis dicitur, 193. 4.

Impulsio quid sit 197. 3.

Inanimata habeant ne in se principium passiui an actiui motus, 48. 2. & se. cur illorum motus non sit violentus 48. 3. ab extrinseco mouentur, 229. 2. & 231. 4. induentur à generante, & quo modo id fiat, 48. 4. à quo illo mortuo moueantur, 232. 1. à viuētibus vt differant, 48. 2. & seq. cur non dicantur fortunata proprie, 66. 3. duobus modis fortunata dici possunt, ibid. & se. Casus ijs incit,

ineff. ib. 4. cur non habeat omnes alterationes animalium. 198. 1. & seq.
 Inanimata mixta quibus motibus mouentur. 44. 4.
 Incipere per vltimum non esse quid sit. 188. 4. quid per primum esse. ibid.
 Incorporeæ res cur continuari non possint. 159. 1.
 Incorruptibile aliquid est tripliciter. 38. 3. & sequi. quando sit incorruptibili perfectius. ibidem.
 Indifferentia formarum accidentalium quod duplex sit. 136. 1. vnde proueniat. ibid.
 Indivisibile duplex. 171. 2. nec indivisibile, nec diuisibile reddi potest. 113. 2. 168. 2. mouetur per accidens, vt accidens in subiecto. 193. 1. & se. per se non mouetur. ibi. 2. & se. in illo non per se, sed per accidens sit motus. 178. 4.
 Indivisibilia inter se nec continua sunt, nec contigua, nec consequentia. 168. 1. & sequi. inter ea semper est continuum interiectum. ibi. 2. sunt in re. 171. 3. non tamen omnino realiter à continuo distincta. ibid. & seq.
 Ininductioe singularia sensu, vniuersalis propositio cognoscitur intellectu. 12. 3.
 Inesse in alio quippiam quot modis ac quibus possit. 110. 2. & seq.
 Inesse aliquid in seipso num possit, & qua ratione. 163. 3.
 Infinitatis causa Platoni cur sit magnum & paruum. 89. 4. Pythagoræ verò numerus par. ibidem.
 Infinitum cognosci qua ratione possit. 24. 2. quod duplex sit. 91. 4. illius tractatio cur sit difficilis. 91. 2. & se. num ad Physicum spectet. 91. 3. & seq. cur ad eum pertineat. 89. 2. & se. & 79. 1. cur de eo post motum agatur. ibi. 2. significationes habet quinque. 93. 1. & seq. quot & quæ illi veteres tribuerint. 97. 1. & se. Veteribus quid, & quid Aristoteli. 97. 4. & seq. varijs modis constitutum est principium entium. 98. 2. cur veteribus sit ingenerabile & incorruptibile. 90. 4. cur Anaxagore immobile. 96. 1.
 Infinitum an sit. 91. 1. & 100. 3. & seq. quomodo sit vel non sit. 96. 4. si esset, quot modis posset considerari. 92. 2. cur non principiatum sed principium esse deberet. 90. 4. & 92. 1. & seq. cur non sit perfectum. 98. 3. cur partis ratione habeat potius, quam totius. 99. 1. cur figuram non habeat. 104. 3. caret modo, vltimo & principio. 96. 1. habet rationem materiam formam priuam. 100. 2. & se non genus sed analogi est ad motum, tempus, & magnitudinem. 100. 1. in numero & in magnitudine quomodo accipitur. 99. 3. vtriusque discrimen. ibid.
 Infinitum actu & potentia quid. 91. 4. & 96. 3. vtriusque quomodo vocetur. 170. 2. de illo vt

habeatur scientia. 91. 4. hoc qua ratione Mathematico & Physico spectetur. ibid. alii quomodo est in actu. 97. 4. & seq. qualem potentiam habeat. 96. 4. quomodo habeat esse. 96. 3. qua ratione se habeat ad diuisionem, & diminutionem. 97. 1. est passio quantitatis. 19. 3. & 104. 4.
 Infinitum appositione quomodo distinguatur ab infinito diminutione. 97. 4. & seq. 99. 1. & seq. quomodo vtrunque idem & vnum aliquomodo. 97. 1. & se. quomodo vtrunq; non in actu, sed in potentia sit. 97. 4.
 Infinitum Categorematicum quid & quod duplex. 104. 2. Synkategorematicum quid. ibi. duratione quid sit. 91. 4. priuatiue & negatiue quid. 89. 2.
 Infinitum corpus nullo potest moueri motu. 104. 3.
 Infinitum quantitatis non datur in substantijs abstractis. 91. 2. & seq.
 Infinita ad finem nulla est proportio. 213. 3.
 Infinita multitudo ex natura rei esse non potest. 103. 4.
 Infinita quæ transiri possint. 242. 2.
 Infortunium quid sit. 66. 1.
 Insensibilia vt agant propter finem. 76. 2. & seq.
 Inscriptio librorum octo Physicorum duplex. 7. 2.
 Instantia infinita quomodo sint in quavis temporis parte. 177. 1.
 Instrumentalis causa quæ dicitur. 61. 2. ea Aristoteli reducitur ad efficiam. 58. 1.
 Instrumenta conuicta cur non sint distincta causa ab ipsis, quorum sunt instrumenta. 61. 2. separata inter efficientes causas computari possunt. ibid. eorum diuisio. ibid.
 Integrale totum quid & quod duplex. 20. 1.
 Intellectus quomodo intelligat. 12. 3. quæ per se intelligat. 14. 2. & se. an primo cognoscatur singularia. 11. 3. & seq. eius obiectum quod. ibi. & 14. 2. duplex eius idem sit. & quis ille. 12. 2.
 Intellectus hominis quandoque sine vlla ratione trahitur ad verum. 29. 1. quous potest maius intelligere. 250. 4. est insatiabilis appetitus. ibid. illo carentia quomodo propter finem agant. 225. 4.
 Intellectus agens à possibili quomodo distinguitur. 12. 4.
 Intellectio nostra spectari quot modis possit. 16. 1. & seq. quomodo sit immaterialis. ibid.
 Intellectus appetitus quid & quibus comparatur. 38. 4.
 Intelligentia vna qua ratione altera sit perfectior. 20. 3. virtute calum tangit. 235. 1.
 Intelligentia vt sunt causa horum inferiorum. 62. 1. vltimo Physico motu mouentur. 72. 2. à Deo dependent. 239. 1. & se. sunt propter Deum. ibi. ad celi motum vt se habeant. 226. 4. quomodo moueant in infinito tempore. 249. 3. & se. emanant ex deo. 250. 2.

Inten-

Intensio quid sit. 135. 2. à remissione quomodo differat. 134. 2. & seq.
 In quo radix eius posita sit. 136. 1. quomodo sit. 135. 2. & seq.
 Intensionis motus quid sit. 60. 3.
 Inter, quid dicatur. 157. 1. quod vbi est, ibi semper ad minus tria sunt. ibid. in motu cur reperiatur & non in generatione vel corruptione. 157. 3.
 Interitus, vide Corruptio.
 Interminata quantitas, vide quantitas interminata.
 Interuallum quid sit. 113. 4.
 Irregularitas motuum vnde proueniat. 159. 3. & 245. 3. & seq.
 Irregularis motus minus est vnus, quam regularis. 159. 3. & seq.

L.

Latio quibus conueniat. 156. 2. & se. cum alteratione cur in velocitate comparari non possit. 204. 2.
 Latitudo forme quid sit. 136. 3. eius diuisio. ibi. & seq.
 Linea vt à Physico, Geometra & Perspectiuo spectetur. 51. 3. media est inter quælibet puncta. 168. 2. recta omnium est breuissima. 157. 2.
 Locus an sit. 105. 4. & seq. materiam sit an forma. 108. 2. & seq. a prima quomodo distinguatur. 113. 1. cuius sit forma. ibi. Cum materia qua ratione conueniat. 114. 3. eius triplex à materia discrimen. ibid. non est corpus. 106. 4. illum cur veteres interuallum esse voluerint. 114. 1. & seq. qui & quomodo dixerint illum esse spacium. 117. 2.
 Locus cur non sit infinitus. 96. 1. & seq. separari potest à re ipsa manente. 108. 2. & se. quæ similitudinem cum vase habeat, & quomodo ab eodem differat. 115. 1. & seq. habet se vt totum & forma. 116. 4. cur non videatur esse receptaculum eorum, quæ sibi inuicem succedunt. 107. 1. cur nulla sit causa. ibid. 2. augeri cur non possit. 115. 2. & seq.
 Locus per superficiem vt per genus definitur. 121. 1. an sit superficies continentis. 116. 3. & seq. an formaliter sit superficies. 120. 1. & se. quæ an sit formaliter virtus conseruatiua. ibid. & seq. ratione qualitatum conseruat. 121. 1. an sit formaliter relatio. 120. 2. & seq. an sit practicum vbi. ibid. 3.
 Locus an sit immobilis. 121. & seq. vt sit immobilis. 119. 1. cum sit immobilis cur à Physico consideretur. 122. 1. eius immobilitas vnde dependeat. 118. 4. & se. illi esse immobile quod sit. 116. 1. cur veteres illum dixerint immobilem. 121. 2.
 Locus cur locato debeat aequalis esse. 95. 3. quomodo illi sit aequalis. 117. 4. à locato distinctus est. 105. 4. & seq. vt sit in locato &

suo subiecto. 111. 4.
 Locus & locatum quomodo sint simul. 115. 2. vnum quodammodo componunt. 117. 2.
 Locus naturalis qua ratione dicatur productius. 170. 1. vim habet conseruandi corpora. 106. 1. 109. 2. & illa attrahendi. 106. 1. sursum & deorsum quis. 115. 2.
 Loci tractatio cur difficilis sit. 105. 3. & 108. 1. cur ad Physicum spectet. 79. 2. 105. 1. cur vacui & temporis tractationem præcedat. ibi. natura in quo maxime sit posita. 112. 3. discrimen à toto. ibi. 4. & se. definitio qualis esse debeat. 112. 2. & se. eius perfecta definitio quæ sit. 115. 1. proprietates sex. & quænam illæ. 111. 4. & sequi. cur eas definitioni loci præmittat. ibid. quæ ex his intrinseco, quæ extrinseco loco conueniant. 125. 1. & se. differentiæ quæ sint. 96. 1. diuisio in commune & proprium, quid vterque. 107. 3. vtriusque discrimen. 112. 4. & seq. idem nunc communis nunc proprius esse potest. 113. 1. Vnitas vel pluralitas vnde dependeat. 119. 3. de eo diuersæ opiniones conciliari vt possint. 123. 4. & seq. in eodem loco quomodo diuersa corpora sibi mutuo succedant. 122. 3.
 In loco esse quid sit. 119. 1. quot quibusque modis aliquid in loco possit esse. 110. 1. 135. 4. & 122. 1.
 Localis motus cur omnium motuum communissimus. 105. 3. & se. cur primus & maxime proprius. ibi. causa est rarefactionis & condensationis. 113. 4. ratioe distinguitur ab ipso mobili. 89. 1. fit per longitudinem non per profundum. 121. 2. eo non omnia semper mouentur. 228. 2. in eo deueniendum est ad vnum primum mouens. 232. 2. & se. quem in animali motus alij præcedunt. 23. 4. & seq. an à mobili distinguatur. 89. 1. in loci notitia deducit. 112. 2.
 Localis motus est primus omnium motuum. 239. 3. & se. est prior natura. 239. 4. tempore. 240. 1. perfectione. 241. 2. solis rebus perpetuis ineff. 239. 3. eius diuisio. ibi.
 Localiter quod mouetur ab alio mouetur. 195. 2. est illi à quo mouetur contiguum vel continuum. 195. 3. & 197. 2.
 Locatum vt se habeat. 117. 1. cum loco vnum quodammodo componit. ibid. 2.
 Logica quid. 4. an sit pars Philosophiæ. ibi. est ad Philosophiam simpliciter necessaria. 23. 3. cur eius tantum antiqui meminerint. ibid. cur primo tradenda. 24. 4.
 Logice rationes quæ dicuntur. 138. 2.
 Locici cur sit assignare scientiarum discrimen in communi. 53. 2.

M.

Magnes ferrum vt ad se trahat. 199. 3.
 Magnitudo infinita quæ possit aut non possit tempore sit. 10. 1. transiri. 170. 4. 187. 3. eius tractatio vt ad Physicum &

Mathematicum spectet. 39. 2.
Magnitudinis & paritatis in homogeneis cur sit dispar ratio. 26. 1. illius quot & qui termini. 26. 2. & seq.
Magnum & paruum Platoni rerum materia. 24. 1. causa infinitatis. 39. 4.
Materia à Physicis est consideranda. 75. 2. aliter tamen quàm à Metaphysicis. 9. 2. & 34. 2. aliter etiam ab utroque definitur. ibid. quintuplex & quid vnaqueque sit. 33. 2. & seq. an sit. ibid. & seq. quomodo cognoscatur. 34. 1.
Materia nomina propria sex habet. 39. 1. Metaphorica quatuor. ibid. 2. quid sit. 15. 3. 41. 1. & 56. 4. vt differat à materia artificiali. 33. 4. & à subiecto mutationis accidentalis. 34. 1. & seq. cur primū subiectū & vltimū dicatur. 37. 3. in illa omnia vltimo resolui quid sit. 39. 1.
Materia diuiditur varijs modis. 83. 2. & seq. 54. 4. 39. 1. & seq. 57. 3. 59. 3. & seq. vt sit vniū principii numero, ratione duo. 34. 1. quomodo est sub vna forma, potest sub multis formis praefuisse, & sub multis succedere. 38. 2. cur modò tanta sit, quanta fuit à principio mundi, & vsq; ad finē erit. ibi. nō est absq; vltimo contrariō. 133. 4. quomodo sit caularū omnium prima vel vltima. 111. 4. quamobrem causa dicatur. 60. 1.
Materia sit ens integrum per formam. 34. 3. cur non sit substantia perfecta. ibi. 4. est velut mediū inter nihil & ens perfectum, & infima inter substantias. ibid. bonum est imperfectū & infima inter substantias. ibi. quomodo sit nō ens. 40. 1. propè substantia cur dicatur esse. ibid. 3. an aliquid habeat sibi cōmune. 37. 4. & seq. nuda non subicitur actioni agentis quod generare debet. 37. 3. cur non propria similitudo ageris in re producta. 41. 4.
Materia secundum se patitur. 33. 1. an sit pura potentia. 31. 2. qua ratio dicatur esse per se. 34. 2. an actum aliquem habeat. 35. 2. & seq. quando se se de existit. 131. 3.
Materia manet in corrupto & genito. 33. 4. & seq. sola manet in generatione & corruptione. 37. 3. quomodo sit generabilis & corruptibilis. 38. 1. 40. 4. & seq. cur mutetur in generatione, non producat. 38. 1. est causa corruptionis rerum. 43. 1. qua ratione dicatur id quod corrumpitur. 57. 4.
Materia quali vnitatem dicatur vna. 35. 3. & quomodo vna specie. ibid. 4. vna a eadem quomodo sit, & quomodo nō sit. 39. 1. & seq. vna multarum generationum principii cur sit. 100. 3.
Materia vt sit perfectior vel imperfectior cōposito. 38. 3. est mater cōpositorum. 39. 3. & seq. qua ratione certā requiratur quantitas. 26. 1. cur sit in potentia ad quantitatem finitam. 104. 3. cur quodammodo separabilis dicatur. 108. 2. sit necne natura. 45. 4. & sequ.
Materia nō recipit formas nisi prauijs dispositio-

tionibus. 19. 2. & seq. cum forma constituit cōpositū naturale. 15. 3. ex ea & forma sit vniū per se. 34. 4. cur non omnem priuationem amittat. 38. 2. quomodo formarum priuationem habeat. 15. 3.
Materia non potest esse sine forma. 34. 1. per potentia diuinā potest. 34. 3. esse habet à forma. 34. 1. formā appetit naturali appetitu. 38. 4. & seq. appetit ad oēs formas est aqualis. ibi. p. formam sit pulchra. 39. 2. ordinatio in formā. 52. 2. & se. est propter formam. 73. 1. vt cognoscatur esse distincta à formis. 112. 2.
Materia & forma quales sunt causae & principia. 32. 3. ex illis res intrinsecè componitur. ibid. 4. imperfectè dicuntur duo numero. 33. 1. vt sint substantia & vt natura. 47. 3. quomodo sint vel non sint correlatiua. 52. 4. & seq. quomodo vniū numero. 43. 4. quot quibusque modis distinguatur. 40. 3. & seq. illa cur non separauerit Plato. 40. 3.
Materia Mathematica que dicatur. 9. 1. & seq. que Physica. ibid.
Materia prima nō dicitur ens mobile. 5. 3. quomodo generatur. ibid. cur sit priuata. 15. 3. & seq. num sit consideranda à Physico. 54. 4. & seq. vt duobus modis considerari possit. 55. 1. & seq. cur non habeat ordinem immediatū ad quamlibet formam. 60. 2.
Materia secunda an solūm spectanda à Physicis. 55. 1. & seq. (12. 3.)
Materiale purum non agit in immateriale.
Mathematica quando dicitur. 2. 3. & seq. eius discrimen à Physica. 3. 3. & seq. eiusdem diuisionis. ibid. 4.
Mathematica pura quid sit. 2. 2. à Perspectiue quid differat. 51. 3. quid media. 2. 4. cur hæc partim sit Physica, partim Mathematica pura. 51. 3. cur magis Mathematica sit quàm Physica. 55. 1. & seq.
Mathematica materia que dicatur. 54. 1. & seq. vt per eam suas passiones, & subiecta Mathematici definiant. ibid.
Mathematicæ res vt habeant quatuor causas. 9. 3. in sua definitione materiam non includunt. 51. 2. & seq. simpliciter sunt necessariæ. 54. 2. non sunt in loco naturali. 106. 3.
Mathematicæ scientiæ ab Aegyptijs inuentæ. 223. 4.
Mathematicus quomodo probet. 9. 1. & seq. ab efficiente & sine cur abstrahat. ibid. 2. & seq. demonstratione magis accurata cur vtratur. 54. 2. quod illi est subiectū, hoc Physico est passio. 54. 1. à Physico in quibus differat. ibid. 2. & seq.
Maximū quod sit qd non quid vocetur. 26. 2.
Maximum & minimum corpus quomodo detur vel non detur. 25. 2.
Mechanica ars. 2. 1.
Mediata causa que dicatur. 61. 1.
Medicinarum variaz definitiones. 1. 3.

Medium triplex & quale. 31. 1. cur in contrarijs rationem habeat quodammodo duorum. 15. 3. 1. & 24. 1. 4. quale detur in contrarijs priuatijs & terminis generationis. 157. 3. duplici extremo exponitur. 24. 1.
Medium corpus cur infinitum potuerit Anaximander. 94. 3. an tale dari possit. ibid. 4.
Melissi de principijs opinio. 14. 4.
Mensura quas conditiones habere debeat. 151. 1. eius diuisionis. 14. 4. 1.
Metaphysica quid 2. 2. est pars Philosophiæ speculatiuæ. ibid. cur ordine doctrinæ sit potest. 3. 2. & 13. 4. probat per agentē causam. 92.
Metaphysicus quas causas consideret. 8. 3. vt materiam spectat. 9. 2. quomodo consideret causam primam. ibid.
Metaphysicum totum quid. 20. 1. & seq.
Minima caro vt dari vel non dari possit. 25. 1. Minima pars in homogeneis dari nō possit. 25. 4. non datur per imaginationē. 102. 4.
Minimum quod non vel quod sit quid. 26. 2.
Minimum an dari possit. 25. 4. & seq. cur actu diuidi nequeat, quin partes corrumpantur. 26. 2.
Minus vniuersalia an sint nobis notiora magis vniuersalibus. 11. 4.
Mixtum à generatione quid distet. 94. 3.
Mixtum corpus nullum datur infinitum. 94. 2. & seq.
Mobile triplicem habet significationem, & in qua sit passio vel principium passionis. 6. 1. secundum vel præter naturam quid, 231. 2.
Mobile ad tempus & spacium vt se habeat. 169. 2. 187. 3. & seq. omne tardius & velocius mouetur, qua ratione sit intelligendum, 179. 2. cur debeat esse diuisibile. 180. 3. præcedit motū quo debet moueri. 112. 2. & seq. qua ratione moueat seipsum. 235. 1. à principio passiuo motus quomodo distinguatur. 230. 3.
Mobilium triplex differentia. 152. 1. & seq.
Modi quibus res incipiunt vel desinunt esse. 188. 4. & seq. qui extrinseci, qui intrinseci dicantur. ibid.
Monstrum vnde dicatur. 77. 2. eius variaz definitiones. 76. 4. cur dicatur effectus naturalis. 77. 1. & quibus modis cōtingat. 77. 1. nō est prorsus alienum ab effectu intento. ibi. quomodo dicatur intentum vel non intentum natura. 77. 4.
Monstra cur dicantur peccata naturæ. 76. 4. & seq. cur non sint iactata per se ob vniuersi pulchritudinem. 77. 4. quinq; de causis oriuntur. 80. 3. & seq.
Mors quid & quoruplex. 1. 3. cur non sit causa finalis. 52. 2.
Motor & principium actuum motus quomodo distinguantur. 240. 2. & seq.
Motores orbium celestium sunt immobiles. 238. 2.

Motus an sit. 176. 4. & 195. 3. & 211. 2. & se. differt à mutatione. 86. 4. cur nō ens à veteribus sit habitus. 82. 2. quomodo sit ens determinatū vel indeterminatū. ibi. 3. est passio Physicæ. 15. 3. cur ad phys. pertineat. 79. 1. cur ante infinitum locum explicetur. 79. 2. vt bifariam possit considerari. 87. 4. eius duplex acceptio. 154. 3.
Motus quid Aristoteli. 89. 1. & seq. qd veteribus. 82. 2. cur sit actus imperfectus. ibi. 3. cur sit actus, per se aut accidens. ibi. 4. & se. an sit forma fluens. 84. 3. & seq. quid sit formaliter. 85. 4. & se. an sit in categoria actionis. 84. 3. & seq. cur ad passionē non sit referendus. 84. 4. nouam speciē prædicamentalem cur non constituat. 86. 2. quare inter quanta per accidens numeretur. ibid. an sit & quomodo distinctus à forma & termino. 88. 4. & seq. an sit motus vt subiecti, vel vt termini. 155. 2. & seq.
Motus cur fiat. 50. 2. & seq. eo ignorato naturā ignorari esse necesse. 79. 1. in eo sunt prius & posterius. 151. 3. per accidens moueri potest. 158. 1. quiuis an cum quouis comparari possit. 202. 4. cur vira rerum dicatur. 211. 1. oēs eo vltimo modo vtantur. 226. 3.
Motus quot, & qd requiratur. 27. 3. quot & quæ sint in eo. 35. 4. quæ in eo reperiatur. 152. 3. & seq. quot & quæ in eo conueniant. 209. 1. vnde proueniat. ibid. an sit æternus. 211. 4. 212. 2. 213. 2. & seq. vt infinitus. 101. 1.
Motus quot & quas species habeat. 154. 2. & seq. 158. 1. illæ quæ definiendæ. 84. 1. in quibus categorijs sint; ac quibus nominibus vocatur. 156. 2. quō sit intelligendū tot sunt species motus, quot entis. 81. 1.
Motus cur non componatur ex diuisibilibus. 168. 3. & seq. continuitatem, itē prius & posterius vnde habeat. 140. 1. duplices partes habet. 143. 2. eius partes à partibus spacij qua ratione distinguantur. ibid. quot & quibus modis diuidi possit. 182. 2. & seq. cur diuidatur ad diuisionē motuū partiu subiecti. ibid. cur ad temporis diuisionem diuidatur. 181. 4. & seq.
Motus à tempore quō mensuretur. 145. 3. qd in eo mensuretur. ibid. illum esse in tempore quid sit. 145. 3. cur fiat in aliquo adæquato tempore. 84. 1. & seq. cuiuslibet tempus æquale respondet. 185. 4.
Motus motui quor quibusque modis sit contrarius. 163. 2. & seq. quomodo quieti contrarius. 165. 2. eius contrarietas vnde sumenda. 163. 3. & seq. in eo cur non sit distinguendū formale & materiale. 85. 1. & seq. Duplex principium habet. 45. 1. 47. 4. in eo an motus prima pars detur. 184. 4. & seq. quomodo incipiat vel desinat. 192. 2. præcedit ante mutarum esse. 186. 3. vnus altero quor modis velocior aut tardior. 129. 1. velocior aut tardior.

rardior quæ dicatur, 147.4. breuior à velociori quomodo distinguatur. 167.3. quomodo longior à rardiori. ibid.
 Motus quot & quibus modis vnus dici possit. 158.1. & se. & 195.2. vnus genere quis dicatur. 158.1. & 195.3. quid ad illū requiratur. 158.3. vnus specie specialissima quis sit, & specie secundum quid. 158.1. quid ad illum requiratur. ibi. 3. vnus numero quis vocetur. ibid. & 195.2. quæ sunt ad illum necessaria. 158.4. & 161.3. & seq. qui est ex contrario in contrariū vnus sit necne. 154.2. & se. perfectus cur magis vnus sit, quàm imperfectus. 159.2. cur hic vnus dicatur. ibid. 3.
 Motus per accidens quomodo diuidatur. 86.1. à physico cur rejiciatur. 152.4. quomodo dicatur in omnibus esse. 153.1.
 Motus circularis. vide circularis motus. Contiguus, vide contiguus. Continuus, vide continuus. Localis, vide localis. Rectus, vide rectus. Reflexus, vide reflexus. regularis, vide regularis.
 Motus qui simul esse dicantur. 172.1. qui contigui & continui. ibid. essentialiter & accidentaliter subordinari qui, 196.4. qui ob vacuū vitandum eueniunt, cur non sint violenti censendi. 132.3. quæ veloces qui dicantur. 129.1. & seq. quomodo contrarij sint secundū violentum & naturale. 166.3. natura & fluxu differunt. 87.1.
 Mouens immotum quid. 72.3. mediatum & immediatum quid. 198.3. proximum simul est cum moto. 191.1. Physicum mouet & mouetur. 81.4. primū cateris magis mouet. 232.3. secundum vel præter naturam quid. 231.1.
 Mouens mouendo aliud cur & quomodo moueatur. 82.4. & seq. quomodo se habere debeat. 230.3.
 Mouens vnum idq; immobile & perpetuum constituendum. 235.3. & seq.
 Mouens seipsum quot & quas partes habeat. 234.3.
 Mouentis & moti sitne idem actus. 83.1. & seq. an in quouis motu debeant esse simul. 194.1. & seq.
 Mouentia quæ mouendo moueantur quæ nõ. 82.4. illorum triplex differentia, & quænam illa. 152.2. in illis cur non sit progressus infinitum. 195.3.
 Mouere per se & per accidens quæ dicantur. 229.2.
 Moueri per accidens quæ dicantur. 112.4. & 229.2. quæ secundum partem. ibid. quæ per se. 112.4. 152.2. 229.2.
 Moueri prius est, quàm motū esse. 168.4. quomodo diuidatur. 183.1. & seq.
 Multitudo quid à numero distet. 103.1.
 Mundus an sit æternus. 215.2. & seq. æternum cur illum nonnulli crediderint. 15.3. Omnis ante Aristotelē genitus est. 215.1. & 223.2. cur ab æterno esse nõ potuerit. 220.1. & seq.

creationem num vacuū spacium præcesserit. 109.4. & seq. eius productio quomodo facta. 216.1. 219.1. de nouo potuit à deo produci. 217.2. & seq. cum motu & tempore produci. ibid. destrui potest à deo. 219.2.
 Mutatio quid. 113.2. quot & quibus modis fiat. ibid. quot habeat species, ibid. vt ea necessarium est subiectum, 33.3. quæ illud requirat & quæ non. 219.2. & sequen. eius à motu distinctio. 15.4. & seq. sit in his quæ non habent contrarium. 165.4. quæ cui quieti opponatur. ibid. quamobrè non sit actu infinita. 193.4. & seq. in ea quo pacto possit infinitas reperiri. 194.2.
 Mutatio accidentalis & substantialis quid. 32.1. & seq. in vtraq; requiritur subiectum, ibid. quæ sit inter terminos contradictorios duplex est, & vtriusq; discrimen. 153.2. simplex & composita quid. 28.4.
 Mutationū contrarietas vnde sumatur. 164.1. 165.4. quæ sunt instantaneæ, motum semper habent adiunctum. 190.1.
 Mutari primò in aliquo quid. 184.1. & seq.
 Mutatum esse quomodo præcedat ante quolibet motū. 85.4. quò incipiat vel desinat. 189.3. eius & puncti discrimen, ibid. & seq.
 Mutata esse quomodo se habeant in motu. 185.4. & 188.1.

N.

Nani quando oriantur. 77.2.
 Natura quid sit Platoni & alijs. 47.1. quid Aristoteli. 45.1. an bene sit definita. 47.2. & seq. eam esse cur non demōstrer Aristoteles. 45.2. & seq. eiusdē quinque acceptiones. 47.1. & seq. duplex est materia & forma. 73.4. vtriusq; tractatio pertinet ad physicum. 52.1. & seq.
 Natura non est relatio, sed aliquid relationis importat. 47.3. vel vniuocum est respectu formæ & materiæ, vel analogū. 41.3. est intrinsecum principium motus. 45.1. principale ac substantiale, ibid. per se. ibid. principium est quietis naturalis. 48.1.
 Natura an agat propter finem. 72.4. non potest facere quod huc vsq; nunquam fecit. 25.3. nec abundat, nec deficit in necessarijs. 25.1. causa est ordinis, rationis, ac proportionis. 213.3. cur sit supra artem. 217.3. nec est, nec debet esse erronea. 222.3.
 Natura nota quæ dicantur. 10.3.
 Natura notus quot, quibusq; modis aliquid dicatur. 14.1. & seq. (166.2. & seq.)
 Naturale & violentum in quibus reperiat. Naturalis appetitus quid sit, & quibus conueniat. 39.1. in eo semper finis verum bonum est. 58.2.
 Naturalis philosophia. vide philosophia naturalis.
 Naturales effectus semper aut plerunq; eodē modo eueniunt. 73.2. non sunt à calu. ibid. Natu-

Naturales res quæ dicantur. 4.2. earum est scientia. ibid.
 Naturalia ab artificialibus vt distinguuntur. 44.3. & seq.
 Naturalis motus quis dicatur. 128.3. prior est violento. ibid. cur in fine intenditur. 166.4. & 244.1.
 Naturalia entia quæ dicantur Aristoteli. 45.2
 Natura vt sit causa cōseruationis, vel submergionis nauis. 57.2.
 Necessitas in rebus naturalibus vnde petēda, à materia iuxta veteres. 74.3. & seq.
 Necessarium duplex. 74.4.
 Neotericorum sententia, qui volunt contrariū componi ex indiuisibilibus. 174.2.
 Nōc Philosophiam Armenos docuit. 4.1.
 Nomina potentiam subiecti exprimētia, aut actionem, aut passionem significant. 81.2.
 Non ens est duplex. 21.1. & seq. triplex. 159.2. quod moueatur, & quod non ibid. in generatione quid significet. 157.3. ex eo aliquid per se, & per accidens fieri, quid sit. 39.4.
 Non entia quæ sint, & quæ non sint in tempore. 146.4.
 Nō omnia quæ facta sunt, interitura esse omnes fateantur. 215.1.
 Nō viuentia quomodo habeant, aut non habeant certum limum suæ magnitudinis. 2.5. 3. eorum terminus minimus an intrinsecus, & maximus, an extrinsecus. 27.1.
 Non vltimatus terminus quid sit. 162.1.
 Notiora natura quæ. 14.3. secundum intellectum quæ dicantur. 29.1. quæ secundum sensum. ibid. 2.
 Notitia duplex, cōfusa & distincta. 11.2. quid vtraq; ibid. incomplexa præcedit in nobis notitiam complexam. 12.2.
 Numerus quid sit. 99.2. & seq. eius, & multitudinis discrimen. 103.1. eiusdem materia, & forma quæ. 101.1. cur ex indiuisibilibus fiat, & non magnitudo. 174.2. & seq. partes inquiri distinctas. 102.4. qua ratione, & cur crescat in infinitū. 99.3. quomodo fiat ex indiuisibilibus. ibi. eius diuisio an in infinitum procedat. 99.3. & 102.1. in eo quot modis aliquid esse dicatur. 145.4.
 Numerus duplex, numerans & numeratus, quid vterq;. 140.4. & 143.3. numerans habet minimum. 142.2. & seq. numerati diuisio. 143.3. par cur Pythagoræ sit causa infinitatis. 89.4.
 Numerus duplex transcendentalis in quantitate, & in accidentibus. 105.2. & seq.
 Numero motus vnus. vide Motus vnus numero.
 Numero vnum quot, ac quibus modis dicatur. 43.4. quot modis contingat aliquid esse vnum numero. 162.1.
 Numero vnum quæ sunt, etiam sunt specie vnum, in quibus locū, & veritatem habeat. 43.4.
 Numeri omnes in duas medietates diuidi nõ possunt. 178.1.
 Nunc sit, necne. 139.4. ad vñ sit in toto tē-

pore. 140.1. & 141.1. & seq. non est pars temporis. 139.1. 142.1. & seq. vt sit ad illud affectum. ibid. an corrumpatur. 144.3. quomodo incipit, & desinat. 189.2. & seq. duplicem habet acceptum. 147.1. & seq. est indiuisibile. 179.3. & seq. in eo nec motus sit, nec quies. 185.1. & seq.
 Nunc quomodo metiatur tempus. 141.1. quæ sit inter ipsum, & mobile similitudo. ibid. 2. & seq. cōtinuat partes temporis. 142.1. quomodo sit vnum in toto tēpore. 145.1. & se. quando se habeat vt pars temporis. 142.1. 142. puncto quomodo distinguatur. 147.1. eius officia quæ sint. ibid. & seq.
 Nuper quid sit. 147.3.

Occasus intellectus quod sit. 11.1.
 Occasus quid sit. 68.1.
 Oeconomia quid sit. 2.2.
 Olim esse quid sit. 147.3.
 Omne quod mouetur, an ab alio moueatur. 194.3. 229.1. & seq.
 Omne per accidens reducitur ad ens per se, triplicem habet sensum. 69.1. & seq. qui explicatur. ibid.
 Omnia non sunt vnum ens. 17.4. & 18.3. & se. an sint vnum continuum. 19.3. vt indiuisibiles. ibid. definitione. ibid. 4. nõ semper quiescunt. 227.2. nec semper mouentur. ibi. 3. & seq. nec aliquando quiescunt, aliquando mouentur. 228.3.
 Omnia quæ sunt, in loco sunt iuxta veteres. 105.1. & seq.
 Operatio cur sequatur esse. 199.2.
 Opinio quid. 228.3.
 Opinio sermonis gratia dicta quæ vocetur. 16.4.
 Oppositum à subiecto quid differat in mutatione. 32.1.
 ab Opposito antecedentis ad oppositum consequentis quando liceat argumentari. 21.4.
 Opus naturæ cur dicatur opus intelligentiæ, non errantis. 76.3. & seq.
 Orbicularis motus. vide Circularis motus.
 Ordo in notitijs cōfuis vnde sumendus. 11.2.
 Ordo est bonum vniuersi. 239.1.
 Ortus vide Generatio.
 Orpheus primus Theologus à Græcis vocatus. 223.3.
 Qua ad ignem posita cur magno impetu frangantur. 134.4.

P.

Parmenides quot principia constituerit. 14.4. quomodo dicat nunc vnum, nunc duo esse principia. 15.2. & 27.4. qua ratione tollat principia. 16.2. eius à Melisso discrimen. 14.4. opinio non pertinet ad physicum. 16.2. & seq. cum eo aliquo modo esse disputandum. 17.2. & seq.
 Par numerus cur Pythagoræ rationem materiæ habeat. 89.4. illi cur Pythagoræ tribuerint diuisibilitatem. ibidem.

Pars in toto quō per accidēs moueatur, 193. 2. eius motus à puncti motu quō distet, ibi. cur aliquid faciat adhuc in toto existens, non autē separata ab eo, 209. 4. quando partē, vel totum dicatur tangere, 168. 2. & seq. nō mouet totum secundum se totum, 234. 2. mouens animal per accidens mouetur, 236. 3. Partēs vt dicantur & materia, & forma diuersa ratione, 67. 1. vt per accidens moueantur, 112. 3. dū in toto sunt, sicut partes actū, 172. 3. simul sumptæ an distinguantur realiter à toto, 20. 1. & seq. de quibus idem prædicatur, quod de toto, sed non ita proprie, ibid. Partēs definiti qua ratione notiores aut ignotiores definiti, 10. 2. integrantes trifariam distinguuntur à partibus substantiæ rei, 171. 2. & seq. substantiarum non sunt accidentia, 23. 1. & seq. Partū & totius idē est locus naturalis, 95. 1. Partialis causa efficiens quō sit, 61. 1. & seq. Particulæ rerum an diuidi queant, 24. 3. Particulæ causæ an aliquid efficiant, 61. 3. & seq. de trahere efficientiā vt sacra doctrinæ, sanctis doctoribus, & veræ philosophiæ repugnet, 61. 2. Præter particularia agentia ad effectus producentes etiam sol, & cælum iuxta Aristotelem concurrunt, 62. 1. patres imbecilli liberos procreant imbecilliores, 223. 1. Paruitas rerum naturalium termini quot, & qui sint, 26. 3. & seq. Passio vt passio quare p se nō includat successionem, 25. 2. ad eā cur non sit motus, 154. 4. Passiones & subiecta maximè definitiuntur in scientijs, 54. 1. & seq. vtraque aliter per materiam definitiuntur à physico, ibid. Passiva potentia quid, & quod duplex, 70. 2. Passiuum principium motus quid, 47. 4. Passiuum & actiuum principium motus, vt aliquando coniungantur, aliquando seiungantur, 48. 3. & seq. Penetratio dimensionū nullo modo fieri potest, 131. 2. Per accidens causa quid sit, 67. 4. eius diuisio, ibid. eiusdem quinque modi, 68. 1. & seq. Perfecta substantia quid, 34. 4. Perfectè cognosci res quo modo dicatur, 10. 1. Perfectum & totum idem resunt, licet ratione distent, 98. 3. Peripatetici vnde dicti, 3. 4. Permanentes res quō existant, 144. 2. illarū à successibus differentia, ibid. Per se quō cognoscibilia dicantur, quō nobis, 14. 2. Perspectiua & Mathematica puræ discrimen, 82. 2. & seq. in phantasmatis vniuersales naturæ sunt inclusæ, 12. 3. Philosophia olim dicta, sophia. 1. 1. quis huius nominis primus inuentor extiterit, ibi. in quem finem fuerit inuestigata, 2. 1. ab

Adamo peruenit ad Noë vsq; 4. 1. eius duplex acceptio, 1. 3. quadruplex definitio, ibi. & seq. diuisiones variae, ibi. & seq. dignitas 4. 1. varia vtilitates, ibid. Philosophia actiua quid sit, 2. 1. in quot, & quas partes diuidatur, 2. 2. factiua quid sit, 2. 1. duplex eius diuisio, 2. 2. speculatiua quæ dicitur, 2. 2. de eius subiecto variæ sententiæ, 4. 3. & seq. inuenta à Thaletō, & à Pythagora aucta, 3. 4. eius diuisio, 6. 2. Philosophus mortem quomodo meditari dicatur, 3. 4. Philosophi non naturales qui dicantur, qui naturales, 15. 3. & seq. Philosophorū quatuor sectæ, & quæ illæ, 3. 1. Physica quid sit, 1. 4. & 4. 1. non est Metaphysicæ subalternata, 8. 4. pars est philosophiæ & scientiæ, 4. 2. & seq. duplices habet propositiones, ibi. in ea à principijs incipiendū, 7. 3. Phytica & Mathematica quomodo conueniant, 53. 3. Phyticus considerat causas efficientes, 9. 2. quomodo per finem demonstrat, 72. 4. vt de forma agat, 41. 2. vt materiam spectet, 9. 3. per quam & definit, 54. 1. & proprietates quoddam ex ipsa prouenientes probat, 9. 1. quomodo consideret primam causam, 9. 2. Phyticus non probat principia cognitionis, 16. 1. cur plerunq; vtatur demonstratione effectus, & signi, 6. 4. & 54. 2. de quantitate quo pacto agat, 9. 1. omnia causarum genera considerat, 72. 1. & seq. per ea demonstrat, ibid. non ad quamlibet conclusionem probandam singula adhibet, 9. 3. cur magis in motu, quā quiete versetur, 227. 3. Phyticus & Mathematicus de iisdem rebus aliter docent, 02. & seq. differunt in modo definiendi, in modo demonstrandi & certitudine, 54. 2. & seq. quod Phytico est passio, Mathematico est subiectum, 54. 1. Phyticus vt differat à Peripatetico & alijs, 51. 3. & seq. illius est disputare de vtraque natura, 52. 1. & seq. Phytici effectus cur non semper eueniant eodem modo, 54. 2. Phyticæ res minus abstractæ sunt, quā Mathematicæ, 51. 2. per materiam definiuntur, ibi. & seq. Phyticorum libri cur inscribatur *ἐπι φυσικῆς ἀποδείξεως* 7. 1. cur præ reliquis hæc inscriptio nem sibi vendicent, ibid. de motu cur inscribantur, ibid. de quibus tractent, 6. 2. & seq. quo modo diuidantur, 7. 2. & seq. Pictus homo cur vocetur homo, 55. 4. Plerunq; quæ fiunt, non sunt à casu, 73. 2. Plotinus cur malam crediderit materiam, 35. 4. Plato Dialecticam perficit, 3. 4. caput fuit Academicorum, ibid. quot, & quæ posuerit principia, 15. 2. Empyreum cælum agnouit, 123. 3. eiusdem de mundi principio, ac filij Dei

Dei generatione, cæterarumque rerum productione sententia, 223. 2. plumbū cur grauius sit & non ita durū, 134. 2. Pluvia per imaginationē produci non potest, sed arte demonum, vel alio modo, 17. 4. politia quid sit, 1. 2. possibili postō inesse, nullum sequitur inconueniēs, 195. 4. illud inesse poni potest, 243. 1. & seq. posterius temporis quid sit, 140. 1. posterius in præterito, vel futuro tempore quid dicatur, 148. 2. potentia in rebus duplex, 96. 4. potentia non est nisi adiuncta actui, 80. 2. respicit operationem vt immediatam, & proprium suum actum, 72. 2. potentia duplex ad esse substantiale, & esse accidentale, 92. 2. & seq. vtra sit in æternis, ibi. potentia fertur in obiectum, quomodo bifariam intelligatur, 13. 4. potentia sit, necne de essentia materiæ, 35. 4. & seq. quō sumpta, sit accidens materiæ, & de ipsius essentia, 36. 1. quomodo sit relatiuum, & quomodo non, 36. 3. quādo substantia, & quando accidens, ibid. potentia materiæ nō solum est receptiua, sed etiam passiuæ, & causatiua rei, 36. 1. tendit immediatè ad substantiā, non ad accidens, 36. 2. non destruit adueniēte forma, 36. 3. potentia naturalis proxima non est actiuum principium effectus ad vtrūlibet, 70. 2. phytica duplex, 81. 2. quæ per se est ad operationem, & transmutationem, & per operationem tendit in ipsas formas, ibid. remota, & propinqua quid, 231. 3. potentiam esse quid sit, 80. 1. quid in potentia ibidem. potentia infinitum quid sit, 96. 3. potentiarum in actiuæ & passiuæ diuisio, 70. 2. quid passiuæ, & quomodo diuidantur, ibi. quid actiuæ, quō diuidantur, ibid. & seq. potentiale totum quid vocetur, 20. 1. in prædicamento quolibet duplex est actus, & forma, 81. 1. in eorum aliquid faciat speciem, oportet vt sit res perfecta, 86. 2. prædicamenta cur non per potentiam, sed per actus distinguantur, 80. 3. eorum diuisio iuxta Pythagoreos, 82. 2. præmissæ vt dicantur materiæ conclusionis, 58. 1. prima causa vt à physico vel metaphysico consideretur, 9. 2. prima materia, vide Materia prima. primū quid intelligatur ab intellectu, 12. 2. primus motor est immobilis, 237. 3. perpetuus ibid. & seq. vnus, ibid. 4. incorporeus & magnitudinis expertus, 244. 4. & seq. est in cæli circumferentia, 246. 3. & seq. primus actus quis dicitur, eiusque diuisio, 31. 1. primum mutatum esse in indiuisibili tempore,

ris, 184. 1. quō diuidatur, ibi. 3. cur detur verus finem, & non principium motus, 184. 3. & seq. 189. 2. & seq. primum mobile perpetuum, cur præter primum motorem sit constituendum, 237. 4. principialis causa efficiens quæ sit, 61. 2. principium vnū motus omnino immobilitate constituendum, 233. 4. principium commune est subiectum librorū octo physicorum, 7. 1. eius nomen est generalius nomini causarum, & elementorum, 8. 1. principia quot & quæ veteribus, 14. 4. quot, & quæ Aristoteli, 15. 3. eorum numerum quomodo inquirat Aristoteles, 27. 3. plura sunt vno, 30. 1. non infinita, ibid. & seq. nō sunt plura veteribus, 31. 2. & seq. qua ratione duo sint, & qua ratione tria, 32. 4. sunt contraria, 27. 4. 28. 1. & seq. quare dicantur quodammodo contraria ibid. & contraria esse quō intelligat Aristoteles, 29. 2. quomodo dicatur ex alijs nō fieri, sed ex ipsis omnia, 38. 2. illa non fieri ex alijs quō intelligatur, 29. 2. principia omnia componunt, sed diuerso modo, 29. 4. illa semper manere quid sit, 30. 1. principia cognitionis in propria scientia non probantur esse, 16. 3. rei compositæ, & generationis quot, 43. 3. & seq. principiorū definitio, 28. 1. an illa omnia principia continentur, 29. 2. priuatio quæ est principium rerū naturalium, an sit pura negatio, 29. 4. est principium intrinsecum generationis, nō rei, 29. 4. & seq. 43. 3. est principium per se generationis, per accidens re componit, 32. 3. & seq. quod formaliter dicat, 43. 3. non solum dicit carentiā formæ venturæ, sed etiā formam aliam in materia, 37. 4. præter negationē formæ in subiecto apto includit etiam potentiam propinquam ad illam formam, 43. 2. destruit adueniente forma, 34. 3. cur in materia sit statuenda, 40. 4. & seq. est causa cur formam appetat materia, 43. 3. vna quō sit in materia, quomodo plures ibid. 4. quomodo nō ens, 40. 3. & 43. 3. quam obrem aliquo modo natura sit, 46. 4. priuatio & materia cur non sint idem ratione, 43. 2. & seq. vtriusque multiplex discrimen, 40. 3. & seq. illius & puræ negationis discrimen, 43. 2. prius aliquid altero, quot, quibusque modis dicitur, 239. 4. prius tempore quid dicatur, 140. 2. prius in præterito tempore, vel futuro, quid vocetur, 148. 1. prius & posterius in motu re non distinguuntur à motu, sed ratione tantum, 140. 2. problema quot, quibusque modis possit stabiliri, 214. 1.

Probadi modus in physica quis obseruari debeat 6.2. & seq.
Proiectionis motus quid sit, 197.4. quàm diu duret, & quod ipillo moueas & mobile sint simul, ibid.
Proiectionum motus à quo fiat, 128.4. à proijiciente separata vnde moueantur, 245.4. & 248.1. & seq. eorum motus non est regularis 246.2. & seq.
Proportio quid sit 107.4. in velocitate motuū vnde petenda sit, 210.4. & seq. non est ad nihil, 129.2.
Proportionem motuum cognoscendam regulari septem, 209.1. & seq. an illa mirz sint 210.1. & seq.
Propositio condicionalis vera esse potest, licet vtraq; pars sit impossibilis 196.2.
Propositio hæc, Tantum vnum est ens, vt vera sit, vt falsa, 23.4.
Propositio quãdo distinctè cognoscatur actualiter, & quando cõfusè, 12.2. quando distinctè potentialiter, & quãdo cõfusè, ibid.
Propositiones in physica duplicis sunt generis, 4.2. vtraru sit propriissima sciẽtia, ibid.
Proprius locus qd, 107.3. & 113.1. locato debet esse æqualis, 112.3. & se. eius & cõmunis discrimen, ac quomodo vterq; cõtineat, ibid.
Prouidentia & fatũ quid distent, 71.1. & seq.
Prudentia in quo distinguatur ab arte, 88.3.
Pueri cur nõ dicãtur fortunati, 66.3. vt fortuna dici possint metaphoricè vel passiuè ibi.
Pulsio quid sit, 197.3. illius duæ species, ibid.
Punctum qua ratione dicatur infinitum, 93.1. non est puncti locus, 109.4. & seq. vt se in linea habeat, 141.4. eius non est pars, ibid. à mutato esse quõ distinguatur, 189.3. & 18.3. vt se habeat in principio, medio, & fine motus 242.1.
Puncti cur non sit locus, 116.3. illius & vnitate duplex distinctio, 158.1. & seq. eiusdem diuisio, 144.4.
Puncta vt nõ per se sint in loco, 109.1. quomodo vocentur ab Aristotele substantia lineæ 172.4. infinita syncategorematicè sunt in quavis lineæ parte, 177.1.
Pythagoras philosophiam naturalem auxit, 3.4. quot, & quæ principia statuerit, 15.2. cur per numerum parem materiam, per imparẽ, formam intellexerit, ibid. eius patria, 3.4. ab eodem italicum philosophorũ genus habuit originem, ibid.
Questiones extraneæ in scientia quatuorplex, 17.2. & seq. quæ in illa discutienda, & quæ non, ibid.
Qualitas quõ dicatur infinita, 18.2. quot, & quibus modis augeri possit, 135.2.
Qualitate intensibili duplices magnitudines imaginandæ sunt, 136.3. quæ illæ sint, ibidem.

Qualitates elementorum non sunt ipsorum formæ substantiales, 155.1.
Qualitates per accidens sunt diuisibiles, 185.2. nec etiam per se quantæ sunt, sed per accidens, 89.2. & seq.
Qualitates quæ actiuè concurrunt ad substantiæ productionem 63.2.
Quantitas duplex, virtutis & molis, ac quid vtraq; 19.2. est formalis ratio extensionis & diuisibilitatis consequenter, 191. certa quò ad paruitatem est, ad operationè necessaria 26.1. an sit coeua materiæ, 36.4. & seq.
Quantitas interminata quæ dicatur Auerrois, 36.4. viuentiũ duplex, & quæ illa, 16.4.
Quantitas precedentis compositi separat materiam ab alijs omnibus, & quo vsq; duret, 37.3.
Quid quid corrumpitur, primò in contrarium suum, vel medium corrumpitur, 28.3. & se.
Quid quid sit ex contrario sit, vel medio, 28.1. & seq. probatur, ibid. 4.
Quires an sit, & qualis passio corporis naturalis, 6.1. duplex est, 47.4. 50.3. cur, & quomodo sit in tempore, 146.3. aliter in naturali, aliter in motu violento se habet, 166.4. quando sit vel naturalis, vel violenta, ibi. 3. quomodo vtraq; producat, 167.1.
Quires in motu naturali & violento an eodem modo se habeat, ibid.
Quires motui contraria quæ sit, 165.3. & seq. eius prima pars quare non decur, 190.4. in tempore cur eam esse oporteat, ibid.
Quires sub terminis à quibus motuum contrariorum, cur inter se sint contraria, 165.3.
Quires, vel status sit in tempore, 190.3.
Quires quid dicatur 190.4.
Quires res quando dicatur, ibid.
Quires quid pprie dicatur, 166.4. & 180.2.
Quires in aliquo quid sit, 165.3.
Quod est in genere, est in aliqua specie, & in diuiduo, 96.2.
Quod sit, non ex nihilo sit, sed tum, cum ex potentia reducitur in actum, 133.4.
Quod mutatum est, vtro in termino sit, 183.3.
Quod parum distat, nihil distare videtur, 66.2.
Quodam quod tempus dicat, 147.3. quomodo distinguatur à nuper ibid.
R.
Raresfactio quõ cõtingat, 133.2. & se. qd sit, 133.3. diuisio eius, ibi. ppria ex quibus causis proueniat, 134.4. quõ fiat, 135.1. cur illam conuixerit cum mutauone aeris ex aqua, 133.4.
Raresferi quid sit, ibid.
Raritas veteribus vt sit principiu efficiẽs, 24.1.
Raritas & dẽstas veteribus formæ rerũ sunt, ibid. quõ vtramq; doceant veteres, ibid.
Rarum quid dicatur, 134.3.
Rarorum corporũ pprietates quæ sint, 134.2.
Ratio querenda non est, vbi sensum habemus

Ratio illa notierem, 227.4.
Rationis abstractio quid, & quomodo diuidatur, 5.4.3.
Ratione distingui quæ dicantur, quæ nõ, 27.3.
Rectus motus non est perpetuo continuus, 241.2. inter quem, & reflexum mediat quies, ibi. 3. cum circulari cur comparari non possit, 204.2. eius velocitas vt deprehendatur, 208.3.
Reflexus motus quando continuitatem habeat 241.4. quando quies intercedat in eo, ibid. non est continuus cum simplici, 241.2. & 243.1.
Regulæ septem ad cognoscendam motuum proportionem, 209. & seq. an illa veritatem continent, 210.1. & seq.
Regularis motus magis est vnus, quàm irregularis, 159.3. & seq.
Relationem cur non sit motus 154.4. & seq. quomodo ea acquiratur sine mutacione, 155.1.
Relationes temporales an sint in Deo, 218.3. quomodo ab illis denominetur, ibi.
Relatiuorum duo genera, & quæ illa, 155.1.
Remissio quomodo fiat, 137.3. in ea quomodo procedatur, ibid.
Remissio formæ ab intensioe quid differat, 135.2. in quo radix eius posita sit, 136.1.
Repentè quid sit, 147.3.
Resistentia in motu triplex, & quæ nam illa, 130.4.
Res non potest esse sub ea quantitate, in qua operari non potest, 26.1. in ea diuiditur, ex quibus constat, 168.2. vna in aliam conuertitur, 33.4.
Res de nouo incipientes, quot, quibusque modo dis acquirant esse, 88.3. & seq. quæ cum abiectione contrarij corrumpuntur, aut generantur, quomodo incipient, & desinant, 189.3. quomodo, quæ cum motu, & tempore acquirunt esse, 189.1. & seq. quomodo quæ sine motu illud acquirunt, 128.4.
Res in tempore existentes ab eo exceduntur, & patiuntur, 145.4. in eo sunt ratione suorũ motuum, 146.4.
Res naturales quæ vocentur, 25.1.
Res omnes, quæ modò sunt vt respectu Dei possint creaturæ dici, 63.2. & seq. quo modo incipient, & desinant, 189.3. & seq.
S.
Sal quõ dicitur conseruare carnes 68.7.
Sapientia quàm varia sint genera & species, 227.4.
Sapientes Deo charissimi sunt, 230.2.
Scientia eiusdem quando sit superiora & inferiora considerare, quando non, 7.4.
Scientia quinque vijs vel modis inuenta, & qui illi, 3.2. & seq.
Species quot & quibus modis quis dicatur, 231.2.

Segregationem à Chao cur vniuersalem esse voluerit Anaxagoras, 90.3.
Semen vt virtute sit heterogeneum, 77.3.
Sensibilis duplex acceptio, 4.3.
Sensitivus appetitus quid & quibus insit, 38.4. & seq.
Sentire cur sit alteratio quædam, 198.1.
Separatim esse quæ dicantur, 156.4.
Sepimus liber Physicorum cur Alexandro vius sit notus & adiectus, 194.3.
Similare corpus quod vocetur, 95.2. & seq.
Simile quomodo appetat sibi simile, 42.3.
Simile alteri secundum virtutem quid dicatur 63.3.
Simplex abstractio quid, 5.4.3. quomodo à cõposita distinguatur, ibi.
Simplex corpus infinitum cur dari non possit, 94.4.
Simpliciter nota, & natura nota non differunt, 10.3.
Simul secundum locum quæ dicantur, 156.4. quæ secundum tempus, ibid.
Singulare duplex, scẽsibile & immateriale, 12.2. & se. illud quomodo primo ab intellectu cognoscatur, ibi. 3. pro minus vniuersali aliquando sumitur, 14.3.
Singularia an in singulari non sunt intelligibilia, 12.3.
Socrates Philosophiam morale inuenit, 3.4.
Sol & homo generant hominem, 53.1.
Sol est causa vniuersalis ad generationes cum omnibus particulis concurrere, ibid.
Sol quæ ratione temporis subijciatur, 146.2. & se. eius lumen quid in orbibus & quid in inferioribus producat, 159.2. eiusdem species esse potest esse in pluribus, 149.4.
Spacium non est substantia, 118.2. nec sola quantitas ibid.
Spacia magis resistentia quæ sint, quæ minus, 129.2.
Species prius ab indiuiduis, quàm genus à speciebus, & genus superius ab inferioribus abstrahatur, 13.3.
Specie aliqua inter se differunt vel essentiali vel accidentaliter, 161.2. quæ illa & quæ hæc differant, ibid. & seq.
Specie vnum bifariam vsurpatur, 35.4.
Specie differentia qua ratione possint vel nõ possint continuari, 197.1.
Specie motus vnus, vide Motus vnus specie.
Specierum diuersarum res non posse continuari quomodo intelligendum sit, 162.4.
Species à phantasia tribus abstractæ quid representent, 12.3.
Speculatiua Philosophia, vide Philosophia speculatiua.
Sphæra vltima non est in loco per centrum, 122.4. & se. non est in septima vt in suo loco 120.2. quomodo sit in loco, ibid. mouetur localiter, ibid.
Vnuus 3 spiri-

Spiritualia non sunt in loco iuxta veritatem, 105. 2.
 Stare idem quod moueri, 190. 2. & quod stat, mouetur, ibid.
 Stans in primo aliquo tempore, in qualibet eius parte stat, ibid. 3.
 Status in tempore sit, 190. 2. & seq. cur in illo detur prima pars, ibid. 3.
 Statua cur non aurū, sed aurea vocetur, 56. 1.
 Stoici vnde dicti, 3. 4. cur philosophiam ouo, animali, & agro fertili comparauerint, ac quo modo eam diuiserint, 1. 4. illorum de fato error, 71. 3. & seq.
 Subiectum in mutatione quō debeat esse affectum ad extrema, 33. 4. cur natura media vocetur, 31. 1. ab opposito quid differat in mutatione, 31. 4. localis motus subiectū cur sit perfectius subiecto aliorū motuū, 240. 1.
 Subiectum physicæ quod sit, 4. 4. & seq.
 Subiectum scientiæ quod sit, 4. 1. quotuplex, 5. 2. scientiarum subiectum non omne illud est, quod in ijs consideratur, 53. 3.
 Subiecti abstractio quid, 54. 3. & seq.
 Subiecto distingui quæ dicatur, quæ non, 21. 3.
 Subiecta & passionēs in scientijs maximè definitiuntur, 54. 1. vt vtraq; physicus per materiam definitur, ibid. quæ subiecta scientiarū dicantur, 53. 3.
 Substantia qua ratione sit diuisibilis, 18. 3. non sit ex non substantijs, 30. 1. qua ratione spectetur ab Astrologia, 54. 4. quomodo dicatur ab accidente separabilis, & illo prior, 18. 1. & seq. quomodo vocetur infinita, ibid. vt cognoscatur distincta, 34. 4. eius diuisio, 112. 1. eiusdem natura vt differat à natura accidentium, 120. 3. cum ea simul sunt accidentia, 156. 4. in ea cur non sit motus, 154. 4. & 155. 2.
 Substantia prima quomodo dicatur esse per se, 35. 2.
 Substantia quantificabilis, & quanta, quomodo distinguantur, 5. 3. vt ad eandem pertineant scientiam, ibid.
 Substantiæ quomodo sint in tempore, 146. 4. 148. 4. inter eas qualis sit contrarietas, 29. 3. corruptibiles cur absolute sint in tempore, 148. 4. naturales in sua essentia quid includant, 54. 4.
 Substantialis actus quis dicatur, & eius diuisio, 35. 1.
 Successio temporanea de cuius motus ratione sit vel non sit, 11. 1. & seq.
 Successiue res vt existant, 144. 2. earum à permanentibus discrimen, ibid.
 Superficies quot modis possit considerari, 118. 4. qua ratione vna alteram tangere dicatur, ibid. est duplex, 112. 4.
 Suppositione vel hypothēsi quando liceat vti, 195. 4.
 Surtum, deorsum, & reliqua loci differentiarum qua ratione nunc partes, nunc species loci

dicatur, 106. 2. sunt loca naturalia, ibid. quo modo fiat in loco, & in vbi, 121. 1.
Tactus Mathematicus & Physicus quid, 171. 3.
 Tangere & finitum esse quomodo distinguantur, 100. 4.
 Tangere se quæ dicantur, 157. 1.
 Tangere inadquate & adquate quid sit, 179. 3.
 Tangere præsupponit aliquid extra se, 100. 4.
 Tarditas & velocitas non constituunt diuersas species motus, 159. 4.
 Tardum quid dicatur, 139. 2.
 Tardius & velocius in tempore accidunt, 169. 4.
 Tempus vt sit infinitum, 101. 1. cognoscere quid illud sit, cur difficile, 139. 1.
 Tempus nec est motus circularis, 139. 1. nec alius, ibid. 2. & 143. 4. & seq. illud cur nonnulli calum ipsum esse crediderint, 139. 1. cur sit aliquid ipsius motus, 139. 4. quid sit ipsius motus, 140. 2. & 143. 4. eius apprehensio vnde pendat, 139. 4.
 Tempus quid Aristoteli sit, 140. 3. & seq. quid alijs, 143. 1. cur sit & qualis numerus, 140. 3. & se. & 143. 3. quomodo dicatur numerus duorum nunc, 141. 1. ad quam quætitatem reduci debeat, 144. 4. quo dicatur numerus prioris ac posterioris, ibid. cur dicatur numerus prioris ac posterioris in motu, 143. 4. cur sit passio posterior motus, 143. 4. qualis sit duratio, 143. 2. & 144. 1.
 Tempus quarū rerū sit cōmunis mēsurā, 138. 1. formaliter est mēsurā & mensurans, 143. 1. aliter est mēsurā primi motus celi & aliorum motuū, 148. 2. & seq. cur sit vbiq; 149. 1. ab anima quo pacto dependeat, ibid.
 Tempus an sit, 138. 2. 143. 2. & 176. 4. sitne ens rationis an reale, 149. 2. & se. qua ratione quatum & quale vocetur, 139. 3. an velox an tardum dici nequeat, 142. 2.
 Tempus cōtinuitatem, item prius ac posterius vnde habeat, 140. 1. totum est vnū quid, ibid. 4. vt dependeat à nunc, 141. 3. quomodo cōtinuerit ipso nunc, ibid. & seq. est quid successiuū, 140. 4. cur non constet ex indiuisibilibus, 168. 3. 169. 2. 170. 1. & se. cum in se totū sit cōtinuū, cur discontinuū vocetur, 163. 1.
 Tempus incipit & definit, 144. 3. quomodo incipiat, 189. 1. cur potius corruptionis, quā generationis causa dicatur, 146. 2. 147. 4. vt sit etiam causa perfectionis, 146. 2. cur sit sapientissimum vocatū, 147. 4. cur indolissimum ibid. æternum cur sit, 213. 1. & seq.
 Tempus primū & secundarium quid, 151. 1. & se. illo cur vtamur pro mēsurā, nō hoc, ibid. 2.
 Temporis tractatio cur ad Physicum spectet, 179. 2. de eo cur agat Arist. 105. 1. eius partes quot & quæ sint, 138. 3. eiusdem apprehensio in quo consistat, 140. 3. infinitas vnde colligatur, 147. 2. proprietates quot, & quæ, 142. 2. effon-

essentia eius an maneat ablato intellectu 149. 3. & seq. illius motus, & magnitudinis quomodo dicatur esse eadem ratio, 178. 4. eo mensurari quid sit, 148. 2. in eo in vniuersum esse quid sit, 145. 3. in eo proprie esse quid sit, 146. 2. & 148. 2. in eo quot modis aliquid fieri dicatur, 185. 3. quæ in eo sunt quomodo debeant esse affecta, 146. 1.
 Terminus à quo, reperitur in omni motu, 152. 3. diuiditur trifariam, 152. 1. in motu est necessarius, 152. 2. non est tamen de illius essentia, 164. 3. & seq. ad quem in motu omni est necessarius, 152. 2. eius diuisio, 161. 1. est de essentia motus, 164. 2. & seq. à quo & denominationem motus accipit, 152. 3.
 Terminus inadquatus & adquatus quid sit, 179. 3. intrinsecus paruitatis quid, 26. 3. quid extrinsecus, ibid. intrinsecus magnitudinis quid, 26. 2. & seq. quid extrinsecus, ibid.
 Termini rerū naturalium sint necne intrinseci, 163. 3. & seq. viuentium qua ratione sint vel intrinseci vel extrinseci, ibid. 4. & se. nō viuentium minimi intrinseci maximi extrinseci, 27. 1. & seq.
Terra quibus mouetur motibus, 6. 1. cur non feratur ad aquæ superficiem, 119. 4. eius locus quis sit, ibid. & seq. eam Hesiodus putauit esse rerū omnium principium, 14. 4. 24. 1.
 Thales Philosophiam naturalem inuenit, 3. 4. aquam cur posuerit omnium rerum principium, 14. 4. & seq. ab illo Ionicum Philosophorum genus, 3. 4.
 D. Thomæ laus, in præfat.
 Torpedinis quanta sit vis, 198. 3. 199. 2. & seq.
 Torū quid sit, 98. 3. & seq. potentiale & actuale quid, 11. 2. est multiplex, 19. 4. & seq. integrale notius est sensui, quam sue partes, 10. 2.
 Totum an realiter distinguatur à partibus simul sumptis, 20. 2. & seq. à perfecto quo modo differat, 98. 3. vnum quādo dicatur aliud totum tangere, 168. 1. secundum se totum nō potest mouere seipsum totū, 234. 1. & seq.
 Totum est terminus generationis, non partes, 20. 2. cur respectu partium formæ rationem habeat, & hęc materiæ, 99. 2. cur non in parte sed partibus esse dicatur, 110. 2. illius & partium idem est locus naturalis, 95. 1. eiusdem & loci discrimen, 112. 4.
 Totius per se ac totius per accidens discrimen, 21. 1.
 Tractio quid, & qui motus ad eam reducantur, 197. 4.
 Transcendentalis vnitas quæ dicatur, 35. 3.

corporibus insitum, non cohæret in rerum natura, ibid. nec separatum ab omni corpore existit, 128. 1. & seq. neq; separatum, & coniunctum corporibus, 131. 2. & seq. pro dimensioe sumptuū nec est, nec esse potest, 132. 2. pro spacio, quod nullum corpus habeat, esse non potest, ibid. 4.
 Vacuum propter motum non est ponendum, 127. 2. & seq. nullius motus est causa efficiens, 128. 1. & seq. nec finis, ibid. eo posito, cur motus naturalis, & quæ es tolleretur, ibid. 4. in o ueri non potest, 133. 2. propter augmentum viuentium cur non sit concedendum, 127. 3. cur in raro sit ponendum, 133. 2. si esset, corpora omnia quiescerent, 128. 2. & se. si esset an motus fieret in non tempore, 130. 2. & se. Vacui tractatio cur ad Physicum pertineat, 79. 2. 105. 1. 125. 3. duplex acceptio, 132. 2. eius à loco distinctio iuxta veteres, 125. 4. definitiones tres veterum, 126. 4. & seq. vna Aristotelis, 127. 1.
 Vacui ad plenum nulla est proportio, 129. 3.
 Vas cinerē plenum cur tantum aquæ cum cinere recipiat, quantum abiq; 127. 4. & seq. illius cum loco similitudo & discrimen, 115. 1. & seq.
 Vectio quid sit, 197. 3.
 Velocitas & tarditas non efficiunt diuersas motus species, 159. 4.
 Velox quid dicatur, 169. 4.
 Velocius, & tardius accidunt in tempore, 170. 1. & seq.
 Verbū, Est, cur veteres nonnulli remouerint, è propositione, 123. 3.
 Vertigo quid sit, 197. 3. cur non distinguatur à pulsione, & tractatione, ibid.
 Via ad formam potest esse successiua, vel instantanea, 85. 4.
 Vijs quinq; homines per se scientiam inueniant, 3. 2. & seq.
 Violentus motus quis dicatur, 128. 3. posterior est naturali, ibid. cur in fine sit remissio, 244. 3.
 Violentum & naturale in quibus reperiantur motibus & mutationibus, 166. 2.
 Virtus conseruatiua est proprietatis loco adiuncta, 120. 2. & seq.
 Virtus impressa est causa motus proiectorum, 25. 2. & se. infinita non potest esse in magnitudine finita, 245. 1. quot, quibusq; modis dici possit ea infinita, 248. 2. & seq.
 Virtutes hominem maximè perficiunt, 100. 3. cur Stoicis vocentur impossibilitates, ibid.
 Visus ad cognitionē cur maximè proficit, 55. 4.
 Viuere quid sit, 48. 4.
 Viuentia quomodo augeantur, 25. 3. quomodo certum habent in se principium actiuū, & passiuū motus, 48. 3. illorum quantitas duplex, 26. 4. eorūdem termini intrinseci ne sint an extrinseci, 26. 4. & 27. 1. & seq.
 Viuentia

INDEX.

Videntium, & non videntium generatio in quo differat 46. 3.
Vltimus terminus quid sit 161. 1.
Vltimum omne sit ne finis 52. 2.
Vniuersalis abstractio quid sit 54. 3. & seq.
Vniuersale quomodo fiat ab intellectu, 12. 3. & seq. complexum & incomplexum quid, 12. 1. in causando & predicando quid, 11. 1. cur illud cognitum sit difficillimum. ibid. huius duplex acceptio, & vtra ad physicum spectet, ibid. 4.
Vniuersales naturæ Phantasmatibus incluse sunt 12. 3.
Vniuersalia qua ratione difficillima sint cognita, 14. 1. quomodo cognoscantur, 12. 1. inter ea quod primo cognoscatur ab intellectu nostro, ib. 4. qualibus sit opus ad sciētias 63. 3
Vniuersaliora cur sint veluti totum quoddam, 10. 1. & seq. sunt nobis singularibus notiora, ibid. 2. & seq.
Vniuersum vt moueatur vel non moueatur, 115. 4.
Vnitas quid sit, 195. 2. & seq. eius diuisio, 353. eius à puncto discrimen, 158. 1. & seq.
Vnitas generica motus vnde desumenda, 167. 3. numerica motus quid requirat, 162. 1. & seq. vnde illa petenda sit, 167. 3. specifica motus

vnde sumenda, 166. 3. & seq.
Vnum triplex, 19. 3. vt bifariam multa esse potest, 21. 3. qua ratione vnum est, multa esse non potest, ib. vt sit contrarietatis principium 47. 4.
Vnum est indiuisibile, 99. 3. diuersa tamen ratione diuisibile, & indiuisibile esse potest, 101. 3. idem est, quod indiuisum 101. 1.
Vnum principium numeri qua ratione sit indiuisibile, 101. 3. non dicitur entitatem distinctam quantitate continua, ibid. 4.
Vnum priuatiue quid, 101. 1. & seq. eius diuisio in transcendentale, & predicamentale, ibid. 2. quid vtrunq; sit, ibid.
Vnum per accidens sit ex subiecto accidentalis mutationis, & forma accidentis, 34. 2.
Vnum in vno genere, in alio plura esse potest, & contra, 120. 1.
Vnum quodq; cur fiat à suo simili, 62. 1. quomodo fiat ab eo 63. 3.
Vnus quoque genere aliquid est potentia, aliquid actu, 81. 1. & seq.
Voluntatis obiectum quod sit, 226. 1.
Vox inuisibilis vt sit, 93. 1.

Z

Zeno Dialecticam inuenit, 3. 4. motum sustulit 191. 2. & seq.

FINIS.

COLONIAE AGRIPPINAE
 Typis Godefridi Kempferis.

